



CORPVS
IVRIS
CANONICI
IOAN AN DRA
BVTRIVS
ABBAS
ARCHIDIA
OSTIENSIS
ZABARELLA
FELINVS
ARETIN



CVIVSCVNQVE DIGNITATIS & conditionis beneuolo, ac erudito Lectori. S. P. D.

LITERARIAE rei peritis, præsertim vero Sacrorum Canonum, atq; Legum Antistitibus, & cultoribus vel prolixo orationis syrmate persuadere, vel multis verborum lenocinijs saltem demonstrare superuacaneum esse arbitror, quam mirificam industriam, ac pene incredibilem curam Illustres Iuntæ per multos ab hinc annos in suis officinis Typographicis adhibuerunt, & etiamnum adhibent, vt in illis excusi libri non tantum approbatiores, expetibilioresq; habeantur, verum etiam qui præ ceteris spectarent ad maiorẽ nominis Diuini celebrationẽ, & vberius emolumentum ad gubernandam, & conseruandam hominum societatem allaturi essent, in publicum emittantur. Qua in re quidem, ne talia me assentandi gratia ad ipsorum voluntatem, sed potius in veritatis stabilimentum protulisse videar, illos duplici via procedere quotidiana satis superque comprobat experientia. Nam nullis sumptibus, laboribusve parcentes, certatim in id unice incumbunt, vt indies libri emendatiores, & ab erratis, ac sphalmatibus magis magisque detersi, & expoliti imprimantur, nec non insuper nouis quibusdam Annotationibus, siue Additionibus ornentur, & locupletentur. Earum enim adminiculo partim ipsis rebus, quæ in illis traduntur, maior perspicuitas affertur, & in tanta diuersarum opinionum repugnantia ac conflictu, verus nec non genuinus intellectus eruitur: partim vero Studiosi ad classicorum Iurisconsultorum, qui tam superiori, quam nostro sæculo vel in publicis Gymnasijs docendo, vel curiarum Tribunali-

bus causas perorando, vel denique in dubijs controuersiarum forensium euentibus consulendo floruerunt, & pro solerti ingenij acumine in secretiora ciuilis sapientiæ delubra penetrarunt, commentationes remittuntur. Inter ceteros autem quamplures nunc temporis se denuo conspiciendos exhibent, & Iuris Vtriusque Studiosorum manibus, ingenijsque de meliori nota commendant, & mancipant TEXTVS quos vocant Canonicos. Qui, sicut ex oculari inspectione, & peruolutatis paucis folijs vnicuique sine magna difficultate, & exigua cum molestia manifestum fieri poterit, ita exquisiti, perpoliti, illustrati, atque adaucti prodeunt, vt vix Sibyllino Sacerdoti, quæ in tali editione vlterius desiderari deberent, in mentem venire poßint. Præterquam enim quod in nouißima hac editione omnia et singula ad legitimam censuram, normamque, sicuti decebat, Romani Exemplaris accurate redacta, & ne quispiam fortaßis aliquid ex incuria, aut nimis præcipiti festinatione siue in Textu, siue in Glossis omißum suspicetur, de verbo ad verbum diligenter collata, ac rerum et verborum notabilium Indice copiosißimo, Margarita nuncupato, accumulata fuerunt: eidem insuper luculentæ, & argutæ aliquot insignium & clarißimorum Iurisconsultorum Additiones ad omnes Iuris Canonici partes sunt coniunctæ, quæ Studiosis magno vsui, & Promptuarij loco esse poterunt, maxime autem vt in quacunque occurrenti ardua ac perplexa materia statim regressum ad ipsos fontes, & celeberrimos Iuris Vtriusque Interpretes arripere, & suis hæsitationibus, si quando necessitas vel in Theoria, vel in Practica vrgere videbitur, abunde satisfacere, seque contra vniuersas obiectas contrarietates fideliter munire, ac tandem ex illis dextre firmato iudicio commodissime extricare valeant. Etsi enim in confesso sit, proxime antecedenti impressioni duorum clarissimorum virorum Ebolitanorum, vtputa D. Augustini, & D. Prosperi Carauitarum, & dum in viuis manerent eminentissimorum Neapoli Iurisconsultorum, Additiones annexas fuisse: attamen vt illæ melius digererentur, secunda vice sub incudem reuocatæ, & quæ emendationem exposcebant ex fontibus suæ integritati restitutæ, ac vltima lima absolutæ fuerunt. Reliquas vero videlicet Excellentissimi D. Andreæ Alciati, Iuriscon. Mediolanensis, & Marcelli Francolini Presbyteri, & Doctoris Bodiani Annotationes nunc primum adiungere

suasit

suasit ingens ipsarum præcellentia, & vtilitas, quæ se in omnes tam Diuini, & Canonici, quam humani, ac consuetudinarij Iuris articulos latissime diffundit. Huius enim Studiosos in cognitionem historiarum deducunt, & quasi in speculo ostendunt, quo tempore, in qualibus Concilijs, sub quibus Summis Pontificibus, & ad quas personas Canones sint directi, atq; publicati. Sed illius, prout Patrum nostrorum memoria magna cum sui admiratione singularem in Vtroque Iure scientiam declarauit, ceu Ariadnes filum sequi necesse habet qui non legum cortices lambere, sed rationem & mentem illarum peruestigare satagit. Eo enim pacto rite ius suum vnicuique tribuetur, opportuna bonorum protectio nunquam deficiet, & in ipsis improbis formidato supplicio nocendi facultas refrenabitur. Quapropter immortales Illustribus Iuntis debentur gratiæ pro tali ipsorum nunquam satis commendanda solicitudine, & si labor ille cuidam non ingratus acciderit, quid ab ipsis in posterum expectandum erit, plus quam satis quilibet certam capere poterit coniecturam. De meo studio nihil addendum censui, nisi quod iuxta mandatum Serenissimi Dominij Veneti ad correctionem requisitus, & in illa fideliter versatus fuerim, & me tam Tuæ beneuolentiæ, quam Illustrium Iuntarum fauori, etiam atque etiam committam, officiose rogitans, vt omnia æqui bonique consulas. Exaratum Venetijs Prid. Cal. Quinctil. Anno post CHRISTI Saluatoris nostri natiuitatem M. DC. XV.

M. Matthias Coldiz ab Alba Rupe
ad Salam Alemannus.

DECRETVM GRATIANI,

EMENDATVM, ET NOTATIONIBVS ILLVSTRATVM;

Vnà cum gloſſis;

GREGORII XIII. PONT. MAX. IVSSV EDITVM.

Ad exemplar Romanum diligenter recognitum.

CONIVNCTIS DOCTISSIMIS AD OMNES IVRIS CANONICI partes Additionibus Præclariſs. Iuriſconſ. D. AVGVSTINI CARAVITÆ *Patritij Ebolitani, & in Sacro Regio Conſ. Neapol. Conſiliarij;*

D. ANDREAE ALCIATI PATRITII MEDIOLANENSIS ET IVREC. Præſtantiſſimi. D. PROSPERI CARAVITÆ Patritij Ebolitani, & Iuriſconſulti celeberrimi.

D. MARCELLI FRANCOLINI PRESBYTERI, ET DOCTORIS Bodiani, ac nunc recens in vnum volumen congeſtis.

Cum Indice locupletiſſimo, MARGARITA nuncupato.



VENETIIS, Apud Iuntas. MDCXV.

DECRETVM ABBREVIATVM SIGILLATIM CVNCTA ATTINGENS.

LIBER DECRETI DIVISVS EST IN TRES PARTES. Quarum prima eſt de diſtinctionibus. Secunda de cauſis. Tertia de conſecratione. Prima pars diſtincta eſt in diſtinctiones centum & vnam.



v. an accusatus coram Apostolico si-ne eius literis debeat reuerti. Nō. 805.

Nona Causa habet I I I. quæstiones.

Prima an ordinatus ab excommunicato eijciendus sit. Non. si ignorauit illum esse excommunicatum. 806.
ij. an liceat archiepiscopo vel episcopo clericos alterius ordinare. Nō. sine literis proprij episcopi. 809.
iij. an liceat archiepiscopo clericos sui suffraganei absoluere vel damnare. Non, nisi data negligentia vel appellatione interposita. 813.

Decima Causa tribus quæstionibus est contenta.

Prima an ecclesia cum omni dote ad episcopum pertineat vel ad eius ordinationes Sol. sic. 822.
ij. an liceat episcopo res ecclesiæ distrahere. Sol. non, nisi certis casibus. 827.
iij. quid à singulis ecclesijs nomine cathedratici valeat exigere. Sol. duos solidos. 834.

Vndecima Causa habet I I I. quæstiones.

Prima an clericus ante ciuilem iudicem sit trahendus. Non. 840.
ij. qua pœna dignus sit qui clericum ad sæcularem iudicem traxit. Excommunicatione. 859.
iij. qua pœna dignus sit qui sententiam episcopi non seruauerit. Depositione. 359.

Duodecima Causa quæstiones continet V.

Prima an liceat clericis proprium habere Non, regularibus. 902.
ij. an res ecclesiæ possint dare. Non, nisi in casibus. 916.
iij. vtrum clerici acquisita de rebus ecclesiæ possint relinquere quibus voluerint. Non, nisi ecclesiæ. 991.
iiij. quibus possunt clerici relinquere quæ de suis, & ecclesiæ rebus prouenerunt Partim ecclesiæ, partim hæredibus. 953.
v. an liceat clericis testamentum facere. Sic, dè proprijs rebus. 954.

Decimatertia Causa habet I I. quæstiones.

Prima vtrum decimæ sint dandæ ratione territorij vel personæ. Sol. ratione vtriusque. 958.
ij. an ius percipiendi, & soluendi decimas tollatur ratione temporis. Sol. sic. 961.

Decimaquarta Causa habet VI. quæstiones.

Prima an liceat clericis in iudicio sua repetere. Sic. 978.
ij. an super reb. ecclesiæ testes eiusdem sint audiendi. Sic. 980.
iij. an præter sortem aliquid accipere sit vsura. Sic. 982.
iiij. an liceat clericis vel laicis vsuras accipere. Non. 984.
v. an eleemosynæ sint de vsuris faciendæ. Non. 987
vj. an vsurarij possint pænitentiam agere. Non, si habeant vnde possint restituere. 992.

Decimaquinta Causa habet VIII. quæstiones.

Prima an ea quæ fiunt ab ignorantibus vel mēte alienatis sint eis imputanda. Non, nisi culpa sua ad ignorantiam deuenerint. 995.
ij. an pro impensis patrocinij liceat clericis munera exigere. Sic. 1003.
iij. an per confessionem mulieris cū qua peccauit sacerdos sit condemnandus. Non. 1004.
iiij. an die Dominico debeant episcopi causas audire. Nōn. 1008.
v. an neganti crimen purgatio sit indicenda. Sic. si laborat infamia. 1009.
vj. an in criminibus confessio sit extorquenda. Non. 1011
vij. an solus episcopus diaconum, vel presbyterum deponere possit. Non. 1015.
viij. si confessus vel cōuictus de his quæ ante ordinationē commisit, valeat ministrare. Non. 1017.

Decimasexta Causa habet VII. quæstiones. Et in ea quinta quæstio ponitur in tertio loco.

Prima an liceat monachis officium celebrare. Sol. sic cum permissione epi, & licentia abbatis. 1021.
ij. an liceat eis in capellis suis sacerdotes instituere. So. sic si quas possideant pleno iure. 1056.
v. an episcopus vel abbas iure territorij capellam valeant vendicare. So. non. 1060.
iiij. an iura ecclesiæ per præscriptionem tollantur. Sol. sic. 1061.
iij. an ecclesia contra ecclesiam vel monasterium possit præscribere. Sol. sic. 1076.
vj. si quis in rem ecclesiæ ab aliquo detenta sua auctoritate irrepserit: an cadat à causa. So. sic, sed non ecclesia. 1077.
vij. an liceat alicui ecclesiam dē manu laici recipere. Sol. non, nisi ecclesia vel monasterium habeat ius patronatus. 1082.

Decimaseptima Causa habet IIII. quæstiones.

Prima an reus sit voti qui à proposito sui cordis recedit. Solut. non, quantum ad ecclesiam: nisi ore pronunciauerit. 1098.
ij. an beneficia ei reddenda sit qui eis in infirmitate renunciauit. Sol. sic, si non erat sui compos. 1100.
iij. an liceat illi qui se monasterio tradidit possit ad propria redire. Sol. non. 1101.
iiij. an discedens de monasterio sine sui abbatis licentia, possit sua vendicare. Sol. non. 1102.

Decimaoctaua Causa habet I I. quæstiones.

Prima an abbas factus episcopus acquirat ecclesiæ vel monasterio. Solu. dum fuit abbas, acquisiuit monasterio, sed factus episcopus ecclesiæ. 1119.
ij. an per episcopum sit eligēdus vel instituendus. Sol. ab episcopo est ordinandus, à fratribus vero eligendus. 1120.

Decimanona Causa continet I I. quæstiones.

Prima an episcopus debeat permittere clericos transire ad monasterium. Sol. sic. 1133.
ij. si noluerit, an liceat eo inuito transire. Sol sic. 1134.
iij. an liceat canonicis regularibus transire ad monasterium monachorum. Sol. non sine licentia prælati. 1135.

Vicesima Causa quæstiones I I I I. comprehendit.

Prima vtrum pueri traditi monasterijs sint cogendi ibi manere. Non, nisi postquam venerint ad annos discretionis. 1140.
ij. si præter voluntatem parentum intrauerint monasterium, an per eos inde possint extrahi. Sic. 7. annum, & diem: si sint 7. annos discretioni. 1145.
iij. an qui inuitus cucullam induit cogat eam retinere. non, nisi postea consenserit. 1147.
iiij. an liceat ab vno monasterio ad aliud transire. Sic. 1150.

Vicesimaprima Causa habet V. quæstiones.

Prima an clericus possit in duab. ecclesijs inseruire. Solutio non. 1158.
ij. an liceat clericis a sua Ecclesia ad aliam transire. So. non sine literis vel.

vel licentia sui prælati.1155.
iii.an liceat clericis suscipere procurationem sæcularium negotiorũ. Sol.non, nisi causa pietatis.1157.
iiij.an liceat clericis vestibus fulgidis ornari Sol.non.1159.
v.qua pęna sint puniendi clerici ad iudicium sæculare fugentes. Sol. excommunicationis. 1161.

Vigesimasecunda Causa gerit quæstiones V.

prima an iuramentum sit præstandum Sic,causa necessitatis. 1163.
ij.an sit periurus,q iurat falsum, & credit verum.Sic pp intentionem fallendi,tamē postea dicitur contrarium.1171.
iij.an liceat clericis denegare episcopo consuetam obedientiam, non ante condemnationem.1183.
iiij.an iuramentum illicitum sit seruandum non. 1183.
v.an periurus sit qui alium peierare cogit.Sol.sic.1193.

Vigesimatertia Causa habet VIII. quæstiones.

prima an militare sit peccatum, nō sit iuste fit.1202.
ii.quid sit bellum iustum. So.quod fit edicto superioris repetendarũ rerum,aut propulsandarum iniuriarum causa.1207.
iij.an iniuria sociorum sit armis propulsanda.Sic.1209.
iiij.an vindicta sit inferēda. Sic, ab eo cuius interest.1213.
v.an sit peccatum iudici, vel ministro reos occidere.non, causa iustitiæ.1210.
vi.an mali sint ad bonum cogendi. Sol.Sic. 1272.
vij.an hęretici sint spoliandi suis,& ecclesiæ suæ bonis.Sic.1275.
viij.an liceat clericis arma mouere. non,manu propria, nisi causa necessitatis.1278.

Vigesimaquarta Causa habet III. quæstiones.

prima an hæreticus aliquem possit excommunicare.non.1295.
ii.an post mortem possit aliquis excommunicari. Sic pro hæresi. 1320.
iij. an pro peccato domini, eius familia possit excommunicari. non, sed interdicto supponi. 1325.

Vigesimaquinta Causa habet II. quæstiones.

prima an auctoritate priuilegii quis contra ius commune valeat se tueri.Sol.sic.1346.

ij. an sequutta priuilegia derogent prioribus. Solutio. Sic, si ex certa scientia fuerint concessa. 1352.

Vigesimasexta Causa quæstiones VII. continget.

Prima an sint sortilegi,qui sub ficto religionis nomine futura promittunt.Sol.sic.1363.
ij.an sit peccatum esse sortilegum. Sol.sic.1363.
iij.à quibus genus diuinationis sum psit exordium. Solutio, à Persis. 1367.
iiii.quot sunt genera diuinationis. Sol.quatuor secundū numerum & duo secundum formam: quod videre potes. 1367.
v. an sortilegi sint excommunicandi.Sol.sic.1370.
vj. an excommunicatus ab episcopo possit reconciliari à presbytero.Solu. non, episcopo inconsulto, nisi in necessitatis articulo. 1378.
vij.an morientib. sit pœnitentia imponenda. Sol. non, tamen est eis innotescenda.1383.

Vigesimaseptima Causa habet quæstiones II.

Prima,an coniugium possit esse inter vouentes. Sol. non, si votum sit solemnizatū, secus si simplex fuerit. 1390.
ij. an liceat sponso a sua sponsa recedere.Solu. non, si desponsatio sit de præsenti.1411.

Vigesimaoctaua gerit quæstiones III.

Prima,an coniugium sit inter infideles Sic.1434
ij.an liceat conuerso ad fidem ducere aliam viuente priore. Sic, si sit diuisus ab ipsa infideli. 1449.
iiij.an bigamus sit qui ante baptismum vnam vxorem, & post aliã habuit.Sic.1450.

Vigesimanona Causa habet II. quæstiones.

prima, an sit coniugiũ inter seruum & ingenuam.Sol.sic:nisi error impediat 1451.
ij.si prius putabat hunc esse liberũ & postea deprehenderit ipsum esse seruum:an possit eum deserere. Sol.sic.1454.

Trigesima Causa habet V. quæstiones

prima, an liceat reddere debitum vxori, quæ filium de sacro fonte leuauit.Sic, nisi ex cōsensu vtriusque sit factum.1458.
ij. an sponsalia contrahantur inter infantes.Non.1464.
iij.an spirituales, vel adoptiui filij possint naturalibus copulari.Non 1464.
iiij. an liceat alicui commatrē vxoris suę ducere in vxorem.Sic mortua vxor,si cōmaternitas matrimonium præcesserit.1468.
v.an clandestina desponsatio manifestæ præiudicet.Non apud ecclesiam.1470.

Trigesimaprima causa habet III.quæstiones.

Prima an possit duci in vxorem quæ prius fuit polluta per adulterium. Solut. sic,nisi adulter dederit ei fidem viuente viro, vel machinatus sit in mortem eius. 1477.
ii.an filia sit inuita alicui in vxorem tradenda.Solutio non. 1483.
iij. an post patris sponsionem possit alij nubere.Sol.sic, si non consenserit.1486.

Trigesimasecunda Causa habet VIII.quæstiones.

Prima an liceat ducere meretricem in vxorem.Sic.1488.
ij. an sit vxor appellanda, quæ ducitur incontinentiæ causæ. Non 1495.
iii. an mulier sequatur arbitrium aui, an patris serui, liberi. 1504.
iiii.an viuente vxore liceat aliqui ex ancilla filios querere. Non 1504.
v.an ea quę patiatur inuita, pudicitiam perdat.Non.1514.
vi. an dulter adulteram dimittere possit.Non.1523.
vii.an viuente dimissa aliam accipere possit.1525.
viii.si in hoc saltem infidelem ducere possit ea cōditione,vt ad fidem conuertatur.Non.1536.

Trigesimatertia Caus habet V. quæstiones.

Prima an propter impotentiam coeundi sit aliqua a viro separāda. Sol.sic.1537.
ii. an separata possit ei nubere cum quo prius est fornicata. Solut.sic pænitentia peracta. 1540.
iii an sola cordis contritione possit peccatum deleri. Solut. sic, vbi facultas confitendi, nō suppetit. 1552.

NOTANDVM HIC quod ratione huius tertiæ quæstionis motæ agitur de Pænitentia, cuius tractatus per distinct. VII. est distinctus.

Prima quærit, an sola cordis contritio deleat peccatum Sic, si confitenti facultas desit. 1552.
ij. an charitas semel habita possit amitti. Solu. sic, in via. secus tamen in patria, 1603.
iii. an pænitentia possit reiterari. Solu. sic, præter solennem 1633.
iiii. an peccata semel dimissa redeāt Sol. non simpliciter. 1662.
v. quis modus debeat obseruari in imponenda & accipienda pænitētia. Sol. ad arbitrium proprii sacerdotis discreti. 1677.
vi. cui quis confiteri debeat. Solut. proprio sacerdoti: si sit discretus, alioqui alteri de eius licentia. 1683.
vii. an pænitentia timore mortis accepta sit fructuosa. Solu. sic 1686.
iiii. quæstio causę supra proximæ est, an actus coniugalis sit prohibitus tempore orationis. Solu. sic. 1686.
v. an vir sine cōsensu vxoris. & ecōuerso vouere possit continentiā. Sol. Non. 1693.

Trigesimaquarta Causa habet II. quæstiones.

Prima an rea sit adulterii quæ eredens maritum mortuum nupsit alteri. Sol. non 1702.
ii an redeunte priore cogenda sit recedere à secunda, & ad priorem redire. Sol. sic. 1702.

Trigesimaquinta Causa habet X. quæstiones.


Prima an liceat aliquam ducere de propria cognatione. Sol. nō. 1708.
ii. an liceat aliquā ducere de cognatione vxoris suæ Sol. Non. 1711.
iii. vsque ad quem gradum debeat quis abstinere a consanguineis suis. & vxoris suæ. Sol. olim vsque ad 7. hodie vsque ad 4. 1711.
iiii quare vsque ad 7. gradum computatur consanguinitas. Sol. ad instar septem ætatum mundi. 1718.
v quomodo gradus cōsanguinitatis sunt computandi. Sol. sicut ostenditur in arbore, 1718.
vi. qui iusiurandum de propinquitate firmare debent. Sol. propinqui & vicini. 1731.
vii. an incestuosi filii, reputētur. Sol. Non. 1736.
viii. si consanguinei ignoranter coniūcti simul possint remanere. Solu. non, nisi ex dispensatione papæ in quinto gradu vel supra. 1736.
ix. an matrimoniū per falsos testes separatum: si postea apparuerit ecclesiam fuisse deceptā, sit reintegrandum. Sol. sic. 1739.
x. si relicta alicuius in secundas nuptias transierit. an proles ex eis scepta poterit copulari consanguineis prioris viri. Sol. Non. 1743.

Trigesimasexta & vltima Causa habet II. quæstiones.

Prima an virginem opprimens raptum committat. Sic. 1745.
ii. an rapta raptori nubere possit, vtique. 1747.

TERTIA PARS EST de Consecratione, quæ quinque distinctiones duntaxat complectitur.

Prima agit de consuetudine ecclesiarum & missarum celebratione 1752.
ii. de sacramento Eucharistię. 1776.
iii de festiuitatibus per anni circulum celebrandis 1826.
iiii. de baptismi sacramento. 1835.
v. de confirmatione & ieiunio. 1892.



DECRE-

DECRETI TOTALIS
MATERIA PER METRA NOTATVR SEQVENTIA.

DECRETVM DOMINI GRATIANI TRES habet partes principales. Prima est de distinctionibus, quæ sunt vna supra centum. Et singulas distinctiones singuli versus sequentes luculenter aperiunt.



Sit mo-

Presbyte-

Decreti secunda pars principalis est de causis.
quæ sunt XXXVI.
Prima causa.

Causa prior labem condemnat simonialem.
Septem quæstiones primæ Causæ.

Secunda causa.

Accusare docet, ac appellare secunda.
Octo quæstiones secundæ causæ: & in ea
quinta præcedit quartam.

Tertia causa.

Tertia restituens tempus dabit induciarum.
Vndecim quæstiones tertiæ causæ.

Quarta

Quarta causa.

Quarta quis accuset, quis possit testificari.

Sex quæstiones quartæ Causæ.

1 Accusare nequit aliquos anathemate vinctus. 717
2 Impubes testis in causa criminis haud est. 718
3 Qui nequit accusare, nequibit testificari. 718
4 Testis, & accusans nemo simul esse valebit. 725
5 Non est stringendus anathemate, qui nequit esse. 827
6 Pontificis delator agit ciuilia tantum. [illegible]

Quinta causa.

Quinta vocare docet, delatoremque ferire.

Sex quæstiones quintæ causæ.

1 Mulctant scriptorem famosi flagra libelli. 730
2 Est condemnandus semel, & bis vterque vocandus. 732
3 Nemo procuret crimen ciuilia curet. 744
4 Præsulis in synodo fit condemnatio sola. 736
5 Celans crimen obest multo plus quàm manifestans. 737
6 Aut caput, aut lingua delatori capuletur. 740

Sexta causa.

Sexta dat infames, delatos atque forenses.

Quinque quæstiones sextæ Causæ.

1 Non accusabunt infames simonialem. 743
2 Accusans verbo non vincit simplice Pręsul. 753
3 Quærere iudicium nunquam debes alienum. 755
4 Externi veniant, si sit sententia discors. 757
5 Si cadit accusator, erit reus exoneratus. 759

Septima Causa.

Septima Pontificem tangit cathedram repetentem.

Duæ quæstiones septimæ Causæ.

1 Præsule viuente nullus det Pontificatum. 761
2 Nec Cathedram repetit præsul, quam sponte reliquit. 790

Octaua causa.

Octaua legitur desertio Pontificalis.

Quinque quæstiones Octauæ Causæ.

1 Vult ius ne statuat successorem sibi præsul. 791

Nullus

Sex

Sex quæstiones decimæquartæ Causæ.

Decimaquinta Causa.

In dena quinta furor, & mulier memorantur.

Octo quæstiones decimæquintæ Causæ.

Decimasexta Causa.

In sextadecima prębent monachi sacramenta.

Septem quæstiones decimæsextæ Causæ. Et in ea quinta quæstio tertium locum occupat.

Decimaseptima Causa.

Septima post decimam prohibet dissoluere vota.

Quattuor quæstiones Causæ decimæseptimæ.

Decimaoctaua Causa.

Fra-

Fratribus abbatem bis nona dat instituendum.

Duæ quæstiones decimæoctauæ Causæ.

1 Si monachus fiat præsul.bona parte bipartit. 1119
2 Instituit præsul abbates a grege lectos. 1120

Decimanona causa.

Dat decimanona præsul clero monachatum.

Tres quæstiones decimænonæ Causæ.

1 Pontifices clerum non impediant monachandum. 1133
2 Præsule nolente claustrum bene clericus intrat. 1134
3 Multos canonicos canon prohibet monachari. 1135

Vigesima Causa.

Bisdena pueri traduntur religioni.

Quatuor quæstiones vigesimæ Causæ.

1 Quem pater offert, si placet exit cum sit adultus. 1140
2 Extrahit claustro puerum pater illico, si vult. 1145
3 Cogitur inuitus nemo retinere cucullam. 1147
4 Strictius ad claustrum monacho transire licebit. 1150

Vigesimaprima causa.

Ter septima docet vestes gestare decentes.

Quinque quæstiones vigesimæprimæ causæ.

1 Prima sit in titulo, sit commendata secunda. 1152
2 Præsulis ecclesiam sine scriptis nemo relinquat. 1155
3 Hæc prohibet clero tractare negotia secli. 1157
4 Vestibus hic claris inhibetur clericus vti. 1159
5 Si proprium linquas censorem; sis anathema. 1161

Vigesimasecunda causa.

Iurantes falsum damnat bisdena secunda.

Quinque quæstiones vigesiimæsecundæ causæ.

1 Peccat periurans, non iurans quando necesse. 1163
2 Non est periurus iurans veluti putat esse. 1171
3 Pare maiori quanquam malus esse putetur. 1183
4 Debent iurata mutari, turpia si sint. 1183
5 Si periurare cogis, periurus haberis. 1193

Vigesimatertia causa.

Bisdena terna tractantur bellica gesta.

Octo quæstiones vigesimætertiæ causæ.

1 Ex iusta causa multis licet arma mouere. 1202
2 Pro rebus licite bellum geritur repetendis. 1207
3 Ius est dum læsis socijs succurritur armis. 1309
4 Inferri vindicta valet, quæ crimine purget. 1213
5 Occidens iudex peruersos, inde meretur. 1250
6 Ad bona præcipiunt compelli iura malignos. 1272
7 Ecclesiæ rebus sunt hæretici spoliandi. 1275
8 Si sis de clero, tu nunquam belliger esto. 1278

Vigesi-

Vigesimaquarta Causa.

Hæresiarcharum dat nomina bis duodena.

Tres quæstiones vigesimaquartæ causæ.

1 Si sis hæreticus, tua sit sententia nulla. 1295
2 Sunt post facta mali nonnunquam corripiendi. 1320
3 Ob domini labem non damnetur domus eius. 1325

Vigesimaquinta causa.

Bisdena quinta sunt priuilegia tacta.

Duæ quæstiones vigesimaquintæ causæ.

1 Tuta sit ecclesia, quam lex priuata tuetur. 1346
2 Et si subsequitur lex altera, derogat illi. 1352

Vigesimasexta causa.

Bisdena sexta sunt sortilegi reprobati.

Septem quæstiones vigesimæsecundæ causæ.

1 Qui ventura sciunt per sortes sortilegi sunt. 1363
2 Peccat qui scriptis vel sortibus abdita quærit. 1363
3 A persis reprobæ sumunt exordia sortes. 1367
4 Quattuor hic genera Varro fert sortibus esse. 1367
5 Cessent sortilegi, ne sint anathematæ stricti. 1370
6 Quando necesse subest, vinctos a præsule soluens. 1378
7 Aegris non dentur pœnæ, sed notificentur. 1383

Vigesimaseptima causa.

Edocet an sponsas ducant ter nona vouentes:

Duæ quæstiones vigesimæseptimæ causæ.

1 Si sit solenne, dirimit connubia votum. 1390
2 Sponsum sponsa, virum non vxor deserit vnquam. 1411

Vigesimooctaua causa.

Bisdena octaua gentiles nubere nosces.

Tres quæstiones vigesimæoctauæ causæ.

1 Inter gentiles connubia dicimus esse. 1434
2 Deserat vxorem vir Christum despicientem. 1449
3 Vir post baptisma reliquam ducens, bigamus sit. 1450

Vigesimanona Causa.

Coniugium seruile tenet vigesimanona.

Duæ quæstiones vigesimænonæ causæ.

1 Connubij vires personæ dissipat error. 1451
2 Inscia cui nupsit dimittat libera seruum. 1454

Trigesima causa.

Terdena claret cognatio spiritualis.

Quinque quæstiones trigesimæ causæ.

1 Fonte leuans proprium puerum nō vincula soluit. 1458
2 Infantes prohibet ius coniugium celebrare. 1464
3 Tu naturalem non iungito spirituali. 1464
4 Vxor compatris vxoris non mihi nubat. 1468
5 Fædera non fiant clandestina coniugiorum. 1470

Trigesimaprima causa.

Terdena prima mecho polluta negatur.

Tres quæstiones trigesimæprimæ causæ.

1 Ni certis causis mecham bene ducit adulter. 1477
2 Inuitam sponso non det natam pater vlli. 1483
3 Tunc nisi consensum dederit; reliquo bene nubit. 1486

Trigesimasecunda causa.

An meretrix nubat, tangit terdena secunda.

Octo quæstiones trigesimæ secundæ Causæ.

1 Turpia linquentem bene ducit vir meretricem. 1488
2 Obstat coniugio sacro complenda libido. 1495
3 Liber auus neptem sponsat seruo patre natam. 1504
4 Illicito prolem coitu quærat sibi nullus. 1504
5 Non sine mente caro fertur violata puellæ. 1514
6 Non valet vxorem mœchus vir linquere mœcham. 1523
7 Non aliam ducas, vxore superstite prima. 1523
8 Non duc gentilem si spondeat esse fidelem. 1536

Trigesimatertia Causa.

Terdena terna friget, compunctio, votum.

Quinque quæstiones trigesimætertiæ Causæ.

1 Si vir sit gelidus, ab eo seiungitur vxor. 1517
2 Nubere mecha potest mœcho seiuncto marito. 1540
3 Quæritur an crimen purget contritio sola. 1552

Tractatus de pænitentia habens septem distinctiones hic inseritur.

1 Gratia diuina contritis crimina delet. 1552
2 Perditur hic diuinus amor: non in Paradiso. 1603
3 Pœnam peccator bene pro vitijs iterabit. 1633
4 Ista probat dimissa semel peccata redire. 1662
5 Vt purus fias pro crimine plurima voluas. 1677
6 Crimina presbytero proprio dic qui sapiens sit. 2683
7 Tandem letus erit, qui continue gemet istic. 2686

Redeamus ad quartam quæstionem trigesimætertiæ Causæ.

4 Reddito temporibus poscenti debita sacris. 1689
5 Mens vtriusque nisi sit, non bene continet alter. 1693

Trigesimaquarta Causa.

Terdena quarta nubit viuente marito.

Duæ quæstiones trigesimæquartæ Causæ.

1 Morte viri dubia quæ nupsit, adultera non sit. 1702
2 Reddatur primo coniunx hæc nupta secundo. 1702

Trigesimaquinta Causa.

Cognatos gradibus numerat trigesimaquinta.

Decem quæstiones trigesimæquintæ Causæ.

1 Cognatam ducat propriam pro coniuge nemo. 1708
2 Omnes vxoris consanguineas reprobabis. 1711
3 Copula septennis gradibus, talis prohibetur. 1711

4 Hic graduum numerus ætates reſpicit vrbis. 1718
5 Truncus ponitur hic cum ramis, vt docet arbor. 1718
6 Edocet in teſtes aſſumi ſexta parentes. 1731
7 Filius eſſe nequit, inceſtu qui genitus ſit. 1736
8 Diſpenſat ſolus cum iunctis ſanguine Papa. 1736
9 Non bene ſeiuncta connubia [illegible] reformes. 1739
10 Non conſanguineis prolem viduæ dato primi. 1743

Trigeſimaſexta Cauſa.

Vltima de raptis tractabit cauſa puellis.

Duæ quæſtiones Trigeſimæſextæ Cauſæ.

1 Raptus committes per vim rapiendo puellam. 1745
2 Hæc tibi iungetur, purgato crimine raptus. 1747

DEcreto tertia pars adiungitur, quæ eſt de conſecratione, quinque diſtinctiones continens.

1 Conſecrat eccleſias, miſſaſque canit tibi prima. 1752
2 Sacrati tractat panis ſacramenta ſecunda. 1776
3 Tertia dat ferias, & poſt ieiunia ponit. 1826
4 Tempora baptiſmi diſtinctio quarta notauit. 1835
5 Frontes confirmans dabit vltima pneuma beatum. 1892

Expliciunt verſus peculiares, quibus ſatis clarè vniuerſalis materia Decreti comprehenditur.

Quæſtio centuplex, & ſeptuageſima duplex,
Eſt in cauatum tractatus rite notata.

Quot quæſtiones habeat quælibet cauſa, oſtenditur per quinque carmina ſequentia; in quib. ſunt tot dictiones, quot ſunt cauſæ, ſcilicet 36. Et quælibet dictio cauſam vnam repreſentat. Prima dictio primam cauſam, ſecunda ſecundam, &c. Item quot ſunt literæ in qualibet dictione, tot ſunt quæſtiones ſub illa cauſa, per illam dictionem repreſentatę. Verbi gratia, prima dictio, ſcilicet diſcere, quæ primam cauſam repræſentat, ſeptem habet literas: & hoc ſignificat primam cauſam ſeptem quæſtiones continere. Secunda dictio eſt, cauſarum: vbi ſunt octo literæ ad denotandum, quod ſecunda cauſa habet octo quæſtiones, & ſic de alijs. Aduerte tamen, quòd ſuperior numerus ſignificat cauſas: & inferior quæſtionss. Verſus.

Prima cauſa. ij iij iiij v
vij viij xjj vj vj
Diſcere cauſarum quarumlibet ordine membra.
vj vij viij ix x xj xij xiij xiiij
v ij v ij iij iij v ij vj
Optes vt doceo, ſed non ſis deſes, & anceps.
xv xvj xvij xviij xix xx xxj xxij
viij vij iiij ij iij iiij v v
Inſtanti dabitur, quod tu vis, quod petis illud.
xxiij xxiiij xxv xxvj xxvij xxviij xxix xxx
viij iij ij vij ij iij ij v
Efficies res id famatum te dat ad omnes.
xxxj xxxij xxxiij xxxiiij xxxvj xxxvjj
iiij viij v ij x ij
Vſu doctrinæ totum ſi conſtituas te.

Carmina ſubiecta eandem prorſus materiam complectuntur neque ſunt ſententiæ ſalubris expertia.

Tempora labuntur venerantibus indita formis.
Diues te lædit res tua, nam miſeres.
Sperne fluentia, reſpice: cras ea non tibi ſumes.
Multa recondis, cur? vt moriens ea des.
Da celer. eſt ſi quidem tutum da præueniens te.

Dominus Baptiſta de ſancto Blaſio in repetitione primi tituli Decreti dicit canones eſſe ter mille & nonaginta, ponens tales verſus.

Si numeres caute ter mille capitula lector.
Atque decem nouies, decretum continet in ſe.

Cauſæ Decreti ſunt triginta ſex.

Sub magni longa decreti parte ſecunda.
Sex & triginta cauſas reperire licebit.

Cauſæ ipſæ xxxvi. patent per xxxvi. vocabula in ſeptem ſubiectis verſibus poſita, ex quibus non tantum numerum, ſed etiam principalem materiã cuiuslibet facile cognoſcens. Quilibet quique vocabula complectitur, dempto vltimo, qui ſex habet.

j ij iij iiij v
Simon [a] appellat [b] ſpoliatus [c] teſte [d] libello [e].
vj vij viij ix x
Infames [f] viuens [g] ſucceſſor [h] ſolue [i] legendo [k]
xj xj xij xiiij. xv
Cenſuram [l] teſtator [m] funus [n] fœnus [o] furioſus [p].
xvj xvij xvij xix xx
Monachus [q] occidit [r] abbates [s] clauſtra [t] volentes [u].
xxj xxij xxiij xxiiij xxv
Commendat [x] iurans [y] pugnans [z] hæreſis [a] violatas [b].
xxvj xxvij xxviij xxix xxx
Sortilegus [c] ſponſis [d] infidelis [e] ſeruiat [f] infans [g].
xxxj xxxij xxxiij xxxiiij xxxv xxxvj
Mœcha [h] coit [i] à mente [k] dubitans [l] gradibus [m] rapiente [n].

SECVNDA PARS DECRETI VBI TRACTANTVR Cauſę, quia longe prolixior, & difficilior eſt reliquis. ideo diligentius pro eius cognitione elaborandum eſt. Illius profecto obſcuritatem paucis elucidatam conſpiciet quiſquis hic impreſſa diligenter annotauerit.

Imon. Simoniac⁹ eſt, & peccatū cōmittit, q ſpiritualia vēdit. Dānantur epiſcopi, ꝑ pecuniam facientes ordinationes, & tunc leprā non officium cōferre dicū tur. Simoniacorū ſacramenta effectū gratiæ non habent. Sacerdotes digniores facilius quā reliqui à Deo exadiunt; Et ibi de dignitate verbi Chriſti, quod eius corpori ęquiparat. c. I. interrogo. Et in fine de crimine concuſſionis tractatur.

ii. Simonia committitur, ſi pro ingreſſu monaſterij, pecunia exigatur, vel exacta perſoluatur. Eccleſiaſtica ſtipendia accipere non debet, qui bonis patrimonialibus ſuſtentari poteſt. c. clericos.

iij. Simonia an cōmittatur, ſi præbendæ emantur. Inueſtitura eccleſiæ a laicis fieri prohibetur. c. ſaluator.

iiij. Simonia paterna an ſit ignorāti filio nociua. Et ibi tractatur, an ꝓ crimine vnius alter pœnā patiatur.

v. Simoniace acquiſita eccleſia per patré, an poſſit ꝑ filium licite obtineri. Item an poſſit filius fungi ordinatione, quam paterna pecunia eſt aſſecutus.

vi. Simoniacus eſt, qui peccatū largitur, vt eligatur.

vij. Simoniaci in ordine male accepto pænitentiā agere nō poſſunt. Et ibi principaliter tractatur an ab hęreſi redeuntes ſint in ſuis ordinibus, & dignitatibus recipiēdi, & quod decreta poſſunt temperari, & canones quandoque relaxari.

b Appellat. Appellare non eſt opus à ſnīa ā nō ſuo iudice lata: q̄a talis ſentētia nulla eſt. c. in primis. circa. fi. Et in prima q̄ſtione huius ſecūdę cāæ principaliter tractatur, an ordo iudiciarius ſit in manifeſtis obſeruandus, & quod excommunicatio non eſt ferenda, antequam cauſa fuerit examinata. c. nemo. Et iudex peccatum ſibi ſoli notum damnare non debet. c. ſi peccauerit.

ii. Appellare poſſet ſpoliatus, ſi ante reſtitutionē ſibi factā accuſatori reſpondere cogatur. Nullus enim debet accuſari dum ſuis rebus fuerit ſpoliatus.

iii. Appellandus eſt calumniator, qui ſcienter falſa crimina intēdit. Præuaricator, qui vera crimina abſcōdit. Tergiuerſator, qui in vniuerſum ab accuſatione deſiſtit. §. notandum.

Et in hac tertia q. principaliter tractatur, qua pęna feriendi ſunt, qui in accuſatione deficiunt.

iiij. Appellatur purgatio quædam vulgaris, quædā canonica, & ibi tractatur an deficientibus accuſatoribus reus ſit ad purgationem cogendus.

v. Appellatur teſtimonium ſufficiēs, quod ore duorū vel trium firmatur. Et ibi tractatur principaliter quot teſtes requiruntur nō tantum ad conuincendum epiſcopum, ſed ētcontra quemlibet clericum.

vi. Appellatio eſt remedium cōtra cauſas vitiatas. Appellatio intra decendiū debet interponi. c. anteriorum. Et ibi de libellis dimiſſorijs, & de iudicibus à quibus appellare non licet.

vij. Appellatur quis altero maior nō ratione dignitatis, ſed vitæ. c. quamquam. Dignitas enim non facit epiſcopum, ſed vita. cap. non omnes epiſcopi. Et ibi tractatur principaliter, an laici poſſint epiſcopū accuſare. Chriſtiani per infideles accuſare non poſſunt, nec ſacerdotes per eos, qui ad ſacerdotiū prohibentur eligi.

viij. Appellatur, & dicitur accuſatio rite facta, quādo fit in ſcriptis. Et regulariter accuſator ſe dēt inſcribere ad pęnam talionis, præterquam in ſex caſibus in ſumma poſitis.

c Spoliatus. Spoliatus, & electus ante omnia venit reintegrādus. c. reintegrāda. Boni a malis ſemper moleſtantur.

ij. Spoliatus & electus poſtquā fuerit reſtitutus, quas inducias debet habere antequam cogatur in iudicio reſpondere, & ibi in ſumma videas de multiplicitate induciarum.

iij. Spoliatis epiſcopis & alijs ad iudicium venientibus inducię ſunt præſtandæ.

iiij. Spoliati cōmunione eccleſię, & anathematizati, infames, inceſtuoſi, ſacrilegi, detractores, & multi alij ſunt ab accuſatione repellendi. Et ibi dicitur quod anathema differt ab excommunicatione. ca. Engeltrudam.

v. Spoliatis, & alijs quibuſcunq; inimici iudices eſſe non poſſunt, nec accuſatores, nec teſtes. Vxor enim inimicorum contra nullos eſt audienda. Dicitur etiam ibi, quod teſtes familiares, & domeſtici, & etiam conſanguinei non ſunt contra extraneos producendi.

vj. Spoliatus & quilibet alius ſi aduerſarium vult conuenire, ipſius forū ſeq debet. c. pulſatus. Nec epiſcopi dānari, nec concilia celebrari poſſunt ſine Papa.

vij. Spoliati & alij volētes litigare non debent aduerſarios ſuos corā infamibus trahere, quoniam tales ſcilicet infames, & crimino ſi, non poſſunt eſſe iudices: Solus enim ille iudicare debet alios, qui nihil in ſe habet reprehenſibile. c. iudices.

viij. Spoliationem vel alium reatum committens epiſcopus, à quot epiſcopis eſt iudicandus.

ix. Spoliatorum, & aliorum teſtes teſtimonium dicāt de his tantū, quæ præſentialiter & veraciter nouerunt. Nec contra abſentes ſunt producendi. Abſentes enim non debent iudicari nec accuſari.

x. Spoliatorum & aliorum teſtes in vno deficiētes, an ſint in alijs admittendi. Et accuſans de pluribus criminibus ſi in vno deficiat, an in alijs admitti dēat.

xi. Spoliati accuſantes ſuos ſpoliatores & inuaſores ab eis accuſari non poſſunt, quoniam accuſati niſi prius ſe purgauerint alios accuſare non poſſunt.

d Teſtes. Teſtes iuris diſpoſitione excommunicati non poſſunt ad accuſationem admitti.

ii. Teſtis eſſe non poteſt, qui ad xiiij. annum nondum peruenit.

iij. Teſtificantis perſonam aſſumere non poteſt, qui ab accuſatione prohibitus eſt.

iiij. Teſtis, accuſator, & iudex aliquis ſimul eſſe non poteſt.

v. Teſtantur iura illum non eſſe à communione repellendum, qui die ſtatuta ad cauſam venire non potuit.

vi. Teſtis eſt iuris diſpoſitio deficientem in epiſcoporū accuſatione nō poſſe de cetero agere, niſi in ciuili, & proprio duntaxat negotio.

e Libello. Libello famoſo vtentes, & ipſum cōtra aliquem ſcribentes, qualiter puniendi ſunt.

ii. Libellum diffamatorium ſcribens, aut aliter reus,

tribus citationibus.debet in ius vocari.Et per scripta nullius accusatio debet suscipi.

iij.Libelli famosi scriptor,aut aliter criminosus,an admittatur in iudicio per procuratorem.

iiij.Libellus accusatorius si in episcopum datur, id est, si episcopus accusetur:eius causa à xij. episcopis audiatur.

v.Libellum famosum scribentes, aut aliorum crimina sponte confitentes, non debent ad accusationem admitti capi.illi. Et ibi habetur, quod nec qui parcit, est amicus: nec qui verberat, est inimicus, cap.non probetur.

vj. Libellum famosum in alterum scribens, aut alteri crimen inferens, qua pœna feriatur, si crimen illatum non probetur.

f **Infames.** Infames,excommunicatos,& criminosos à sacerdotum accusatione ius repellit. Et ibi tractatur, qui dicantur infames,ca.infames.

ij.Infamis est quodammodo episcopus, & reprehendēdus, qui sibi soli dicit aliquem crimen suum fuisse confessum.Et ibi dicitur, quod episcopis alios accusantibus non creditur nisi probent quod obijciunt.

iij.Infamem quodammodo dicimus, & reprehendendum qui ponit falcem in messem alienam,c. 1.Et ibi dicitur, quod alicui alterius parochianum iudicare non licet. Et quot ciuitates vnaquæque prouincia habere debeat, c. scitote. Et quod episcopus iudicio primatis,& non aliorum se subijcere debet.

iiij.Infamia aut criminalis accusatio, si imponatur episcopo,id est, si episcopus criminaliter accusetur, & episcopi comprouinciales de causa cognoscentes sint in sententia ferenda discordes:quid iuris.

v.Infamis esset quodammodo, & reprehendendus iudex, qui vellet reum cogere ad probandum accusatore in probationibus deficiente:quia negatiua per rerum naturam est improbabilis,c. accusator.

g **Viuens.** Viuens si adhuc sit episcopus, alius sibi succedere non valet, nec in eius locum subrogari:quod verum est, nisi esset depositus,vel de licentia Papæ renunciasset,aut per ambitionem se ad aliam ecclesiam transtulisset. Episcopo autem ægrotanti aut nimia senectute grauato, dandus est coadiutor Episcopus ecclesiam suā deserere non debet,c. si vir. Nec etiam est à suis subditis relinquendus,cap. denique. Prælati duo in vna ecclesia esse non debent,c.in apibus. Beatus Augusti.accessit, & non successit Valerio Hypponensi episcopo,c. non autem.

ij Viuens episcopus aut sacerdos, qui pro ægritudine à missarum celebratione abstinuit:an possit celebrare, recuperata sanitate. Et ibi habetur de morbo caduco laborantibus.

h **Successor.** Successor an possit eligi ab episcopo viuente hoc est an successorem sibi possit episcopus eligere?Et ibi habetur quod locus regiminis est fugientibus offerendus.Et episcopari potest, qui prodesse desiderat,c.quiepiscopatum.

ij. Successor episcopi mortui non est eligendus munerum datione,aut amicorum patrocinijs.

iij. Successor episcopi an post electionem teneatur iuramentum præstare pro indemnitate ecclesiæ.

iiij. Successus seu prosper euentus denegatur clericis qui ante sententiam suspensionis,vel depositionis a suo episcopo discedere præsumunt. In tales enim ferenda est censura.

v. Successus non continget episcopo a sede Apostolica vocato,si ad propria reuertatur,nisi prius fuerit purgatus,& apostolicis literis munitus.

i **Solue.** Solue,& solui procura teipsum, ò prælate excommunicate:alias non poteris ordinare,nec tua ordinatio erit rata.

ij. Soluti sunt clerici vnius prouinciæ a prælato alterius; ideo quod archiepiscopus,primas, vel patriarcha clericos alterius prouinciæ non potest ordinare.

iiij.Soluere vel damnare subditos suffraganei non licet archiepiscopo illo inconsulto. Soluit Papa ab alijs excōmunicatos:& cuiuslibet ecclesiæ clericos potest ordinare. Est enim ordinarius ordinariorum c.cuncta per mundum ibidem.

k **Regendo.** Regēdo vnamquamq; parochiā, & res ipsius disponēdo facit episcopus quod debet,c.regēda,&c. nouerint.Regendi sunt subditi per episcopos visitantes,vt c. placuit.

ij.Regendi officium episcopus transgreditur,si bona ecclesiarum vsurpare nititur, quamuis de illis precarias facere possit.

iij.Regendi sunt subditi sine exactionibus. Et ibi de cathedratico quantum nomine ipsius valeat episcopus habere.

l **Censuram** Censuram formidare debent, qui clericos ad iudices sæcularas trahunt,c.insolita, & c.placuit.Et ibi de coniuratoribus,& eorum punitione.

ij.Censura ligatus,id est, excommunicatus,vel suspensus celebrans est depositione dignus.

iij.Censura siue iusta,siue iniusta est timenda. Censura ligati sunt vitandi plusquā pagani, ca.ad mēsam. Censura ecclesiastica feriri debet, & ore dæmonum discerpi,qui suo episcopo est inobediens,capi. absit. Censuram ex ira proferens grauiter delinquit, c.ira, & ca.cum apud.Censura siue sententia vel iudicium quatuor modis peruertitur,ca. quatuor modis.Censura feriendi sunt,& Iudæ proditori cōparandi, qui veritatem negant,& occultant,cap. quisquis,& cap. abijt Iudas.Censura siue sententia iniuste prolata,viribus caret.Episcoporum præceptis non semper obediendum est. Censuræ seu anathematis forma habetur in c. debent.

m A **Testor.** Testari seu testamenta facere cum de proprio liceat, an permittatur clericis proprium habere.Clericis causas agere non licet, capitulo duo sunt genera Christianorum.

ij.Testamenta condentes clerici, an possint quibus voluerint ea relinquere, quæ de bonis ecclesiæ acquisiuerint. Testatur multiplex canon illos esse grauiter puniendos,qui res, & prædia ecclesiastica inuadunt. De bonis ecclesiæ quatuor sunt portiones faciendæ, c.quatuor.Et ipsarum rerum alienatio an sit permissa,c.sine exceptione,& c.terrulas.Liberti ecclesiæ an possint ab ea discedere.Res sacræ ex quibus causis alienari valeant,cap.aurum habet ecclesia. Pauperibus est prouidendum, c. gloria episcopi.

iij. Testamentum an facere possint illi, qui prius nihil habentes, tempore suæ administrationis aliqua acquisiuerunt: & quid iuris de talibus bonis.

iiij. Testamenta an facere possint clerici de bonis suis, & rebus ecclesiæ quæsitis.

v. Testamenta facere de rebus ecclesiæ an sit permissum sacerdotibus. Et quis succedat eis ab intestato.

n **Funus.** Funera, & exequias suas celebrare, & decimas soluere vbi debent illi, qui se de vna diœcesi aut parochia ad aliam transtulerunt.

ij.Funerandi iura an possint præscribi. Funera, id est, corpora mortuorum vbi debeant sepeliri. Et an pro sepultura aliquid possit exigi. Funerum, id est,mortuorum animæ quatuor modis soluuntur, c.animæ. Funera,id est,corpora mortuorum deflenda nō sunt, c.quæ præposterum.

o **Fœnus.** Fœnus siue vsuram quodammodo cōmittit, & peccat, qui vltra debitum

exigit.cap.quod debetur. Et ibi principaliter tractatur, an clerici possint sua repetere, & pro illis litigare.

ij. Fæneraria causa siue criminali aut etiam ciuili an possint produci testes domestici. Et an clerici possint pro sua ecclesia testificari.

iij. Fænus seu vsura committitur, si preter sortem aliquid exigitur.

iiij. Fænera, seu vsuras nec clericis nec laicis licet exercere.

v. Fænera seu vsuræ an sint aptæ, vt inde fiant eleemosynæ.

vj. Fæneratores, & vsurarij veram pœnitentiam agere non possunt nisi restituant, quæ rapuerunt.

q Furiosos, Furiosos punire non decet ex his, quæ faciunt, cū sint mente alienati. & ibi habetur de Loth, & alijs ebriosis.

ij. Furiosis clerici quodammodo comparandi essent, si pro patrocinijs impensis munera exigere vellent.

iij. Furioso iudex comparari posset, qui ex mulieris confessione clericum condemnare vellet. Regulariter enim mulieres contra clericos testimonium ferre non possunt.

iiij. Furiosi quodammodo sunt ecclesiæ ministri qui diebus Dominicis, & feriatis causas tractare volunt.

v. Furioso similis dici posset iudex, qui neganti purgationem, indiceret: nisi infamia laboraret.

vj. Furoris quodammodo plena res esset, si à ministris & subditis confessio cruciatibus extorqueretur. Iuramenta, quædam sunt irritanda, quædam relaxanda cap. auctoritate, & ca. alius, in quo cap. habetur, quod solus Romanus Pontifex regem Franciæ, tamquam inutilem deposuit. Excommunicatis fidelitas seruanda non est.

vij. Furiose procederetur, si diaconus vel presbyter sine concilij examinatione deijceretur.

viij. Furore quodam plenus censetur, qui carnis fragilitate ante ordinationem lapsus est in iudicio, confessus vel conuictus postea presumitur offerre, & in ordine suscepto ministrare, quod verum est de crimine depositionem inducente.

q Monachus Monachus an possit licite officia populis celebrare, & pœnitentiam dare, & baptizare Decimæ de consensu episcopi sacerdotibus dari debent, c. reuertimini.

ij. Monachi an possint in suis capellis presbyteros instituere.

iij. Monachorum, & ecclesiarum iura, an per præscriptionem tolli possint.

iiij. Monachi an possint prescribere contra ecclesias, & prelatos sæculares.

v. Monachi, & prelati res ecclesiæ sua auctoritate repetere non valent.

vj. Monachi episcopi, & alij prelati si sua auctoritate vsurpant, quæ ad se pertinere putant, an cadant à causa.

vij Monachi, & abbates an possint retinere ecclesias, decimas & iura patronatus de manibus laicorum sibi concessa sine episcopi consensu. Et ibi habetur quod episcopus habet dispositionem omnium ecclesiarum, quæ in sua diœcesi constitutæ sunt, capitul. omnes basilicæ, & etiam ibi plene de iure patronatus capitul. quicumque, capitul. filijs, capitul. decernimus.

r Occidit. Occidit seipsum spiritualiter, qui à voto resilit.

ij. Occidit quodāmodo tēporaliter seipsum, qui suum resignat beneficium, sed si infirmitate resignauit, an sit ei restituendum postquam conualuerit, & ibi habetur quod ante probationem [illegible] nullus in monasterio debet suscipi.

iij. Occidit animam suam monachus ad propria rediēs postquam se & sua monasterio tradidit.

iiij. Occidens uel percutiens clericos diabolo suadente, est excommunicatus ipso iure, capitul. si quis suadente diabolo, & ibi habetur, quod ecclesiæ concessa non sunt reuocanda, & qui talia aufert, sacrilegium committit: & ecclesiæ immunitas non est molanda.

s Abbates Abbates aut monachos factos episcopos ius obligat ad relinquendum, quod ante habuerunt, monasterio: quod post ecclesiæ propriæ. cap. statutum.

ij. Abbates sunt à proprijs fratribus eligendi, & non ab episcopis, Abbates expellere non est permissum: monachis, neque commatres facere. Abbates, & monachos possunt episcopi uisitare, & conditiones exigere tempore dedicationis constitutas. Abbas, & monachi cum sanctimonialibus habitare non debent: quia sexuum commistio est periculosa, c. diffinimus.

t Claustra. Claustra siue religionem intrare uolentibus clericis non est à suo episcopo denegandus ingressus.

ij. Claustrum ingredi clericis permittitur etiam episcopo inuito.

iij. Claustrum unum petere altero derelicto, an sit permissum monachis, & regularibus canonicis sine permissione abbatum.

u Volentes. Volentes, & spontaneos monasterium intrantes pueros, an cogāt iura religionis propositum tenere. Voluntarie puellæ uirginitatis propositum suscipientes nuptias eligere non possunt.

ij. Voluntate patris spreta, si filius religionem ingreditur, an à patre reuocari possit?

iij. Voluntarie habitum religionis suscipientes, illum deserere non possunt, sed qui coactus ingreditur, nullo modo obligatur.

iiij. Volentes religiosi ad arctius monasterium transire, non sunt impediendi.

x Commendat. Commendatam unam ecclesiā potest habere clericus in altera intitulatus. Commendandi sunt clerici, qui in una, & non in pluribus ecclesijs uolunt cōscribi. Et ibi habetur, quod duos episcopatus potest quandoque quis habere. ca. relatio.

ij. Commendandi non sunt clerici, qui sine litteris dimissorijs de una ecclesia transeunt ad alteram. Matrimonium spirituale contrahitur inter curatum & ecclesiam suam, quæ non debet esse scortum, ca. sicut.

iij. Commendatio nulla, sed potius uituperium est clericis, qui sæcularium negotiorum procuratores esse uolunt.

iiij. Commendandi sunt clerici, qui uestibus sibi congruentibus utuntur, unguenta, & fulgida uestimenta fugientes.

v. Commendare non debemus clericum, qui a suo episcopo depositus Imperatorem, aut iudicem sæcularem adit.

y Iurans. Iurans verum non peccat: sed secus si peierat, & per creaturas iurare non licet.

ij. Iurans falsum, quod putat verum, an sit periurus. Quot comites habeat iuramentum, & quot sunt genera mendacij.

f ¶Legatorum.] Si quis legatum, vel amicorum, vel hostium impedit, sm canones excommunicatur, 94.dist. si quis. 24.q.3. si quis sm leges traditur hostibus, vt sit seruus illorum. ff. de lega.l.vlt. Ioannes Theutonicus.

g ¶Alienigenas.] Vt 28.q.1. caue. & cap. seq.

¶Quid sit ius ciuile. Cap. VIII.

Isid.eod.l.c.5.

IVs ciuile est, quod quisque populus, vel quæque ciuitas [a] sibi proprium diuina [b], humanaque causa constituit †.

¶Quid sit ius gentium. Cap. IX.

Isid.eod.l.c.6.

IVs gentium est sediũ [c] occupatio, ædificatio, munitio, bella, captiuitates, seruitutes [d], postliminia [e], fœdera, paces, induciæ †, legatorum [f] non violandorum religio, connubia inter alienigenas [g] prohibita. Hoc † inde ius gentium appellatur, quia eo iure oẽs fere gentes vtũtur.

† *Et inde ius gentium, quia eo*]ori.

¶Quid sit ius militare. Cap. X.

Isid.eo.l.c.7.

IVs militare est belli inferendi solemnitas, fœderis [h] faciẽdi nexus, signo dato egressio in hostem, vel pugnę commissio, item signo dato receptio, item flagitij militaris disciplina, si locus deseratur [i], item stipendiorum modus [k], dignitatum [l] gradus, præmiorum honor, veluti cũ corona [m], vel torques [n] donantur, item prædæ decisio, & pro personarum qualitatibus & laboribus † iusta diuisio, ac principis portio [o].

†[*Laboris*]orig.

¶Quid sit ius publicum. Cap. XI.

Isid.eo.l.c.8.l.i.§. Ius publicum.ff. de iust.& iur.

IVs publicum est [p] in sacris, & in sacerdotibus, & in magistratibus.

¶Quid sit ius Quiritum. Cap. XII.

Isid.ibi.c.9.

IVs Quiritum [q] est proprie Romanorum, quod nulli [r]

IVs militare.] CASVS. Hic ostendit Isidorus quę spectãt ad ius militare: videlicet belli inferendi solemnitates, fœderis faciendi nexus, &c.

h ¶Fœderis.] Idest, pacis componendæ.

i ¶Deseratur.] Secũdum canones, q fugit in bello publico, infamis est, vt 6.q.1. infames. secundum leges capite punitur, vt ff de re mili. omne. §. qui acie. Ioannes Theutonicus.

Pœnæ fugientis in bello.

K ¶Modus.] inf.12. q.2. Vulterranę. & infra. 16.q.vlt.c.1. & c. contra.

l ¶Dignitatũ.] Quia sit dignior, vel superior alio.

m ¶Cum coroná.] idest, maius manus.

n ¶Vel torques.] Idest, minus munus.

o ¶Ac principis portio.] Non ergo omnia, quæ capiuntur in bello, sunt principis: & sic est contra 23.quæst.5.dicat. vbi dicitur, quod regis sunt omnia. Sed dic, quod principis sunt omnia quo ad tuitionem: sed ipse tenetur ea diuidere secundum merita personarum. 12. q. 2. Vulterranæ, & cap. concesso.

b ¶Diuina humanaque.] Idest contemplatione Dei de cõse.d. 3. & hominum, vt ff. de ser.l. 1.

IVs gentium.] CASVS. Hic enumerantur 11. quæ procedunt a iure gentiũ, scilicet sedium occupatio, &c. & dicitur ius gentium: quia fere omnes gentes indifferenter vtuntur eo.

c ¶Sedium.] s. hostium, vt 23.q.7. si de rebus & q.5. dicat aliquis. Inst. de re. di. §. item quæ ex hostib. ff. de acq. re. do. naturalem. §. fi. Vel dic, sedium vacantiũ, quæ occupanti cõcedunt, vt Inst. de rer. diuis. §. ferę. Alioquin si propria auctoritate raperet etiam rem suam, cadit a dominio 1, vt inf. 16.q 6. placuit. ff. quod met. cau. extat. C. vnde vi. si quis in tantã. nisi forte alio modo nõ posset eam consequi per iudicem, vt 23.q.2.c.1. & 2. & ff. quæ in frau. cre. ait prætor. §. si debitorem Ioan.

d ¶Seruitutes.] Alibi dicitur, ꝙ seruitus sit inducta per ebrietatẽ. 35.d. sexto die. alibi videtur inducta ex præscriptione septennij, vt dicam inf. dist. 7. §. ius autẽ, in summa. in glo. quæ incipit, a iudicijs. super illo ver. iustificationibus. sed dicitur inducta de iure gẽtium: quia ius gentium eam approbat: non ꝙ eam primo inuenerit. Si ergo bellum iustum est, qui capitur, fit seruus capientis: vt 23.q.5. dicat secundum hoc peccat taliter captus, si recedat a dominio suo, vt 17.q.4. si quis seruum, sed si bellum non est iustum, licitum est ei fugere dum potest, vt ff. de cap. nihil interest. Ioan.

e ¶Postliminia.] Postliminium est ius, quo restituitur [illegible] quam per captiuitatem a miserat [illegible] prima actione & 34.q.1. cum per bellicam [illegible] arma, quæ non restituuntur, [illegible] vt ff. [illegible]

IVs publicum.] CASVS. Ius publicum consistit in sacris, sacerdotibus, & magistratibus, quia si aliquis istos, vel alias publicas personas offendit; ius publicum est, & contra publicum facit, cum hæ personæ principaliter ad statum Reipublicæ spectent.

p ¶Ius publicum est.] Vnde qui lædit sacerdotes, vel res sacras, ab omnibus tánquam pro publico crimine potest accusari. arg. 2.q.1. in primis.

IVs Quiritum.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes in prima dicitur, ꝙ ius Quiritum est proprie Romanorum, quod nulli habent, nisi Romani, vel eis subiecti. In secunda parte dicitur, ꝙ iure Romanorum agitur de legitimis hæreditatibus, de cretionibus, & tutelis, & de vsucapionibus: quæ omnia tãtum Romanis competunt. Secunda pars ibi. [in quo.]

q ¶Ius Quiritum.] a Quirino, idest, Romulo.

r ¶Quod nulli.[Contra C. de Iudęis. c. Iudæi. vbi dicitur, ꝙ Iudęi vtũtur Romano iure. Sed ibi oẽs vocantur Romani subiecti Romano Imperio: prout dicitur, Proprium Romanorum est habere filios in potestate: ꝓut etiam gentiles sunt sub Romano Imperio. nam Imperator est princeps totius mundi, vt 7. q. 1. in apibus. sed [illegible] sub eo constituti sunt. 6.q.3. scitote & ff. ad legem Rhod. de iac. qui le[illegible]. & l. de[illegible]. Qui ergo non vult esse sub Romano [illegible] nec hæreditatem haber[illegible] alia [illegible] Romana [illegible] argum. 8.

a ¶De legitimis hæreditatibus.] Ab inteſtato, vel ex teſtamento delatis. Et hæreditas eſt ſucceſſio in vniuerſum ius, quod defunctus habuit tempore mortis, vel quod ſupereſt deducto ære alieno.
b ¶De vſucapionibus.] Vſucapio eſt acquiſitio dominij per continuationem poſſeſſionis tẽporis lege diffiniti. ff. de vſu. l. 3. 1.

electi æquitatis arbitri, qui reſponſiones ſuas ediderunt in ſcriptis, quibus diſſidentium lites ſopiebant.
h ¶Reſponſa.] Olim * licuit cuilibet totã hæreditatem ſuam relinquere alteri: ſed Falcidius ſtatuit, ꝙ quarta pars hæreditatis deberet relinqui legitimis hæredibus. Eſt

* *Hæc gloſſa eſt tranſpoſita: pertinet enim ad cap proxime ſeq.*

tinent, niſi Quirites, ideſt Romani †. ¶In quo agitur de legitimis hæreditatibus [a], decretionibus α, de tutelis, de vſucapionibus [b], quæ iura apud nullum alium populum reperiuntur, ſed propria ſunt Romanorum, & in eoſdem ſolos conſtituta.

† Tex. eſt ſimi. in §. ſed ius quidem ciuile. cum glo. in verſ. ius Quiritũ & in verſic. a Quirino Inſti. de iure nat. gen. & ciui.

α ¶Cretionibus.] *Ante legebatur,* vel curationibus, vel de contractibus. E*mendatum eſt ex codicibus* Iſidori *tam impreſſis, quam manuſcriptis. Quid autẽ ſit cretio, declarat* Vlpianus *in ſuis titulis, c. 22. & ipſemet* Iſidorus *eo. lib. 5. Etymol. c. 24.* Alciatus 3. diſpunct. c. 7.

1 De hoc dic, vt plene not. 16. q. 1. in prin.



C Onſtat autẽ.] Hęc diſtinctio diuidit in duas partes. In prima parte ponit quinq; differentias ſecularium legũ. Secũda ibi, [Quædã.] Ioa. de Fant.

CASVS. In ſuperiori diſtinct. facta fuit mentio de iure Quiritum. idõ Gratianus annectit ſecundam diſtinctionẽ, in qua oſtendit, ꝙ ius Quiritum conſtet ex legibus, plebiſcitis, & ſenatuſconſultis, cõſtitutionibus principum edictis ſenatorum, & prudentum reſponſis. Interſerit etiam de quibuſdã legibus, quæ a nominib. cõditorũ nominantur, vt cõſulares, & tribunitiæ. &c. Et exẽpla ponit de ſingulis. Quatuor autẽ ſequentia capitula plana ſunt, & per te videbis.

c ¶Conſtat.] In hac ſecunda diſtinctione agit quæ ſint partes ſiue ſpẽs Romani iuris: agit ẽt quare leges cõſulares, vel tribunitiæ, vel aliæ ſic ſint appellatæ, &c.

d L Ex eſt.] Populi. olim populus ſtatuit leges: ſed hodie nõ: quia tranſtulit hanc poteſtatẽ in Imperatorẽ 2, vt Inſtit. de iure nat. §. ſed quod principi. Vel dic, quod populus hodie poteſt, & quod dicitur ibi, tranſtulit, ideſt, conceſſit.

QVAESTIO II.



C *Onſtat* [c] *autem ius Quiritum ex legibus, & plebiſcitis, & ſenatuſconſultis, & conſtitutionib. principum, & edictis* †, *ſiue reſponſis prudentum.* Ex Iſid. ibid. † antea legebatur, *ex edictis ſenatorum.*

¶Quid ſit lex. Cap. I. Iſid. eo. l. c. 10.

L Ex eſt conſtitutio populi [d], qua maiores natu [e] ſimul cum plebibus aliquid ſanxerunt.

¶Quid ſit plebiſcitum. Cap II. Iſid. eo. l. c. 10.

P Lebiſcita ſunt [f], quæ plebes tantum conſtituunt, & vocantur † plebiſcita, quòd ea plebs ſciat, vel quòd ſciſcitatur, & rogat, vt fiant

† *vocata ſcita*] orig.

¶Quid ſenatuſconſultum. Cap. III. Iſid. eo. l. c. 12.

S Enatuſconſultum eſt, quod tantum ſenatores populis conſulendo decernunt †.

¶Quid ſit conſtitutio, vel edictum. Cap. IIII.

C Onſtitutio, vel edictum eſt, [g] quod Rex, vel Imperator conſtituit, vel edicit. Iſid. eo. l. c. 13. † antea legebatur, *edidit.*

† Concord. tex. in §. conſtat autem verſic. ſenatuſconſultũ cum glo. in ver. ſenatu inſti. de iu nat. gen. & ciui.

¶Quæ ſint reſponſa prudentum. Cap. V.

R Eſponſa [h] prudentum ſunt, quæ Iuriſconſulti reſpondere dicuntur conſulentibus, vnde & reſpõſa Pauli dicta. Fuerunt enim quidam prudentes, & arbitri æquitatis, qui inſtitutiones † ciuilis iuris compoſitas ediderunt, quibus diſſidentium lites, contentioneſque ſopirent [i]. Iſid. eo. l. c. 14.

† *al. conſtitutiones*

¶Quæ ſint tribunitiæ, vel conſulares leges. Cap. VI

Q Vædã etiã leges dicuntur ab ijs, qui condiderunt, Iſid. ibi. c. 15.

2 Adde an poſſit facere ſtatutum, & ſi pũt: an principe exiſtente in ciuitate non conſentiente, not. Bal. in l. hominum. C. de lega.

e a Qua maiores natu.] Maiores natu dicuntur nobilitate, & antiquitate dignitate, ſcientia, vt 2. q. 7. quærendum, & c. criminationes.

f P Lebiſcita ſunt.] plebiſcita primo facta fuerũt propter diſcordiã, quę fuit inter nobiles & plebeios, vt ff. de origine iuris. l. 2. §. eiſdem temporibus.

g C Onſtitutio, vel edictum eſt.] propriè dicuntur conſtitutiones, principum, & edicta prætorũ 3. Dicitur etiam edictum iudicis, vt eſt citatio 24. q. 3. de illicita. ff. de re iudi. contumacia.

3 De hoc nota. ff. de ędil. edic. per totum. Laur.

R Eſponſa.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ reſponſa ſunt, q̃ Iuriſconſulti interrogantib. reſpondebant, vt fuerunt reſponſa Pauli. Fuerunt enim quidam prudentes

Eſt autẽ triplex Falcidia. Vna eſt debita iure naturæ, q̃ competit legitimo hæredi. Alia eſt debita iure inſtitutionis, quam poteſt iure hæres inſtitutus petere cũ tota hæreditas eſt exhauſta. Io. Et iſtas duas poteſt hodie habere filius inſtitutus extra de teſt. Raynaldus. & ita ceſſat opi. dominorum. C. ad leg. Fal. quamq̃, B Tertia quæ dicitur quarta Trebellianica 4. & competit hæredi inſtituto, qui rogatus eſt hæreditatem alteri reſtituere, vt legitur extra de teſt. Raynutius. Ioannes.

4 Adde appel. Fal veniat Trebellianica not. in l. 2 quis ali. ſta. prohi. in l. 1. ff. iure cod.

i ¶Sopirent.] Nec enim licet iudici ab eorum reſponſis deuiare, vt inſt. de iure natu. §. reſponſa.

Q Vædam etiam.] hæc eſt ſecunda pars diſtinctionis in qua ponit quaſdam leges denominatas a conditoribus. Io. de Fan.

CASVS. Hic enumerantur ſeptem leges denominatæ a no-

nominibus conditorum, quorum quatuor Octauianum Cæsarem præcesserunt: tres autem fuerunt sub Octauiano Cæsare. scilicet Papius, & Poppæus, qui leges condiderunt, præmia pro suscipiendis, idest, susceptis liberis continentes, & Falcidius tribunus plebis, qui parentibus

b SAtyra.] De hac satyra nihil habemus: sed tangitur in C. de lati. lib l. vnica. in prin. & in proęmio digestorum §. & antea, in fin. 2.

c RHodiæ.] Iniquissima est illa lex: scilicet ꝙ patientibus naufragium inhabitatores oĩa auferant, vt ff. eo. Modestinus. Sed hodie lex illa correcta est. C. de fur. Auth. nauigia. & extra de consue. c. fin. immortales sunt excõmunicati ipso iure vt extra de rap. ex communicationi.

z Dr̃ enim hæc lex de latina libertate esse, q̃ quasi per satyram fuit introducta secundum Hugo.

vt Consulares, Tribunitiæ, Iuliæ, Corneliæ. Nam & sub Octauiano Cæsare suffecti cõsules Papius α, & Poppęus legem tulerunt, quę à nominibus eorũ appellatur Papia Poppęa, continens patrum pręmia [a] pro suscipiendis liberis. Sub eodem quoq; Imperatore Falcidius Tribunus plebis legem fecit, nequis plus extraneis β in testamento legaret, quàm vt quarta pars superesset hæredibus, ex cuius nomine lex Falcidia nuncupata est.

α ¶ Papius. *Antea legebatur* Papius, & Pompeius, *& paulo post*, Papia, & Pompeia. *Emendatum est ex manuscriptis exemplaribus Isidori. Nam in impressis notauerat errorẽ Alciatus lib. 3. disp. c. 3. In tabulis autẽ Capitolinis anno vrbis DCCLXI. ex Kal. Iul. suffecti consules numerantur M. Papius, Q. Poppæus.*

β ¶ Extraneis. *Hæc dictio non est in Chronico Eusebij à B. Hieronymo latinitate donato, ac locupletato (vnde hoc videtur sumpsisse Isidorus) neque in l. 1. §. 2. ff. ad l. Falcid. vbi referuntur propria verba ipsius legis. Est tamen apud Isidorum etiam in codicibus manuscriptis.*

¶ Quæ sit lex Satyra. Cap. VII.

Isid. ibid. c. 16. † al. Satura.

SAtyra † α [b] vero lex est, quæ de pluribus simul rebus loquitur, dicta à copia rerum, & quasi à saturitate, vnde & satyram scribere est poemata varia condere, vt Horatij Iuuenalis, & Persij.

α ¶ Satyra.] *In aliquot Gratiani manuscriptis codicibus & vno Isidori legitur.* Satura, *de qua ita Festus:* Satura est cibi genus ex varijs rebus conditum, & est lex multis alijs conferta legibus. Itaq; in sanctione legum adscribitur; neve per saturã abrogato, aut derogato. *& alia quædam in hanc sententiam.*

¶ Quæ sint Rhodiæ leges. Cap. VIII.

Isid. ibid. c. 17.

RHodiæ [c] leges naualium commerciorum sunt, ab insula Rhodo cognominatæ, in qua antiquitus mercatorum vsus fuit.

DISTINCTIO III.



1 2

OMnes [d] hæ species secularium legum partes sunt. Sed quia cõstitutio alia est ciuilis, alia ecclesiastica: ciuilis vero forense, vel ciuile ius appellatur, quo nomine ecclesiastica cõstitutio appelletur, videamus. Ecclesiastica constitutio, canonis nomine censetur.

Quid autem sit canon, Isidorus in lib. 6. Etymologiæ. c. 16 declarat, dicens.



OMnes hę.] Hæc distin. diuiditur in tres partes. In prima probat quid sit canon. Secunda ibi. [Porro.] Tertia, ibi, [Officium.] Ioan. de Fan.

CASVS. Ab illo cap. Ius autem naturale. assignauit partes legum secularium: sed quia constitutio alia est ciuilis, quæ ius ciuile, vel forense appellatur: alia ecclesiastica, de qua principaliter intẽdit tractare ideo supponit dist. 3. in qua ostendit quo nomine lex ecclesiastica censeatur, & dicit ꝙ nomine canonis censetur. Interserit etiã quid sit priuilegiũ, & q̃d sit officiũ legis. Casus autem sequentis cap. patet per se.

d ¶ Omnes.] Sed quia sup. tractauit de speciebus secularium legum modo vult tractare de ecclesiasticis constitutionib. q̃ varijs nominib. appellãtur. qñq; illud appellatur canõ, qñque decretũ, qñque decretalis epistola. Canõ dicitur id q̃d statuitur in vniuersali cõcilio. extra de biga. altercationis. Decretum dicitur, q̃d Papa statuit de consilio Cardinaliũ suorum ad nullius consultationem. Decretalis epistola dicitur quam statuit Papa vel solus, vel cum Cardinalibus ad consultationem alicuius. 59. dist. hoc ad nos. 19. dist. si Romanorum. Item adhuc alias inuenimus appellationes canonicæ constitutionis, vt dogma, mandatum, interdictum, sanctio, vt 25. q. 2. si quis dogmata. Dogma est, quod consistit in doctrina fidei Christianæ. 23. dist. qui episcopus. Mandatum, quod consistit in doctrina de moribus 13. dist. his igitur Interdictum, in quo nulla poena adijcitur 32. dist. interdixit. sanctio, vbi pęna adijcitur, 36. dist. c. 2.

bus permisit facere de sua substantia quicquid vellent, & extraneis relinquere, præter quartam quam suis hæredibus relinquere tenentur iure naturæ. Casus autem duorum seq. cap. planus est, & per te pone.

a ¶ Præmia] Hæc fuerunt præmia, quod si quis haberet Romæ tres filios, in Italia quatuor, in prouincia quinque, non poterat vocari ad onus tutelæ, 1 Insti. de excusa. cu. in prin. Vel aliter constitutum est, ꝙ si quis habet minus q̃ xxv. an excluditur ab honoribus: tñ si esset xx. an. & hẽret quinq; filios, numerus filiorũ supplebat numerũ annorũ ff. de mu. & ho. ad rem. & ff. de mino. l. 2.

...et habe- ... præmiũ. qui mor- ... se excu,

Quid sit canon. Cap. I.

CAnon [a] græcè, latinè regula nuncupatur.

¶ Vnde dicatur regula. Cap. II.

Isidor. ibidem

REgula dicta est eo, quod recte ducit, nec aliquando aliorsum [b] trahit. Alij dixerũt regulam dictam, vel quòd regat, vel quòd normam rectè viuendi præbeat, vel quòd distortum, prauũmque † corrigat.

† prauumque quia] orig.

2 *Porro canonum alij sunt decreta Pontificum, alij statuta cõciliorum. Conciliorum vero alia sunt vniuersalia, alia prouincialia. Prouincialium alia celebrantur auctoritate Pontificis Romani, præsente videlicet legato [c] sanctæ Romanæ ecclesiæ: alia vero auctoritate patriarcharũ, vel primatuũ, vel metropolitanorum eiusdẽ prouinciæ. Hæc quidem de generalibus regulis intelligenda sunt. Sunt autem quædam priuatæ leges tam ecclesiasticæ, quam sæculares, quæ priuilegia appellantur.*

De quibus.5.lib.etymolog.c.16.Isidorus ait.

¶ Quid sit priuilegium. Cap. III.

PRiuilegia sunt leges priuatorum [d], quasi priuatę leges. Nam priuilegium α inde dictum est, quòd in priuato [e] feratur.

α ¶ Priuilegium.] *Cicero 3.lib.de legibus hæc habet:* Maiores nostri in priuatos homines leges ferri noluerũt; idest enim priuilegium. *Verum non semper eadem notione hanc vocem vsurpari solitam fuisse Budæus, & alij notarunt.*

3 *Officium vero sæcularium, siue ecclesiasticarum legũ est, præcipere ꝙ necesse est fieri β, aut prohibere quod malũ est fieri, vel permittere licita, vt pręmium petere; vel etiam quædam illicita, vt dare libellum repudij, ne fiant grauiora. Vnde in eod.lib.c.19. Isidorus scribit dicens.*

β ¶ Fieri.] *Quæ sequuntur, in aliquot vetustis codicibus sic habent,* prohibere, quod malum est fieri; permittere vel licita, vt præmium petere, vel etiam quædam, &c.

¶ Quod sit officium legis. Cap. IV.

OMnis autem lex aut permittit [f] aliquid, vt vir fortis

a CAnon.] sHabet autem canon sub se quatuor species, vt 25.q 2.si quis dogmata.

REgula.] CASVS Regula dicta est, eo ꝙ rectè ducit: nec aliorsum nos trahit, q̃ ad rectitudinem. Alij dixerunt regulam esse eo ꝙ regat, vel quod normam viuendi præbeat, vel prauum corrigat.

b ¶ Aliorsum] Ergo si regula nuuquam trahit aliorsum, omnis regula est ius: male ergo dicit lex, quæ ita diffinit regulam. Regula est quę rem breuiter enarrat, non vt ex ea ius fiat. ff. de reg.iur.l.1. Ad hoc dicas, q; si illud appellas regulam, in quo aliquid gñaliter statuitur nõ adiunctis exceptionibus, secũdum hoc ex regula non sumitur ius: & ita loquitur lex, sed si appellas regulam id quod includit ĩ se suas exceptiones, scd̃m hoc regula nunquam fallit: & ita sumit̃ hic.

PORRO. Hæc est ij. pars di. in qua distinguitur inter concilia prouincialia, & generalia, & priuilegia. Ioan. de Fan.

CASVS. Facit hic Gra. quandam dist. scilicet, canonũ alij sunt decreta Põtificum, alij sunt statuta conciliorum vniuersalium, alij sunt statuta prouincialiũ conciliorũ, quæ quę que fiunt auctoritate Papę vel patriarcharum, vel archiepiscoporum: & hęc quidẽ generales regulæ dicuntur. Sunt autem quædam priuatæ leges quæ priuilegia appellantur. & ad hoc inducit sequ. cap. cuius casus planus est.

Legatus vtrum possit conciliũ facere.

c ¶ Legato.] Ad hoc specialiter destinato, licet enim aliquis sit generalis legatus, non tamen potest facere generale, vel etiam prouinciale concilium: quia ea quæ specialiter Romano Pontifici conceduntur, mandata generali iurisdictione, non transferuntur, vt extra de of. leg. ꝙ translationem, & mandata generali iurisdictione, concilium non potest exercere is cui mandatur, vt ff. de off eius cui mand est iu. l. 2. Sed nunquid Metropolitani in suis concilijs, possunt condere canones? Non videtur, vt inf. 17. dist. nec licuit. &c. seq. Arg. contra inf. 11. dist. catholica, & de conse. di 3. c. 1. Dicas 1, ꝙ de paruis negotijs, & de his quæ spectant ad onus, possunt cõdere canones de magnis rebus non possunt vt 17. dist. multi. & 24.q.1. quotiens.

Metropolitani vtrum possint canones condere.

1 Hanc sententiam hic tenet Hugo. no. 18. di. in sum.

ADDITIO. Et de hoc not. 18. dist. in summa. & hanc sequitur de verbo ad verbum. Ioan.

Priuati dupliciter dicuntur.

d PRiuilegia.] Priuatorum.] Priuati dicuntur proprie qui non sunt constituti in aliqua dignitate, vt 24. quæst. 1. qui contra, Sed hic priuati dicuntur omnes exempti à iure communi: siue sit collegium, siue aliqua specialis persona. 7.q.1. petisti. Hic patet ratio quare verba posita in priuilegijs potius ponuntur causaliter quàm conditionaliter, cum dr̃, sicut iuste possides, si illud verbum inuenis in priuilegio, exponas, sicut, pro quia: & hac ratione, quia cum priuilegium sit lex, & lex debet esse certa, vt inf. dis proxi. c. erit. & verba priuilegij debent esse certa 2, hanc rationem assignat Innocen. extra de verb. sign. abbate. & super. verb. præteriti temporis moram.

Priuilegiarum verba causaliter ponenda sunt.

2 Aliàs inutile esset priuilegium. extra de priui. in his. arg. ff. de lega. l. si quando. Io.

e ¶ In priuato.] Idest, in priuatis.

OFFICIVM Hæc est iij. pars in qua dicit quid sit officium legis Ioan. de Fran.

CASVS. Dicitur quòd officium legis est præcipuè necessarium; prohibere mala, permittere licita, & quãdoq; illicita, ne grauiora fiant.

OMnis autem] CASVS. Dicitur hic ꝙ quadruplex est officium legis: aut enim permittit aliquid, vt si vir fortis præmium petat aut vetat, vt monialium, petere nuptias, aut punit, vt qui cædem fecerit capite plectatur; aut præcipit, vt diliges dominum Deum tuum.

f ¶ Permittit.] Tribus modis dicitur aliquid permitti. Vno modo quod nullo iure prohibetur, vt scd̃as nuptias contrahere, vt 31.q.1 hac rõne, Secundo mõ quod contra cõstitutiones humanas indulget, vt cõtrahere in quinto gradu, vt 35.q.3. quędam, & est hæc vera permissio &

Promissio tripliciter.

sio: & dr̄ absoluta permissio. Tertio modo dicit[illegible] illicitum permitti, ut magis illicitum vitetur, vt [illegible] messationes die Dominico, ut dist. 4. denique. & permittitur adulterium ne fiat homicidium, vt 33. q. 2. si quod uerius, & permittitur subdiacono habere vnam fœminam ne pec-

g ¶Causa.] Hic intitulatur 4. dist. in qua ostēdit qualiter leges sint inuentæ. Secundò ostendit quę sint consideranda in constituendis legib. Vltimo ostendit quasdā leges esse abrogatas per contrariam consuetudinē.

FActæ. CASVS. Quæsitum fuit ab Isido. quare leges sint factæ & institutæ: & respōdet, quod triplici de causa factæ sint. Vna, vt earum metu humana audacia coerceatur. Secunda, vt tuta sit inter improbos innocentia. Tertio, vt vnius supplicio aliorum facultas nocendi refrænetur.

petat præmium; aut vetat, vt sacrarum virginum nuptias nulli petere liceat, aut punit, vt qui cædem [a] fecerit [b] capite plectatur: eius [c] enim præmio [d], aut pœna vita moderatur [e] humana, diuina α autem præcipit [f], vt [Diliges Dominum Deum tuum.]

α ¶Diuina.] *Hinc vsque ad finem non sunt in codicibus* Isido*ri, neque in aliquot exemplaribus Vaticanis Gratiani. In alijs uero omissa uoce,* diuina, *legitur,* aut præcipit, vt diliges Dominum Deum tuum.

Deus. cap.

DISTINCTIO IIII.

1 C*Ausa* [g] *vero constitutionis legum est, humanam coercere audaciam, & nocendi facultatem refrænare: sicut in eod. lib. c. 20. Isidorus testatur dicens.*

¶Quare leges factæ sint. Cap. I.

FActę sunt autem leges, vt earum metu humana coerceatur [h] audacia, tutaque [i] sit inter improbos innocentia, & in ipsis improbis formidato supplicio refrenetur nocendi facultas.

Iuo p. 4. c. 168. Pann. li. 2. c. 142.

2 *Præterea in ipsa constitutione legum, maxime qualitas constituendarum obseruanda, ut contineant in se honestatem, iustitiam, possibilitatem, conuenientiam, & cætera, quæ in eod. lib. Isidorus enumerat dicens.*

¶Qualis debeat esse lex. Cap. II.

ERit autem lex honesta [k], iusta [l] possibilis [m] secundum naturā [n], secundū patriæ consuetudinē [o], loco temporique [q] conueniens, necessaria [r], vtilis [s], manifesta [t]

h ¶Coerceatur.] nā per leges nemo cogitur bene facere, sed male facere prohibetur, vt 23 q. 5. ad fidē.

i ¶Tutaque.] idest, vt boni inter malos quietè viuant, vt 23. q. 5 non frustra. Ioā.

PRAETEREA Hæc est ij pars dist. in qua ponit viij. quæ sunt seruanda in legibus promulgandis Ioan. de Fran.

CASVS. Modo dicit Gra quæ sint illa, q̄ in lege constituenda cōsiderantur, vt contineat, &c. & ad hoc inducit c seq.

ERit.] CASVS. In hoc cap. enumerat Isidorus x. quæ lex in se continere debet, ita quod hæc, scilicet patriæ, locò, tempori uerè conueniens, pro uno ponantur, scilicet honesta, iusta, possibilis, &c.

Permissio [illegible]paratiua. De hoc lo[illegible]tur 26. q. [illegible] qui.

ne peccet cum pluribus, ut extra qui cler. vel vo. significauit. & hæc dicitur comparatiua permissio 1. sed potius appellatur tolerantia, quam permissio, & secundū hanc permissionem dicit canō, q̄ ea, quę permittimus, non approbamus, ut 3[illegible]. q 1. hac ratione secundum hāc permissionem dicit decre. quod multa toleramus, quæ si in iudicium deduceremus, cassarentur, ut extra de præben. cum iam dudum.

[illegible]dex ecclesiasticus an [illegible] causa sanguinis se intromittat.

a ¶Vt qui cædem.] Sed nunquid iudex ecclesiasticus potest taliter dictare sententiā in causa sanguinis: cum nec causis sanguinū possit interesse, ut 23 q 8. his à quibus? Sed dic quod iudex ecclesiasticus potest dicere ius interroganti: sed nō potest illud præcipere vel consulere sic 5. q. vlt. declaratori 23 q. vlt. pessimā. Ioan. sed videtur. hudie correctum de exce[illegible]. præla. ex literis. B.

b ¶Fecerit.] V. de pœnit. dist. si quis cum telo.

c ¶Eius.] idest, legis.

d ¶Præmio.] idest permissione.

e ¶Moderatur.] Passiuè.

f ¶Diuina autem præcipit.] Hoc respicit superiora.



CAusa.] Hæc diuiditur in quatuor partes. In prima quæritur quare sint factę leges. Secund. ibi [Præterea] Tertia ibi [Ideo aūt.] Quarta ibi. [Hæc etsi,] Io. de Franc. CASVS. Dixit supra quod sit legis officiū. in hac 4. d. ostendit a [illegible] quid in ea contineatur, & quando instituitur: & quòd etiam quædam capitula sunt abrogata.

K Honesta.] quia in iure non tam desideratur iustitia, quàm honestas. 35. q. 3. porro.

l ¶Iusta.] Aliter enim non est ius. nisi sit iustum, ut su dist. 1. ius generale.

m ¶Possibilis.] Quia si de impossibilitate legis quis transgreditur, frustra imputaretur ei ad pœnam, ut 15 q. 1. non est 23. q. 4 Nabuchodonosor. & ff. quando appella. sit l. 1. § dies autem istos.

n ¶Secundum naturam] idest naturalem rationem. sup. dist. 1. consuetudo. Ioan.

o ¶Secundum patriæ consuetudinem.] Quia si est contra consuetudinem inhabitantiū, per contrariam consuetudinem abrogatur, ut inf. eo. §. leges. & cap. statuimus. Item quia consuetudo interpretatur legum, ut extra de uerb sign abbate. ff de legib. cum de consuetudine & l. si de interpretatione.

p ¶Loco.] Quia in aliquibus locis aliqua statuuntur, quæ alibi non reciperentur, ut 31. dist. ante. & c. aliter. Item in iure constituendo consideranda est vicinitas locorum, vel remotio, ut 63. dist. cum longe.

q ¶Temporiq.] Omnia enim debent conuenire suis temporibus, ut 23. q. 4. si ecclesia & 2. q. 1. si peccauerit.

r ¶Necessaria.] Quia non nisi instante necessitate ius statui debet, ut 29 dist. regulæ

s ¶Vtilis.] Quia inutilis esset abijcienda. 68. d. chorie[illegible] omnia.

t ¶Manifesta.] 4. q. 3. non in testibus.

a ¶Captio-

quoque, ne aliquid per obscuritatem in captionē *α* [a] contineat, nullo priuato [b] cōmodo, sed pro communi ciuiū vtilitate conscripta.

α ¶In captionem.] *Antea legebatur,* incautum eaptione. *Restituta est uera lectio ex codicibus Isidori manuscriptis, lib. 5. c. 21. & ex impressis etiam lib. 2. cap. 10. ubi eadem scribuntur, partimque ex antiquis Gratiani exemplaribus à quibus abest dictio,* cautum. *Simili uero locutione vtitur Paulus lib. 5. sent. tit. 33. c. 2.* Ne quis, inquit, in captionem verborum in cauendo incidat.

3 *Ideo autem in ipsa constitutione ista cōsideranda sunt, quia cum leges institutæ fuerint, non erit liberum iudicare de ipsis: sed oportebit iudicare secundum ipsas.*

Vnde Augustinus ait in libro de uera religione, c. 31.

¶De legibus tunc est iudicandum, cum instituuntur, non cum institutæ sunt. Cap. III.

IN istis temporalibus legibus, quamquam de his homines iudicent [c] cum eas instituunt, tamen cum fuerint institutæ & firmatæ, non licebit [d] iudici de ipsis iudicare, sed secundum ipsas. Iuo p. 4. c. 169. Pann. l. 2. c. 148.

Leges instituuntur, cum promulgantur, firmantur, cū moribus utentium approbātur. Sicut enim moribus utentium incōtrarium nonnullæ leges hodie abrogatæ [e] *sunt, ita moribus utentium ipsæ leges confirmantur. Vnde illud Telesphori Papæ, (qui decreuit, vt generaliter clerici à quinquagesima β à carnibus, & delitijs ieiunent) quia moribus vtentium approbatum non est: aliter agentes, transgressionis reos non arguit.*

Telesphorus vrbis Romæ episcopus omnibus episcopis, epist. 1.

β ¶Quinquagesima.] *Post hoc verbum in codicibus impressis sequebatur,* ieiunandi propositum susciperēt, & a carnibus, & delitijs abstinerent: *sed omnes ferè manuscripti habent eo modo, quo restitutum est.*

¶Septem hebdomadibus a carne, & delitijs ante Pascha clerici abstineant. Cap. IIII.

STatuimus, vt septē [f] hebdomadas plenas ante sanctū Pascha oēs clerici in sortem Domini vocati à carne † Iuo p. 4. c. 25. Pann. li. 2. c. 174. † *al. carne, & delicijs.*

1 Vide qđ no. 14 q. 3. plerisque & ff. de le. contra lege Io. de Fran.

a ¶Captionem.] ne aliquis captiose possit eam interpretari, vel etiam ne alicui laqueus paretur per eam 1, 27. q. 1 de viduis. Ioan.

b ¶Priuato.] Tunc enim esset priuilegium.

IDEO AVTEM. Hæc est iij. pars dist. in qua ponit, φ leges per desuetudinē abrogantur, & per consuetudinem confirmātur, & hoc probatur per iiij. auctoritates. Ioan.

CASVS. Dicit Grat. φ ideo ista in lege cōsiderantur statuēda: quia cum institutæ fuerint, non erit liberum de ipsis iudicare: sed postquam institutę fuerint, minori iudici non licebit iudicare de ipsis: sed secundū ipsas. & ad hoc inducit cap. seq.

IN istis.] CASVS. Dicit Aug. φ quando leges instituūtur potest quis de ipsis iudicare: sed postquā institutę fuerint, minori iudici non licebit de ipsis iudicare sed secundum ipsas.

c ¶Iudicent.] cum ergo Papa vult condere canones, episcopi pñt contradicere, & dicere; canon iste non cōuenit cōsuetudini regionis nostræ, ut supra, capit. proxi. Sed nunquid potius stabitur sententiæ Apostolicæ, vel omniū ep̄orum? videt̄ φ omniū episcoporum: quia orbis maior est urbe, ut 93. dist. legimus. Arg. φ sententia Papæ præualet. 35. q. 9 veniam. nā etiā error principis ius facit, ut ff. de sup. leg. l. 3. in fi. Dicas, φ sententiæ Papę stabitur cōtra omnes. 9. q. 3. nemo, &c. cuncta nisi contra fidem diceret, 25. q. 1. sunt q̄dā.

Papæ sententia prefertur sentētiæ omniū episcoporum.

d ¶Non licebit.] argum. quod semel est approbatum, amodo non potest reprobari, ut 8. q. 2. dilectissimi, &c. licet. & 32. q. 5. horrendus 2. Ioan. Nisi ex noua causa. extra de offi. deleg. cap. insinuante.

2 Vnde dicas, φ hæc litera loquitur de īferiori iudice: nā si inferior iudex vellet aliquid proponere quare lex illa non deberet condi. faci-

LEGES CASVS. Iste §. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quòd leges instituuntur, cum promulgantur; & confirmantur, cum moribus utentiū approbantur. In secunda parte, quæ incipit ibi. [Sicut.] dicitur, quòd sicut leges moribus utentium confirmantur: ita quædam leges sunt per desuetudinem abrogatæ: sicut, & illud Thelesphori abrogatur, quod dixi de proposito ieiunando suscipiendo a clericis a quinquagesima, & ad hoc inducit seq. cap.

e ¶Abrogatæ.] Abrogare est in totū tollere legem. derogare est pro parte detrahere legi, vt ff. de uerb. signi. derogatur, sed qualiter potest populus abrogare canonem, cum non possit condere canonem? maxime ex quo tota potestas translata est in principem. ff. de constitutionibus principum. l. 1. Sed dic, quòd non potest abrogare nisi per expressum consensum Papę: ut extra de præben. cum iam dudum. licet quidam dixerint, quod sufficere: ceret sola scientia Papæ. Io. Sed credo, φ consuetudo rationabilis & præscripta tollat leges, ut extra de consue. cap. ult. etiam sine scientia principis. difficile enim esset eum omnes consuetudines quæ seruantur, scire. B.

lius audire… tur prim… quā postea… ad hoc a… 31. dist. N… cęna. na… multa im… diūt prom… uendum, … ca. 15. q. 1… fi. secūdu… Lau.

STatuimus.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima dr̄, quòd clerici dēnt incipere ieiunium à quinquagesima: vt clericorum uita a laicali discernatur. In secunda parte, q̄ incipit ibi, [Has ergo] dr̄, φ per septē hebdomadas ante Pascha clerici ieiunando hymnis, vigilijs, & orationibus insistere dēnt die noctuque.

f ¶Statuimus vt septē.] istis duobus cap. ob. inf. de consec. dist. 3 a sacerdotibus. ubi quadragesima præcipitur seruari. Sed dic, φ istud c. non tenet, quia hodie quinquagesima non seruat̄, cū ipsa celebretur post Pascha. Io.

Quinquagesima hodie nō seruatur.

f ¶Statuimus.] idest, abrogamus: vel ponitur statuimus pro consulimus.

a ¶Cleri-

a ¶Clericorum.] aliâs viles reputentur. 1.quæst. 1.vilissimus.

Qvadragesima.] CASVS. istius cap. patet per se. Et hæc duo cap. abrogata sunt sicut, & seq. c in princ. & hoc dicit sequens. §. quod similiter.

Denique.

in fi. cap. quærebatur: an vino sit vtendum, & respondet, ꝙ sic, vt tamen ebrietatem vitemus.

b ¶Dignitas.] Hic habes, ꝙ quilibet ordo ecclesiasticus dicitur dignitas vel honor, vt 1. quæst. 1. reperiuntur quandoque sæculares potestates dicuntur dignitates. 23. q. 5. administratores quandoque constantes homines dñr habere dignitatem, secundum, quòd fer ui dñr habere digni tatẽ, vt ff. de vsufru. sed, & si quid. §. 1. Et ex hoc patet clericos nõ esse priuatas personas: cum illæ solæ dicãtur priuatæ personæ, quæ non habent dignitatem, vt 24 q. 1 qui contra.

c ¶Ad pensum.] id est, ad quantitatem 1, vt sint duæ partes. — 1 Siue mensuram, siue instructionẽ

d ¶Sicut loco.] Id est, dignitate. Et est hic arg ꝙ q. præcedit aliũ dignitate, debet ẽt præcedere in alijs, vt 1. q j. vilissimus lo.

e ¶Dominica.] carnispriuij.

f ¶Hesitamus.] non quid iuris sit, sed q d statuendum sit, ne scandalum oriatur. C. de testa. l. omniũ. 1. q. 2. quam pio.

g ¶Et sæculares.] & pro idest.

h ¶Consuetudine.] argu. ꝙ consuetudo excusat in delictis, vt hic, & 32 q 4. obijciuntur, & extra de tẽp ord. sane. 2. Sed contra, consuetudo non minuit peccatũ sed auget, vt 24. q. 1. schisma 32 q. 7. flagitia. extra de fi. non satis 3, immo cõsuetudo veniale peccatũ, facit mortale, vt 25. d. vnum orariũ. §. criminis Sol. consuetudo excusat à pœna temporali, sed nõ a gehennali. — Consuetudo an excuset ĩ delictis. 2 Vbi plenè de hoc, & J. d. 8. mala. 3 Extra de consue. cum tanto.

ieiunent: quia sicut discreta debet esse vita clericorum [a] a laicorum conuersatione, ita & in ieiunio debet esse discretio. *& infra.* ¶Has ergo septem hebdomadas oẽs clerici a carne, & delicijs ieiunent, & hymnis, & vigilijs, atq; orationibus Domino inhærere die noctuque studeant.

Item Ambrosius in lib. sermonum a.

a ¶Sermonum.] *Inuenti sunt Romæ in bibliotheca Vaticana, & Mediolani in bibliotheca monasterij S. Ambrosii sermones aliquot manuscripti, Ambrosii nomen præferentes: inter quos est sermo de sexagesima, cuius initium est;* Adest tempus. *vnde hoc caput sumptum est.*

¶Septimam hebdomadam Telesphorus quadragesimæ addidit. Cap. V.

Qvadragesima sex septimanas habet, cui addidit Thelesphorus Pontifex septimam hebdomadam, & vocatum est hoc tempus quinquagesima.

Quod similiter de eo capitulo est intelligendũ, quod B. Gregorius Augustino Anglorum episcopo scribit dicens.

¶A quinquagesima ieiunandi propositum sumant, quos ecclesiastici gradus dignitas exornat. Cap. VI.

Iuo p. 4. c. 29.

Denique sacerdotes, & diaconi, & reliqui oẽs, quos dignitas [b] ecclesiastici gradus exornat, a quinquagesima propositũ ieiunandi suscipiant: quo & aliquid ad pẽsum [c] sanctæ institutionis adijciant, & eorũ, qui in laicali ordine consistunt, obseruantiã, sicut loco, [d] ita religione præcellãt. ¶De ipsa vero die Dominica [e] hesitamus [f], quid nam dicendũ sit, cum oẽs laici, & sæculares [g] illa die plus solito ceteris dieb. accuratius cibos carnium appetant, & nisi noua quadã auiditate vsq; ad medias noctes se ingurgitent; non aliter se huius sacri temporis obseruationẽ suscipere putant, quod vtiq; non rõni, sed voluptati, immo cuidam mentis cæcitati adscribendum est, vnde nec a tali consuetudine [h] auerti possunt, & ideo cum venia [i] suo ingenio relinquendi sunt, ne forte peiores [k] existant †, si a tali consuetudine prohibeantur. Vt enim ait Salomon: [Qui multum emũgit, elicit sanguinem [l].] *& post pauca.* ¶Par [m]

Prouerbio. 30. — †Adde fere simile per Iasonem in l. sanctos col. ...C de summa Trin.

Denique.] CASVS. Istud c. diuiditur in quinque partes. In prima parte quærebat Aug a Grego. an clerici incipere debeant ieiunium a quinquagesima, & rñd. ꝙ sic: vt sicut loco præcellunt laicos, ita & religione præcellant. In scda parte, quæ incipit ibi, [De ipsa vero.] quærebatur an laici, qui in dieb. dñicis consueuerint solẽnius epulari, debeant a tali consuetudine remoueri? & rñd. & nõ, ne deteriores fiãt, & hoc ꝓbatur auctoritate Salo dicentis, ꝙ qui nimis emũgit, elicit sanguinẽ. In tertia parte, q̃ incipit ibi, [Et post pauca.] quęrebatur: an tpe ieiuniorũ sit abstinendum ab ouis, caseo, & lacte & rñdet Greg. ꝙ sic, qa sicut a carnib. ita ab omnibus, quę trahunt sementinã originẽ carnis, est abstinendum. In quarta parte, q̃ incipit ibi, [Et post pauca. Ceterum.] quærebatur an piscibus in quadragesima sit vtendum, respon. ꝙ sic, ad infirmitatis solatium, & non ad luxuriam, & non magnis piscibus, sed paruis. Quinto loco

i ¶Venia.] Quid est ergo quod dicitur alibi nunquam esse veniam datam impœnitenti, vt 24 q 2. legatur, ideo intelligas de venia pœnæ, non de venia culpæ: tolerat ergo Grego. crimen tale propter periculum schismatis vel scandali. Vnde non est dicendum, quòd ignoscatur eis: licet non puniat eos propter multitudinem, vel scandalum. sustinenda enim sunt crimina ratione scandali, vel schismatis, vt 23. quæstio. 4. non potest, & ratione multitudinis, vt 50. distinctio. vt constitueretur. hodie non toleratur, vt extra de vita, & honesta. clerico. a crapula. — Scandali ratione tolerãtur crimina.

K ¶Ne forte peiores.] Hæc est comparatiua permissio.

l ¶Sanguinem.] Sic qui multum corrigit, offendit, vt 45. dist. cum beatus, & alibi dicitur. Noli esse nimium iustus, vt de pœn. distinct. 1. serpens 2 q. 7. cap. plerunque. §. de his.

m ¶Par.] Idest, æquum, & iustum.

¶ Ab

a ¶ Ab omnibus.] q.d ex quo caro prohibetur: ergo & omnia, quæ de carne procedunt.
b ¶ Sementinam.] Idest, semen.
c ¶ Sumptuosiora.] Sed paruos pisciculos potest homo comedere, vt inf. 82.d. presbyter.

lam patitur immutationem. Instu. de iure natu. §. pen. nam si quid est contrarium iuri naturali, illud iniquum est sup. dist. 1. ius naturale. in fi. Item amplitudine, quia iure naturali omnia sunt communia: sed hoc non est alio iure. Item sententiæ rigore: quia contra ius naturale nulla

autem est, vt quibus diebus a carne animaliũ abstinemus, ab omnibus [a] quoque, quæ sementinam † [b] carnis trahũt originem, ieiunemus. a lacte videlicet, & caseo, & ouis. *& post pauca.* ¶Cęterum piscium esus ita Christiano relinquitur, vt hoc ei infirmitatis solatium, non luxuriç pariat incendium. Denique qui a carne abstinet, ne quaquã sumptuosiora [c] marinarum belluarum conuiuia præparet. Vinum quoque ita bibere permittitur †, vt ebrietatem omnino fugiamus: alioqui [d] restat, vt omnia, quæ corpori libent, similiter faciamus.

† *al sementiuam.*

† *al. permittimur.*

4 *Hæc etsi legibus constituta sunt, tamen quia communi vsu approbata non sunt, se non obseruantes transgressionis reos non arguunt: alioquin his non obedientes proprio priuarentur honore, cum illi, qui sacris nesciunt obedire canonibus, penitus officio iubeantur carere suscepto: nisi forte quis dicat hæc non decernendo esse statuta, sed exhortando conscripta [e]. Decretum vero necessitatem facit: exhortatio autem liberam voluntatem excitat.*

Ex Greg inf. 25. q. 1 hac coniona.

QVÆSTIO V.



Aec, quæ [f] de priuilegijs, & cæteris infra positis scripta sunt, tam sæcularibus, quã ecclesiasticis legibus conueniunt. Nunc a ad differentiam naturalis iuris, & cæterorũ reuertamur. Naturale ius inter omnia primatum obtinet tempore, & dignitate. Cœpit [g] enim ab exordio rationalis creaturæ, nec variatur tempore, sed immutabile [h] permanet. 2 Sed cum naturales [i] ius in lege, & Euangelio supra dicatur esse comprehensum, quædam autem contraria his, quæ in lege statuta sunt, nunc inueniantur concessa, non videtur ius naturale immutabile permanere. In lege namq; præcipiebatur, vt mulier, si masculum pareret, quadraginta [k]: si vero fœminam, octuaginta diebus a templi cessaret ingressu: nunc autem statim post partũ ecclesiam ingredi non prohibetur. Item mulier quæ menstrua patitur, ex

Leuit. 12.

Ibid. 15.

d ¶ Alioqui.] Argu. ex quo vnum conceditur: ergo omnia similia intelliguntur esse concessa, vt inf. dist. proxi. ad eius, & 27. dist. quod interrogasti. 22. q. 2. si qs per testamentum 1.

1 Ad hoc facit qđ le. & not. 95. d. illud. i gl. arg. omnia, &c.

HAEC ETSI. Hæc ẽ 4. pars distin. in qua soluit supradicta. Archid.

CASVS. Dicit Grat. ꝙ hæc tria cap. supra dicta sunt abrogata & ideo qui nõ obseruant ea, non dicunt̃ transgressores: sed si nõ essent abrogata, nõ obediẽtes eis ꝓprio priuarentur honore: nisi fortè quis velit dicere, ꝙ hęc supradicta cap. loquãtur de consilio, & non de præcepto.

e ¶ Cõscripta.] Nam qui exortat, mandatoris opera nõ fungitur, ff. de his q no. infa. ob. hæc verba.



AEc q.] Hęc distin. diuidit̃ in duas partes. In prima probat ꝙ naturale ius non mutat̃. Secunda ibi, [Sed cũ naturale.] CASVS. Continuat magister dicta ab illo. c. priuilegia. hucusq; dicẽtis, & dicit ꝙ illa omnia conueniunt tã sęcularibus q̃ ecclesiasticis legibus. Nunc autem in hac 5. d. reuertit̃ ad ius naturale, assignãdo dr̃iam iuris naturalis ad alia iura: nã istud ius primatum obtinet inter alia iura tempore, & dignitate. tp̃e, quia cœpit ab exordio rationalis creaturæ: dignitate, quia non variatur. Sed cum ius naturale dicatur supra comprehensum lege, & Euangelio, quædam autem contraria legi nunc inueniantur concessa a ꝑaret, ꝙ ius naturale mutabile. * est, & variatur, & hoc probatur exemplo mulieris, quæ statim post partum, & menstruum potest nunc ingredi ecclesiam: licèt aliter esset secundum legem, & puer statim cum natus est, potest baptizari, & ad hoc inducit cap. seq.

* *Declaratur inf. d. 6. c. nõ est peccatum, §. his itaque.* Ius naturale in 4. differt ab alijs.

2 Vt in fi. ꝑcedentis, §. & inf. d pro xi. §. his itaque.

f ¶ Hæc quæ.] In hac 5. dist. incipit assignare dr̃iam iuris naturalis ad alia iura. Notandum ergo, ꝙ ius naturale in 4 differt ab alijs iuribus, in origine, dignitate, amplitudine, & snĩæ rigore. In origine differt, quia cœpit ab exordio rationalis creaturæ, vt insti. de rer. diuina §. commodus, sed alia iura ortum hẽnt ab inuẽtione hominu 2, inf. d. 6. c. vlt. Dignitate differt, quia hoc ius nulla fit dispensatio, sed aduersus alia iura sæpe.

g ¶ Cœpit.] Per intelligentiam, non per essentiam: imò verius posset dici, ꝙ cœpit quo ad vsum 3, quia ius naturale, licet naturalis æquitas ab æterno fuit: nisi velis intelligere de iure diuino: illud enim prius fuit, quam esset redactum in scriptis.

3 Et exerc tium: na tunc creat rę cęperu eo vri. A chid.

h ¶ Sed immutabile.] Quoad præcepta, & ꝓhibitiones, vt d 6. §. vlt.

i ¶ Sed cum naturale.] Hæc est 2. pars dist. in qua obijcit contra [illegible] ꝙ ius naturale nõ mutat̃, & ꝓbat per [illegible] cap. ꝙ mutetur. Sol. ponet inf. d proxi. §. His itaq; [illegible] obiectio magistri. Puerpera, & menstruata vsq; ad certum tp̃s prohibebantur intrare ecclesiam: sed modo neutra prohibetur, & hæc prohibitio est de iure naturali: ergo restat, ꝙ ius naturale sit variatum.

K ¶ Quadraginta.] Quia tot diebus mortuus est partus ante infusionem animæ: sed fœtus fœmineus 80. diebus.

diebus secundum hoc videtur, quod tempore quo concipit, dēt abstinere : sed ratione dubitationis secus est: quia nescitur quo tempore concipit: item quia nescit vtrum masculum vel fœminam pariat Io.

S I mulier.] CASVS. Mulier statim post partum potest

b ¶ Pondere peccati.] Sed nonne in brochardo legitur in pœnitentiali Theodori, q̄ fœmina post partum masculi abstinebit xxxiii diebus ab ingressu ecclesiæ: sed post partum fœminæ lxvj & si ante intrabit, tot diebus pęnitebit in pane & aqua, quot diebus ante intrauit ecclesiam: & qui illis diebus commiscetur ei, x diebus pœnitebit in pane & aqua: Item consuetudo est cōtraria illis c Gre. Sed illud Theodori intelligas de ea, quæ nō ex deuotione intrat: vel de illa quæ sine necessitate intrat: Sed verius credo quod potest intrare siue sit necessitas, siue non, vt extra de pur. post partum. volens. consuetudo tamen in contrarium se habet. Io.

Mulieres enixæ non tenentur hodie ab ingressu ecclesiæ abstinere.

lege immunda esse reputabatur: nunc autem nec statim intrare ecclesiam nec sacræ communionis mysteria percipere: sicut nec illa, quæ parit: uel illud, quod gignitur, statim post partum baptizari prohibetur. Unde eidem Augustino Anglorum episcopo Gregorius scribit dicens,

κ ¶ Nunc ad differentiam.) *In vulgatis legebatur,* Nunc autem ad doctrinam, *Emendatum est ex vetustis codicibus, & ex principio dist. 15. vbi hoc repetitur.*

PALEA ℬ C. I.

c io ad interrogata August. Anglorum Episcopi.

CVm enixa fuerit mulier, post quot dies intrare Ecclesiam debeat, testamenti veteris præceptione didicisti: quia pro masculo xxxiij. pro fęmina vero lxvj. diebus debet abstinere; quod tñ sciendum, qa in mysterio accipitur.

ℬ ¶ Palea.) *De paleis vniuerse in præfatione dictum est. Hoc vero, cui primum præponitur nomen Paleæ, habetur etiam in manuscriptis exemplaribus (exceptis duobus Vaticanis;) & in quatuor coniunctum est cum sequenti capite,* Si mulier: *addita ad illius initium voce,* Nam; *quemadmodum est apud Gregorium.*

Gregorius ibidem continenter. Beda l. 1. de hist. Angl. c. 27. Nicolaus ad cōsulta Bulgarorum, c. 68

¶ Mulier enixa gratias actura Ecclesiam intrare hora eadem non prohibetur. C. II.

SI mulier [a] eadem hora, qua genuerit, actura gratias intrat Ecclesiam; nullo pondere peccati [b] grauatur: voluptas etenim carnis, non dolor in culpa est. In carnis autem commistione voluptas est; in † prolis vero partu dolor & gemitus. Vnde & ipsi primæ matri omnium dicitur; [In doloribus paries.] Si itaq; enixam mulierem prohibemus intrare Ecclesiā; ipsam ei pœnā [c] suā, in culpā deputamus.

Gen. 3. † *nam in prolis prolatione gemitus.*) ori.

c ¶ Pœnam.] Afflictis enim non debet afflictio addi vt 7. q. 1. cū percussio. illud tamen fallit: quia corrupta per violentiam non consecrat. infra 26. distin. Acutius. & 32. quæstio 5. ille autem, & mutilati mēbris non promouentur, vt 55. distinctio. per totum 1.

Afflictio afflictis quandoq; datur.

1 De hoc not. ifra ead. ad eius. [in gl. hoc est Archid.

B Aptizari. CASVS: Mulier vel quod ex ipsa natum est, statim in periculo mortis baptizari potest ne parua mora imminente inueniri non possit quod redimatur.

Idem ad eundem.

Greg ibid continenter. Burch l. 4 c. 32. Iuo par. 1. c. 62.

¶ Mulierem enixam, vel quod ab ea genitum fuerit, eadem hora nihil prohibet baptizari. C. III.

BAptizari autē, vel enixam mulierem, vel hoc quod genuerit, si periculo mortis vrgetur, vel ipsa hora eadem qua gignit, vel hoc quod gignitur, eadem qua natum est, nullo modo prohibetur; quia κ sicut sancti mysterij gratia viuentibus, atque discernentibus cum magna discretione prouidenda est; ita quibus mors imminet, sine vlla dilatione offerenda est; ne, dum adhuc tempus ad præbendum redemptionis mysterium quæritur, interueniente paululum mora [d], inueniri non valeat, qui redimatur.

d ¶ Mora.] argu q̄ mora est vitanda vbi timetur periculum, vt 28 dist de Syracusanæ. de consec dist. 4 ne quod absit. argument. contra. ff. de iud si debitori. & ff de solu. l quod dicimus. Solu. illud in cōtractibus: istud in periculo animæ. Ioan.

κ ¶ Quia sicut.) *Hinc vsque ad ver.* Ne dum, *addita sunt ex Beato Gregorio.*

Item.

Greg ibid continenter. Nicolaus ad cōsulta Bulg c 68 Beda hist. 1 de hist. Angl c. 27. Iuo par. 8 c. 88

¶ Antequam puer ablactetur, vel mater purificetur ad eius concubitum vir non accedat. C. IIII.

AD eius vero cōcubitum vir suus accedere non debet,

A D eius.] CASVS. Tria dicit præsens cap. Primo, quod vir non debet dormire cū vxore sua tempore purgationis antequam puer ablactetur: nec alij debet tradi ad

test ecclesiam ingredi: nam ex hoc nullo peccato grauatur: quia voluptas carnis in culpa est, non dolor: alioquin dolorem partus sibi verteremus, in culpam. h. d.

a ¶ Si mulier.] quidam libri habent, cum enixa: sed illud est palea vsque ad hunc locum.

nutriendū causa incontinentiæ. Secundo: ibi, [Quæ tamen.] dicit quod mulier tempore purgationis potest ecclesiam ingredi: quia superfluitas non debet culpæ adscribi. Tertio ibi. [Sancta quoque] dicit quod mulier tempore partus non est arcenda a corpore Christi: si

tamen

tamen abstinet ex deuotione, laudanda est.

a ¶Ablactetur.] Tempus ablactationis hic appellatur tempus post partum, quando mulier nimis abundat lacte: & nisi extraheretur per puerũ, oporteret ipsam infirmari: iõ autem prohibetur illis temporibus commisceri cum eis, quia ex tali coitu nascuntur morbosi, & leprosi. sed quid si mulier petat debitum a viro tẽpore menstrui, vel tẽpore purgationis? Dico ꝙ non reddet debitum ei, nisi timeretur fornicatio eius. 13. dist. duo mala Itẽ si vir petit debitum tempore menstrui a muliere: mulier negabit, & exponet ei causam quare nõ potest ff de solu l. quod dicimus.

b ¶Prohibeantur.] idest, sub forma prohibitionis dissuadeatur. sic exponunt quidam.

c ¶Inuita.] Hoc est regulare, vt quod q̃s inuitus patitur, non afferat ei præiudicium, vt hic, & 50 distin. ꝑsbyteros. & C. de insti. & sub l. 1. & C. qui pe. tut. l. cum a matribus. C. de app. præses. Argu. contra. inf 55. dist c vlt. 49. dist. c. vlt C. de cõdi. inser legatum Item argu. ꝙ quæ fiunt ab inuitis, & nolentibus eis imputari non debent 1, vt de consec. dist. 5 discipulos. 15. q. 1. aliquos. & q. 6. c. 1 & 31. q. 2. Lotharius. Io. Sol si aliquis cogit coactione absoluta aliq̃d facere contra Deum, non imputatur ei quo ad Deũ. secus si conditionali coactiõe vt extra q̃d me. cau. fac. is. 50. distin ꝑsbyteros. In cõtractib. si aliq̃s cogitur ꝑ metũ, q̃ debuerit cadere in cõstãtẽ virũ, non imputatur ei, vt ibi, & quod me. cau. ad audientia. nisi culpa sua incideret in talem metum, vt ff. quod me. cau. si mulier. Sed in ordinibus secus: nam si quis per vim mutiletur, promoueri non potest, vt extra de cor. vi. ex posuisti. etiam corrupta per vim non consecrabitur inter virgines, vt 32. q 5. ille: & hoc fit propter reuerentiam sacramentorum & defectum mysterij. sic mihi Bart. Brix. videtur breuiter distinguendum.

d ¶Quod vni personæ.] Arg. ꝙ vni conceditur, per cõsequens videtur alijs esse cõcessum. sic sup. dist 4. denique. & hoc verũ est si de iure cõmuni aliquid cõceditur. secus si ex priuilegio, vt 16. q. 1. hinc est. & 7. q. 1. petisti.

e ¶Agnoscere.] Arg. contra inf. 22. q. 2 cum humilitatis. Dic quòd quilibet potest dicere se peccatorẽ, dummodo tamen non credat contrarium de pęnit. dist. 3. ad hæc.

f ¶Sine culpa.] Arg. ꝙ non semper imputatur factum vbi culpa præcedit. 15 q 1. sane.

Menstrui tẽpore coniugale debitũ, an dêat reddi.

quousque qui gignitur, ablactetur [a]. Praua autem in coniugatorum moribus consuetudo surrexit, vt mulieres filios, quos gignunt, nutrire contemnant, eosque alijs mulieribus ad nutriendum tradant: quod videlicet ex sola causa † incõtinentiæ videtur inuentum; quia dum se continere nolunt; despiciunt lactare quos gignunt. Hæ itaq;, quæ filios suos ex praua consuetudine alijs ad nutriendum tradunt, nisi purgationis tempus prius transierit †, viris suis non debent admisceri: quippe cum & sine partus causa, cum in consuetis menstruis detinentur, viris suis misceri prohibeantur [b]: ita vt morte lex sacra feriat, si quis vir ad menstruatam mulierem accedat. Quæ tamen mulier, dum ex consuetudine menstrua patitur, prohiberi Ecclesiam intrare non debet; quia ei naturæ superfluitas in culpam non valet imputari: & per hoc quod inuita [c] patitur, iustum non est, vt Ecclesię ingressu priuetur. Nouimus namque, ꝙ mulier quæ sanguinis fluxum patiebatur, post tergum Domini veniens †, vestimenti eius fimbriam tetigit, atque statim ab ea sua infirmitas recessit. Si ergo in fluxu sanguinis posita, laudabiliter potuit Domini vestimentum tangere; cur quæ menstruum sanguinis patitur, ei non liceat Domini Ecclesiam intrare? *& infra.* ¶Si igitur bene præsumpsit, quæ vestimentum Domini in languore posita, tetigit; quod vni personæ [d] infirmanti conceditur; cur non concedatur cunctis mulieribus, quæ naturæ suæ vitio infirmantur? ¶Sanctæ autem communionis mysterium in eisdem diebus percipere non debet prohiberi. Si autem ex veneratione magna percipere non præsumit; laudanda est: sed si percipiat, non iudicanda. Bonarum quippe mentium est ibi etiam [aliquo † modo] culpas suas agnoscere, [e] vbi culpa non est: quia sæpe sine culpa agitur quod venit ex culpa. Vnde etiam cum esurimus, sine culpa [f] comedimus; quibus ex culpa primi hominis factum est, vt esuriremus.

† *al. carnis incontinentia*

† *transierint*] orig.

Leuit. 15.

Matth. 9.

† *al. humiliter veniens*

Facta ab inuitis an sint imputanda. 1 Nec talia possunt, vt patet in eo quod legi. & no inf 13. q. 2 quàm pręposterum.

† additę sunt istæ duæ voces ex Beato Greg. & Beda.

DISTINCTIO VI.



Via vero [g] de naturæ supfluitate sermo cœpit haberi; q̃ritur, an post illusionẽ, q̃ p somniũ solet accipere, uel corpus Dñi q̃libet accipe valeat; vel si sacerdos sit, sacra mysteria celebrare. De his ita scribit B. Gregorius August. Anglorum episcopo, resp. 11.

Ex 11. interrogatione Augu. Anglorum Episcopi.

Beda lib. 1. hist. Ang. c. 27.



Via vero.] CASVS. Grat. quærit an post nocturnam pollutionem, vel illusionem valeat quis sumere corpus Christi: & an sacerdos Missam valeat celebrare? & de hoc quid iuris sit, in cap seq distinguitur.

g ¶Quia vero.] Hic intitulatur distin. 6. in qua, quia fecerat mentionem de superfluitate naturæ, digreditur a principali proposito agens de nocturna pollutione. osten-

ostendit ergo auctoritate Greg quibus modis, & ex quibus causis cõtingit, & quã sit peccatum, & quã nõ: postea rñdet obiectioni factæ in pmissa dis. in illo. § his itaq;. Et not. secũdum quosdã, quod nocturna pollutio, & illusio, quæ pcedit ex infirmitate, nõ est peccatũ, etiã veniale, maxime cũ sit pœna. vt i. f. c. pxi. ibi: omino hæc pollutio, vel illusio nõ est timẽda, quia ais, &c. Illa vero, quæ procedit ex crapula, est veniale peccatũ, vt inf. c. pxi. ibi: hẽt exinde animus aliquẽ reatũ. Similiter illa quæ prouenit ex cogitatione pcedente, peccatũ est. Sed distinguitur; quia si illa cogitatio nõ processit ad cõsensum, veniale peccatum est & pollutio ex ipsa pueniens. Si vero pcessit, tũc est mortale: & secũdum illorũ opi. accidit, quod aliquis nesciens peccat mortaliter, & venialiter: & operat bonũ, & etiam meretur vitã æternam, quia si corpus dormit, anima vigilat. Vnde illud, Cor meum vigilat ad te Deus. Idẽ in furioso dicũt, si culpa sua deuenit ad furorẽ. arg. 15 q. 1. si quis. in fi. immo nesciens peccat 32 q. 7. quẽadmodũ. Arg. cõtra ff de act. & oblig. ex maleficio §. si quis absẽs. vbi dr quod nesciẽs nõ peccat. Aliud dã quod dormientes nõ peccant 15 q. 1 si cõcupiscẽtia. & ibi. quasi dormiẽs. n. furioso cõparat. ff de acq. pos. l. 1. § si quis furere incipiat & ita nõ peccat. Si ergo in nocturna pollutio ne homo nõ venit ad consensum nullo modo peccat. Si vero peruenit, peccat mortaliter secũdum illos, nisi somniet se miscere cum vxore ppria; quia tunc dirigit affectum in vxorẽ, & nõ peccat mortaliter hãc opi. fouet H. & pbat inf ea dist. non est. ibi; luxuriæ &c. Sed hoc nõ est verũ; quia nullo modo peccat, vt inf. c. pxi. & 15 q. 1. ... Sed cõtra priorẽ opi. obiicitur; qd si cogitaui turpiter, sed anteq̃ dormiui, statim pœnitui, post polluor in somnio, peccaui, vel nõ? & videtur ... licet contractus ... vestigia remanent, & reliquiæ sicut in liberto vestigia serui ... de succ. lib. § sed nostra. sic matrimonium in furiosis manet propter re-

liquias prioris voluntatis, ff. de his qui sui, vel alie. iuris sunt l. patre furioso. Imputetur ergo mihi saltem si initialiter turpiter cogitaui.

TEstamentum] CASVS. Capitulũ istud diuiditur in tres partes. In prima parte dr, quod si quis pollutus fuerit pollutione nocturna, nisi aqua lotus fuerit, ei vsq; ad vesperã intrare Ecclesiam nõ concedit. In secũda parte quæ icipit, ibi [Quod tamen.] dicit Greg. quod hoc põt intelligi spiritualiter. s. de illo, qui in mente prauis cogitationibus est pollutus, qui aqua pnię lauãdus est, & nisi prius ignis tentationis recesserit, se reum vsque ad vesperam cognoscat. In tertia parte, quæ incipit ibi, [Sed est,] dr, quod pollutio tripliciter accidit. Aliquan do. n. accidit ex superfluitate naturæ, vel infirmitate, aliquã ex crapula, aliqñ ex præcedenti turpi cogitatione. Cum ex superfluitate, vel infirmitate naturæ pcedit, pollutio nõ imputatur alicui quia potius est pœna q̃ peccatum. Cum vero pcedit ex crapula, talis pollutio habet aliquẽ reatum: verum tamen, si necessitas adest, pp hoc sacerdos non prohibet a celebratione missarum: sed si alij sacerdotes adsint, celebrare non debet, sed a corpore Christi non prohibetur, maxime, si dormientem turpi imaginatione non concusserit pollutio. Cum autem ex turpi cogitatione præcedenti procedit, abstinere debet ab vtroque: quia animo patet reatus suus: quia quod cogitauit sciens, pertulit nesciens.

Pollutio tripliciter accidit.

¶ De multiplici genere illusionis. C. I.

TEstamẽtum [a] veteris legis hunc [b] pollutum Domino dicit: & nisi lotum aqua, etiam vsque ad vesperã † intrare Ecclesiam non concedit. Quod † tamen aliter intelligens populus spiritalis, quasi per somnium eum illudi reputat, qui tentatus im munditia [c], veris & imaginibus [d] in cogitatione inquinatur. Sed lauandus est aqua [e], vt culpam cogitationis lacrymis abluat: & nisi prius ignis tentationis recesserit, reum se quasi vsque ad vesperam [f] cognoscat. ¶ Sed est in eadem illusione valde necessaria discretio: qua † subtiliter pensari debet, ex qua re accidat menti dormientis. Aliquando enim ex crapula, aliquando ex naturæ superfluitate, vel infirmitate, aliquando ex cogitatione contingit. Et quidem cum ex naturæ superfluitate, vel infirmitate euenerit, omnimodo hæc illusio non est timenda, quia hanc animus nesciens pertulisse [g] magis dolendus est, quàm fecisse. Cum vero vltra modum appetitus gulæ in sumendis alimentis rapitur: atque idcirco humorum receptacula grauantur, habet exinde animus aliquem reatum [h], non tamen vsque ad prohibitionem percipiendi sacri mysterij, vel missarum solemnia celebrandi: cum fortasse, aut festus dies exigit, aut exhibere † mysterium pro eo, quòd sacerdos alius in loco deest, ipsa necessitas [i] compellit. Nam si adsint alij, qui implere mysterium valeant, illusio per crapulam facta, a perceptione sacri mysterij prohibere non debet: sed ab immolatione sacri mysterij abstinere †, vt arbitror, humiliter [k] de-

Burch l. 5. c. 43. Iuo par. 2. c. 52. Pana l. 1. c. 160. Poly. l. 3. tit. 16. † paulo aliter in orig. & apud cæteros collectores.

† al. quia Iuo. p. 9. c. 111.

† al. exhiberi

† al. abstineri

a ¶ Testamentum.] in Leuitico legitur Dñm dixisse, si fuerit homo pollutus nocturno semine, egrediatur extra castra, & nõ reuertatur vsque ad vesperã donec lauet, & post solis occasum reuertatur ad castra hoc Greg. exponit hic & retorquetur ad illos, qui polluũtur mẽte.
b ¶ Hunc] talem morẽ ... Romani seruant 4. vt 33. q. 4 vir cum propria vxore.
c ¶ Immunditia.] idest immunda cogitatione.
d ¶ Veris imaginibus.] cum videt mulierem, & delectatur in ea.
e ¶ Aqua.] idest pœnitentia.
f ¶ Ad vesperã.] i. quo vsque recessit ignis tentationis. ADDITIO. Idest, praue cogitationis ... cedat illa cogitatio reatus: licet enim peccatum transeat actu, remanet tamen reatu 22. q. 7. ... de cõse. d. 4. ... ex quo. Vel dic ad vesperã, idest, pœnitentiã; quia vespera, idest finis est peccati, & idem sensus est Hu.
g ¶ Pertulisse.] quasi dicat potius intelligitur ... quam fecere.
h ¶ Reatum.] idest veniale peccatum, & ideo nõ prohibet a sumptione Eucharistię, sed prohibet vel dissuadet a confessione, nisi sit necessitas.
i ¶ Necessitas.] quæ legẽ nõ habet. de cõse. d. 1. sicut.
K ¶ Humiliter.] ergo est cõsilium. bene. n. potest celebrare,

4 Sub. Tudæi a contactu mortui in pollutis. de consecr. distin 4. nec ... Hug.

brare.si vult: nam pro Peuibus criminibus non abstinebit sacerdos a celebratione missarum, sed pro talibus abstinebit, pro quibus posset excommunicari, vt de conse. dist. 2 si non sunt. & c. quotidie. tamen pro quolibet mortali peccato quilibet est suspensus quo ad se, vt extra de coha. cler & muli. c. vlt. nisi peregerit pœnitentiam, vt extra de tẽpo ord quæsitũ. Hu.
a ¶ Tamen.] id est maxime.
b ¶ Non concusserit] pollutio ipsa
c ¶ Rea] quasi dicat, nec mens est rea in somno, nec est rea post somnum, cũ est libera ĩ suo iudicio: sed tunc fuit rea quãdo se ingurgitauit. vnde satis patet hic, quòd homo in somno non peccat.
d ¶ Libera.] supple. sed prius peccauit.
e ¶ Radice.] idest, mala cogitatione. Non

bet: si β tamen [a] dormientem turpi imaginatione illusio non concusserit [b]. Nam sunt, quibus ita plerumque illusio nascitur, vt eorum animus etiam in somno corporis positus non fœdetur turpibus imaginationibus. ¶ Qua in re vnum ibi ostenditur, quòd ipsa mens rea [c] non sit tunc γ: sed suo iudicio penitus libera [d]: cum se, etsi dormienti corpore nihil meminit vidisse, tñ in vigilijs corporis meminit in ingluuiem cecidisse. Si vero ex turpi cogitatione vigilantis oritur illusio in mente dormientis, patet animo suus reatus: Videt.n.a qua radice [e] inquinatio illa processerit; quia †, qđ cogitauit sciẽs, hoc pertulit nesciẽs: & δ pp talẽ pollutionem a sacro mysterio ea die abstinere oportet. † al. qui

α ¶ Veris.) *In plerisque codicibus B. Gregorij, & apud Bedam, & in collectione Conciliorum Coloniæ 1530. impressa, legitur,* vanis: *in aliquibus vero B. Gregorij codicibus* varijs: *sed ob Glossam non mutatum.*

β ¶ Si tamen.) *In codicibus B. Gregorij, & apud Bedam est,* si tamen dormientis mentem turpis imaginatio non concusserit. *In collectione vero Isidori etiam manuscripta,* si tamen animum dormientis turpes imaginationes concusserunt: *quem sensum retinet etiam lectio Panormiæ: nam Burchardus, & Iuo parum ab originali discrepant.*

γ ¶ Non sit tunc: sed suo.) *Omnia fere Gratiani manuscriptæ exemplaria habent,* vel suo: *cæterum magna hoc loco est inter cæteros collectores, & Bedam, & B. Gregorij codices varietas. In collectione Isidori etiam manuscripta est,* qua in re vnum ibi ostenditur, ipsa mens non rea, nec tamen suo iudicio libera. *Verum ob codicum varietatem nihil est in contextu mutatum.*

δ ¶ Et propter.) *Hæc vsque ad finem, neque in codicibus B. Gregorij, neque apud Bedam, neque in tribus vetustis Gratiani exemplaribus habentur. Sunt tamen apud Burchardum, & Iuonem, & Pannormiam, & Polycarpum.*

¶ Peccatum non dicitur perpetratum cogitatione solum, sed delectatione, & consensu. PALEA. α C. II.

Beda ibidem. Burch l 5. c. 43 Iuo par. 2 c. 52.

SEd pensandũ est, ipsa cogitatio vtrum in suggestione, an delectatione, vel (quod maius est) peccati cõsensu acciderit. Tribus enim modis impletur omne peccatũ, videlicet suggestione, delectatione, consensu: suggestio quippe fit per diabolũ, delectatio per carnem, consensus per spiritũ. quia & † primo culpam serpens suggessit, Eua velut caro delectata est, Adam velut spiritus consensit. Et necessaria est magna discretio, vt inter suggestionem β, delectationem, & consensum iudex sui animus præsideat. Cum enim malignus spiritus peccatum suggerit in mente: si nulla peccati delectatio sequatur, peccatum omnimodo perpetratum non est: cum vero caro delectari cœperit, tunc peccatum incipit nasci: si autem etiam ad consensionem ex deliberatione descendit, tunc peccatum cognoscitur perfici. In suggestione igitur peccati semen est: in delectatione fit nutrimentum; in consensu perfectio. Et sæpe contingit, vt hoc, quod malignus spiritus seminat in cogitatione, caro in delectationem trahat; nec tamen animus eidem delectationi consentiat. Et cum caro sine anima delectari nequeat; ipse tamen animus carnis voluptatibus reluctans in delectatione carnali aliquo modo ligatur inuitus, vt ei ex ratione contradicat, nec consentiat, & tamen delectatione ligatus sit; sed ligatum se vehementer ingemiscat. Vnde & ille cœlestis exercitus præcipuus miles gemebat dicens: [Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ; & captiuum me ducentem in lege † peccati, quæ est in membris meis.] Si autem γ captiuus erat, minime repugnabat: quapropter & captiuus erat, & repugnabat. Igitur legi mentis eius lex, quæ in mẽbris est, repugnabat

† al. cum primam

Rom. 7.
† al. legem

NOn est.] CASVS. Quæsitum fuit ab Isidoro, an peccet homo cum dormiens nocturna illuditur pollutione?& respondet,q non; nisi adsit concupiscentia: sed tunc peccat cum vigilans luxuriam prouocat: sed tamen quocunque modo accidit pollutio, suæ culpæ attribuere debet.

pugnabat: si autē repugnabat, captiuus non erat. Ecce itaq. homo est (ut ita dixerim) captiuus, & liber; liber ex iustitia, quam diligit; captiuus ex delectatione, quam portat inuitus.

α ¶Palea.] *Abest hæc palea non solum à primo et decimo Vaticanis, verum & ab alijs, quæ aliquot paleas habent. Rubrica autem abest ab omnibus. In quibus enim caput hoc reperitur, coniunctè ponitur cum superiore, quemadmodum etiam apud Burchardum, & Iuonem.*

β ¶Suggestionem.] *Sic emendatum est ex originali, à quo parum discrepat Iuo; antea legebatur,* & necessaria est magna discretio inter suggestionem & delectationem, & inter delectationem atque consensum, iudicem sui faciat animum præsidem *Burchardus,* iudicem sui præsidere animum *Reliqua fere vt Gratianus. Apud Bedam vero,* & inter suggestionem atque delectationem; inter delectationem & consensum, iudex sui animus præsideat. *In collectione Isidori,* & necessarium est magna discretione inter suggestionem & delectationem, atque consensum iudicem sui prodere animum.

γ ¶Si autem.] *Magna etiam hoc loco iudicum varietas est: breuissima, & satis integra lectio est in codice epistolarum B. Gregorij olim Lutetiæ impresso.* Si autem captiuus erat, minime pugnabat: sed pugnabat, quapropter captiuus non erat. Ecce itaque, &c

Item Isidorus lib. 3. sententiarum de summo, bono. cap. 6.

¶Quando sit peccatum nocturnis imaginibus illudi. C. III.

Iuo p. 9. c. 112.

NOn est peccatum, quādo nolentes imaginibus nocturnis illudimur, sed tunc est peccatum; si, antequam illudamur, cogitationis affectibus præuenimur. Luxuriæ quippe imagines, quas in veritate gessimus, sæpe dormientibus in animo apparent: sed innoxiæ, si non concupiscendo[a] occurrunt. Qui nocturna illusione polluitur, quamuis extra memoriam turpium cogitationum sese persentiat inquinatum; tamen hoc vt tentaretur, culpæ suæ tribuat, suamque immunditiam statim fletibus tergat.

† al. ita.

His itaq; † [b] *respondetur. In lege & in Euangelio naturale ius continetur; non tamen quæcumque in lege & Euangelio inueniuntur, naturali iuri cohærere probantur. Sunt enim in lege quædam moralia præcepta, vt non occides: quædā mystica, vtpote sacrificiorū præcepta, vt de agno, & alia similia his. Moralia mandata ad naturale ius spectant; atque ideo nullam mutabilitatem recepisse monstrantur. Mystica vero quantum ad superficiē à naturali iure probantur aliena: quantum ad moralem intelligentiam, inueniuntur sibi annexa; ac per hoc, & si secundum superficiem videantur esse mutata; tamen secundum moralem intelligen-*

a ¶Non concupiscendo.] Id est absq; libidine præcedentis ardoris.

HIS ITAQVE. CASVS. Iste §. diuiditur in duas partes. In prima parte soluit Gratianus q̄onē, quam fecit s̄. in illo. c. hæc quæ, de priuilegijs. in 5. dist. de mutabilitate, & variatione iuris naturalis dicens, q ius naturale in lege, & in Euangelio continetur; sed tū nō oīa quæ sūt in lege, & in Euangelio cohærent iuri naturali q̄tū ad superficiē. Sunt. n. in lege quædā p̄cepta moralia, ut non occides, &c. ista nō mutātur, nec ius naturale in eis: quædam mystica præcepta, vt de agno sacrificādo, & his similia. ista mutātur quantū ad superficiē, & non quantū ad moralē intelligentiā: & q̄tū ad hoc ius naturale immobile perseuerat, & permanet, sicut fuit ab exordio rōnalis creaturæ. In secunda parte, quę incipit ibi, [Ius vero cōsuetudinis.] dr̄, q ius cōsuetudinis cœpit post legē naturalem: ex quo hoīes cœperūt simul habitare, qđ credit factū eo t̄pe quo Caī legitur ædificasse ciuitatē: quod ius cum fere esset extinctū ꝑpter diluuiū, fuit reparatum à Nemroth siue potius immutatū; q̄a cępit opprimere hoīes. & hoc ꝓbat auctoritate Gen. ibi. [Cœpit Nērōth, &c.]
b ¶His itaque.] Hic ponit Magister sol. obiectionis, quā fecerat in pręcedēti dist. Nos ergo cū ipso plenius distinguamus, q eorū, quæ continētur in lege, alia sunt moralia, alia mystica moralia sūt q̄ mores informant, & sic sunt intelligenda, ut ipsa verba sonant, vt diliges Deū: nō occides: honora patrem, de q̄bus notatur 32. q. 7. quid in omnibus. mystica sunt figuralia, quæ aliud significāt præter id quod littera sonat: horum alia sunt sacramentalia, alia sunt cæremonialia. Sacramentalia sunt de quibus ratio reddi potest quare ad litteram sic fuerunt pręcepta, ut de circuncisione, & obseruatione sabbati, de q̄bus habes extra de bapt. maiores. & extra de const. translato. Cæremonialia sunt de quibus rō reddi nō pōt quare ad litterā sic mādata, vt nō arabis in boue, & asino, vt 16. q. 7. in noua. non feres vestem de lana, & lino contextā, nō feres agrū diuerso semine. Lex ergo quantū ad moralia non

tiam mutabilitatem nescire probantur. Naturale ergo ius ab exordio rationalis creaturæ incipiens, vt supra dictũ est, manet immobile. Ius [a] *vero consuetudinis post naturalem legem exordium habuit; ex quo homines conuenientes in vnũ cœperunt simul habitare, quod ex eo tempore factum creditur; ex quo Cain ciuitatem ædificasse legitur: quod cum diluuio propter hominum raritatem fere uideatur extinctũ* [b], *postea à tempore Nemroth reparatum, siue potius immutatum existimatur; cum ipse simul cum alijs alios cœpit opprimere, alij sua imbecillitate eius ditioni cœperũt esse subiecti; vnde in Genesi legitur de eo: [Cœpit Nemroth robustus venator esse coram Domino* [c] *] id est α hominum oppressor, & extinctor; quos etiam ad turrim ædificandam allexit.* Gen. 4. Gen. 7. Gen. 10.

α ¶Id est.] *Glossa ordinaria ad istum locum ex Alcuino ita habet,* id est hominum oppressor, & extinctor: quos allexit, vt turrim contra Deum construerent.

DISTINCTIO VII.

IVS autem [d] *constitutionis cœpit à iustificationibus* [e] *quas* [f] *Dominus tradidit Moysi dicens: [Si emeris seruum Hebræum, &c.]* Exod. 12.

Vnde Isidorus in libr. 5. Etymol. cap. 1. ait.

¶De conditoribus legum. C. I.

MOyses gentis Hebreæ primus omnium diuinas leges sacris litteris explicauit. Phoronæus Rex Græcis primus leges, iudiciaque constituit. Mercurius Trismegistus [g] primus leges Aegyptijs tradidit. Solon primus leges Atheniensibus dedit. Licurgus primus Lacedæmonijs iura ex Apollinis auctoritate confinxit. Numa Pompilius, qui Romulo successit in regno, primus [h] leges Romanis edidit. Deinde, cum populus seditiosos † magistratus ferre non posset; Decemuiros [i] legibus scribendis creauit, qui leges ex libris Solonis in latinum sermonem translatas xij. tabulis exposuerunt.

† *al. seditiosus.*

non recipit immutationem. sed quantum ad sacramẽtalia, & cæremonialia mutatur quantum ad superficiem litteræ. sed non ob hoc dicitur esse mutatum ius naturale: quia in his non consistebat ius naturale, quo ad superficiem litteræ, secundum quam hæc sunt mutata: sed quo ad mysticam intelligentiã, secundum quam nõ sunt mutata: sed mysticus eorum intellectus nõ est mutatus, vnde lex non dicitur mutata. 1. q. 1. Marchion.

a ¶Ius.] Nunc ostẽdit à quo tẽpore cœpit ius consuetudinarium, & constitutionis, & dicit, ꝙ à tempore Cain cępit ius consuetudinarium. qui primo ædificauit ciuitatem, quam ex nomine filij sui vocauit Enoch: sed ius constitutionis à Moyse 1. Io.

b ¶Extinctum.] Ius ergo nõ terminatur. i. non finitur in vij. sicut nec incipere potest à vij. quia ad minus x. debent facere plebem, vt infra. 10. q. 3. vnio.

c ¶Corã Domino.] id est eorũ, qui sunt Dñi, vel permittente Dño, quicquid enim fit iudicio Dei fit, ut 26. q. 5. nec mirum.

IVs aũt.] Hæc distinctio diuidit in duas partes. 2. ibi: [Paulat. m.] CASVS. supra ostensum est, quo tẽpore ius naturale, & ius consuetudinis incœperunt. Nunc autem ostẽdit in hac 7. dist. quo tempore incępit ius cõstitutionis, & dicit Gra. ꝙ primo incępit à Moyse, & postea ab alijs, ut dicitur in seq. cap.

d ¶Ius autem.] In hac vij. dist. ostendit quando, & à quibus cęperunt cõstitutiones humanæ tam ecclesiasticæ, quam sæculares. Ecclesiasticæ cęperunt à Moyse, & tempore Moysi: Sæculares à diuersis, & tempore diuerso cęperunt, ut patet in seq. cap.

e ¶A iustificationibus.] i. à iudicijs Legitur in Exod. ꝙ Dominus dixit filijs Israel ꝑ Moysen. Si emeris seruũ Hebræum. s. qui an. e seruus non fuit, vj. an. seruiat tibi, nisi annus iubilęus interueniat in vij an. egrediatur liber & gratis, cum quali ueste intrauit si habuit prius uxorem cum filijs, cum uxore & liberis exeat: si dominus dedit ei uxorem, mulier cum filiis erit domini: sed si elegerit seruus manere cum domino amore domini, uel uxoris, & filiorum, offeret eum dominus dijs. i. sacerdotib. & applicabit ad ostium tabernaculi, & perforabit aurem eius cum subula in signum ꝑpetuæ seruitutis 2. & eius erit seruus usq; dum uiuet, uel usque ad annum iubilæum: Ab hac constitutione cœpit Moyses iudicia sua, ut dicitur in Exod. Ioan.

f ¶Quas.] Nam & à diuinis scripturis ornatus omnis sciæ sumpsit initium, vt ĩ. 37. distin. legimus. §. hinc ẽt.

MOyses.] CASVS. In prima parte huius c. enumerãtur septem personæ quæ primo leges alijs ediderunt, vt Moyses, Phoronęus, Mercurius, &c. In secunda parte, quæ est ibi, [Deinde] dicitur, ꝙ populus Romanus ordinauit x. viros qui leges ex libris Solonis x. tab. transtulerunt in latinum sermonem; & eas postea exponentes duas tabulas addiderunt.

g ¶Trismegistus.] Propter tres potentias. s. eloquẽtiã, scientiam, & uirtutem. de quibus habes 37. distin. relatum. & 16. q. 1. sic viue. C. de profes. l. magistros.

h ¶Primus.] Immo prius Romulus tradidit: sed paucas. ff. de origi. iur. l. 2. & quia paucas: ideo dicitur iste primus edidit. 3.

i ¶Decemuiros.] Cum enim leges ꝑꝑ discordiã plebeiorum cum nobilibus fere per xxx. an. in desuetudinem abijssent, creati sunt x. uiri, qui de Græcis ciuitatibus leges collectas trãstulerũt in latinũ, & eas ĩ tabulis eburneis scripserunt. postea ijdẽ x. uiri accepta potestate corrigendi, & interpretandi leges, uidẽtes multa deesse tabulis x. postea duas tabulas supaddiderũt: & appellatæ sunt illæ leges xij. tabularũ: qui autem fuerunt illi x. viri, statim determinat Isidorus dicens seq. cap.

1 Hoc non debet hic esse, q̃a hoc dicitur in seq. di. nec hoc ponit Hug. nec Lau. nec ẽt ponit in antiqua glos. Io.

ps

2 Et ita hic inducitur seruitus ex prescriptione septennij, vt not. 1. distin. ius gentium.

3 Vt ff. orig. iur. 2. Laur.

Fue-

FVerunt.] CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima parte ponuntur nomina x. virorum, qui leges primo transtulerunt, & dicitur etiam, ꝙ Pompeius primus Consul, & Cæsar leges cōdere voluerūt, sed nō potuerunt perficere. In secunda parte dicitur, ꝙ leges propter vetustatem ad vsu ceciderunt, quarum notitia est necessaria, etsi in vsu non sint. In tertia parte dr̃, ꝙ nouæ à Constantino & eius successoribus cęperunt: sed quia permixtę & cōfusæ erant, Theodosius minor ad similitudinem Gregoriani, & Hermogeniani codicis, composuit codicem ex constitutionibus Imperatorum, quem Theodosianum vocauit. Secūda pars incipit ibi: [Paulatim.] Tertia ibi: [Nouæ.]

a ¶Metu.] Arg. ꝙ metus verborum excusat. arg. 𝔍. 23. q. 8. cōuenior. ibi, dic aliquod verbum in Deum, & morere. & arg. ff. de acquir. hære. l. 6. in fi. arg. contra, extra quod met. cau. sacris.

b ¶Necessaria.] Sed si nullus est earum vsus, vt quid membranas occupant. 19. dist. si Romanorum? sed iō notitia est necessaria, vt sciatur causa quare tollantur, vt C. de cadu. tol. l. vna. quia & ipse Papa argumentatur ex abrogato iure, vt extra de iud. nouit. Vel est necessaria non vt probentur, sed vt reprobentur maledicta, vt 37. dist. legimus. & c. qui de mensa.

c ¶Vocauit.] Hunc tamen immutauit posteà Iustinianus, & fecit vnum codicem ex tribus. C. de nou. cod. com. versus princ. Ioan. Theutonicus.

¶Nomina eorum, qui leges xij. tabularum exposuerunt. C. II.

†Adde tex. / im. in l.2. / §.iuris ciui / is. cum §. / e.ff.de ori / i.iuris. — Isidorus ibidē continenter.

FVerunt autē hi †, Ap. Claudius, T. Genutius, P. Sestius, Sp. Veturius, C. Iulius, A. Manlius, Ser. Sulpicius, P. Curatius, T. Romilius, Sp. Postumius. Hi Decemuiri legum conscribendarum electi sunt. Leges autem redigere in libris† primus Cōsul Pompeius instituere voluit: sed non perseuerauit obtrectatorum metu [a]. Deinde Cæsar cœpit id facere: sed ante interfectus est. Paulatim autem antiquæ leges vetustate, atque incuria absoluerunt†; quarum etsi nullus iam vsus est; notitia tamen necessaria [b] videtur. †¶Nouæ leges à Constantino Cæsare cœperunt, & reliquis succedentibus: erantque permixtę, & inordinatæ. Postea Theodosius minor† Augustus ad similitudinem Gregoriani, & Hermogeniani codicem factum constitutionum à Constantini temporibus sub proprio cuiusque Imperatoris titulo disposuit; quem à suo nomine Theodosianum vocauit [c].

†al. libros.

† exoleuerūt] orig.

Adde an / ex abroga / a sit abro- / anda. no. / C. de lat. / ib.tol. l.1. / C.d nou. / od. com. / .1. — Iuo p.4.c.170. Pann.l.2. c.144

† al. iunior.

DISTINCTIO VIII.

†al. natura. — 1 ps

DIffert autem [d] ius naturale † à consuetudine, & constitutione. Nam iure naturali omnia sunt communia omnibus: quod non solum inter eos [e] seruatum creditur, de quibus legitur: [Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna, &c.] verum etiam præcedenti tempore à philosophis traditum inuenitur. Vnde apud Platonem illa ciuitas iustissime ordinata traditur; in qua quisque proprios nescit [f] affectus. Iure vero consuetudinis, vel constitutionis hoc meum est, illud alterius.

Act. 4.

Vnde Augustinus ait tract. 6. ad c. 1. Ioannis.

¶Iure diuino omnia sunt communia omnibus: iure vero cōstitutionis hoc meum, illud alterius est. C. I.

Ansel.l.12.c.62 Iuo p.3. c.194. Pann.l.2. c.63.

QVo iure defendis [g] villas ecclesiæ α? diuino, an humano? diuinum ius in scripturis hēmus; humanū ius in legibus Regum. Vñ quisq; possidet, qđ possidet? nonne iure humano? Nam iure [h] diuino, [Domini est terra,

Psal. 23.

DIffert autē.] Hæc dist. diuiditur in duas partes, in quarū prima probat, quod de iure naturali omnia sunt communia. Secūda, ibi: [Dignitate.] CASVS. Supra in 5. distin assignata fuit differentia iuris naturalis ad alia iura ĩ origine, & dignitate. nunc autem assignat drĩam iuris naturalis ad alia iura in amplitudine: quia hoc iure omnia sunt cōia: sed non alio iure. Repetit etiam de dignitate. Dr̃ ergo in hoc §. ꝙ hoc ius naturale differt à consuetudine, & constitutione: nam iure naturali omnia sunt cōmunia. & hoc probatur auctoritate noui test. & auctoritate Platonis: sed iure cōsuetudinis dr̃ hoc meum, illud tuum: & ad hoc inducitur seq. cap.

d ¶Differt autem.] In hac 8. dist. ostēdit magister, qualiter ius naturale excellat alia iura amplitudine; quia secundum hoc ius omnia sunt communia.

e ¶Inter eos.] .i. Apostolos. 12. q. 1. dilectissimis.

f ¶Nescit.] Quisque enim tantum diligit alium, vt se [1], finxit enim Plato quādam Rēpublicam, in qua omnia sunt communia. 12. quæst. 1. cap. 2.

[1] Vt de peniten. dist. 2. charitas est. iuxta fin.

QVo iure.] CASVS. Quidam hæretici conquerebātur se iniustè expoliatos rebus quas noīe ecclesiæ possidebāt, cōtra quos inuehit Aug. dicēs eos nō posse conqueri: nā aut possident iure diuino, aut iure humano, si iure diuino omnia sunt communia, & ita res ecclesiæ possidere non possunt: si iure humano; sed iura humana sunt leges Imperatorum, q̄ statuunt, vt hæretici nil noīe ecclesiæ possiderent. si ergo renunciant legibus Imperatorum, per consequens & possessionibus; siue noīe ecclesiæ, vel ꝓprio noīe velint possidere: cū Apostolus Reges p̄ceperit honorari.

g ¶Defendis.] .i. petis, vel defendendo retines.

h ¶Nam iure diuino.] Ex hoc vr̃, ꝙ tantum iure humano aliqua possideātur, & nō diuino. & sic ob. 𝔍. 23. q. 7. c. 1. vbi dr̃, ꝙ iure diuino aliqd possidet. Sed nō est contrarium: quia dr̃ ibi, ꝙ iustorum sunt omnia cōia iure

Possessio an sit de iure diuino an humano.

iure diuino,& bene potest esse, ꝙ iure diuino aliquid sit proprium;sed ideo dicit hic,ꝙ iure humano possident possessiones: quia iura humana potissimè tractãt de possessionibus: sed ius canonicum principaliter de decimis,vel primi ijs. Vel dic,ꝙ ibi ius diuinũ strictè sumit,ꝓ iure canonico:sed hic ius canon cũ cõprehẽdit sub iure humano,&hinc 1. habes,ꝙ petenti restitutionem obstat exceptio hæresis. Hæretico.n. nihil est licitũ possidere, vt 23. q. 5.si vos.& q.7.c.1. & 2.Item hic est arg. ꝙ à petẽte restitutionẽ possumus quærere quo iure petat: an ꝑ interdictum vel iudicis officio. Itẽ ꝙ causam petendi tenetur explicare: & ꝙ secundũ iura canonica actio sit proponenda: habes extra de iudi. examinata. & extra de libe. obla. dilecti. nec obstat extra de iudi. dilecti 2, Ioan. Sol.ego credo,ꝙ causa, & modus agendi est proponendus, vt secundum illum modum iudex ferat sententiam, extra de simo. licèt Heli. licèt non cogatur actionẽ proponere; quia etiã secundum leges,sola causa sufficit,vt C.de edic.diui Hadri. tol. l.3.Bar.

1 Illud hic elicitur secundũ illã expõnẽ, q̃ fit s̃. ead.in uer. defendis. i.petis, secundũ lo. de Fant.

2 Vbi de hoc & 2. q. 6. decreto.

a ¶Meus est.] Hæc verba meum, & suũ spectant ad dñum, non ad bonæ fidei possessorem, vt ff. de re.& sump.fu.l.2.§.j.

b ¶Gaudeatis.] Retinendo possessiones, vel eas recuperãdo.

c ¶Leges.] Constitutiones Imperatorum super rebus ecclesiasticis,non valuissent, nisi postea confirmatæ fuissent ab ecclesia,vt 95.dist.bene.

d ¶Possidere.] Hoc canones præcipiunt, vt 23.q.7.c.1.& 2.

e ¶Dicere.] Arg.est hic, ꝙ qui vnũ dicit, dicit, & omnia, quæ sequuntur ex illo, vt 11.q.3.æstimant, & c. seq.& extra de do. & contum. cum dilectus filius,& ff. quod met.cau.l.1.Item arg.ꝙ idem iuris est in vno connexorum,quod in reliquo,vt 1.q.3.si quis obiecerit.& 3.q. 6.hæc quippe.Item argu.ꝙ qui renunciat vni,renunciat omnibus, quæ sequuntur ex illo, & etiam omnibus cohærentibus,vt 81.dist.si quis sacerdotum,& prima quæst.prima,si quis episcopus.& 9.q.2.nullus primas.

DIGNITATE. CASVS. Ostendit,ꝙ differt dignitate ab alijs ius naturale:quia si constitutio,vel consuetudo aliqua sit huic contraria, irritatur: & hoc probatur seq.cap.

& plenitudo eius.] Pauperes & diuites Deus de uno limo fecit: & pauperes & diuites una terra supportat.Iure tamẽ humano dicitur †; hæc uilla mea est; hæc domus mea, hic seruus meus est[a].Iura† autem humana, iura Imperatorum sunt: quare? Quia ipsa iura humana per imperatores,& reges sæculi Deus distribuit generi humano. *Item ibidem paulo inferius.*¶Tolle [β] iura Imperatorũ; & quis audet dicere,mea est illa uilla, aut meus est ille seruus, aut domus hæc mea est†? si autem,ut teneantur ista ab hominibus,regum iura fecerunt,vultis,ut reticeamus leges, ut gaudeatis[b]? *Item ibid.paucis interiectis.* ¶Legantur leges[c], ubi manifestè præceperunt Imperatores, eos†, qui præter ecclesiæ catholicæ communionem usurpant sibi nomen christianum, nec uolunt in pace colere pacis auctorem, nihil nomine ecclesiæ audeant possidere[d].Sed quid nobis & Imperatori? Sed iam dixi, de iure humano agitur, & tamen Apostolus uoluit seruiri regibus,uoluit honorari reges,& dixit:[Reges reueremini.]Nolite dicere[e],quid mihi, & regi? Quid tibi ergo & possessioni?Per iura regum possidentur possessiones.Dixisti,quid mihi & regi? Noli dicere possessiones tuas: quia ipsa† iura humana renunciasti, quibus possidentur possessiones.

Gen. 2.

†dicit] orig.
† Iure ergo humano, iure Imperatorũ: quare?] orig.

† Concor. tex. in l. ex hoc iure. cũ ibi not. ff. de iust.& iur.

Cod.lib.1.tit.5 cap.4. & Cod. Theod. lib.16. ti.5.c.43.52.54
†al. vt

1. Pet. 2.

† ad ipsa] orig. & Iuo

α ¶Ecclesiæ.] *Hæc dictio non est apud B. Augustinum: Nam ibi agit contra Donatistas,qui legibus Imperatorum uillas sibi ademptas,& Ecclesiæ catholicæ attributas esse quærebantur: Quare,cum Donatistæ dicerent,* villas nostras tulerunt: fundos nostros tulerunt,*vt eos ipse conuincat nullum ius in illis habuisse, aut habere,quibusdam præpositis addit ista.* Quo iure defendis uillas? diuino &c. *Et infra 11.q.1. c.si quæ causæ, ubi Gratianus citat initium huius capitis,ista dictio*, Ecclesiæ, *non habetur: est tamen apud Anselmum,Iuonem,& in Pannormia locis indicatis.*

β ¶Tolle.] *Quoniam glossa obstitit, ne omnia emendarentur, aut adderentur, quæcunque addenda uidebantur: placuit integrum apponere locũ B. Augustini Apud ipsum igitur post uer.* humano, *antecedentis paragraphi,hæc sequuntur:* Vultis legamus leges Iurisperitorum? & secundum ipsas agamus de uillis? Si iure humano uultis possidere;recitemus leges Imperatorum: uideamus,si aliquid uoluerint ab hæreticis possideri. Sed quid mihi est Imperator? secũdum ius ipsius possides terram. Aut tolle iura Imperatorum;& quis audet dicere,mea est illa uilla,aut meus est ille seruus,aut domus hæc mea est? Si autẽ ut teneantur ista ab hominibus, iura acceperunt regum, uultis recitemus leges,ut gaudeatis, quia uel unum hortum habeatis, & non imputetis nisi mansuetudini columbæ, quia uel ibi uobis permittitur permanere? leguntur enim leges manifestæ,ubi præceperunt Imperatores,&c.

2 *Dignitate[f] vero ius naturale similiter præualet cõsuetu-*

f ¶Dignitate.] Hic incipit 2.pars dist.in qua ostendit quare ius naturale sit dignius q̃ alia iura: nã quæcũq; consti-

constitutio,uel consuetudo est contra illud ius,est irrita,& ad hoc inducuntur omnia.c.seq.

QVæ contra.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ flagitia, quæ sunt contra mores hominum,uitari debent: ita ut pactũ hominum, uel consuetudo ciuitatis serue tur,

res tenentur sequi consuetudinẽ illorũ inter quos commorantur? Ar.vr̃ hic, ꝙ sic 1,& 12.dist.illa.& 41.di.c.2. Arg. contra q̃a uiatores non sortiuntur forũ illius loci ꝑ quẽ transeunt , ut ff.de iudi.hæres.§.2.Et est argu.ꝙ soli perpetuo habitantes obligantur legi ciuitatis,vt ff. de pi.debitor.

dini,& constitutioni. Quæcunque enim vel moribus recepta sunt, vel scriptis comprehensa: si naturali iuri fuerint aduersa,vana & irrita habenda sunt.

Vnde Augustinus ait lib.3.confess.c.8.

¶Aduersus naturale ius,nulli quidquàm agere licet. C. II.

Iuo p.4.c.178.

QVæ contra mores [a] hominum sunt flagitia [b],pro morum diuersitate [c] vitanda sunt,ut pactum inter se ciuitatis,aut gentis consuetudine, uel lege firmatum,nulla ciuis , aut peregrini [d] libidine violetur . Turpis enim omnis pars est suo vniuerso non congruens. Cum autem Deus aliquid contra morem,aut pactum quorumlibet iubet;etsi nũquam ibi factum est,faciendum est;& si omissum, instaurandum est;& si institutum nõ erat,instituendum est . Si enim regi licet in ciuitate,cui† regnat,iubere aliquid,quod neq. ante illum quisquam,nec ipse vnquam iusserat; & non contra societatem ciuitatis eius obtemperatur , immo [e] contra societatem non obtemperatur (Generale [f] quippe pactum est societatis humanæ obedire regibus suis) quanto magis Deo regnatori vniuersæ creaturæ suæ, ad ea quæ iusserit,sine dubitatione seruiendum est?sicut [g] enim in potestatibus societatis humanę maior [h] potestas minori ad obediendum præponitur,ita Deus omnibus.

† *al.in qua*

Item Nicolaus Papa Igmaro Remensi archiepiscopo.

¶*Caput hoc est ex epistola Nicolai,quæ incipit,* Epistola Beatitudinis tuæ, *extatque vna cum alijs eiusdem , & aliorum Pontificum epistolis manuscriptis Romæ in Bibliotecha monasterij Dominicanorum,ex qua hoc caput emendatum est .*

¶Radicitus est euellenda perniciosa consuetudo. C. III.

Iuo p.4.c.203.
Pann.l.2.c.28.

MAla consuetudo [i], quæ non minus [k] quàm perniciosa corruptela† vitanda est,nisi citius radicitus euellatur, in priuilegiorum ius ab improbis assumitur : & incipiunt præuaricationes, & variæ † præsumptiones celerrime non compressæ, pro legibus venerari , & priuilegiorum more perpetuo celebrari.

† *al. vanæ*

Item Augustinus libr.3. de baptismo contra Donatistas, cap.6.

¶Veritati & rationi consuetudo est postponenda. C. IIII.

Sub persona Libosi Vagensis.
Iuo p.4.c.208.
Pann.l.2.c.165.
ȷ.ead. c.qui cõtempta.
Ibid.c.8. sub ꝑsona Fælicis à Bussacensis.

VEritate [l] manifestata [m] cedat consuetudo veritati: plane respondeo , quis dubitet [n] veritati manifestatæ debere consuetudinẽ cedere? *Item.* Nemo consuetudinem rationi,

tur,nec ab aliquo uioletur:sed perpetua gaudeat firmitate : Si tamen Deus iubet aliquid fieri contra pactum uel consuetudinem , ei est obtemperandũ: nam si regi est obtemperandũ in regno,uel ciuitate sua,multo fortius regi uniuersæ creaturæ est obediendum.

a ¶Mores.] Bonos.

b ¶Flagitia.]Id est quasi flagitia.32.q.7.flagitia.

c ¶Diuersitate.]Id est aduersitate.Io.

d ¶Aut peregrini.] Nunq̃d ergo peregrini,& scholares tenentur sequi consuetudinẽ illorũ inter quos commorantur? (see above)

e ¶Immo.] q.d nõn est cõtra pactum humanæ societatis ei obtemperare: immo scd̃m pactũ: q̃a in oĩ pacto semper intelligĩt excepta maioris auctoritas, ut extra de iu. iur. uenientes.

f ¶Generale.] Id est generalis lex.

g ¶Sicut.]In hoc facit ad ꝓpositũ : quia id qđ Deus præcipit cũ sit de iure naturali , præfertur consuetudini, uel constitutioni.

h ¶Maior.[Ergo magis obedit monachus episcopo q̃ Abbati 2:qđ falsum est, vt 58. distin.c.1. & 2. sed de hoc dic,ut no. 11.q.3.qui resistit.

MAla .] CASVS. Quædam priua consuetudo inoleuit in archiepãtu Remeñ. quare Papa præcipit.Igmaro Remeñ. archiepõ, ut illã cõsuetudinem tollat:quia nisi illa consuetudo radicitus euellatur, ab impijs in ius assumetur,& ꝑsũptiones incipiẽt pro legibus uenerari.

i ¶Mala consuetudo.] Argu. quòd id quod aliàs est illicitum, ratione consuetudinis nõ fit licitũ. Ar.contra.ȷ̃.dis.4. deniq;. ar.contra,ex̃.de cõsue.c.ult.ẽt minus rõnabilis cõsuetudo inducit ius . extra de in integ.rest.cõstitutus . Itẽ hic est.ar.ꝙ honesta consuetudo inducit priuilegiũ, vt 9.q.3 conquestus .& 82.dist.plurimos.

K ¶Nõ minus.]Hęc vij.c. de mala consuetudine loquuntur.

CASVS.autẽ sequentis cap.planus est,& per se patet.

l VEritate] Arg.ꝙ ueritas præiudicat opinioni , ut hic.& 81.di.quicũque,& extra de biga.nup.extra q̃ fi.sint legi.ꝑ tuas.& ex de pur.uul.significantibus.& extra de frig.& ma.fraternitatis.ar.contra.ȷ̃.3.q.7.infamis.§.tria.& ex.de iure pa.cõsultationib.&C.đ tes.l.j.

m ¶Manifestata.]Per doctrinam,& reuelationem.

n ¶Dubitet.] Quandoque tamen consuetudo præualet legi.extra de consue.c.ult.

1 Et est hic arg.ꝙ consuetudo loci attendenda est ĩ scacorũ ludo secundum Lau. sed ar. contra 41. disti. illud. in fi.

2 Ad hoc facit quod not. 2. q. 7. cũ pastoralis.sed contra,18.q.3. in fin.Archid.

Concor. ...ext. in Au... habita. ...i in.gl. in ...er. peruer ... consue...udine.C. ...e fil. pro ...t. & in c. ...assana,de ...ect.

SI consuetudinem.] CASVS. Quidam episcopus habebat quandam prauam consuetudinem. scribit ei Greg. & mandat, ut illam aboleat, & quod hoc facere debeat, probat auctoritate Christi, qui dixit: Ego sũ veritas, & non dixit: Ego sum consuetudo. & sententia Cypriani, qui dixit, quod quãcumque sit vetusta consuetudo veritati cõtraria, est abolẽda. a ¶Dicit argu. quod verbis est inhærendũ. extra de deci. ad audiẽtiam.

b ¶Vetusta.] 1. q. 3. si quis præbendas. arg. contrà. ff. de legi. de qb. §. inueterata. cõmunia prædi. l. venditor. §. si constat. & extra de consuetu. cum dilectus. & extra de iurepa. c. cura pastoralis, in his propter diuturnitatem temporis sustinetur, id quod est minus rõnabile. dic quod vetustas est seruanda, si potest sine scandalo seruari. contra dist. 4. denique.

QVi contempta.] CASVS. Quidã cõtẽpta veritate consuetudinẽ sequebantur, quos dicit Aug. facere cõtra fratres, & cõtra Deũ, qui dixit: Ego sũ veritas, & non dixit: ego sum consuetudo. & hoc ẽt probatur exẽplo Petri, qui cessit Paulo veritatem prędicanti. Ratio igitur & veritas consuetudinem excludit.

c ¶Circumcidebat.] Et cibos discernebat propter quod Paulus ei restitit in faciem, 2. q. 7. c. Paulus Petrum. 27. q. 1. sicut enim. ver. ecce.

FRustra.] CASVS. Quidam contra sacramenta, & alia spiritualia consuetudinem veritati ppõnebãt, quare quęsitũ fuit ab Augustino, qd iuris esset. Et rñdet Augustinus, quod frustra obijciunt consuetudinem veritati, si tñ consuetudini veritas suffragatur, nil oportet firmius retineri.

d ¶Consuetudinẽ.] Ex his omnibus cap. videtur, quòd semper ius præiudicet consuetudini. Videamus ergo quando consuetudo præiudicet iuri. Ecce inuenio in electione consuetudinem præiudicare iuri. nam persona, quę aliàs est ineligibilis, ratione consuetudinis fit eligibilis, vt ꝟ. 12. dist. nos consuetudinem. Item rõne consuetudinis coguntur aliqui eligere de aliena ecclesia, ut extra

Consuetudo in multis præiudicat iuri.

& ueritati præponat: quia consuetudinem ratio & ueritas semper excludit.

Item Gregorius a *VVimundo*† *Auersano episcopo.*

† *al. Guitmũdo.*

a Gregorius.] *In aliquot manuscriptis, & apud Iuonem, est* Gregorius vij. *Et in huius Pontificatu Guitmundus Auersanus episcopus scripsit de corpore et sanguine Domini contra Berengarium, qui liber extat.*

¶Quælibet consuetudo veritati est postponenda. C. V.

SI consuetudinem fortassis opponas; aduertẽdum est, quod Dominus dicit [a]: [Ego sum veritas, & uita.] Non dixit, Ego sum consuetudo; sed, veritas. Et certe (ut Beati Cypriani vtamur sententia) quælibet consuetudo, quantumuis vetusta [b], quantumuis vulgata, veritati omnino est postponenda: & vsus qui veritati est contrarius, abolendus.

Iuo. p. 4. c. 213. Pann. l. 2. c. 166. *Ioan.* 14. Cyprianus in toto illo suo cõcilio.

Item Augustinus lib. 3 de baptismo contra Donatistas, c 5.

Sub psona Casti Siccensis.

¶Veritate reuelata, consuetudinem sibi cedere oportet. C. VI.

QVi contempta ueritate præsumit consuetudinem sequi; aut circa fratres inuidus est & malignus, quibus veritas reuelatur; aut circa Deum ingratus est, cuius inspiratione ecclesia eius instruitur. *& infra.* In Euangelio Dominus, Ego sum, inquit, veritas: non dixit, ego sum consuetudo. Itaque veritate manifestata, cedat consuetudo veritati. *& infra.* ¶Reuelatione facta veritatis, cedat consuetudo β veritati: quia & Petrus, qui prius circumcidebat [c], cessit Paulo veritatem prædicanti. *& infra.* Cum Christus veritas sit; magis ueritatem, quam consuetudinem sequi debemus: quia γ consuetudinem ratio & ueritas semper excludit.

Iuo p. 4. c. 234. Ibid. c. 6. sub psona Libosi Vagensis. Io. 14. ṡ. ea. c. veritate Ibid. c. 7. sub psona Zozimi à Tharassa. Gal. 2. Ibi. c. 9. sub persona Honorati à Tucca. ṡ. ea. c. veritate

β ¶Cedat consuetudo.] *Apud B. Augustinum, & Iuonem, & in Pannormia legitur,* cedat error *Sed vere B. Augustinus ex ipsiusmet Zozimi verbis colligit, quod ille errorem appellabat, fuisse consuetudinem. Ita enim respondet.* Noluit quidem iste dicere, consuetudinem, sed errorem: Veruntamen cum dicit, quia & Petrus, qui prius circumcidebat, cessit Paulo veritatem prædicanti, satis indicat, quòd aliud etiam de baptismo fieri solebat.

γ ¶Quia consuetudinem.] *Verba hac vsque ad finem, apud Iuonem, & Gratianum satis commode hic nectuntur, repetita ex verbis Fœlicis, quæ referuntur sup. c. veritate.*

Idem in lib. 4. de baptismo contra Donatistas, cap. 3.

Hic refert B. Augustinus verba B. Cypriani in epist. ad Iubaia.

¶Consuetudo rationi frustra opponitur. C. VII.

FRustra, inquit, quidam qui ratione uincuntur, consuetudinem [d] nobis obijciunt: quasi consuetudo maior sit ueritate; aut non id sit in spiritualibus sequendũ, quod in melius fuerit à spiritu sancto reuelatum. ¶Hoc plane verũ est; quia ratio & veritas cõsuetudini pręponẽda est. Sed cũ cõsuetudini veritas suffragatᷓ, nihil oportet firmius retineri.

Iuo. p. 2. c. 94. & par. 4. c. 235. Hic B. Augustinus respondet.

extra de consuetu.cum dilectus.in fi. Item ratione cõsuetudinis potest eps eligi in præpositum. extra de cõcess.præb.cum nostris.Item ratione consuetudinis eligit minor ecclesia cũ cathedrali.extra de causa possess. & proprie.cum ecclesia.extra de concess.præb. & eccl. non

tra de præb. cum iam dudũ.Item ꝙ nõ ꝑ errorẽ sit inducta.ff.de leg.ꝙ non rõne.ꝭ.ea.cõsuetudo.Itẽ ꝙ maior pars populi cõsueuerit.illa cõsuetudine vti: quia sicut maior pars populi non posset inducere legem : sic nec consuetudinem.Quidam tñ dicunt,ꝙ illa consuetudo præiudicat iuri, q̃ excedit hoĩum memoriã. Illud.n.loco cõstituti hr̃, vt ff. de aqua quot.& æst. hoc iure.§.ductus aquæ.& 3.q.6. hæc q̃p pe. Ioan. Hoc br̃ teneas,ꝙ sufficit secundum canones, ꝙ sit rationabilis, & præscripta,vt extra de cõsue.c.vlt. Bar Brix.

tit Ian qđ dicvt plenè not. extra de consue. in pr.n. ibi videas . & eo.tit.c.vlt. in glo. arg. cõtra,quia, & c.quã g. quidam habent signa tam ad tit. ex parte. De hoc ẽt not.3. dist. c.in istis.§. leges.ibi videas.Arch.

Item Cyprianus in epistola ad Pompeium contra epistolam Stephani.

¶Rationem consuetudo impedire non debet. C. VIII.

CONsuetudo[a],quæ apud quosdam obrepserat, impedire non debet, quominus veritas præualeat, & vincat. Nam consuetudo sine veritate, vetustas erroris est: propter quod relicto errore sequamur veritatem, scientes, quia & apud Esdram[b] veritas vicit, sicut scriptum est: *Esdra 3.& 4.* [Veritas manet, & inualescit in æternum, & viuit, & obtinet in sæcula sæculorum.] *Idem in epist. ad Iubaianum, circa med.*

Ignosci α potest simpliciter erranti, sicut de seipso dicit Apostolus Paulus *1.Tim.1.* [Qui primo, *inquit*, fui blasphemus, & persecutor, & iniuriosus: sed misericordiam merui; quia ignorans[c] feci.] Post inspirationem vero, & reuelationem factam, qui in eo quod errauerat, perseuerat, prudens & sciens sine venia ignorantiæ peccat: præsumptione enim atque obstinatione quadam nititur, cum ratione superetur.

α ¶Ignosci] *Apud B.Cyprianum legitur,* Ignosci enim potest, *& his antecedunt ea, quæ leguntur supra, c. frustra. vsque ad ver.* reuelatum.

Idem lib.2.epist.3.ad Cæcilium.

¶Dei veritatem, non hominum consuetudinem sequi oportet. C. IX.

Ansel.l.9.c.6. Matth.17. Hic est filius meus,&c. Esa.29. Matth. 15.

SI solus[d] Christus audiendus est,non debemus attendere,quid aliquis ante nos faciendum putauerit;sed quid, qui ante omnes est,Christus,prior fecerit.Neque enim hominis consuetudinem sequi oportet; sed Dei veritatem, cum per Esaiam prophetam Deus loquatur,& dicat,[Sine causa autem colunt me, mandata & doctrinis hominum[e] docentes.]

Liquido igitur apparet,quòd consuetudo naturali iuri postponitur.

COnsuetudo.] CASVS.Hoc capitulum diuiditur in duas partes. In prima parte dr̃,ꝙ cõsuetudo praua, q̃ apud quosdam obrepserat, iudicari non dẽt veritati & rõni.& hoc ꝓbat exẽplo Esdræ, qui dicit; veritas valet, & inualescit. In secũda parte,quæ incipit ibi,[Idem.Ignosci.]dr̃ ꝙ simpliciter erranti potest & dẽt ignosci: & hoc probatur exemplo Pauli dicentis: Misericordiã merui: quia ignorãs feci: sed qui scienter facit,veniam non meretur.

a ¶Cõsuetudo.] Pone casum,vt ꝭ.de cõsec.dist 3.c.2.& 3.

b ¶Esdram.] Qñ ꝓhibuit Iudæis ne alienigenas ducerẽt vxores, nisi essent de tribu sua:ipsi autem duxerũt alienigenas de filijs Chananæorum, vt 28.q.1.§.1.Vel tangit qualiter bibliotheca & psalterium à Babylonijs destructa,per Esdram reparata sit. Vel aliter quæsitum est quæ virtus esset maior? Respondet q̃dam mulieris,alius regis, alius viri,alius vini.alius veritatis.hanc approbauit Esdras.

c ¶Quia ignorans.] Arg.ꝙ ignorantia iuris excusat,vt hic,& 30.q.1.de his.& 2.q.3.si quem. §. notandum 2. & 24.q 1.si quis dederit.& 28.dist.presbyterum.

2 Not.etiã 38. dist. in prin de cõsecr..dist.2. cap.3.

SI solus.] CASVS.Dicit Cyprianus in hoc cap. ꝙ nõ omnis consuetudo imitanda est, sed Christi veritas: & illud quod ipse fecerit, qui prior est ante omnes. Et hoc probatur auctoritate Esaiæ reprehendentis Iudæos,qui veritatem non sequebantur.

d ¶Si solus.] Id est,nullus ei contrarius.sic infra 8. q. 1.sciendum.in fi.

e ¶Hominum.] Ergo Iudæi reguntur humanis constitutionibus,& sic est econtra.ꝭ.12.dist.omnia vbi dicit ꝙ Iudæi tantum diuinis constitutionibus regũtur:sed verum est ꝙ olim regebantur constitutionibus humanis,scilicet scribarum & Pharisæorum,vt hic dicit. sed hodie non,vt ibi.

Iudæi vtrũ constitutionibus regãtur.

non vac.cum nostris.& c.litteras.Item ratione cõsuetudinis solus abbas sine cõsensu fratrũ confert stipẽdia, vt extra de his,quæ fi.à p̃la.sine cons.c.ea noscit.Itẽ in sacro baptismi p̃ualet cõsuetudo,vt ꝭ. de consec.dist. 4.de trina. Item in matrimonio respicitur cõsuetudo extra de cog.spi.super eo. Item in continentia clericorum.84.di.cum de quorundam. Item in alijs casibus, quos not.ꝭ.1.dist.c.consuetudo. Scias ergo,ꝙ ad hoc ꝙ cõsuetudo p̃iudicet iuri, requirit,ꝙ sit præscripta, vt extra de cã poss.cũ ecclesia.& extra de consue.c.vlt. Item ꝙ obtinuerit in cõtradictorio iudicio populi, vt extra de verb.sig. abbate.ff.de leg. cũ de cõsuetudine. Itẽ ꝙ eo aio fiat,vt credãt se ius hr̃e,& in posterum illud intendant facere. alioquin talis vsus non dr̃ vsus, vt ff.de iti.actuq; pri.l.1.§.Iulianus rectè ait Itẽ vt res illa sit p̃scriptibilis,vt 93.dist.c.illud. Itẽ ꝙ possit dici antiqua & approbata,vt extra de postula. pla. bonæ 2. circa fi.Item continere debet naturalẽ æquitatẽ.extra de do.& contu.c.1.extra de consue.ex parte. Itẽ ꝙ sit de sciẽtia Principis inducta,nõ tñ de tolerantia 1,vt ex

Consuetudinis multæ sunt cõditiones.

1 Idem sen

DISTINCTIO IX.



Vod autem[a] & constitutio naturali iuri cedat, multiplici auctoritate probatur.

Ait enim Augustinus ad Bonifacium comitem, epist. 50.

¶Leges principum naturali iuri præualere non debent.

PALEA. α C. I.

IMperatores quando pro falsitate contra veritatem constituunt malas leges, probantur bene credẽtes, & coronantur perseuerantes: quando autem pro veritate contra falsitatem constituunt bonas leges, terrentur sæuientes, & corriguntur intelligentes.

Quicunque β [b] ergo legibus [c] Imperatorum, quæ pro Dei veritate feruntur, obtemperare non vult, acquirit grãde supplicium. Quicunq; vero legibus Imperatorum, quæ contra veritatem Dei feruntur, obtemperare non vult, acquirit grande præmium.

Iuo p.4. c.184. Pann.l.2. c.154

Nam & temporibus prophetarũ omnes reges; qui in populo Dei non prohibuerunt, nec euerterunt, quæ contra Dei præcepta fuerant instituta, culpantur: & qui prohibuerunt, & euerterunt, super aliorum merita laudantur. Et rex Nabuchodonosor, cum seruus esset idolorum, constituit sacrilegam legem, vel simulachrũ adoraretur: sed eius impiæ constitutioni qui obedire noluerunt, pie fideliterq; fecerunt. Idem tamen rex diuino correctus miraculo, piã, & laudabilem legem pro veritate constituit, vt quicumq; diceret blasphemiam in Deum† Sidrac, Misac, & Abdenegò, cum domo sua penitus interiret.

Dan.3. — *Ibid.* — † *Deum verum*] orig.

α ¶Palea.] *In exemplaribus antiquis Gratiani, in quibus aut nullæ, aut paucæ sunt paleæ, hoc loco habetur tantum à vers.* Quicunque *vsque ad vers.* Nam & temporibus. *In alijs autem in quibus sunt, habetur integrum hoc caput, & sine nota Paleæ. Est autem totum in eodem B. Augustini loco.*

β ¶Quicunque.] *Commutatus etiam apud Iuonem, & in Pannormia est ordo verborum Beati Augustini, apud quem qui meretur præmium, priore, qui supplicium, posteriore loco ponitur.*

Item ex verbis Isidori, lib.3. sententiarum de summo bono, c.52.

¶Principes tenentur, & ipsi viuere legibus suis.

C. II.

IVstum est principem legibus obtemperare suis. Tunc enim iura sua ab omnibus custodienda existimet, quãdo ipse illis reuerentiam præbet. Principes legibus teneri suis nec in se conuenit † posse damnare iura, quæ in subiectis constituunt. Iusta est enim vocis eorum auctoritas, si quòd populis prohibent, sibi licere non patiantur.

Burc.l.15.c.41. Iuo p.16. c.43. — †*conuenit frustrare iura*] orig.

¶*In aliquot vetustis exemplaribus caput hoc non habetur. in alijs vero coniunctum est superiori, & non habet rubricam.*

Item Augustinus in prologo libri tertij de Trinitate.

¶Scripturis canonicis tractatorum litteræ deseruiunt. C. III.

NOLI MEIS

Iuo p.4.c.71. Pann.l.2.c.120.



Vod ãt.] Hæc distinctio diuiditĩ 1 duas partes. In prima ꝓbatur ꝙ nõ valet consuetudo contra Deum. In secunda ibi, [Noli.] ꝓbatur ꝑ ix. cap. ꝙ cõmenta Sanctorum nõ p̃iudicãt nouo & veteri testa. Io. de Fã.

CASVS. In superiori distin. ostẽsum est, ꝙ ius naturale præponitur cõsuetudini, in hac 9. dist. ostendit ꝙ ius naturale præponitur cõstitutioni: & hoc ꝓbatur ꝑ sequẽtia c. & intellige hoc de iure naturali, qđ consistit in præceptis & prohibitionibus.

a ¶Quòd autem.] s̃. in proxi. dist. 8. ostendit qualiter ius naturale præualet consuetudini. In hac 9. dist. ostendit qualiter ius naturale præiudicat & præualet constitutioni hominum: & sumitur per totam hanc distin. ius naturale pro iure diuino, quod continetur in lege & in Euangelio. Item per totam hanc distin. vocat canonicam scripturam, nouum & vetus testamentum.

IMperatores.] CASVS. Dicitur in hoc cap. ꝙ qui bonis legibus, & q̃ ꝓ veritate latæ sunt, non obtemperat, puniri debet: qui vero malis legibus, & q̃ cõtra Dei volũtatem latæ sunt, non obtemperat, remunerari debet.

b ¶ Quicunque.] Hic incipit cap. aliud est palea. & habes idem 23. quæst. 4. non inuenitur.

c ¶ Ergo legibus.] Not. arg. à contrarijs, vt 15. q. 3. de crimine. & 24. quæstio. prima. quodcunque ligaueris. & ead. causa. quæstio. 2. sanè. 35. distin. qualis. & fortissimũ est argu. à contrarijs 1. ff. de offic. eius cui mand. est iurisdi. l. 1. & 11. q. 3. Imperatores.

Argumẽtũ à cõtrario, est in iure fortissimũ.

1 De hoc legi. & not. §. q. 1. sciendum. iuxta finem.

NOli meis.] CASVS.

CASVS. Quærebant quidam ab Aug. vtrum scriptis eius esset fides abhibenda tamquam scripturis canonicis noui & vete. testa. & respondet ꝙ non. In scripturis.n. canonicis quod inuenitur, incunctanter credendum est, in scripturis autem Augustini quod reperit, non

postea retractauit 1. vt 29.q.6.vides. 12.q.1.certè. & 26.q.4.quodam loco.

1 Ad idem 28.q.4.c.vltimo.

Ego solis.] CASVS. Quæsiuit Hiero. ab Aug. an credat scriptores vete. & noui testa. errasse in scribēdo. Et respondet Aug. ꝙ non: sed si aliquid in illis scriptis mēdacij inuenitur, dicendū est codicē esse mēdosum, vel interpretem non bene de Græco in Latinū trāstulisse, aut dicā me nō intelligere quod scriptum est. Alijs autem scriptoribus non est credendum, & si sancti sint: nisi quod scripserint probauerint p canonicas auctoritates.

d ¶Scriptorum.] Id est, scriptoribus.

e ¶Errasse.] Nefas enim est dicere, ꝙ scriptura mentiatur, vt 23.q.5. quid ergo. immo qđ in eis dr, defendere dēmus vique ad sanguinis effusionem, vt 25.q.1. sunt quidam.

Scriptura non mentitur.

f ¶Quātalibet.] Arg. ꝙ nō est cōsiderādū q̃s dicat, vt 19. dist. secūdū. & est arg. p dictis quorūdā testiū, ꝙ non est credendū magis honorabiliori personæ q̃ alij: quia veritas à quocumq; prolata sp præferenda est, vt 2.q.7. quæritur, & infra, eo. neq; ff. de sup. leg. l. Labeo. Eis.n. magis creditur, qui rei aptiora dicunt, vt 4.q.3.§. itē in criminali. versic. si testes. Nec sanctitas personæ prodest, vt citius credatur. 50. dist. si quis præposterа. & arg. ad idem 1.q.1. teneamus. 6.q.2. placuit. & 3.q.9. c. vl. Arg. contra 2.11.q.1. quicumque. 97. dist. nobilissimus. & 8.q.3.c.1. & 41. dist. c.1. & 11.q.3. absit.

Veritas à quocumq. dicatur, omnibus est præferenda.

2 Ista contraria omnia quæ sequuntur, aut nullo modo contradicunt, aut vilia sunt contraria: Vel dic, ꝙ ī hoc sūt contraria: quia vni soli qnq; creditur, vt illa iura probant pp dignitatē personæ secundum Io. de Fan.

litteris, quasi canonicis[a] scripturis inseruire. Sed in illis, & quod non credebas, cum inueneris, incunctanter crede: in istis[b] autem quod certum† non habebas: nisi certum intellexeris, noli firmum† tenere.

† *al. certū habeas.* exemp.] † *al. firmiter retinere.*] orig.

Idem ad Vincentium Victorem, li.4. de anima, & eius origine, cap.1.

¶In tractatorum opusculis multa corrigenda inueniuntur. Cap. IIII.

Iuo par.4.c.73. † *moribus*] orig. & Iuo.

Negare[c] non possum, nec debeo, sicut in ipsis maioribus†, ita multa esse in tam multis opusculis meis, quę possint iusto iudicio, & nulla temeritate damnari.

Idem ad Hieronymum, epist.19.

¶In scriptis canonicis mendacia non admittuntur. Cap. V.

Iuo par.4. c.74. Pann.l.2. c.119. † *scripturarū libris*] orig. & Pann. † *eorum auctorem in scribendo aliqd errasse firmissimè credam*] orig. Iuo, & Pann. † *præpolleant*] origin.

Ego solis eis scriptorum†[d], qui iam canonici appellantur, didici hunc timorem, honoremque deferre, vt nullum eorum† scribēdo errasse[e] audeam credere: ac si aliquid in eis offendero, quod videatur contrarium veritati: nihil aliud quàm vel mendosum esse codicem, vel interpretem non assecutum esse quod dictum est, vel me minimè intellexisse non ambigā. Alios autem ita lego, vt quantalibet[f] sanctitate, doctrinaque polleant†, non ideo verum putem, quia ipsi ita senserunt, sed quia mihi per alios α auctores, vel canonicas, vel probabiles[g] rationes, quod à vero non abhorreat, persuadere potuerunt.

α ¶Mihi per alios.] *Sic etiam in manuscriptis, & in glossa. Apud Beatum Augustinum est,* mihi vel per illos auctores canonicos, vel probabili ratione. *Nec multo secus apud Iuonem. Alias vero nonnullas varietates satis visum est in margine indicare.*

Idem ϐ.

ϐ ¶Idem.] *Verba huius capitis sunt B. Hieronymi ad Lucinium Bæticum, epist. 28 sed mutata non est inscriptio ob glossam. in ver. Græci.*

† Adde Iacob. But. & etiam aliquid p Barto. in l. intātum, §. si cū lege seq. ff. de re. di. & Alexan. de Imo. in l. bene ad cogniti onem. col. 9. ff. si cer. per.

¶Libris veterum Hebręa volumina, nouis Græca auctoritatem impendunt. Cap. VI.

Vt veterum[h] librorum † fides de Hebræis voluminibus examinanda est, ita nouorum Græci[i] sermo-

non est habendum pro firmo, nisi certum appareat.

a ¶Canonicis.] Quia de canonicis scripturis non possumus disputare an iustæ sint, vel non. vt infra, ead. quis nesciat.

b ¶In istis.] Loquitur hic secundum illa tpa, cum ad huc scripta Augu. & aliorum sanctorum Patrum non erant authentica, sed hodie iubentur* omnia teneri vsque ad vltimum iota, vt ī.15. dist. c. vlt. Vel hoc ideo dicit, vt ostēdat ꝙ maior sit auctoritas veteris testamenti, quàm sanctorum Patrum, vt 10. dist. in canonicis.

* *Hoc in c. illo. vlti. iubetur de epistola B. Leonis ad Flauianū.*

Negare.] CASVS. Vinc. reprehēdebat opuscula Augu. dicens ibi esse multa mendacia. Et certè non est mirum dicit Augu. si sua opuscula culpanda sunt, cum maiorum opuscula reprehendantur.

c ¶Negare.] Iusto iudicio. Vnde Augu. multa opera

g ¶Probabiles.] Arg. ꝙ ratio æquiualet canoni, vt supra, dist.1. consuetudo. & infra, c. sanè. Ioan.

Vt veterum.] CASVS. Dr in hoc cap. ꝙ sicut recurrendum est ad volumina Hebræorum, si dubitatio aliqua oriaē de veteri testamēto: sic si dubitaē super libris noui test. recurrēdū est ad Græcorū scripta.

h ¶Veterum.] Id est, veteris testamenti.

i ¶Græci.] Hieron. in scđo prologo Bibliæ contra ait, dicens, ꝙ emendatiora sunt exemplaria latina, quàm græca, & græca q̃ hebræa. Sed Aug. ad primitiuam ecclesiam respicit, qñ exemplaria græca & hebræa non erant corrupta: sed procedente tempore cum populus Christianus multū esset auctus, & hæreses multæ essēt factæ inter Græcos, in inuidiam Christianorum Iudæi & Gręci sua exemplaria corruperunt: & sic factū est, ꝙ exem-

exemplaria eorum magis corrupta sunt quàm latinorum, ad quod tempus respicit Hiero. Vel respicit ad latina exemplaria à fidelibus interpretib. translata. Aug. respicit ad exemplaria latina à non fidelibus, & falsatoribus translata: in quibus si quid falsitatis videatur, dicit eundũ esse ad originalia. Vel dic, ꝙ in hoc magis credendũ est Hieronymo, q̃ August. quia inter istos tres Aug. Hierony. & Greg. Augustino magis credẽdũ est in disputationibus, Hieronymo in historijs, & translationibus: Gregorius in moralibus præponitur, q̃a non oẽs in omnibus sed certi ꝑ certa, &c. C. de vete. iu. enu. l. 1. ibi, quia non oẽs. Et est hic arg. ꝙ quãtũcumq; authẽticũ sit aliqđ instrm: si tñ de ipso aliquid in dubium reuocatur, semper exhibendum sit illud a quo originẽ ducit, vt 76. dist. c. ieiunium. in prin. & j. 25. q. 2. sancimus. & optimè extra de senten. & re iud. cum inter. Et hoc cõtra dominum Alberic. qui dicit, ꝙ si vna publica charta originẽ ducit ab alia publica charta, non est necesse exhibere originale. arg. in Authent. vt fratrum filij. §. quia vero. coll. vlt. secus in priuata. Authent. vt spõ. larg. §. & hoc insuper coll. 8. arg. pro ipso 19. dist. si Romanorũ. Quid iuris sit de hoc, dixi j. 100. distin. contra morem. falsitatis reperiatur in instrumento, ꝙ totum redditur suspectũ: nec ei creditur, vt ff. de fide instr. l. 2. in fi: & hoc notaui in quæstionibus. Bart. Brixien.

d ¶Pondere.] Id est, auctoritate.

QVis nesciat sanctam.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ qui-

Augustinũ disputationes, Hieronymũ trãslationes, & Gregorium moral a cõmendant.

nis [a] normam desiderat.

Item Augustinus ad Hieronymum, epist. 9.

¶Nihil auctoritatis canonicis remanebit scripturis, si ad eas mendacia fuerint admissa. C. VII.

SI ad scripturas sanctas admissa fuerint uel † officiosa [b] mendacia; quid in eis [c] remanebit auctoritatis? Quæ tandem de scripturis illis sententia proferetur; cuius pondere [d] contentiosæ falsitatis obteretur †improbitas?

Iuo p.4. c.215. †al. velut officiosa.] orig. al. fuerint officiosa. †al. subruatur.

Idem de baptismo contra Donatistas, lib. 2. c. 3.

¶Litteris omnium episcoporum sacra præponitur scriptura. C. VIII.

QVis nesciat sanctam scripturam canonicam tam veteris, quàm noui testamenti certis suis terminis [e] contineri, eamque omnibus posterioribus episcoporum litteris ita præponi, vt de illa omnino dubitari, & disceptari [f] non possit, vtrum verum vel vtrum rectum sit quidquid in ea scriptum esse constiterit? Episcoporum autem litteras, quę post confirmatum canonem vel scriptæ sunt, vel scribuntur per sermonem forte sapientiorem cuiuslibet in ea reperitioris, & per aliorum episcoporum grauiorem auctoritatem, doctioremque† prudentiam, & per concilia licere reprehendi, si quid in eis forte à veritate deuiatum est?

Iuo p.4. c.227. Polyc. l. 3. tit. 21. †al. doctiorumque.

Idem ad Vincentium epist. 48. contra Donatistas.

¶Ex dictis quorumlibet episcoporum contra diuina mandata calumniæ non colligantur. C. IX.

NOli frater contra diuina tam multa, tam clara, tam indubitata testimonia colligere velle calumnias [g] ex episcoporum scriptis, siue nostrorum, sicut Hilarij, siue α (antequam pars Donati [h] separaretur) ipsius vnitatis, sicut Cypriani, & Agrippini: primo, quia hoc genus litterarum ab auctoritate canonis distinguendum est: non enim

Deus dedit p.2 Ansel. l. 4. c. 58. Iuo p.4. c.236.

a ¶Sermonis.] Totum enim nouum testamẽtum scriptum est græcè præter Euangelium Matthæi, & epistolam Pauli ad Roma. quæ est scripta latinè. Ioan.

SI ad.] CASVS. Dicit Aug. ꝙ si in sacris scripturis inueniatur mendacium etiam officiosum, nihil auctoritatis remanebit in eis: nec ex illis põt sñia ferri.

b ¶Officiosa.] Officiosa dicuntur quæ continent pietatem, quæ nulli obsunt, & alicui prosunt: sicut inofficiosum dicitur testamentum, quod est contra officium pietatis, vt ff. de inoffi. testa. l. 3.

c ¶Quid in eis.] Arg. ꝙ si instrumenta, vel attestationes pro parte inueniuntur falsæ. ꝙ in totum reprobantur, vt j. 16. dist. canones, & 3. q. 9. puta. & j. de cõs. dist. 3. non liceat. & ff. de ædil. edic. eiusdem. Arg. cõtra. 37. dist. qui de mensa. 12. q. 2. si quis, & de consec. dist. 4. si non sanctificatur. & 17. q. 4. quæsti sunt. & extra de arbit. cũ tpe. & de præb. dilectus. & C. de trãsac. si ex falsis. Sol. si plura cap. sibi connexa sunt, vel vnũ est accessoriũ alteri, vno cassato, connexa & accessoria cassant: secus si diuersa & separata sunt. ff. de mi. ẽt. §. fi. & ff. de neg. gest. cum actum. & 2. q. 6. diffinitiua. ver. est autem quęque. circa fi. Vel distingue, vt distinguitur extra de fide instr. ex litteris 1, Ioan. ego dico, ꝙ si aliquid quilibet debet scire scripturã veteris & noui testa. præponi scripturis episcoporum: & nemo debet dubitare de ea vtrum verum sit vel rectum quod in ea continetur: scripta vero aliorum possunt reprehendi per homines peritiores & diligentiores, & qui sunt maioris auctoritatis.

Officiosa q̃ dicantur. Inofficiosa q̃ dicãtur. 1 Scilicet super diuersis articulis. s. si ille articulus non est vitiosus, in quo tota est vis quæstionis, vt ĩ hac decret. ex litteris. & sic intelligitur. C. de testa. si vnus. & ff. de fide instru. l. 2. secundũ Io. de Fan.

e ¶Terminis.] Id est, libris.

f ¶Disceptari.] Ita vt in dubium reuocentur quæ ibi statuta sunt. Sed disputare licèt de eis ad maiorem intelligentiam, non reprobando. 96. dist. satis.

NOli.] CASVS. Vincen. Donatista reprehendebat scripta noui & vete. testa. q̃a in scriptis quorundã episcoporum quædam reprehendenda inueniebãtur. Sed eum reprehendit August. quia illa reprehendenda non sunt: hæc vero sic: quia ab auctoritate canonum distinguuntur, vnde reprehendi possunt, si contra veritatem scripta sunt. Et hoc probatur auctoritate Pauli: Et si quid aliter sapitis, &c.

g ¶Calumnias.] Verba enim iuris non sunt calumnianda. j. 37. dist. relatum. & ff. ad exhib l. penul.

h ¶Donati.] Donatus primo fuit catholicus: sed postea est in hæresim lapsus: cuius hæresi adhæserunt Cyprianus, & Agrippinus.

Neque.]

NEque.] CASVS. Aug. reprehendebat dicta quorundam peritorũ, de quo Fortunatus eum reprehẽdebat. Nunc autem ei rescribit, & dicit ꝙ non vult adhibere tantam fidem illis scripturis quantam adhibet canonicis, & licet eis honor debeatur: tamen vult eas corrigere

b ¶Eorum scriptis.] Arg. quod quisq. iuris in alterum statuit, &c. sic 2. q. 6. qui se scit. 22. q. 5. de forma. ff. qđ quisq. iur. l. 1. extra de consti. cum omnes.

SAna.] CASVS. Quæsitum fuit ab Aug. vtrum ratio iuris naturalis sit exemplis anteponenda? Et respõdet quòd sic, sed non illis, quæ cum ratione concordant.

sic leguntur, tanquam ita ex eis testimonium proferatur, vt contra sentire non liceat, sic ubi forte aliter sapuerint, quã veritas postulat. In eo quippe numero sumus, vt non dedignemur etiam nobis dictum ab Apostolo accipere. [Et si quid aliter sapitis, id quoque Deus vobis reuelauit β.] *Phili. 3.*

α ¶Siue antequam.] *Antea legebatur*, siue Cypriani, & Agrippini, antequam pars Donati separetur. *Restituta est vera lectio ex B. Augustino, & aliquot exemplaribus Gratiani, & Iuone. Cyprianus enim & Agrippinus multo ante Donati schisma in ecclesiæ vnitate decesserunt: qua in re errauit auctor glossæ.*

β ¶Reuelauit.] *Ita etiam originale, & Iuo, & aliquot editiones noui testamenti Sed idem B. Augustinus in Ioannem, tract. 5. 45. 53. & 98. & alibi fere semper legit*, reuelabit, *& explanat. Græce est* ἀποκαλύψει.

Item ad Fortunatianum, epist. 111.

¶Non debetur par auctoritas canonicis scripturis, & expositionibus earum. C. X.

Iuo p. 4. c. 237.

NEque quorumlibet disputationes [a], quáuis catholicorũ, & laudatorum hominum, velut scripturas canonicas habere debemus; vt nobis nõ liceat salua honorificentia, quæ illis debetur hominibus, aliquid in eorũ scriptis [b] improbare, atque respuere; si forte inuenerimus, quòd aliter senserint, quàm veritas habet, diuino adiutorio vel ab alijs intellecta, vel à nobis. Talis † ego sum in scriptis aliorum, quales † volo esse intellectores meorum.

† al. Qualis] orig. Antu. *† al. tales*]

Idem ad Marcellinum de ciuitate Dei, lib. 1. c. 23.

¶Exemplis ratio sana præfertur. C. XI.

Poly. c. 1. tit. 26.

SAna [c] quippe ratio etiam exemplis anteponenda est: cui [d] quidem & exempla concordant [e]; sed illa [f], quæ tanto digniora sunt imitatione, quanto excellentiora [g] pietate [h].

Cum ergo [i] in naturali iure nihil aliud præcipiatur, quàm quod Deus vult fieri; nihilque vetetur, quam quod Deus prohibet fieri; denique cum in canonica scriptura nihil aliud, quam in diuinis legibus inueniatur; diuinæ vero leges natura consistant; patet, quòd quæcumque diuinæ voluntati, seu canonicæ scripturæ contraria probantur; eadem & naturali iuri inueniuntur aduersa. Vnde quæcumque diuinæ voluntati, seu canonicæ scripturæ, seu diuinis legibus postponenda censentur; eisdem naturale ius præferri oportet. Constitutiones ergo vel ecclesiastica, vel sæculares, si naturali iuri contrariæ probantur, penitus sunt excludendæ.

Vide supra dist. 6. c. non est peccatũ. § his itaque.

1 ps



DISTINCTIO X.

ONSTITV-

c ¶Sana.] Aliàs sanè.
d ¶Cui.] Rationi.
e ¶Concordant. Quandoque.
f ¶Sed illa. s. exempla.] Hoc ideo dicit, quia non semper imitanda sunt exempla. C. de sen. nemo. sed exemplum Papæ est sequẽdum, vt 16. quæst. 3. licet. extra de sen. & re iud. in causis.
g ¶Excellentiora.] Non est tale exemplum Lucretiæ 1. 32. quæst. 5. proposito. versi. Lucretiam.
h ¶Pietate.] Argu. pro misericordia à iudice impetranda, vt 45. distin. licet plerumque 26. dist. vlti. alligant. 50. dist. ponderent. 1. quæst. 7. dispensationes. &c. exigunt. 86. distin. non satis. 35. quæst. 9. veniam. de pœn. distin. 1. quia diuinitatis 2. Arg. contra 50 dist. absit. 23. q. 4. est iniusta. 35. q. 9. loci. contra 45. dist. sed illud. extra de sortileg. ex tenore.
i ¶Cum ergo.] Infert ex supradictis vel continuat ad inferiora hoc modo. cum in iure naturali nihil pręcipiatur, vel vetetur q̃ qđ Deus vult fieri vel nõ fieri. & in canonica * scriptura nihil aliud q̃ quod in diuinis legibus inueniatur: diuinę vero leges natura cõsistunt: patet ꝙ q̃ contraria diuinę seu canonicę legi inueniunt, iuri naturali cõtraria sunt. & iuri naturali postponunt. Et facit hic correlationẽ iuris naturalis ad canonicã scripturã & diuinas leges.

1 Sed in ratione. q. d. vbi exẽplũ non cõcordat rõni, non est sequẽdũ: nã illud exemplũ Lucretiæ nõ concordat rõni. Archid.

2 Et extra de sortil. c. 2. in parte decisa.

rigere si quid inuenerit in eis corrigendum. Idem vult fieri de suis scripturis.

a ¶Disputationes.] Id est, expositiones, non. n. ex ipso læditur fama alicuius per id ꝙ reprobatur testimoniũ suum, vt extra de excep. denique.



COnstitutiones.] Hæc distin. diuiditur in duas partes, in quarum prima probat per quinque capitula, quod leges principum non præiudicant canonibus. Secunda ibi, [Ecce.] Ioan. de Fan.

CASVS.

CASVS. Ostensum est supra ꝙ ius naturale pręfertur consuetudini & constitutioni tam ecclesiasticæ, quàm sęculari. In hac vero 10. dist. ostenditur, ꝙ cōstiutio ecclesiastica præfertur sęculari constitutioni. & ad hoc inducuntur sequentia cap.

tiones[a] *vero principum ecclesiasticis constitutionibus non præeminent, sed obsequuntur.*

Vnde Nicolaus Papa scribit episcopis in concilio apud Conuicinum congregatis.

¶Lex Imperatorum ecclesiastica iura dissoluere non potest. C. I.

Iuo par.4.c.87 Pann.l.2.c 138 Ansel.l 1.c.57. Poly.l.1.ti. 27.

LEge [α] Imperatorum non in omnibus ecclesiasticis controuersijs vtendum est, præsertim cum inueniatur euangelicæ, ac canonicæ sanctioni aliquotiés obuiare [β]. *Item* †. ¶Lex Imperatorum non est supra legem Dei, sed subtus. Imperiali iudicio non possunt ecclesiastica iura dissolui. Ad quod ostendendum duorum horum †, scilicet Innocentij, & Gregorij satis sufficiunt testimonia. Sanctus quidem Innocentius in decretali epistola sua ad Alexandrum Antiochenum episcopum ait: [Nam quod sciscitatis, vtrum diuisis Imperiali iudicio prouincijs, [b] vt duę metropoles fiāt; sic duo metropolitani episcopi debeant nominari; non visum † est ad mobilitatem necessitatum mundanarum Dei ecclesiam [c] commutari, honoresque, aut diuisiones [d] perpeti; quas pro suis causis faciendas duxerit Imperator.] Beatus autem Gregorius scribens ad Theoctistam patritiam, inter cætera: [Si inquit, religionis causa coniugia debere dissolui dicantur; sciendum est, quia etsi hoc lex humana [e] concessit; lex tamen diuina prohibuit.] Ecce quemadmodum imperiali iudicio non possunt ecclesiastica iura dissolui. Ecce qualiter, quod lex humana concessit, diuina lex prohibuit. ¶Non quòd Imperatorum leges (quibus sæpe ecclesia vtitur contra hæreticos [f], sæpe contra tyrannos, atque contra prauos quosque defenditur) dicamus penitus renuendas; sed quod eas euangelicis, apostolicis, atque canonicis decretis (quibus postponenda sunt) nullum posse inferre præiudicium asseramus.

† *al. Idem*

In c. adiectis, c.17.

Burc.l 15.c.10 Iuo p. 16.c.11. Pann.l.2.c.139

† *heroum*] orig.

Innoc. 1.epist. 18.c.2.

† *vere vsum*] orig.

Lib.9.reg.epi. 39.

Iuo p.4.c.187. Pann. l.2.c.140 ex capit. adiectis, c.17.

α ¶Lege.] *Caput hoc sumptum est ex epistola Nicolai, quæ extat in codice bibliotheca Dominicana; de quo dictum est supra*

a ¶Cōstitutiones.] in hac 10. dist. ostendit magister, ꝙ sæcularis constitutio cedit ecclesiasticę: quia sacræ leges non dedignantur sequi sacros canones, vt 2. q.3.§. hinc colligitur. extra de iudic. clerici 1.

LEge.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in tres partes. In prima parte quærebatur à Nicolao, an legibus Imperatorū sit in omnibus controuersijs ecclesiasticis vtendū. Et rñdet ꝙ nō, vbi leges uidētur canonibus obuiare. In secunda parte quæ incipit ibi, [Itē, &c.] quærebatur an lex Imperatoris præsit diuinæ, ut per eā iura ecclesiastica dissoluantur. Et respondet ꝙ non, & hoc ꝓbatur duorum auctoritate, scilicet Innocentij & Gregorij. Dicit enim Innocētius, ꝙ in una prouincia nō debet esse nisi vnus metropolitanus: cum ecclesia hoc statuat. Vnde si Imperator diuidat unā prouinciā in duas, non propter hoc erūt ibi duo metropolitani. Item statutum est ab ecclesia, ut dicit: Gregorius, ut post carnalem cōmixtionē alter coniugum nō possit ad religionem transire sine consensu alterius: sed lex sęcularis statuit contrariū. sed statutū ecclesiæ ꝑualet: quia etsi lex humana cōcessit, lex tñ diuina prohibuit. In tertia parte, quæ incipit ibi, [Non ꝙ.] Circa fi. dicitur ꝙ bene vti possumus legibus vbi canonibus non contradicunt.

Canones præferūtur legibus.

1 Concor. text. in l.1. leges sacratissimæ. cū concor. vulga. C. de episcopis & cler.

b ¶Diuisis imperiali iudicio prouincijs.] Imperator diuidit prouincias, vt ff. de offic. asses. si eadem, & Papa episcopatus diuidit: & vnit episcopus ecclesias, vt extra de excess. prǽla. sicut unire. Quid autem iuris sit dum vniuntur uel diuiduntur, not. 16.q.1. postquàm. &c. & temporis. Licet ergo Imperator diuidat unam prouinciam in duas, non ideo erunt duæ metropoles, vt hic. & 101. dis. peruenit. Et est hic arg. ꝙ si princeps legitimat aliquem in temporalibus, non ideo est legitimatus in spiritualibus. extra qui filij sint legi. per uenerabilem. nisi vbi princeps restituat aliquem, qui fuit infamis ratione paterni criminis, vt 6.q.1.§. uerum.

Legitimatus quo ad temporalia non censetur q̄ to ad spiritualia.

c ¶Ecclesiam.] Ecclesia non adstringitur mundanis legibus. 33.q.2. inter. nec etiā de rebus ecclesiasticis pōt Imperator legē cōdere, vt 96. dist. bene 2. nisi hoc ecclesia petat, ut 17. dist. §. hinc ēt. & nisi in ecclesia priuilegiū statuat aliquid, ut 16.q.1. gñaliter: & q.3. nemo. Io.

Leges sæculares ecclesiam non adstringūt:

d ¶Diuisiones.] Arg. ꝙ eps inuito plebano non potest diuidere parochiam eius: nec Papa inuito episcopo diuidere epatum, vt 16.q.1. multis. quod enim est vnum diuidi non potest, vt 24.q.3. loquitur. & cap. schisma Ioan. Sed credo quòd Papa hoc possit facere ex causa, & etiā episcopus 3, ut in ea. Decre. sicut unire. Bart.

2 Vide q̄d not. 5. q.6. presbyteri 2. & 22.q.8. conuenior. in gl. ecclesia em, &c.

e ¶Lex humana.] Vt habes 27.q.2. sunt qui dicūt. Sed mirum est cum Iustinianus fuerit ualde catholicus Imperator, qualiter illud statuerit cōtra legē Dñi: cū Dñs dixerit ꝙ ob solā causam fornicationis mulier possit separari a viro, ut 33.q.2. quos Deus. Sed dic (vt quidā dicunt) ꝙ ignorāter fecit: & ideo ueniā meruit, ut s̄. 8. di. consuetudo. Vel errauit sicut Hiero. ut 26. dist. c.1. Vel ideo permisit 4 hoc, vt grauia vitiarenť: sicut usuras permisit ut uitiarentur rapinæ: & coniugia permisit dissolui, ut uitiaretur uxoricidium, ut 33.q.2. si quid uerius.

3 Sub. & hoc est uerum cum nulli fit pręiudicium: aliàs secus. 2.q.6. qui se scit. Ioa. de Fan.

f ¶Contra hęreticos.] Et sic utor pro me quo nō utor contra me. j. 37. dis. si quid uerius & 2.q.7. si hęreticus. & sic est contra 19. distin. si Romanorum. in fi. 4.q.3.c. si testes. §. item si quis testibus.

4 De comparatiua ꝑmissione, de qua not. 3. dist. cap. ult.

Non

a NOn licet.] Casum pñtis capituli pone p teipsū. ¶Non licet.] Arg. cōtra illas leges, q̄ pmittunt vsuras exigere. arg. 11.q.1. c.quicunq; item.& 9. dist. c.1.ver.quicūq; & 96.dist.bene 11.q.3.qui omnipotentem.15.q.1.omne quod.& c.nulli.& c.generali. 23.q. 8.con-

CErtum.] CASVS. Imperator volebat præesse rebus ecclesiasticis; & prælatis ecclesiarum obedire nolebat: immo quod plus est, eis dñari volebat, & iura p̄figere, quē Felix Papa docet ecclesiæ debere colla submittere, & non velle eius sacerdotibus dominari ne si cōtra fiat, eat in cōtumeliam creatoris.

dist. Sic male, Titulus autem epistolæ, hic est, Nicolaus seruus seruorum Dei, Reuerendissimis, ac sanctissimis confratribus nostris, metropolitanis episcopis, & cæteris diuersarum prouinciarum, ac urbium præsulibus, qui in Conuicinum uillam publicam secus ciuitatem Siluanectis conuenistis. *Eadem epistola nuper impressa est in appendice bibliothecæ sanctorū Patrum.* β ¶Obuiare.] *Apud Nicolaum sequitur continenter*, ad quod ostendendum, &c. *Quæ aūt apud Gratianum sunt interiecta, nō sunt hoc loco in epistola, neq. in Polycarpo, neq. apud Anselmum: sed verba illa*, Lex Imperatorum non est supra legem Dei, sed subtus, *a Burchardo, & Iuone citantur ex decretis Pij Papæ, c.3. habentur autem in capitularibus adiectis, c.17. reliqua autem habentur infra in hoc eodem capite §. ecce quemadmodum.*

Item Symmachus† Papa in sexta synodo Romana tempore Theodorici Regis.

¶Nihil quod euangelicis regulis obuiet, Imperatori agere licet. C. II.

NOn licet [a] Imperatori, uel cuiquam pietatem custodienti aliquid contra diuina mādata præsumere, nec quidquam quod euangelicis, propheticis, aut apostolicis regulis obuiet, agere.

Item † Fœlix Papa.

¶In ecclesiasticis causis Regia uoluntas sacerdotibus est postponenda. C. III.

CErtum est [b] hoc rebus uestris esse salutare, ut cum de causis Dei agitur, iuxta ipsius constitutionem, regiā uoluntatem sacerdotibus Christi studeatis subdere, non præferre; & sacrosancta [c] per eorum præsules potius discere, quàm docere, ecclesiasticam † formam sequi, non huic humanitus sequenda iura præfigere; neque eius sanctionibus uelle dominari, cuius [d] clemētiæ Deus uoluit tuæ piæ deuotionis colla submittere [e]: ne, dum mensura [f] cælestis dispositionis † exceditur, eatur in contumeliā disponentis.

Item†.

¶Bonis moribus & decretis Romanorum Pontificum constitutiones contraire non possunt. C. IIII.

COnstitutiones [g] cōtra canones, & decreta præsulū Romanorum, uel bonos mores [h] nullius sunt † momenti.

Item Nicolaus Papa I. in epistola ad Michaelem Imperatorem, cuius initium est, [*Proposueramus.*]

¶Quæ sacerdotum sunt, Regibus usurpare non licet. C.V.

IMperium uestrum suis publicæ rei quotidianis administrationibus [i] debet esse contentum; non usurpare quæ sacerdotibus Domini solum conueniunt.

Item Gregorius Nazianzenus in oratione ad ciues Nazianzenos angoris plenos, & Magistratum iratum.

b ¶Certū est.] Hoc cap. & c. suscipitis. & c. quoniam, loquuntur quasi de eadem materia.

c ¶Et sacrosancta.] Id est, præcepta.

d ¶Cuius.] Scilicet ecclesiæ.

e ¶Submittere.] Imperator. n. filius est ecclesiæ, non præsul. vt 96. dist. si Imperator. & inclinabit caput suum epis, vt 63. dist. Valentinianus. & excōmunicari pōt ab epo, vt 18. dist. qm̄ quidem. & 96. dist. duo.

f ¶Mensura.] Id est, Imperator excedit mensuram suam.

g COnstitutiōes.] Nūquid ergo legibus semper derogatur per canones? Absit, nisi quo ad cās spirituales, & hoc est quod dr̄ de consecr. dist. 3. celebritatē. ibi alia est ratio causarum secularium, alia diuinarū. arg. s̄. eod. c. 1. vtrumque enim suo modo rationabiliter cōstitutum est, sed diuerso modo. arg. s̄. ea. certū. Nec Papa pōt leges tollere, nisi quo ad suum forum. Imperium. n. & sacerdotium ex eodem principio prodierunt, vt in authētica quomodo oporteat episcopos. in princ. coll. 1. arg. j. eadem dist. quoniam. sed hoc non credo, vt extra de præscriptio. quoniā omne.

h ¶Mores.] Nec iuramentū obligat cōtra bonos mores, vt extra de iureiu. quēadmodum. & ff. de leg. 1. si quis inquilinos. §. vlt.

i IMperium.] ¶Administrationibus.] Distincta est enim potestas sua à potestate Pontificali, vt j. ea. qm̄. & 96. dis. cum ad uerum. Alioquin si vsurpat eorū officia, lepra percutitur, vt Ozias. 2. q. 7. §. item Dauid. tamen

8. conueniör. arg. contra. dist. 63. cap. Hadrianus 2. 1.

†& Calixtus episc. 1. & Marcellinus in extrema episto. 2. & in capitulis Hadriani, c.76. ex quo citant Burchar. & Iuo par. 16. c. 9.

Deus d. p. 1. & 3. Burch. l. 15. c. 8. Iuo p. 4. c. 231. & par. 16. c. 9. Faun. l. 2. c. 141. Polyc. l. 6. tit. 1.

† In exēplari Veronensi est *Felix iij.* Ansel. l. 4. c. 11. Polyc. l. 1. c. 18.

† *al. ecclesia.*

† *al. dispensationis.*

† antea legebatur.] *Idem.* Habetur in ca. Hadriani, n. 39. Deus dedit p. 1. & 3. Ansel. l. 3. c. 88. Burch. l. 15. c. 9. Iuo par. 5. c. 38. & par. 16. c. 10. Polyc. l. 1. c. fin.

† *sint*] ori.

1 Sed illud ex permissione ecclesiæ.

Imperator inferior est episcopo.

Casus duorum istorū capitulorū planus est.

Imperium & sacerdotium ex eodem procedunt.

Iuramentū contra bonos mores, nō obligat.

Imperator lepra percutitur, si officium sacerdotale vsurpat.

tamen inuenitur, ꝙ Reges conferunt decanatus, vt ex tra de consue. cum inter, in parte decisa. Ioan.

SVscipitis.] CASVS. Imperatores Constantinopolitani volebant suas constitutiones præferri ecclesiasticis: contra quos inuehitur Gregorius Nazianzenus, & dicit ꝙ maiorẽ principatum dedit Christus præsulibus ecclesiarũ & perfectiorẽ, quam ipsis Imperatoribus. vñ si legem suscipiunt Iesu Christi, potestati ecclesiæ subijci debent: cum spiritus carni præferatur, & lex diuina ꝑferatur humanæ.

a ¶Libertatem.] Id est, verbum prædicationis.

b ¶Accipitis.] Id est, accipere debetis.

c ¶Perfectiorẽ.] Vt 95. dist. duo sunt.

d ¶Spiritus.] i. ecclesiastica constitutio.

e ¶Carni.] Id est, sæculari constitutioni.

ECCE. Hæc est ij. pars dist. in qua probatur per vij. cap. ꝙ quando leges nõ cõtradicũt canonibus, amplectendæ sunt. Archid.

CASVS §. per se patet, & ad probãdum istud qđ dr̃ in §. inducit Grat. seq. cap.

SI in adiutorium.] CASVS. Petilianus defendebat se legibus cõtra Augustinum, & alios catholicos. Augu. de hoc ipsum non reprehẽdit, quoniam & Paulus hoc fecit, cum testatus se esse ciuem Romanum.

f ¶Si in adiutoriũ.] Hoc ideo dicit, quia non sunt allegandæ 1, leges, nisi in defectum canonum, vt ex tra de no. ope. nunc. intelleximus.

1 Id est, in causis ecclesiasticis recipiẽdæ.

g ¶Ciuem.] Ciuem Romanum appellat se: quia pater eius societatem cõtraxerat cum Romanis, & in signum fuit data ei penula 2.

2 Ad horũ intelligẽtiã scias ꝙ gl. 2. tit. 3. dicit sic: Penula vestis erat Consularis, qua induebantur Consules ingredientes curiam.

QVoniam.] CASVS. Iulianus Imperator vẽdicabat sibi Imperiũ & Pontificatum: quod locum habuit in veteri testamẽto. Sed dicit Cyprianus, ꝙ postquã Christus venit, sic officia vtriusq; potestatis discreuit, vt Imperator terrenis, Pontifex cęlestibus præsideret: ne propter duplicem potestatem homo superbiens rursum ab inferna demergatur: sed cum diuisus est, altera potestas vicissim alteram subleuaret. Idem casus est 96. dist. cum ad verum.

h ¶Quoniam.] Hoc cap. est pars illius 96. dist. cum ad verum.

i ¶Dei & hominum.] Id est, diuinæ & humanæ naturæ. de consec. dist. 2. in Christo patet.

K ¶Sic actibus.] s. ipsorum officiorum. Quædam n. fecit tanquam Imperator, cum vendentes & ementes flagellando de templo eiecit. 1. quæst. 3. ex multis 3, & c.

Christus fuit Imperator & sacerdos.

3 c. accusator. 2. q. 7.

¶Tribunalia Regum sacerdotali sunt, potestati subiecta. Cap. VI.

SVscipitis ne libertatẽ [a] verbi? libenter accipitis [b], quòd lex Christi sacerdotali subijcit potestati, atque istis tribunalibus subdit? Dedit enim & nobis potestatem: dedit & principatum multo perfectiorem [c] principatibus vestris. Aut nunquid iustum vobis videtur, si cedat spiritus [d] carni [e]; si à terrenis cęlestia superentur; si diuinis pręferantur humana?

2 *Ecce quòd constitutiones principum ecclesiasticis legibus postponendæ sunt. Vbi autem euangelicis, atque canonicis decretis non obuiauerint; omni reuerentia dignæ habeantur. Vnde Augustinus ait in dialogo, id est lib. 2. contra litteras Petiliani, c. 58.*

¶Leges Imperatorum in adiutorium ecclesiæ α licet assumere.† Cap. VII.

†*al. asumi.*

SI in adiutorium [f] vestrum etiam terreni Imperij leges assumendas putatis, non reprehendimus. ¶ Fecit hoc Paulus, cum aduersus iniuriosos ciuem [g] Romanum se esse testatus est.

Iuo p. 4. c. 183. Pann. l. 2. c. 153. *Act. 22.*

α ¶Ecclesiæ.] *Auctor huius rubricæ caput hoc ita accepit, quasi hic agatur de legibus Imperatorum in fauorem ecclesiæ latis; cum ibi B. Augustinus Petiliano, & Donatistis hæreticis concedat, legibus Imperatorum ipsos in adiutorium suum vti posse; modo id fallaciter non facerent; quod eos fecisse conuincit.*

Item β Nicolaus Papa I. in epistola 7. ad Michaelem Imperatorem.

β ¶*Huic capiti in codicibus impressis erat præpositus hic titulus,* Cyprianus Iuliano Imperatori: *quod est contra omnem temporum rationem. In manuscriptis omnibus, excepto vndecimo Vaticano, abest dictio,* Imperatori, *quemadmodum & apud Iuonem. Nouum autem habet,* Iuliano episcopo *aliud peruetustum,* Iubiano. *Cæterum integrum hoc caput est in epistola Nicolai ad Michaelem Imperatorem, quæ incipit,* Proposueramus; *ex quo refertur infra dist. 96. c. cum ad verum. vna cum alijs verbis eiusdem epistolæ, ex quibus hæc pendent. Et sumptum est ex Gelasio in tomo de Anathematis vinculo.*

¶Reges pontificibus pro æternis, & pontifices regibus pro temporalibus indigent. Cap. VIII.

QVoniã [h] idem mediator Dei, & hominũ [i] homo Christus Iesus, sic actibus [k] ꝓprijs & dignitatibus distinctis officia ꝑtãtis vtriusq; discreuit [l] propria α,

Iuo p. 4. c. 188. ĩ. dis. 96. c. cum ad verum. 1. *Tim. 2.*

& c. vendentes. Quædam vt sacerdos, cum seipsum obtulit hostiã discipulis suis dicens: Hoc est corpus meũ. & c. de consec. dist. 2. sacerdos. Sed cõtrarium probatur per auctoritatem istam. s. ꝙ Deus noluit ea esse distincta, cũ per seipsum vtriusq; potestatis actus exercuit. Respõ. hoc ideo fecit, vt ostenderet, ꝙ vtraq; potestas ab eo processit 4, non quòd vna persona illa duo officia exerceat, vel gerere debeat. hæc enim duo dona, Imperium & Sacerdotium ab eodem principio sunt, vt in Authen. quomodo oporteat episcopos, in princi. colla. 1.

4 Ad hoc 23. q. 4. quæsitum.

l ¶Discreuit.] Cum ergo potestates istę sint distinctę.

Papa an habeat utrūque gladiū

est hic arg. ꝙ Imperium non habetur à Papa, & quod Papa non habet utrumque gladium. nam exercitus facit Imperatorem, vt 93. dist. legimus. & imperium a solo Deo habetur, vt 23. q. 4. quæsitum. alioquin si ab ipso haberetur, licite appellaretur in temporalibus ad ipsum:

extra qui filij sint legi. causam 1: & c. lator. Item ecclesiæ soluunt tributum Imperatori, ut 11. q. 1. magnum. Sed contra, & cælestis & terreni imperij iura sunt ei cōcessa, ut 22. dist. c. 1. Item Imperator iura Papæ, ut 63. dist. tibi domino. & Papa deponit Imperatorem, ut 15. q. 6. alius. Item ipse transtulit imperium de Oriente in Occidentē, extra de elec. venerabilē. Ego credo potestates esse distinctas, licet Papa qñque vtramq; potestatem sibi assumat: scilicet cū legitimat aliquem in spiritualibus & tēporalibus, vt extra qui fil. sint legi. per uenerabilē. sed illud fuit ad petitionem Regis, q hoc ipsū fecisse potuit, vt ibi dr. Nec ob. ꝙ à seculari iudice appellatur ad Papam: quia hoc fit propter defectum iudicis sæcularis, ut exprimitur extra de foro cōpe. licet. sed facit ad petitionem Regis. Nā ēt uacante imperio supple. defectum imperij vt extra de fo. cōpe. licet.

I 2. ubi de hoc in glo sic patet de iud. nouit. in gl. 2.

volēs medicinali humilitate hominum corda sursum efferri, non humana superbia rursus in inferna demergi: vt & Christiani Imperatores pro æterna uita pontificibus indigerent, & pontifices pro cursu[a] temporalium tātummodo rerum imperialibus legibus vterentur, quatenus spiritalis actio à carnalibus distaret incursibus; & † ideo militans Deo minime se negotijs secularibus implicaret: ac vicissim non † ille rebus diuinis præsidere videretur; qui esset negotijs sæcularibus implicatus

† *al. & militans.*
† *al. ne*

α ¶Propria.] *In originali est*, propriam uolens medicinali humilitate sursum efferri. *Iuo habet vt Gratianus hic in plerisque codicibus. In nonnullis tamen est*, propria uolens medicinali humilitate sursum efferri; *quemadmodum etiam infra distin. 96. c. cum ad verum. Apud Gelasium loco indicato legitur*, sic actionibus proprijs, dignitatibusque distinctis officia potest. tis vtriusq. discreuit, suos uolens medicinali humilitate saluari, non humana superbia rursus intercipi, vt & Christiani, &c.

Item Leo iiij. Lothario Augusto.

¶Leges Imperatorum custodiri oportet. C. IX.

Iuo p. 4. c. 176. Pann. l. 2. c. 149.

De capitulis, vel præceptis imperialibus uestris, vestrorumque β pontificum[b] prædecessorum irrefragabiliter custodiendis, & conseruandis; quantum valuimus, & valemus Christo propitio, & nunc & in æuum † nos conseruaturos modis omnibus profitemur. Et si fortasse quilibet aliter uobis dixerit, uel dicturus fuerit, sciatis eum pro certo mendacem[c].

† *al. aeternum.*

β ¶Vestrorumque.] *Epistola hæc non est inuenta; & in istis verbis videtur subesse mendum; ex quo auctor glossæ errandi occasionem sumpserit; qui Christianis Imperatoribus, cuiusmodi fuerant prædecessores Lotharij, attribuat illud, quod Isidorus de ethnicis dicit, nimirum Imperatores solitos fuisse appellari pontifices de qua re optime Gelasius in tomo de Anathematis vinculo, & infra distin. 21. c. cleros. Apud Iuonem legitur*, vestris, nostrorumque etiam pontificum prædecessorum. *in Pannormia*, nostris, nostrorumque pontificum, & prædecessorum. *Sed fortasse cætera quidem recte apud Gratianum habent: tantummodo ante dictionem*, prædecessorum, *est addenda coniunctio*, &, *quemadmodum est in Pannormia. Nam hoc significabitur, Imperatores illos solitos fuisse edere capitula adhibitis in consilium pontificibus regni, quod verissimum est. Omnino hæc quæ à Leone scribuntur, spectare uidentur ad capitula Caroli, & Lodouici, quæ Lotharius in vniuersa Italia seruari mandauerat. Nam in legibus Longobardicis, lib. 3. titu. 35. Lotharius ita constituisse traditur.* Placuit nobis, vt capitula, quæ excerpsimus de capitulari bon. mem. gloriosissimi Domini nostri Caroli & genitoris nostri Lodouici Imper. inuictissimi, his omnibus, & fidelibus nostris, & sanctæ ecclesiæ in Regno Italiæ cōsistentibus per legē teneā

a ¶Pro cursu.] Arg. ꝙ in matrimonio & cæteris causis spiritualibus nō sit utendū legib. imperialib. sed contra 35. q. 5. ad sedem. Dic ergo ꝙ illud tantūmodo determinat illud uerbum, temporaliū: sed non illud uerbum. vterētur, ut sicut spirituales causæ ad iudicem sæcularē non pertinēt, sic nec causa sanguinis ad ecclesiasticum, ut ĩ. 23. q. 8. sępe principes. & cap. his à quibus.

Causę matrimoniales, an sint legibus decidendæ.

De capitulis.] CASVS. Lotharius audiuerat, quod Leo Papa nolebat leges seruare imperiales. unde interrogauit de hoc Papam, an esset uerum. quare Leo scribit ei, & dicit, ꝙ ipse vult leges obseruare irrefragabiliter, & qui aliter dicit, mendax est.

b ¶Pontificū.] Imperatores. n. olim pontifices appellabātur, ut 21. dist. cleros.

c ¶Mendacem.] ex magna humilitate hic loquitur, sicut alibi. ĩ. 2. q. 7. nos si incompetenter.

sum: quod prohibet Alex. & dicit ꝙ illa non contingunt suam iurisdictionem extra de app. si duobus. &

Videa

tur & ſeruentur: & quicunque horum capitulorum contemptor extiterit, ſexaginta ſolidis componatur. *Id populo Romano, qui iure antiquo Romanorum vti prohiberetur, valde diſplicuit: ſicut c. fin. infra ead. diſt. colligi poteſt: diſſeminatusque etiam rumor fuit eandem eſſe Pontificis ac populi ſententiam. De qua re Leo hac ſe epiſtola videtur purgare voluiſſe, & tamen poſtea pro conſeruando iure ciuili Romanorum, cum eodem Lothario iterum diligentius egit: quod apparet dicto cap. finali.*

Item Ioannes viij. Ludouico Imperatori.

¶Legis auctoritate diſſoluitur quod contra eam fit. C. X.

VIdes fili chariſſime, quia quod contra leges accipitur, per leges diſſolui [a] meretur. Iuo p.4.

Item Gelaſius Rufino, & Aprili epiſcopis.

¶Leges principum, aut regulas patrum contemni non licet. C. XI.

QVis autem † leges principum, aut regulas patrum, aut admonitiones paternas † dicat debere contemni [b]; niſi qui impunitum ſibi tantum æſtimet tranſire commiſſum? j. diſtin. 54. c. quis aut. Iuo p.4. c.179. Pann. l.2. c.150. † *al. aut* † *al. modernas.*

Item Theodorico regi.

¶Leges Romanorum principum ſeruandæ ſunt ab omnibus. C. XII.

CErtum eſt magnificentiam veſtram leges Romanorum principum, quas [c] in negotijs [d] hominum cuſtodiendas eſſe præcepit, multo magis circa † reuerentiam beati Petri Apoſtoli pro ſuæ fęlicitatis augmento velle ſeruari. Iuo p. 4. c.180. Pann. l.2. c.151. † *al. propter*

Item Leo iiij. Lothario Auguſto

¶Romana lex nullius temeritate debet corrumpi. C. XIII.

VEſtram *a* flagitamus clementiam, vt ſicut hactenus Romana lex viguit abſq; vniuerſis procellis, & pro nullius [e] perſona hominis reminiſcitur [f] eſſe corrupta; ita nunc ſuum robur, propriumque vigorem obtineat. Iuo p. 4. c.181. Pann. l 2. c.152.

a ¶Veſtram] *Videtur Lotharius populo Romano, quod hic Leo petijt, conceſſiſſe. Nam in legibus Longobardicis lib. xi. tit. 57. ſic habetur,* vt interrogetur populus Romanus, qua lege vult uiuere, *& ſequitur conſtitutio.*

Lotharius Imperator.

¶ Volumus, ut cunctus populus Romanus interrogetur, qua lege vult viuere; vt tali lege, quali lege viuere profeſſi ſunt, viuant: illiſque denũcietur, vt hoc vnuſquiſque tam iudices, quàm duces, vel reliquus populus ſciat, quòd ſi offenſionem contra eandem legem fecerint; eidem legi, qua profitentur viuere per diſpenſationem Pontificis, & noſtrã ſubiacebunt.

VIdes.] CASVS. Duorum ſequẽtium ca. planus eſt.

a ¶Diſſolui]. j. 5. q. 2. Imperiali. hæc regula ſuppletur per aliã regulam, ꝙ principali deſtructo deſtruitur acceſſorium, & omne qđ ſeqtur ex eo. 1. vt extra de fi. inſtru. inter dilectos. in fi. ſed hęc regula multas recipit inſtantias. contra legem enim fit ſi cõtra hitur poſt ſimplex votum, tñ cõtractus tenet, vt 27. q. 1. nuptiarũ. Item prohibetᷓ ne ſnĩa feratur ſub conditione; tñ ſi lata fuerit tenet, vt 2. q. 6. §. biduum, circa princ. Itẽ ꝓhibetur ne eṗs conſecret alterius eccleſiam; tamen ſi cõſecrauerit, tenet conſecratio, vt 7. q. 1. eṗs ĩ Diocœſi. Sed dic, ꝙ hæc regula intelligitur de talibus vbi eſt perpetua cauſa prohibitionis. 2, ſ. ne filius contrahat cum matre. Vel dic, ꝙ merentur diſſolui, niſi vbi per conſtitutionem aliam tolerarentur. ar. contra. 45. diſ. de Iudæis: ſed hoc in fauorem fidei. ff. de relig. & ſump. fun. ſunt perſonæ.

1 Ad hoc l. non dubiũ: & ibi no. C. de leg. & l. eius. C. de vſu. & inſt. de pupil. ſubſti. §. ſi libertus.

Facta tenẽt multa quæ fieri prohibentur.

2 De hoc ſatis no. extra de ſpõ. duo. tuas. vbi hæc ſolutio approbatur per Vin. Tan. Gof. & Ber. hoc latius vide per Archid.

b QVis autẽ. ¶Cõtẽni.] Qui contemnit leges, peccat; nõ tamẽ omnis peccat, qui nõ paret legibus vbi de conſilio loquuntur, vt 14. quæſt. 1. quiſquis. & ſic aliud eſt contemnere 3, aliud eſt non parere. Ioan.

Legum cõtemptor an peccet.

3 Ad huius declarationẽ vide qđ not. 2. q. 7. metropolitanum. in gl. ca. ex cõtemptu.

CErtum eſt.] CASVS. Quidam nolebant ſeruare leges in negotijs clericorum; ſed in negotijs laicorum bene ſeruabant. de hoc ſcribit Papa regi Theodorico, quod ſi leges ſeruantur in negotijs laicorum, multo fortius debent ſeruari in negotijs clericorum.

c ¶Quas.] Id eſt, quia eas.

d ¶In negotijs.] Hoc vult dicere, ꝙ ex quo leges ſeruantur in negotijs laicorum, multo fortius ſunt ſeruãdæ in negotijs clericorum, niſi obuient canonicis inſtitutis.

VEſtrã.] CASVS. Quidam nolebant leges ſeruare, vt poſſent alios licentius offendere. Quare Papa ſcribit Lothario, & rogat eum, ut faciat leges obſeruari ſicut ſunt hactenus obſeruatæ.

e ¶Et pro nullius.] Quia in nullius perſona omittendum eſt, quod ſtatutis generalibus continetur, ut 61. diſt. miramur.

f ¶Reminiſcitur.] Paſſiue.

SAncta Romana Ecclesia post illas veteris testamenti & noui scripturas, quas regulariter suscipimus, etiam has suscipi nō prohibet: Sanctam synodum Nicęnam cccxviij. patrum, mediante Constantino Maximo Augusto, in qua Arrius hæreticus condemnatus est: Sanctam synodum Constantinopolitanam, mediante Theodosio seniore Augusto, in qua Macedonius hæreticus debitam damnationem excepit: Sanctam synodum Ephesinam, in qua Nestorius damnatus est consensu beatissimi Papæ Cælestini, mediante Cyrillo Alexandrinæ sedis antistite, & Arcadio episcopo ab Italia destinato: Sanctam synodum Chalcedonensem, mediante Martiano Augusto, & Anatolio Constantinopolitano episcopo, in qua Nestoriana, & Eutychiana hæreses simul cum Dioscoro, eiusque complicibus damnatę sunt: sed & si qua sunt concilia à sanctis patribus hactenus instituta, post † istorum quatuor auctoritatem & custodienda, & recipienda decernimus, & mandamus a. ¶ Iam nunc subijciendum est de opusculis sanctorum patrum, quæ in ecclesia catholica recipiuntur. ¶ Opuscula beati Cypriani martyris, & Carthaginensis episcopi. ¶ Item opuscula beati Athanasij Alexandrini episcopi. ¶ Item opuscula beati Gregorij Nazianzeni episcopi. Item opuscula beati Basilij Cappadociæ episcopi. Item opuscula beati Ioannis Constantinopolitani episcopi. ¶ Item opuscula Theophili Alexandrini episcopi. ¶ Item opuscula beati Cyrilli Alexandrini episcopi. ¶ Item opuscula beati Hilarij Pictauiensis episcopi. ¶ Item opuscula B. Ambrosij Mediolanensis episcopi. ¶ Item opuscula B. Augustini Hipponensis episcopi. ¶ Item opuscula B. Hieronymi presbyteri. ¶ Item opuscula B. Prosperi viri religiosissimi. ¶ Item epistolam beati Leonis Papæ ad Flauianum Cōstantinopolitanum episcopū destinatam: cuius textum quispiam si vsq; ad vnum iota disputauerit, & non eam in omnibus venerabiliter receperit; anathema sit. ¶ Item opuscula, atque tractatus omnium patrū orthodoxorum, qui in nullo à sanctę Romanæ ecclesiæ consortio deuiauerunt, nec ab eius fideli † prædicatione seiuncti sunt, sed communionis ipsius, gratia Dei, vsque ad vltimum diē vitæ suæ participes fuerunt, legenda decernimus. ¶ Item decretales epistolæ, quas beatissimi Papæ diuersis temporibus ab vrbe Romana pro diuersorum Patrum consultatione dederunt, venerabiliter suscipiendæ sunt. ¶ Item gesta † sanctorum martyrum, qui multiplici bus tormentorum cruciatibus, & mirabilibus confessionum triumphis irradiant. Quis ista † esse catholicorum dubitet. & maiora eos in agonibus fuisse perpessos, nec suis viribus, sed gratia Dei, & adiutorio vniuersa tolerasse? Sed ideo secundum antiquam cōsuetudinem singulari cautela in sācta Romana ecclesia non leguntur: q a & eorū, q cōscripsere, nomina penitus ignorant, & ab infidelibus, aut idiotis † superflua, aut minus apta, q̄ rei ordo fuerit, scripta esse putātur: sicut cuiusdā Quirici †, & Iulitæ; sicut Gregorij, aliorūq; huiusmodi passiones, q̄ ab hæreticis ꝓhibent cōscriptę. Propter qđ, vt dictum est, ne vel leuis subsanādi oriretur occasio, in sācta Romana ecclesia nō leguntur. Nos tñ cū ꝑdicta ecclesia oēs martyres, & eorū gloriosos agones, qui Deo magis q̄ hominibus noti sunt, oī deuotione veneramur. ¶ Itē vitas patrum, Pauli, Antonij, Hilarionis, & omnium Heremitarū, quas tñ vir beatissimus scripsit Hieronymus, cū omni honore suscipimus. ¶ Item Actus B. Siluestri Apostolicæ sedis ꝓsulis, licet eius, q conscripsit, nomen ignoremus; à multis tñ in vrbe Roma catholicis legi cognouimus, & pro antiquo vsu multæ hoc imitantur ecclesiæ. ¶ Itē scripta de inuentione sanctæ Crucis Dominicæ, & alia scripta de inuentione capitis B. Ioannis Baptistæ, nouellæ q̄dē † reuelationes sunt, & nonnulli eas catholici legūt: Sed cū ad catholicorū manus peruenerint, B. Pauli Apostoli sententia procedat, [Oīa probate, qđ bonū est, tenete.] ¶ Itē Ruffinus vir religiosus, plurimos ecclesiastici operis edidit libros: nōnullas etiā scripturas interꝑtatus est: sed qm̄ B. Hieronymus in aliquibus eum de arbitrij libertate notauit, illa sentimus, quæ prædictū B. Hieronymū sētire cognoscimus: & nō solū de Ruffino, sed etiā de vniuersis †, quos vir sæpius memoratus zelo Dei, & fidei religione † reprehendit. ¶ Item Origenis nonnulla opuscula, quę vir beatissimus Hieronymus

Ansel. l. 6. c. 193.

† fide, vel prædicatione.] orig. & Burch. Nicolaus in epistola

cilii. 19. distin. Anastasius. arg. cōtra 17. dist. §. hinc etiam. & extra de electio. significasti. vbi dr̄ ꝙ conciliū nō pōt Papæ legē imponere. & 35. q. 9. veniam. Sed intellige, quod hic dicitur, circa articulos fidei, 25. q. 1. sunt quidam.

SAncta Romana Ecclesia.] CASVS. In hoc cap. ponuntur fere eade, quæ dicta sunt in illo cap. canones. & ī c. sicut. Dicit .n. Gelasius, ꝙ supra dicta quatuor concilia vult venerari & si qua alia fuerunt à sāctis Patrib. instituta: & ostendit q̄ opuscula sanctorum Patrum in ecclesia recipiant.

a ¶ Cy-

impressa ad episcopos Galliæ cuius initium. [Quāuis]

† al. ista.

† al. dictis.

† al. Cyrici.

† quædam relationes] orig.

1. Thes. 5.

† al. diuersis] orig.

† al. religiosè.

a ¶Cyrici.] al. Quirici.

ADDITIO. Apocryphum dr̄ occultū & secretum ab apo, qđ est de; & crysis, quod est secretū. inde liber dicit apocryphus, id est, occultus & secretus: scilicet cuius auctor ignoratur: non tñ ab ecclesia recipitur, sed reprobatur. quasi dicat, non in ecclesia, sed remote & secrete ab ecclesia est legēdus, secūdum Hug. Vñ dic apocrypha

† al. Chronica] orig.

ronymus nō repudiat, legenda suscipimus: reliqua aūt omnia cū auctore suo dicimus esse renuenda. ¶Item Chronicon† Eusebij Cæsariensis, atq; eiusdem historiæ ecclesiasticæ libros, quamuis in primo narrationis suæ libro tepuerit, & postea in laudibus, atq; excusatione Origenis schismatici vnū cōscripserit librum: propter rerum tamen notitiam singularem, quæ ad instructionē pertinent, vsq; quaq; non dicimus renuendos. ¶ Item Orosium virum eruditissimū collaudamus, quia valde nobis necessariam aduersus Paganorū calumnias ordinauit historiam, miraq; breuitate contexuit. ¶ Item venerabilis viri Sedulij paschale opus, qđ heroicis descripsit versibus, insigni laude proferimus †. ¶Itē Iuuenci γ nihilo minus laboriosum opus non spernimus, sed miramur. Cæterum, quæ ab hæreticis, siue schismaticis conscripta, vel prædicata sunt, nullatenus recipit Catholica, & Apostolica ecclesia Romana. ¶ E quibus pauca, quæ ad memoriā venerunt, & à catholicis vitanda sunt, credimus esse subdēda. In primis Ariminensem synodum à Constantino Cæsare Constantini filio congregatam mediante Tauro præfecto, ex tunc, & nunc, & vsque in æternum cōfitemur esse damnatam. Item Itinerariū nomine Petri Apostoli, quod appellatur sancti Clementis lib. viij. apocryphum. Actus nomine Andreæ apostoli, apocryphi. Actus nomine Philippi apostoli, apocryphi. Actus noīe Petri apostoli, apocryphi. Actus nomine Thomæ apostoli, apocryphi. Euangelium nomine Thaddæi, apocryphum. Euāgelium nomine Thomæ apostoli, quo vtuntur Manichæi, apocryphū. Euangelium nomine Barnabæ, apocryphum. Euangelium nomine Bartholomæi apostoli, apocryphum. Euangelium nomine Andreæ apostoli, apocryphū. Euāgelia, quæ falsauit Lucianus, apocrypha. Euangelia, quę falsauit Hyrcius †, apocrypha. Liber de infantia Saluatoris apocryph9. Liber de natiuitate Saluatoris, & de S.ct Maria, & de obstetrice Saluatoris, apocryphus. Liber, qui appellatur Pastoris, apochryphus. Libri oēs, quos fecit Lenticius † discipulus diaboli, apocryphi. Liber, qui appellatur fundamentum, apocryphus. Liber, qui appellatur thesaurus, apocryphus. Liber, qui appellatur de filiabus Adę [vel † Geneseos, apocryphus. Centimetrū de Christo Virgilianis cōpaginatū versibus, apocryphū. Liber, qui appellatur Actus Teclę, & Pauli apostoli, apocryphus. Liber, qui appellatur Nepotis, apocryphus. Liber prouerbiorū, qui ab hęreticis conscriptus, & S. Xitti † nomine signatus est, apocryphus. Reuelatio, quę appellatur Pauli apostoli, apocrypha. Reuelatio, quę appellatur Thomę apostoli, apocrypha. Reuelatio, quę appellatur Stephani, apocrypha. Liber, qui appellatur transitus † S. Marię, apocryphus. Liber qui appellatur pœnitentię Adę, apocryphus. Liber Ogię nomine gigantis, qui ab hęreticis cū dracone post diluuiū pugnâsse perhibetur, apocryphus. Liber qui appellatur testamētum Iacob †, apocryphus. Liber, qui appellatur pœnitentia Origenis, apocryphus. Liber, qui appellatur pœnitētia S. Cypriani, apocryphus. Liber, qui appellatur pœnitentia Iamnis, & Mambrę, apocryphus. Liber, qui appellatur, fortes Apostolorū † apocryphus. Liber Lusanę apocryphus. Liber canonum Apostolorum, apocryphus. Liber Physiologus, qui ab hęreticis conscriptus est, & B. Ambrosij nomine pręsignatus, apocryphus. Historia Eusebij Pamphili, apocrypha. Opuscula Tertulliani †, siue Africani, apocrypha. Opuscula Posthumiani, & Galli, apocrypha. Opuscula Mōtani, Priscillę, & Maximillę, apocrypha. Opuscula oīa Fausti Manichęi, apocrypha†. Opuscula alterius Clementis Alexandrini, apocrypha †. Opuscula Cassiani presbyteri Galliarū, apocrypha. Opuscula Victoriani Pictauiensis † apocrypha. Opuscula Fausti Rhegiensis Galliarū, apocrypha. Opuscula Frumētij †, apocrypha. Epistola Iesu ad Agabarū regē, apocrypha. Passio Georgij, apocrypha. Passio Cyrici [a], & Iulitę, apocrypha. Scriptura, quę appellatur contra dictio Salomonis, apocrypha. Philacteria oīa, quę nō Angelorū, vt illi confingunt, sed dęmonum magis arte conscripta sunt, apocrypha. ¶Hęc, & oīa his similia, quę Simō Magus, Nicolaus, Cerinthus, Marcion, Basilides, Ebion, Paulus etiam Samosatenus, Photinus & Bonosus, & qui simili errore defecerunt, Montanus quoque cum suis obscœnissimis sequacibus, Apollinaris, Valentinus, siue Manichęus, Faustus †, Sabellius, Arrius, Macedonius, Eunomius, Nouatus, Sabbatius, Cęlestius †, Donatus, Eustathius, Iouinianus, Pelagius, Iulianus,

† al. proferimus] orig.

Burch. l. 3. c. 221. Iuo par. 4. c. 65. Pann. l. 2. c. 123.

† decē] ori.

† al. Esiti9] al. Hesychius.

† al Lentius] al Leutius.

† Abest ab orig.

† al. Sixti.

† transitus, id est assumptio] orig.

† al. Iob] orig.

† qui appellatur, laus Apostolorum] orig.

† Tertulliani apocryphæ. Opuscula Lactantij apocrypha. Opuscula Africani apocrypha] orig.

† Opuscula Commodiani apocrypha] orig.

† Opuscula Tatii, Cypriani apocrypha. Opuscula Arnobii apocrypha. Opuscula Tyconii apocrypha.] orig.

† al. Pitabioaensis.

† al. Fromenti cæci] orig.

† Africanus] ori.

† al. Calistus.

† *Iulianus Gelamẽsis, Cœlestinus, &c.* orig. *Priscillian⁹ ab Hispania Nostorius, Constantinopolitan⁹, Maximus, Vnicus, Lãpet ius.* † *Hæretici, eorumq; discipuli]* orig.

Iulianus,&† Latiensis Cęlestinus, Maximinus, Priscianus † ab Hispania, Lampedius, Dioscorus, Eutyches, Petrus, & alius Petr⁹, e quibus vnus Alexandriã, alius Antiochiã maculauit, Acacius Constantinopolitanus cum consortibus suis, nec nõ omnes hęreses, quas ipsi, eorumque discipuli, siue schismatici docuerunt, vel conscripserunt: quorum nomina minime retinentur, non solum repudiata, verum etiã ab omni Romana, & Apostolica ecclesia eliminata, atq. cũ suis auctoribus, auctorumque sequacibus sub anathematis indissolubili uinculo in æternum confitemur esse damnata.

Bur.l.3 c.222 Iuo p.4.c.67. Pan.l.2.c.90.

¶ Cæterum, qui libri in ecclesiasticis officiis per anni circulum a nonnullis legantur, ꝙ ritum illum Apostolica non reprobat, sed sequitur ecclesia, pro fidelium ædificatione adnotandũ cẽsuimus. Quidam, ꝙ in septuagesima ponunt Pentateuchum) vsq. in 15. diẽ ante Pascha, 15. die ponunt Hieremiam vsq. in cœnam Dñi. In cœna Domini legunt tres lectiones de lamẽtatione Hieremiæ. [Quomodo sedet sola ciuitas, &c.] & tres de tractatu S. Augustini in psalmum 54. ([Exaudi Deus orationẽ meã, & ne despexeris.] & tres de Apostolo, vbi ait in epistola ad Corinth. [Conuenientibus uobis in unum.] Secunda lectio sic incipit: [Similiter & calicem postquam cœnauit,] Tertia. [de spiritalibus autem nolumus uos ignorare fratres.] In Parasceue tres lectiones de lamentatione Hieremiæ, & tres de tractatu sancti Augustini in psamum. 63. [Exaudi Deus orationem meam, cum deprecor.] & tres de Apostolo, vbi ait in Epistola ad Hebræos, [Festinemus ingredi in illã requiem, &c.] Secunda lectio, [Omnis namq; pontifex.] Tertia. [De quo grandis nobis sermo.] In Sabbato sancto tres lectiones de lamentatione Hieremiæ prophetæ, & tres de tractatu sancti Augustini in eundem ps. 63. [Exaudi Deus orationem meam, cum deprecor.] & tres de Apostolo, vbi ait in Epistola ad Hebræos, [Christus assistens pontifex futurorum bonorum.] Secunda lectio, [Vbi enim testamẽtum est.] Tertia, Vmbram enim habens lex futurorum bonorum. [In Pascha Domini homilias ad ipsum diẽ pertinentes, infra hebdomadam homilias. In octauis)† Paschę ponuntur actus Apostolorum, & epistolas canonicas, & Apocalysim vsque in octauas † Pentecostes. In octauis Pentecostes ponunt libros Regum, & Paralipomenon usque in Kalend, Augusti. In Dominica prima mensis Augusti ponunt Salomonem vsque in Kalendas Septembris. In Dominica j. Septemb. ponunt Iob, Tobiam†, Hester, Esdram vsq. in Kalen. Octobris. In Dominica prima mensis Octobris ponunt librum † Machabæorum vsque in Kalendas Nouembr. In Dñica prima mensis Nouembris ponunt Ezechielem, & Danielem, & minores prohetas vsque in Kalendas Decemb. In Dominica prima mensis Decembris ponunt Esaiam prophetam vsque ad † Natinitatem Domini. In Natali † Domini legunt primũ de Esaia tres lectiones. Prima lectio, [Primo tempore alleuiata est terra Zabulõ, &c.] Secunda, [Consolamini, consolamini.] Tertia, [Consurge, consurge.] Deinde leguntur sermones, vel homiliæ ad ipsum diẽ pertinentes. In natali S. Stephani homilia de ipso die. In natali S. Ioannis similiter. In natali Innocentium similiter. In natali S. Siluestri similiter. In octaua natalis Domini homilia de ipso die. In Dominica prima post Natiuitatem Domini ponũt epistolas Pauli vsque in Septuagesimã. In Epiphan. lectiones tres de Esaia. Prima lectio incipit, [Omnes sitiẽtes.] Secunda,] Surge, illuminare Hierusalem.] Tertia, [Gaudens gaudebo in Domino.] Deinde leguntur sermones, vel homilię ad ipsum diem pertinentes.

Tren.1. — 1.Cor.11. — 1.Cor.10. — Heb.4. — Heb.5. — Heb.9. — Heb.10. — † *al. octaua.* — † *al. octauã.*

pha Gręce, Latine secreta. Et quia in cameris solẽt virgines abscondi, & secrete morati, secundum Io. de Fan. inde est, ꝙ virgo in Hebræo alma, in Græco apocrypha, Latine dicitur secreta.

† *Iudith. Hester.]* Iuo. † *libros]* Iuo. † *al. in natalem.* † *al. in vigilia natalis Domini]* Bur. & Iuo, & ordo Romanus. *Esa.9. Esa.40. Esa.52. Esa.55. Esa.60. Esa.61.*

α ¶ Mandamus,] *Post hoc verbum in* Decreto *Gelasii sequitur continenter.* Item opuscula beati Cypriani, &c. *Sed Burchardus, & Iuo, & Pãnormia habent vt Gratianus. Ac certe in toto hoc capite tot modis discrepant collectiones ab originali, vt satis certo statui non possit, quæ vera, & pura sit Gelasii lectio; nec magnopere sit mirandum, si nonnulla sint, quę difficultatem faciunt. Quamobrem, quæ auxilio codicũ tuto emendari poterant, ea sunt emendata: cæteris locis partim indicatæ varietates, partim, quoniam omnes indicare infinitum fuisset labor hic ad libros adeundi accurato lectori est relictus.*

β ¶ Item gesta.] *Hinc vsque ad finem capitis omnia absunt a plerisque vetustis Gratiani codicibus: quod etiam Archidiaconus adnotauit. Sunt tamen eiusdem Gelasii vsque ad vers.* Cæterum qui libri, *& apud Burchardum, & Iuonem referuntur proximè post superiora.*

γ ¶ Iuuenci.] *Antea legebatur,* Item Vincentij. *restituta est vera lectio ex Gelasio, Burchardo, & Iuone. De quo* Iuuenco *meminit B. Hieron. in Cathalogo.*

δ ¶ De S.Maria.] *In collectione Isidori legitur*, & de Maria obstetrice. *Apud Burchardum*, & de Maria vel obstetrice. *Apud Iuonem vero*, & de sancta Maria, vel de obstetrice Saluatoris.

ε ¶ Cæterum.] *Hinc vsque ad finem neque in collectione Isidori, neque in vllo veteri codice Gratiani eorum, quæ collata sunt, inueniuntur A verbo tamen*, in Septuagesima ponunt, *referuntur a Burchardo, & Iuone sine auctoris nomine, in Pannormia ex Gelasio ipso cum lxx. episcopis. Fere autem omnia habentur sparsim in libro, qui ordo Romanus nuncupatur.*

ζ ¶ Pentateuchum.] *Apud Iuonem legitur*, Heptateuchum, *vt vltra quinque libros comprehendat librum Iosue, & Iudicum, qua voce, ac librorum coniunctione Beatus Hieronymus ad Lucinum scribens vtitur. Alij vero Heptaticum appellant, vt sanctus Gregorius, lib. 7. in li. 2. epist. 48. & li. 10 epist. 21. & alibi, & Rabanus in præfatione in Hieremiam, & ordo Romanus, c. de Septuagesima.*

η ¶ In Psalmum 54.] *Sic etiam apud Iuonem In ordine Romano, c. de officijs diuinis a Cœna Domini vsque in octauas Pentecostes, & apud Burchardum legitur.* in psalmũ 63.] *idest*, Exaudi Deus orationem meam, cum deprecor. *Itemque in ca. de ordine in nocte Parasceues*, Tres tractatus de August. Psal. 63.

θ ¶ In octauis.] *Ipsam diem octauam solitam fuisse proferri nomine multitudinis, idest octauas, notabitur infra de consecr. dist. 3 cap. pronunciandum.*

ι ¶ In Natali Domini.] *Burchardus, & Iuo habent* in Vigilia Natalis Domini, *& ita in ordine Romano, c. quod inscribitur*, In Christi nomine, incipit ordo catholicorum librorum, qui in Ecclesia Romana ponuntur. *Pannormia autem habet ut Gratianus.*

DISTINCTIO XVI.



Postolorum [a] vero canones, qui per Clementem Pontificem Romanum, sicut quidam asserũt, dicuntur esse translati[α], sunt quinquaginta.

α ¶ Translati.] *In titulo qui preponitur canonibus Apostolorum in collectione Isidori, & in concilio Stephani Papæ iij. (cuius magnam partem Deus dedit Cardinalis in sua canonum collectione refert) pro voce*, translati, *habetur*, prolati, *Dionysius certe Exiguus, nullam huius versionis mentionem facit, & aliqui scriptores solent epistolas Clementis hoc modo citare*, Ex dictis Petri Apostoli per Clementem prolatis; *vt auctor Polycarpi, & alij.*

Hos non recipiendos, sed inter apocrypha deputatos Isidorus scribit dicens.

¶ Apostolorum canones Apostolica reijciuntur auctoritate. C. I.

CAnones [b] dicuntur Apostolorum, seu quia eosdem nec sedes apostolica recepit, nec sancti Patres illis assensum prębuerũt, pro eo quòd ad hęreticis sub nomine Apostolorum compositi dignoscũtur, quamuis in eis utilia [c] inueniantur; tamen ab auctoritate canonica, atq; Apostolica eorum gesta constat esse remota, atque inter [d] apocrypha deputata.

¶ *Caput hoc est in pręfatione Isidori ad collectionem conciliorũ, quę ex bibliotheca ecclesię Toletanæ descripta Romam missa est. Nam in illa, quę vulgatæ Isidori collectioni, de qua in toto dictũ est, preponitur, contrarium potius videtur dici, & refertur infra c. Placuit. hac eadem dist. si modo idem est Isidorus.*



Postolorũ.] Hęc distinctio diuiditur in duas partes. Secũda ibi,] Et soluta.]

CASVS. In hac 6. distin. ostendit Gratianus canones Apostolorum esse recipiendos: primo tamẽ ponit quandam cõtrarietatẽ de canonib. apostolorum: primo de non recipiendis, & postea de recipiẽdis, & eam soluit.

a ¶ Apostolorum.] Hic intitulatur. 16. d. in qua probat, ꝙ canones Apostolorum sunt recipiendi: postea ostendit quo tẽpore, & quo residente in Papatu vel imperio q̃dlibet concilium est celebratum. Et nota ꝙ Gratian⁹ ponit quandam contrarietatem de canonibus Apostolorum, & eam non soluit, ꝓbat enim auctoritate Isidori, ꝙ canones Apostolorum non sunt recipiendi, q̃a sunt apocrypha: postea probat auctoritate Zepherini & Leonis, quòd sunt recipiendi, & non sunt apocryphi. Sol. breuis est, q̃ illi canones sunt recipiendi, q̃ a veris Apostolis sunt editi: sed illi, non, qui a pseudo apostolis sũt editi su. ꝓx. di. ver. itẽ gesta.

CAnones.] CASVS. Quærebatur ab Isidoro an canones, qui dñr Apostolorum, sint approbandi: & respondet quoniã ab hæreticis sub noĩe apostolorũ sunt compositi, nec Rom. ecc. nec sancti Patres eos approbauerunt, quãuis in eis multa utilia inueniãtur, tamen apochryphi reputantur.

b ¶ Canones.] Sic cõstrue: quamuis in eis canonibus, qui canones dicuntur Apostolorum.

c ¶ Vtilia.] Arg. ꝙ vtile vitiatur ꝑ inutile [1] vt no. sup. dis. 9. si ad scripturas.

d ¶ Atque inter

[1] Ad idem 3. q. 9. pura Archid.

apo-

*Quinimmo libri isti non apocryphi, sed canonici sunt, quamuis olim quidam et catholici de illis dubitauerint. Concil. Triden. sess. 4. de can. scriptu.

apocrypha.] id est, sine certo auctore*, vt sapientia Salomonis: Liber Iesu filij Sirach, qui dicitur ecclesiasticus: & liber Iudicum, & Tobiæ: & liber Machabæorũ: hi apocryphi dicuntur, & tamen leguntur, sed fortè non generaliter. Sexa-

d ¶Orthodoxæ.] Id est, rectè: orthos, rectum; doxa, gloria. Inde dicitur fides orthodoxa, id est, catholica recta, scilicet in qua rectè gloriamur. Ioan. de Fan.

e Placuit.] Ex his tribus cap. surgit contrarietas, quam Gratianus non soluit, nec ponit: sexta synodus dicit lxxxv capitula canonũ Apostolorum esse seruanda: Zepherinus lx. & Leo quinquaginta. quidã 2. ita soluunt, quod sexta synodus fuit ante Zepherinũ, & Zepherinus añ Leonem, & obseruabantur lxxxv. canones, prout dicit sexta synodus. sed postea in desuetudinem abierunt xxv. & remanserunt lx. vt dicit Zepherinus. procedente vero tempore x. ex illis perierunt, & sic remanserunt tantum [illegible]o. vt dicit Leo. Sed hęc solutio stare non potest: nam Zepherinus pcessit vj. synodum. nam vj. synodus fuit celebrata tempore Agathonis, vt inf. ea. distin. cap. sexta. qui longo tẽpore fuit post Zepherinũ, vt ex chronicis apparet. Omissis alijs solutionibus, dic, quod non contradicũt sibi: qa dicebat synod9 lxxxv. fuisse capitula: Leo dicebat quinquaginta fuisse capitula: Zepherinus nõ dicit de capitulis. sed de sententijs: & potest esse, quòd in vno capitulo sint sententiæ plures. ne huius mũdi, id est de nobis in hoc mundo remanentibus. quid. s. facere debeamus. Io. de Fan. & Hu.

2 Vt Gofredus.

Zepherinus autem econtra scribit episcopis per Siciliam constitutis, epist. 1.

¶ Apostolorum canones sunt recipiendi. C. II.

Iuo p.4. c.107. Pann.l.2.c.105 Poly.l.3.tit.20.

Sexaginta α sententias Apostoli præscripserunt † cum alijs plurimis episcopis, & seruandas censuerunt.

† al. præfixerunt] orig.

α ¶Sexaginta] *Iuo etiam, & auctor Pannormiæ habent*, Sexaginta *Itemque originale in margine. Sed in textu*, Septuaginta. *Polycarpus*, Quinquaginta.

Item Leo β Papæ nonus contra epistolam Nicetæ abbatis.

¶Exceptis quinquaginta capitulis, canones Apostolorum inter apocrypha deputantur.

C. III.

Iuo p.4. c.105. Pann.l.2.c.124

Clementis [a] librũ, id est Petri Apostoli itinerarium [b] & Apostolorũ canones numerant Patres inter apocrypha, exceptis [c] quinquaginta capitulis, quæ decreuerunt orthodoxæ † [d] fidei adiungenda.

† al. regulis orthodoxis] al. regulis orthodoxię]

β ¶Item Leo.] *Hoc caput sumptum est ex responsione Humberti legati Leonis noni ad libellum Nicetæ presbyteri, & Monachi contra Latinos editum: quæ Romæ in Monasterio S. Mariæ nouę, & in multis priuatis bibliothecis extat manuscripta. Merito autem potuit citari Leo ix. quod eius auctoritate, & iussione Humbertus legatus sedis Apostolicæ ea scripserit.*

Item vi. synodus, cap. 2.

C. IIII.

Iuo p.4. c.106. Pann.l.2.c.125

Placuit [e] huic sanctæ synodo, vt amodo confirmata & rata sint canonum Apostolorum lxxxv. capitula.

Epistola α Isidori in capite canonum.

Iuo p.4. c.107. Pann.l.2.c.125

Isidorus β seruus Christi lectori suo conseruo. ¶ Propter eorum auctoritatem cæteris concilijs præponimus [f] canones, qui dicuntur Apostolorum, licèt à quibusdam apocryphi dicantur, quoniam plures eos recipiunt, & sancti Patres eorum sententias synodali auctoritate roborauerunt, & inter canonicas posuerunt constitutiones. *Item infra.* ¶ Primo quidem ordo, vt prædictũ est, de celebrando concilio insertus habetur; & postmodum canonum Apostolorum, ac primorum apostolicorũ (id est à Sancto Clemente vsque ad Sanctum Syluestrum) decretorum,

ISIDORVS. CASVS. Probat Isidorus in hoc c. canones Apostolorum esse recipiẽdos tribus rationibus. Primo, quia plures eos receperunt. Secũdo, quia Sãcti Patres eorum sententias confirmauerunt, & eas inter canonicas constitutiones posuerunt. Tertio, quia positi sunt & inserti in Breuiario, in quo decreta diuersorum conciliorum posita sunt: quod factum fuit a Clemente vsque ad Syluestrum. Quæ autem sequuntur, plana sunt.

Sexaginta.] CASVS. Tria sequentia capitula plana sunt.

a Clementis.] Id est, qui sub nomine Clementis compositus est ab hæreticis.

b ¶ Itinerarium.] Qui actus Petri continet, quos per ostendit in itinerando peregit 1.

c ¶ Exceptis.] Impropria vr̃ hæc exceptio: quia aut excipitur à veris canonibus, aut à falsis. Non de falsis: quia nullus ex illis obseruatur. Item non de veris: quia nullus eorum est apocryphus. Vel dic, quod hoc nomen, canones, sumitur large, tam pro veris, quam pro falsis canonibus, vt ponitur infra 32. dist. §. verum.

1 Vel dic, quod ideo itinerarium appellatur, quia ibi [illegible] agitur de itinere, id est [illegible] actio [illegible]

f ¶ Præponimus.] Argumen. quòd illi qui sunt maioris auctoritatis, debent habere priorem vocem in electione. 19. distinctio. in canonicis 3. vnde licèt Ancyrana synodus fuerit prior Nicæna, tamen propter maiorem auctoritatem Nicæna præponitur, vt infra ead. distinct. cap. sexta. ibi, [Prima adnotatio, &c.] argum. extra de rescript. ab excommunicato.

3 Ad idem ff. de pact. l. maiorem. Archid.

atque diuersorum conciliorum breuiarium interpolatur sequens ordinem suum.

α ¶ Epistola.] *Hęc epistola ab Iuone vocatur præfatio in opus canonum, & est ea, quæ Isidori nomine est pręposita tomis conciliorum, licet in vetustiore editione, in qua purior est Isidori collectio, nonnulla verba desiderentur. Est autem confectum hoc caput ex duobus locis illius pręfationis. Nam verba illa,* Propter eorum auctoritatem, &c. *vsque ad ver.* constitutiones, *non longe absunt ab initio. Reliqua vero sunt in extremo.*

β ¶ Isidorus seruus.] *In Pannormia est eodem modo atque apud Gratianum. Apud Iuonem, & in manuscriptis collectionis illius codicibus est,* Isidorus Mercator seruus Christi conseruo suo, & parenti fidei † in Domino salutem. *In vulgatis autem conciliorum editionibus,* Isidorus peccator, seruus, &c. † *al. fideli*

Item cum Hadrianus Papa sextam synodum recipiat cum omnibus canonibus suis, cum etiam sancta octo vniuersalia concilia professione Romani Pontificis sint roborata, in sexta † autē synodo siue in septimo concilio, Apostolorum canones sint recepti & approbati: patet, quòd non sunt inter apocrypha deputandi: Vnde scribit Hadrianus Papa Tharasio Patriarchæ.

† *al. septima synodo, siue cō cilio.] al. sexta synodo siue in sexto concilio.*

¶ Sexta synodus auctoritate Hadriani corroboratur. C. V.

Iuo p.4.c.122.

SExtam α synodum sanctam recipio cum omnibus canonibus suis.

α ¶ Sextam.] *Hoc habetur in secunda actione septimę synodi in epistola Hadriani ad Tharasium. Sed eo in loco Hadrianus refert verba synodicæ epistolæ à Tharasio ad se missę. Et hic Gratianus non refert propriè eius epistolæ verba. In versione .n. Anastasij bibliothecarij sic legitur,* Inuenimus autem in prædicta synodica epistola sanctitatis vestræ, post plenitudinem fidei, & confessionem sacri symboli, & omnium sanctarum sex synodorū, & de sacris & venerabilibus characteribus miraculum laude ac veneratione dignissimum contineri. Quare & easdem sanctas sex synodos suscipio cum omnibus regulis, quæ iure, ac diuinitus ab ipsis promulgatæ sunt. *Et hæc quidem postrema verba sunt etiam in illa ipsa Tharasij epistola: quod ex concilio Græco, & noua interpretatione clarè apparet.*

Sed dubitatur de ea, an canones conscripserit: quod ex quarta actione sextæ β synodi [a] facile absoluitur.

β Sextæ.] *In secundo & xij. Vaticanis est,* sextæ, alias septimæ, *& vere septimæ est, sed ob glossam nihil est mutatum.*

Ait enim Petrus episcopus Nicomediæ.

¶ Sexta synodus canones conscripsit. C. VI.

Ex actiōe quarta septimæ synodi. Iuo p.4.c.121.

HAbeo librum α continentem canones sanctæ sextæ synodi. Patriarcha dixit: ¶ Quidam scandalizantur per ignorantiā pro canonibus istis, dicētes; nunquid sexta synodus canones fecit? Sciant ergo, quōd sancta synodus sexta sub Constantino congregata est contra eos, qui dicebant vnam operationē, & vnā voluntatē [b] esse in Christo: in qua sancti Patres illos, vt hæreticos anathematizauerunt, & orthodoxam fidem explanauerunt. 2 ¶ Et soluta synodus est Constantini [c] xiiij. anno. Post quatuor vero

SExtam.] Sed dubitatur.

CASVS. Probat Gratianus, quod sexta synodus canones fecit: & hoc probat per seq. cap.

a ¶ Sextæ synodi.] falsa est littera, & debet ibi esse septimæ 1 synodi. qualiter.n. dubitaret sexta synodus de eo quod ipsa fecerat.

HAbeo.] CASVS. Dicitur in hoc cap. quod exta synodus cenones fecit q̄ congregata fuit sub Constātino Imperatore, reprobās perfidiam hæreticorum quorūdam dicētium, Christum fuisse tantū operatum scd̄m opa humanitatis, vt comedere & ambulare: alia vero virtutis opera. vt resuscitare mortuos, & ambulare super aquas, phantastica fuerunt, & non vera. & hoc in prima parte, In secūda parte q̄ incipit ibi, [Et soluta.] dicit, quod hæc sexta synodus fuit postea congregata sub Iustiniano filio Constantini: in qua ijdē plures eosdem canones condiderunt, qui primo fuerant conditi in eadem sexta synodo. In tertia parte quæ īcipit ibi, [Eadem sancta.] repetit fere, quæ dicta erāt in secūda parte.

¶ Casus §. Planus est.

b Voluntatem.] Quidam dicebant tantū vnam fuisse voluntatem in Christo. Sed dicendum est, quod duæ fuerunt voluntates in eo quod homo fuit, vna sensualitatis, secundum quam ipse dixit: Pater si fieri potest, trāseat à me, &c. alia rationis, secundum quam ipse dicit: verum tamen non sicut ego volo: sed sicut tu vis.

c ¶ Cōstantini.] Nō illius magni Cōstantini, qui fuit tempore Siluestri: sub eo.n. fuit Nicænum concilium tempore Siluestri.

6 ¶ Cōstātini.] cōtra

1 Tu dic, quod in c. sextam synodum. facit mentionē de sexta synodo congregata, quę debet septima dici: sed propter eos patres, qui in vtraque fuerunt, non mutat nomen, & per hoc patet, quod illa littera septimę, &c. est falsa, & illa sextę est vera, secundum Io. de Fant. Arch.

Voluntates duę fuerunt in Christo.

aut quinque annos ijdem sancti Patres congregati sunt sub Iustiniano [a] filio Constantini, & prædictos canones promulgauerunt: de quibus nullus dubitet. Qui enim sub Constantino in synodo fuerunt, ijdem ipsi episcopi sub Iustiniano istis canonibus subscripserunt. Oportebat enim vt synodus vniuersalis canones ecclesiasticos promulgaret. *Item.* ¶ Sacta sexta synodus post promulgatam ab ea diffinitionem contra Monothelitas, Constantino Imperatore, qui eam congregauerat, non multo post defuncto, & Iustiniano eius filio regnante pro eo. ¶ Eadem [b] sancta Synodus diuinitus inspirata, iterum Constantinopoli quarto, aut quinto anno congregata est, & canones numero cij. ad correctionem ecclesiæ promulgauit.

Ex sexta actione septimæ synodi.

α ¶ Habeo librum.] *Verba sunt Petri episcopi Nicomediæ, ac Tharasij patriarchæ Constantinopolitani actione quarta septimæ synodi: quod quidem ipsi de centum, ac duobus canonibus dixerunt, qui in Trullo tempore Iustiniani Rhinotmeti secundo anno suæ reuocationis ad Imperium, editi sunt. Verum ex his ipsis verbis Tharasii apparet, eos canones non esse proprios sextæ synodi; quia fatetur post annos quatuor, aut quinque, quàm ea synodus fuerat absoluta, canones illos fuisse editos; quo tempore certissimum est neque eundē Romanum Pontificem, neque eosdem episcopos fuisse. Quanquàm in hac ratione temporis potius credendum est diligentissimis chronologis, Theophani, (cuius etiam verba quæ ad hunc locum pertinent ex originali Græco; quod in bibliotheca Vaticana extat, satis fideliter translata leguntur apud Franciscum Turrianum libro de vi. vii. & octaua synodo) & Anastasio, & Georgio Cedreno, quā Tharasio. Illi enim non quatuor, aut quinque, vt Tharasius, sed viginti septem annos à fine sextæ synodi tempore Agathonis habitæ, vsque ad huiusmodi Decretorum editionem asserunt intercessisse: Episcopos vero, qui hos ediderunt, noluisse ipsos edere tanquam canones sextæ synodi, sed voluisse supplere, quod videbatur in quinta, ac sexta synodo deesse, ipsamet illorum ad Imperatorem allocutio testatur. Itaque noua dicenda est hæc episcoporum coitio, ideoque Græci illam, vt scribit Balsamon πενθέκτην, id est quintam sextam synodum appellant. Cæterum non fuisse omnes illos canones à Romana ecclesia receptos, duo viri rerum ecclesiasticarum peritissimi, Anastasius Bibliothecarius, & Humbertus Leonis ix. Legatus aperte testantur Humbertus quidem his verbis:* Non autē miror, si Agathoni Papæ, & sanctis Patribus sextæ synodi vestra imputetis deliramenta, & quæ aut corrupistis, aut finxistis capitula: cum & ipsi Domino Iesu, & Apostolis eius imputetis figmenta. Vnde nos scientes sextam synodum ad destruendam hæresim Græcorum Monothelitarum, non autem ad tradendum Romanis nouas constitutiones congregatam, capitula, quæ nobis sub eius auctoritate apponitis, omnino refutamus; quia prima & Apostolica sedes nec aliquando ea accepit, nec obseruat hactenus. *Anastasius vero in præfatione in septimam synodum ad Ioannem viii. Romanum Pontificem ita scripsit:* Ergo regulas, quæ Græci in sexta synodo perhibent editas, ita in hac septima synodo principalis sedes admittit, vt nullatenus ex his illę recipiantur, quæ prioribus canonibus, vel decretis sanctorum sedis huius Pontificum, aut certe bonis moribus inueniuntur aduersæ. quamuis omnes hactenus ex toto maneant apud Latinos incognitæ, quia nec interpretatæ. Sed nec in cæterarum Patriarchalium sedium, licet Græca vtantur lingua, reperiuntur archiuis: nimirum, quia nulla earum, cum ederentur, aut promulgans, aut consentiens, aut saltem præsens inuenta est. Quamquam eosdem Patres illas Græci promulgasse perhibeant, qui in sexta synodo sunt inuenti: sed nullis certis probare possunt indicijs.

Insti. de do. §. est & aliud. Insti. qui. non est pot. fa. te. §. secus. vbi Iustinianus vocat patrem suum Iustinum. Sed loquitur hic de alio Iustiniano, sub quo sexta synodus celebrata fuit tempore Agathonis Papæ, vt inf. ea. cap. sexta. Sub Iustiniano autem, cuius leges leguntur, celebrata est quinta synodus, vt inf. eod. c. sexta.

a ¶ Sub Iustiniano.] Sed certe nec sic cessat cōtrarietas: quia tam Leo quàm synodus loquitur de cap. Tu distingue tempora, & concordabis scripturas. 2. q. 1. multi.

b ¶ Eadem.] Not. quòd eadem dicitur synodus, quia ijdem patres illuc conuenerunt. simile 7. q. 1. deīde. & ff. de iud. proponebatur. Et est hic argum. quòd eadem sit causa [1] appellationis, cum causa pricipali. 2. quæst. 6. si quis in quacumque.

c QVoniam sanctæ.] CASVS.

1 Idē Spec. & Io. Andr. in tit. de iura. calum. §. sequitur versi. quod de causa & plene per Cy. & Salic. in l. inuitus. C. de procu. & per Alex. de Imo. in l. ita demum. col. 3. eo. tit.

Ex his ergo colligitur, quòd sexta synodus bis congregata est, primo sub Constantino, & nullos canones constituit: secundo sub Iustiniano filio eius, & præfatos canones promulgauit.

Vnde sancti Patres in eadem synodo secundo congregati dixerunt.

¶ Constitutiones synodi sextæ.

C. VIII.

QVoniam α sanctæ [c], & vniuersales synodi, quinta sub Iustiniano Augusto, sexta sub Cōstantino patre tuo Augusto, de mysterio β fidei plenissime disputātes, canones nō fecerunt, sicut ceteræ quatuor vniuersales

Iuo septimā vocat Iuo p.4.c.123. In oratione allocutoria Patrū, qui in Triullo con uenerant ad Iustinianū Imperatorē.

c. 2. eius synodi. sup. ea. cap. placuit. Iuo par. 4. c.106. Iuo par. 4. c.134. pann. l. 2. c. 117.

Dicitur in hoc cap. quòd quinta, & sexta synodus non ita plenè canones fecerunt sicut cæteræ synodi, & ideo sancti patres eiusdem sextæ synodi conuenerunt apud Constantinopolim, vt canones co siderent in eadem sexta synodo sub Iustiniano congregata super quo iam primo fuerant congregati, & dicitur quinta primo congregata sub Iustiniano propter maiorem auctoritatem, quia in ea confirmati fuerunt canones facti sub Constantino, quæ etiam sexta fuit. Sequentia capitula plana sunt vsque ad ca. quod dicitis.

a Sancta.] viij. hæc concilia dicuntur octo; quia octies sunt celebrata, vt hic dicuntur, & quatuor locis celebrata, vt supra dist. proxi. sicut.

b Sexta synodus, &c.

sales synodi; propterea nos conuenientes in hanc imperialem vrbē, sacros canones conscripsimus. *Item.* ¶ Placuit huic sanctæ synodo, vt amodo confirmata, & rata sint canonum Apostolorum lxxxv. capitula. *Item.* ¶ Confirmamus γ & cæteros sanctorum canones, & synodos, id est Nicænam, Ancyranam, Neocæsariensem, Gangrensem, Antiochenam, Laodicensem, Constantinopolitanam, Ephesinam primā, Chalcedonensem, Sardicensem, & Carthaginensem δ, & opuscula Theophili Alexandrini episcopi, & Dionysij ε Alexādrini episcopi, & Petri Alexandrini episcopi & martyris, Gregorij Thaumaturgi Neocæsariensis episcopi, Athanasij episcopi Alexandrini, Basilij Cæsareę Cappadociæ episcopi, Gregorij Nysseni episcopi, Gregorij Theologi, Amphilochij Iconiensis episcopi, Timothæi Alexandrini episcopi, Gennadij † Constantinopolitani episcopi, Cyrilli Alexandrini episcopi, Cypriani Carthaginensis episcopi, & synodum ζ suam.

† *al. Germani*

α ¶ Quoniam.] *Emendata sunt multa in hoc capite ex canone secundo eorum, qui sextæ synodo tribuuntur, in quo indicantur concilia, & auctores canonum, quibus Græci vtebantur. Sunt autem verba illius canonis apud Gratianum, & Iuonem in summam redacta.*

β ¶ De mysterio] Græcè est, τὸ περὶ τῆς πίστεως πατρικῶς διατρανῶσαν μυστήριον, id est fidei mysterium paternè declarantes.

γ ¶ Confirmamus.] *Iuo habet*, confirmamus sanctorum Patrum canones, & synodos, &c. *Græcè est*, ἐπισφραγίζομεν δὲ καὶ τοὺς λοιποὺς πάντας ἱεροὺς κανόνας τοὺς ὑπὸ τῶν ἁγίων, καὶ μακαρίων πατέρων ἡμῶν ἐκτεθέντας, τουτέστιν τῶν ἐν Νικαίᾳ συναθροισθέντων, &c. idest obsignando autem confirmamus & cæteros omnes sacros canones, qui à Sanctis, & Beatis Patribus nostris sunt editi; id est ab ijs, qui Nicææ conuenerunt, &c.

δ ¶ Carthaginensem.] *Apud Iuonem sequitur*, Constantinopolitanam sub Nectario, & opuscula Theodosij, al. Theophili, &c. *Græcè autem est*. καὶ τῶν αὖθις ἐν ταύτῃ τῇ θεοφυλάκτῳ, καὶ βασιλίδι πόλει συνελθόντων ἐπὶ Νεκταρίου τοῦ τῆς βασιλίδος ταύτης πόλεως προέδρου, καὶ Θεοφίλου τοῦ γενομένου Ἀλεξανδρείας ἀρχιεπισκόπου, *id est* & eorum, qui rursus in hac à Deo custodita, & imperiali vrbe conuenerunt sub Nectario imperiali huius ciuitatis præside, & Theophilo, qui Alexandriæ fuit archiepiscopus.

ε ¶ Et Dionysij] *In canone Græco vulgato fere est, quemadmodum antea apud Gratianum*, Dionysij Alexandrini episcopi, & martyris. *Sed apud Balsamonem, & Iuonem legitur, quemadmodum restitutum est*, Dionysij archiepiscopi Alexandrinorum megalopolis, & Petri Alexandriæ archiepiscopi, & martyris. *Reliquas varietates per se accuratus lector notabit.*

ζ ¶ Et synodum.] *In isto canonis loco est error; quia illa synodus Cypriani reprobatur in, qua ipse cum multis alijs Africæ episcopis putauit baptizatos ab hæreticis verum baptisma non recepisse: cum tamen B. Augustinus asserat aliam extitisse traditionem Apostolorum, & ipsam Cypriani sententiam plenario totius orbis concilio exclusam fuisse testetur.*

Item ex diurno ✱ *libro professio Romani Pontificis.*

¶ Auctoritate Romani Pontificis sancta octo concilia roborantur.

C. VIII.

Sancta a octo vniuersalia concilia, id est, primum Nicænum, secundum Constantinopolitanum, tertium Ephesinum, quartum Chalcedonense, item V. Constantinopolitanum, & VI. Item Nicænū VII. Octauum quoque Constantinopolitanum vsque ad vnum apicem immutilata seruare, & pari honore, & veneratione digna habere, & quę prędicauerunt & statuerunt modis † omnibus sequi, & prędicare; quęque condemnauerunt, ore & corde condemnare profiteor. Iuo p.4.cap 132. †al. omnimodis] Iuo

✱ ¶ Item ex diurno.] *Integram professionem fidei, quam lo quis in Romanum Pontificem promouebatur, refert Deus dedit Cardinalis in collectione canonum, quæ seruatur in bibliotheca Vaticana.*

Quo autem tempore sexta synodus, & prima, secunda, tertia, quarta, & quinta congregatæ sint, Beda in libro de temporibus, c.65. scripsit, dicens.

Iuo p.4.cap 125. Pann. l. 2.c 113.

¶ De temporibus conciliorum. C.IX.

Sexta synodus b vniuersalis Constātinopoli

poli celebrata est,& Græco sermone conscri
pta temporibus Papę Agathonis, exequente;ac residente pijssimo principe Constantino intra palatium suum simulque legatis Apostolicæ sedis,& episcopis cl. residentibus.
¶ Prima enim vniuersalis synodus in Nicæa congregata est contra Arrium cccxviij. Patrum,temporibus Iulij α Papæ sub Constantino principe.¶ Secunda in Cōstantinopoli cl.Patrum contra Macedonium,&Euxodiū temporibus Damasi Papæ,& Gratiani principis;quando Nectarius eidem vrbi est ordinatus episcopus.¶ Tertia in Epheso ducencentorum Patrum contra Nestorium Augustæ vrbis episcopum sub Theodosio magno principe, & Papa Cœlestino. ¶ Quarta in
ann.l.2.ca.11. Chalcedone DCXXX. Patrum sub Leone Papa,temporibus Martiani principis cōtra Eutychem nefandissimorum præsulē monachorum.¶ Quinta item Constantinopoli temporibus Vigilij Papæ sub Iustiniano principe contra Theodorum & omnes hæreticos.

C. X.

α ¶ Iulij.] *Certum est synodum Nicenam primam celebratam esse tempore Siluestri. Sed in illa temporum obscuritate mirandum non est Bedam & alios errasse.*

Ans. i prolegom. In principio collectionis conciliorum.

PRima β autē synodus in Nicæa cccxviij. Patrum contra Arrium Alexandrinum presbyterum,qui tres gradus in Trinitate asserebat, patrem scilicet maiorem,filium minorem, Spiritum sanctum creaturam temporibus Constantini principis,& Siluestri Papæ Romani,Macharij Hierosolymitani,Alexandri γ Alexandrini; qui condemnata eadem hæresi statuerunt canones viginti; quorum auctor maxime præfatus † Alexander episcopus fuit. ¶ Secunda in Constantinopoli contra Macedonium, Cōstantinopolitanum episcopum,qui negabat Spiritum sanctum Deum esse, temporibus Gratiani, & Theodosij principum,Damasi Papę Romani, Cyrilli Hierosolymitani, [Nectarij δ †
Constantinopolitani; qui condemnata præfata hæresi statuerunt canones tres: quorum maxime auctor Nectarius Constantinopolitanus fuit.¶ Tertia in Epheso ducentorum Patrum contra Nestorium Constantinopolitanum episcopum,qui dicebat beatam Virginem Mariam non Dei,sed hominis tantūmodo genitricem, vt aliā personam carnis, aliā faceret deitatis, tēpibus Theodosij principis † iunioris,Cęlestini Papæ Romani,Iuuenalis Constantinopolitani episcopi,Cyrilli episcopi Alexandrini:qui duodecim capitula contra Nestorij blasphemiarū totidem capitula auctore eodem sancto Cyrillo anathematizando conscripserunt. ¶ Quarta in Chalcedone sexcentorum triginta Patrum, contra Eutychem Constantinopolitanū abbatem,qui asserebat Christum post humanā assumptionem non ex duabus naturis existere,sed solam in eo diuinam naturam permanere, temporibus Martiani principis, Leonis Papæ Romani, Iuuenalis Hierosolymitani,Anatolij Constantinopolitani;q condemnata præscripta hæresi statuerunt canones viginti septem: quorum auctor maxime idem sanctus Anatolius Constantinopolitanus episcopus fuit. ¶ Quinta in Constantinopoli cōtra Theodorum Mopsuestenum, & omnes hæreticos; qui Theodorus dicebat aliud † esse Dei verbum,& aliud Christum, & sacram Virginem Mariam negabat Dei genitricem fuisse, temporibus Iustiniani principis,Vigilij Papæ Romani, Domnini † Antiocheni,Eutychij Constantinopolitani:qui quatuordecim capitula anathematizādo scripserunt contra Theodori & sociorum eius blasphemias.¶ Sexta in Constantinopoli cl. Patrum contra Macharium Antiochenum episcopum,& socios eius,qui vnam voluntatem, & operationem in Christo falsa suspitione asserebant,tēporibus Constantini principis, Agathonis Papæ Romani, Georgij Constantinopolitani: qui cōdemnata hęresi præfata, anathematizando scripserunt nouem capitula inferius annexa.

† Sanctus Alexāder] orig.

† deest in] orig.

† Magni principis] orig.

† al. alium Deum esse verbum, et alium Christum.

† al. Domini.

β ¶ Prima.] *Caput hoc inuenitur & in recentioribus editionibus conciliorum, & in vetustiore Coloniensi Ann. MDXXX. & in manuscripta collectione,quam dictum est asseruari in bibliotheca Vaticana: sed non in collectione, quæ est in bibliotheca Monasterij Dominicanorum. Ponitur autem ante præfationem,quę nomen* Isidori, *mercatoris quidem in manuscriptis,peccatoris autē in impressis pręfert. Et sane in illa præfatione tantum quatuor generalium synodorum mentio fit; sexta vero post Isidori Hispalensis ætatem est habita.*

γ ¶ Alexandri.] *Apud Anselmum est vt apud Gratianum. In originali,* Alexandri Constantinopolitani. *Sed integra videtur lectio, si vtraque coniugatur. Nam & episcopus Constantinopolis, & episcopus Alexandrię, tempore illius synodi,*

PRima adnotatio.] a ¶ Maiorē.] Arg. ꝙ non qui prior est tēpore prior est iure, sed melior pferēdus est: quia nō gradus elegantior, sed uitæ melioris actio cōprobat, vt 23.q.4. sicut. & 40.di. nō loca. & c. multi. in fi. in Auth. de monachis. §. ordinatione honestioribus. n. honores debētur, arg. ff. 25. dis. c. 1. in fi. & ff. de mune. & hono. honores. Arg. cōtra, C. de off. magofficiorū nemo agentiū, & 41. dist. miramur. & arg. cōtra. 65. d. c. pen. & vlt. ubi de hoc i fi & not. ꝗ hoc 67. dist. eps. Archid.

a De hoc ēt no. inf. 74. di. eporum. & facit ad hoc quod dixi su. eod. quoniā. in ver. sexta. ibi videas. Archid.

a ¶ Se- *synodi, Alexandri nomine vocabantur.*

δ ¶ Nectarij.] *Antea legebatur quēadmodum etiam apud Anselmum,* Nectarij Alexandrini, *Emendatum est ex originali. Sed fortasse & hoc loco integra lectio hæc est,* Nectarij Constantinopolitani, & Timothei Alexandrini.

ε ¶ No: em.] *In loco citato ex collectione Isidori legitur,* scripserunt octo capitula, *& verba illa,* inferius annexa, *ibi non habentur. In concilijs deinde Coloniæ impressis post actionem sextæ synodi ex vetusto codice monasterij S. Bauonis referuntur nouem capitula, & ante primum capitulum sunt hæc verba,* scripserūt nomen capitula inferius annexa, *quæ apud Anselmum quoque habentur.*

C XI.

Deus dedit Cardinalis Anselmus in proleg. Ante eadem Isidori collectionem.

PRima α adnotatio Ancyranę synodi, quę ante Nicænam fertur fuisse, sed propter auctoritatē maiorē [a] postponitur: in qua Patres xxviij. statuerūt canones xxiiij. † quorū auctor maximè Vitalis Antiochenus eps. extitit. ¶ Secunda Neocęsariensis, quæ post Ancyranam, & ante Nicænam β legitur fuisse, in qua Patres sexdecim, statuerunt canones xiiij. † quorum auctor maxime Vitalis episcopus Salaminius † extitit. ¶ Tertia Gangrensis, quæ post Nicænam legitur fuisse, in qua Patres xvj. statuerunt canones xx. propter quasdam necessitates ecclesiasticas: maxime contra Eustathiū, qui dicebat, qđ nullus in coniugali ordine positus, nec vllus fidelis, qui non omnibus renunciaret quæ possideret, spem apud Dñm haberet: & multa alia venenosa, quæ enumerare longum est. ¶ Quarta Sardicensis, in qua Patres sexaginta γ statuerunt canones xxj. quorum auctor maxime Osius Cordubēsis episcopus, & Vicentius Capuanus episcopus, & Ianuarius δ Beneuētanus, & Calepodius Neapolitanus S.R.E. legati extiterunt. ¶ Quinta Antiochena, in qua Patres xxix. † statuerunt canones xxv. quorum maxime auctor Eusebius Palestinensis episcopus extitit. ¶ Sexta Laodicensis, in qua Patres xxxij. statuerunt lix. quorum auctor maxime Theodosius episcopus extitit. ¶ Septima Carthaginensis, in qua Patres cccxij. † statuerunt canones xxxiij. quorum auctor maxime Aurelius Carthaginensis episcopus extitit. Etiam sanctus Augustinus Hypponensis episcopus in eadem synodo legitur fuisse, temporibus Honorij Augusti. ¶ Octaua Africana sub Theodosio minore Augusto, in qua Patres cxvij. recitauerunt, & firmauerunt canones cv. qui per diuersa concilia Africanæ prouinciæ temporibus Aurelij Carthaginensis episcopi leguntur esse conscripti. ¶ Nona Arelatensis, in qua Patres cc. † statuerunt canones quatuor: quorum auctores maxime Siluester vrbis Romæ episcopus, Sanctus Martinus Arelatēsis episcopus extiterūt temporibus Constantini Augusti, sicut quidam asserunt. ¶ Decima item Arelatensis, in qua Patres xix. statuerunt canones: quorum auctor maxime Sanctus Cæsarius Arelatensis episcopus extitit. ¶ Vndecima item Arelatensis, in qua Patres xvi. statuerūt canones. ¶ Duodecima item Arelatensis in Vico Hortensij †, in qua Patres xi. statuerūt canones: quorum maxime auctor sanctus Cæsarius Arelatēsis episcopus extitit. ¶ Tertia decima item Arelatensis, in qua Patres xix. statuerunt canones; quorum auctor maxime Sarpidius † Arelatensis episcopus extitit. ¶ Quartadecima Arauicensis, in qua Patres xvi. † statuerunt canones: quorum auctor maxime Hilarius episcopus extitit. ¶ Quintadecima Epaunensis ζ, in qua Patres xxvi. statuerunt canones xxxix. quorum auctor maxime Cæsarius episcopus extitit. ¶ Sextadecima Agathensis, in qua Patres xxix. † statuerunt canones: quorum auctor maxime Cæsarius episcopus extitit. ¶ Septimadecima η Aurelianensis, in qua Patres lxxii. statuerunt canones, quorum auctor maxime Aurelius Arelatēsis episcopus extitit, temporib. Clodouei Regis. ¶ Octauadecima item Aureliensis, in qua Patres xxxi. statuerunt canones: quorum auctor maxime Melanius Rhedoneus episcopus extitit. ¶ Nonadecima item Aurelianēsis, in qua Patres xxx. statuerunt canones: quorum auctor maxime sanctus Albinus Andegauensis episcop⁹ extitit. ¶ Vigesima Aruernēsis, in qua Patres xv. statuerunt canones: quorum auctor maxime Honoratus Breutensis † episcopus extitit. ¶ Vigesimaprima Maticensis †, in qua Patres xxi. statuerunt canones: quorum auctor maxime Priscus Lugdunensis episcopus extitit.

Marginal notes: † In Græco vulgato, & apud Balsamonem sunt xv. — † ibidē sunt xxv. — † al. zelamitanus. — † al. xxx. — † al. ccxviij. — † Abest numerus a collectione & Vaticana. — † al. Hortensico. — † al. Sapardus] al. Sapidius. — † al. xxvi. — † al. xxxiiij. — Hactenus in collectione Isidori impressa. — † Brinatensis] al. Biturricensis. — † al. Matiscensis.

¶ Vi-

actenus i lectione Isidori Vaticana

remota, omnibus modis semel in anno fieri, & deprauata corrigi. Hunc ergo canonem & nos renouamus: & si quisquam princeps inuentus fuerit hoc prohibere; communione [a] priuatur: si quis vero metropolitanorum hoc neglexerit agere absque necessitate, vel vi [b], seu aliqua rationabili occasione; canonicis pœnis subiacet. Dum autem synodus agitur super canonicis, & euangelicis negotijs; oportet congregatos episcopos in meditatione, & solicitudine fieri custodiendorum diuinorum, & viuificorum Domini mandatorum: *& post pauca.* ¶ Porro non habeat metropolitanus licentiam ex his, quæ defert episcopus secum, siue iumentum, siue aliam speciem expetendi. Quòd si hoc egisse conuictus fuerit, soluat quadruplum [c].

α ¶ Et vt opportunè.] *Græcè est:* καὶ τὸ ἐνδεὲς ἔχειν πρὸς ὁδοιπορίαν, *id est*, Et quod non bene parati sunt ad iter faciendum.

Item Leo iiii. ad episcopos Britanniæ, c. 3.

¶ Non cogantur presbyteri ad sacra concilia eulogias deferre. C. VIII.

De eulogijs [d] ad sacra concilia deferendis nihil inuenimus à maioribus terminatum, sed sicut vnicuique presbytero placuerit. Nam si constitutum fuerit in illo tempore benedictiones afferri, forsitan minus [e] libenter ad synodos occurrent, & magis venire obtrectabunt. Quæ, vt arbitror, non sunt rationabiliter quærendæ; nec vltro delatæ, respuendæ [f].

¶ *Habetur hæc epistola Romæ manu scripta, vt in indice dictum est.*

Item ex concilio Carthaginensi. 4. c. 21.

¶ Sine graui necessitate episcopus ad synodum ire non tardet. C. IX.

Ansl. 7. c. 191.

Episcopus ad synodum ire non tardet, nisi satis graui necessitate inhibeatur, sic tamen, vt in persona sua legatum [g] mittat, suscepturus salua fidei veritate, quidquid synodus statuerit.

¶ *Similem sententiam, & pœne eadem verba referunt Burch. l. 1. cap. 51: & Polycar. l. 2, titi 16. ex Felice.*

Item ex concilio Carthaginensi 5. c. 10.

De eulogijs. CASVS. Quærebat quidam episcopus à Papa, vtrum presbyteri tempore synodi deberent afferre eulogias, id est, munuscula episcopis? Et respondet Papa, nil se inuenisse à maioribus definitum: sed est in arbitrio cuiuslibet presbyteri qui voluerit exhibere. Nam si definitum esset aliquid tempore synodi a presbyteris dandum, minus libenter venirent ad synodum. Vnde eulogiæ ab aliquo peti non debent: nec delatæ respui.

d Eulogijs.] Eulogiæ dicuntur munera, quæ deferunt subditi suis prelatis.

ADDITIO. Ad idem ff de orig. iur. l. 2. iuxta finem. §. diuus. vbi de hoc. Archidiaconus.

Episcopus.] CASVS. Dicitur, hic quòd episcopus vocatus debet ire ad synodum, nisi graui necessitate fuerit impeditus: & tunc mittat per legatum, qui suscipiat quæ in synodo statuerunt.

g Legatum.] Argu. quòd licet citatus ad iudicium venire non possit: nihilominus tenetur mittere procuratorem. 5. quæstione 3 si ægrotans. & extra de appellat. constitutus Argumen. contra extra de procurato. querelam. De hac materia quæras 5. quæstione 3. si ægrotans. sed illud c. querelam, loquitur in ardua causa.

Citatus impeditus an mittere teneatur procuratorem.

Placuit.]

PLacuit.]CASVS. Dicitur in hoc c. quòd epiſcopi niſi fuerint impediti, ſemper debent ad ſynodum ire: & ſi ire non potuerint, ſuas excuſationes in literis mittant: quòd ſi neglexerint ad Primatem mittere, communione fratrum priuentur, & eccleſia ſua tantum ſint contenti. Idem fere eſt caſus trium cap. ſequentium: vt per te videbis. Additur tamē ibi, quòd priuantur communione fratrū vſque ad ſequentem ſynodum.

¶ Excuſatorias litteras dirigant, qui grauati ad ſynodum ire non poſſunt. C. X.

Anſ.l.7.c.188. PLacuit, vt quotieſcunque congregandum eſt concilium, epiſcopi, qui neque ætate, neque ęgritudine a, neque alia grauiori neceſſitate impediuntur, competenter occurrāt. *& infra*. ¶ Quòd ſi non potuerint occurrere, excuſationes ſuas litteratorie α b conſcribant: niſi autem β rationem c impedimenti ſui apud Primatem ſuum reddiderint, eccleſię ſuę communione d debent eſſe contenti.

α Litteratorie.] *In concilijs impreſſis legitur*, in tractatoria. *Dubitatum fuit; an legendum eſſet*, in tractatoria. *Nam epiſtolæ, quibus Imperatores, vel Reges ſuos præſides vocabant, vel euictionem aliquam concedebant, tractoriæ dicebantur. Sic in Codice Theodoſiano li. 8. titulus ſextus eſt* de tractoriis, & ſtatiuis. *& ſic videtur emendandum in lib. Cod. 12. quamuis in impreſſis legatur*, de tractatoriis, *quā vocem* tractoriam. *eadem ſignificatione Carolus Magnus in ſuis capitularibus vſurpauit lib. 4. c. 30. & 69 & eadem notione eſt in concilio Meldenſi, ca. 71. Sanctus quoque Auguſtinus in lib. poſt collationem contra Donatiſtas, c. 24. tractoriam pro epiſtola vocatoria vſurpat, his verbis;* Sic autem a primate ſuo per tractoriam fuerunt euocati. *Atque in hoc canone, vbi de vocandis epiſcopis ad concilium agitur, vox iſta eſſet aptiſſima. Nam in cōcil. Africano inſerto in Codice canonū, c. 43. vbi hoc idē reperitur, et c. 57 §. Lucianus, & §. Alypius. in uetuſtis codicib. ſemper legitur*, tractoria, *vbi in impreſſis eſt*, tractatoria. *& in Carthaginenſi græco, c. 91. eſt* ἡ σύνοδικη. *Verum idem B. Aug. vtitur dictione*, tractatoria *in eam, quæ tūc ſubijcietur ſententiam. Loquens enim de epiſcopis, ſi vocati voluiſſent venire ad concilium, & ibi obiecta crimina purgare, epiſt. 162, ait:* Quod ſi non fecerint, ibi etiam eorum prauitas, & peruerſitas innoteſcet miſſaque tractatoria ſuper eorum nomine per totum orbem terrarum, quacumque iam Chriſti eccleſia dilata eſt, ab omnibus eccleſiis, eorum communio præcidetur. *In concione quoque ſecunda in Pſal. 36. eadem vox quater inuenitur: & epiſtola Syricij, quæ recitatur in concilio Teleptenſi, ibi vocatur tractatoria. Cuius mentionem faciens Innocentius in epiſtola ad Exuperium Toloſanum, c. 1. ait.* De his, & beatæ recordationis, viri Syricii epiſcopi monita euidentia commearunt: *quibus verbis videtur indicare non ad ſolos Africæ epiſcopos, ſed ad omnes prouincias miſſam fuiſſe illam Syricij tractatoriam. Ita Leo Papa ſecundus, poſtquam ſextum vniuerſale concilium finem habuerat, breuem eius concilij ſummam ad Hiſpaniæ epiſcopos: ut ei ſubſcriberet miſit: quam tractatoriam uocat, quæ Leonis 2. epiſtolæ manuſcriptæ ex Hiſpania Romam ſunt miſſæ.*

¶ β Niſi autem.] *In originali eſt*, vel ſi poſt aduentum tractatorię aliquæ neceſſitates repente forſitan ortæ fuerint, niſi rationē impedimenti ſui apud ſuum Primatem reddiderunt, ab eccleſiæ communione debere eſſe contemptos. *In Africano c. 43. reliqua eodem modo. Sed in extremo eſt fere ut apud Gratianum.* eccleſiæ ſuæ cōmunione debere eſſe contentos. *Itemque in Carthaginenſi græco:* ὀφείλειν τοὺς τοιούτους τῇ κοινωνίᾳ, τῆς ἰδίας αὐτῶν ἀρκεῖσθαι ἐκκλησίας. *Similis quædam pœna imponitur in eodem concilio, infra d. 58. c. finali.*

Item ex concilio Turonenſi, c. 2.

a ¶ Neque ægritudine.] Graui, vt infra ead. ſi quis epiſcoporum. non excuſat leuis febricula, vel vetus quartana, ut ff. de ędil. edic. l. 1. §. ſed ſciendum.

ADDITIO. Arg. contra 7. q. 1. prſentium. & extra de procu. quædam, ubi de hoc. Archidiaconus.

b ¶ Litteratorie.] vel etiam per certum nūcium 1, cui credi poſſit, vt 97. d. nobiliſſimus, extra de offic. deleg. prudentiam, extra de reſcript. ex parte, & c. ſciſcitatus.

1 Tenet hoc idem Hu.

c ¶ Rationem.] No. quod non ſufficit dicere ſe non poſſe venire, niſi rationē impedimenti aſſignet: ſic extra de offic. & po. iu. deleg. prudentiam, & de reſcrip. ſciſcitatus. & illam cauſam probabit, vt 4. q. 5. quiſquis. in fi. & per unum teſtem eam poteſt probare, vt extra de procura, ex inſinuatione licet ſit argu. cōtra, extra de in integ. reſti. ex litteris 2, locum. Sed certe credo hoc eſſe ſpeciale, vt vni teſti credatur cum ſuo iuramento.

2 Vbi de hoc. & extra de teſt. ueniens 1. ibi uideas.

d ¶ Communione.] Videtur quòd aliquis poteſt eſſe excommunicatus in vna eccleſia, & non in altera, vt hic, & 58. diſtinct. ſi quis de alterius, & ſic eſt contra 4. q. 5. quiſquis. Sed dic, quod iſte non eſt excommunicatus: ſed cum aliis epiſcopis non communicabit: quia non uenit ad negotia ipſourm, uel ad cōſecrandum epiſcopū cum aliis.

Excōicatus virum quis poſſit eē in vna eccleſia & non in alia.

1 Hanc gl. a quidam nõ habent. sed aita est i antiquo appara. 11. Io.

EPiscopus.] ¶ Abbatem.] Hoc 1, intelligi potest de abbatibus Cistereiem. ordinis, vt extra de sta. mona. cap. 1. nisi pro crimine enormi. 11. q. 3. priuilegium. Argu. de priuile. tutorum, sed alii abbates debent venire ad concilium, vt 18 q. 2. abbates, & inf. eo. decernimus. & hanc paleam habes 17. q. 2. §. vlt.

Abbates 2 tenentur ad concilium episcopi venire.

2 Cum trib. c. se. ibid.

b SI quis autem.] ¶ Antequã.] Sic infra de consec. disti. 1. omnis 2. 11. q. 3. certum.

c ¶ Nisi in sequenti synodo.] Sic ergo quandoque differtur absolutio, vt maior rubor sit ei absolui coram multitudine: similiter in sacrilego differtur, vt diutius confundatur 17. q 4. si quis suadente. sic differtur absolutio illius qui multum deliquit, vt 11. q. 3. qui iubente, vnde licet ante voluerit absolui, non auditur, alias regulariter non debet differri, vt extra de appell. qua fronte.

d SI Episcopus.] ¶ Summi Pontificis.] id est, ep̃scopi vt 2. q. 7. c. accusatio. vel audire de eis, quæ ordinauerit summus Pontifex.

e ¶ Preceptione.] Licet episcopus suo metropolitano tanquam maiori teneatur obedire, vt supra distin. 8. quæ contra mores, tamen hic defertur regiæ dignitati 3, vt 12. q. 2. de reb9 63. distinct. Salonitanæ Item in hac synodali citatione, vnica citatio sufficit vt hic, & simile infra 4. & 5. quisquis. sed in iudiciali trina requiritur, vt 24. quæst. 3. de illicita.

3 Arg. cont. 16. q. 2. nullus ubi de hoc. Arc.

f ¶ Regia.] 23. q. vlt. si vobis, &c. si quis episcopus. contra, sed hic loquit de ijs qui hẽnt feudum 4, ibi n quod leg. & immo & quilibet debet venire, si vocaretur propter negotium regni, vel illud regni vel illud intelligitur cum episcopus relicto ecclesiastico iudicio perigit ad Imperatorem, petẽs ibi iustitiam: quod nullus clericus debet facere, 11. q. 1. placuit.

4 Et videas no. extra de app. cũ parati. in gl. argu. qđ &c. Arc.

SI quis episcoporum. Nihil notatur.

PRopter ecclesiasticas causas. CASVS. Dicitur in hoc cap. quòd metropolitanis bis in anno debet concilium congregare omnes episcopos prouinciæ conuocando ad quod etiam conuenire debent sacerdotes vel diaconi, vel omnes, qui se læsos existimant: & qui in aliquo delicto inuenti fuerint. secundum rationem excommunicentur. In fine capituli dicitur quòd nullus eps potest concilium celebrare, nisi fuerit metropolitanus.

g ¶ Propter ecclesiasticas causas.] Martinus, qui fuit sollicitus pro Republica, renouauit canones, vnde dicitur renouator canonum.

h Vel hi.] quasi dicat, vel omnes veniant, vel saltem

PALEA C. XI.

EPiscopus non debet abbatem [a] cogere ad synodum ire, nisi aliqua rationabilis causa existat. Burch. l. 8. c. 73. Iuo p. 7. c. 91.

¶ *Hac Palea abest ab illis tantum exemplaribus, in quibus pauoissima reperiuntur. & refertur infra 18. q. 2. post c. fin. a Gratiano ex eodem Turonico, quemadmodum & a Burchardo, & Iuone.*

Item ex concilio Arelatensi, 2. c. 19.

¶ A communione sit alienus, qui synodo adesse contempserit. C. XII.

j SI quis autem synodo adesse neglexerit, vel cœtum fratrum, antequam [b] dissoluatur concilium, crediderit deserendum, alienum se a fratrum communione cognoscat; nec eum recipi liceat, nisi in sequenti synodo [c] fuerit absolutus. Burch. l. 1. c. 50 Poly. l. 2. ti. 15. Iuo p. 5. c. 190. ex cõcilio Spalensi, vt Burch.

Item ex concilio Agathensi, c. 35.

¶ Vsque ad proximam synodum a communione abstineat, qui a metropolitano vocatus, absque graui necessitate synodo adesse neglexerit. C. XIII.

SI Episcopus metropolitanus ad comprouinciales episcopos epistolas direxerit, in quibus eos aut ad ordinationẽ summi Pontificis d, aut ad synodum inuitet, post positis omnibus (excepta graui infirmitate corporis aut præceptione [e] regia [f] ad constitutum diem adesse non differant. Quòd si defuerint (sicut prisca canonum præcepit auctoritas) usque ad proximam synodum a charitate fratrum, & ecclesiæ communione priuentur. Burc. l. 1. c 49. Iuo p. 5. c. 159. Pann. l. 4 c. 17.

Item ex concilio Tarraconensi, c. 6.

¶ A communione priuetur episcopus, qui a metropolitano vocatus ad synodum, venire contemnit. C. XIIII.

ij SI quis episcoporum commonitus a metropolitano ad synodum nulla graui intercedente necessitate corporali venire contempserit, sicut statura Patrum sanxerunt †, vsque ad futurum concilium cunctorum episcoporum charitatis communione priuetur. Simile in Pannormia l. 4. ca: 18. ex Auernẽsi † *al. censuerũt.*

Item ex concilio Martini Papæ.

¶ Presbyteri, & diaconi, & cuncti, qui se læsos existimant, ad metropolitanum synodum conueniant. C. XV. Apud Martinũ Bracarensem epm in c. synogræc. c. 18. Poly. l. 3. tit. 17.

PRopter ecclesiasticas causas g, & altercationum solutiones, bene placuit per singulas prouincias bis in anno conciliũ fieri, cõuocãte metropolitano epo oẽs prouinciales episcopos, ita vt ad conciliũ veniant † oẽs p̃sbyteri, & diaconi, vel hi h, qui se læsos existimãt, vt ĩ cõcilio cãæ examinatæ ad iustũ iudiciũ perducãtur. Et si qui manifeste episcopi, vel † *procedant* Orig.

presbyteri, aut diaconi inuenti fuerint in offensa, secundum rationem excommunicentur, quamdiu communi consensu a de his placuerit dare sententiam b. Nulli autem episcopo liceat propria apud semetipsum concilia c facere, præter eos, quibus metropoles sunt creditæ.

α ¶ Martini.] *Gratianus hoc primum citat nomine Martini Papæ, deinceps eodem nomine multa citaturus, quæ omnia sumpta sunt ex libro capitulorum Græcarum synodorum Martini episcopi Bracarensis, [antiquitus enim Episcopi Papæ dicebantur.] Hic enim, cum esset Græcus, ad utilitatem ecclesiarum Hispaniæ, ubi episcopatum obtinebat, ea capitula latina fecit, & in nonnullis quædam addidit, in alijs vero aliqua detraxit, quemadmodum in hoc capite, quod sumpsit ex concilio Antiocheno, cap. 20. sup. ead. c. propter. Aliqua etiam ex Toletanis concilijs in eum libellum retulit.*

β ¶ Vel hi.] *In aliquot conciliorum editionibus legitur*, vt eorum, qui se læsos existimant, in concilio causæ, &c.

(Item ex concilio Bylon.)

PALEA γ C. XVI.

Annis singulis episcopus in sua diœcesi synodum faciat de suis clericis, nec non abbatibus, & discutiat alteros clericos, & monachos.

3 *Singuli vero episcoporum suis ecclesiis notificare studeãt, quæ in conciliis statuuntur.*

γ ¶ Palea.] *In nullo collatorum exemplarium habetur, sed versiculus e singuli. coniunctus est præcedenti capiti*, Propter ecclesiasticas *suntq; verba Gratiani.*

Vnde in concilio Toletano 16. c. 6.

¶ Quæ in conciliis statuuntur, singuli episcoporum suis ecclesiis notificent. C. XVII.

Decernimus, vt dum d in qualibet prouincia concilium agitatur, vnusquisque episcoporum admonitionib. suis intra sex mensium spatia omnes abbates e, presbyteros, diaconos, atque clericos, seu etiam omnem conuentum ciuitatis ipsius, vbi plebem aggregare nequaquam moretur, quatenus δ coram eis plenissime omnia referet, quæ eodem anno in concilio acta, vel definita esse noscuntur. *& infra.*

¶ Quòd si quispiam hæc parui pendenda crediderit, sententia excommunicationis f duorum mensium curriculo persistat vsquequaque mulctatus.

δ ¶ Quatenus.] *In duobus exemplaribus huius decimæ sexti concilij Toletani, locus hic ita legitur*. quatenus coram eis publice omnia referata, de his, quæ eodem anno in concilio acta, vel definita extiterint, plenissime notiores efficiantur.

DISTINCTIO XIX.



De epistolis g vero decretalibus quæritur, an vim auctoritatis obtineant, cum in corpore canonum non inueniantur. De his ita scribit Nicolaus Papa archiepiscopis, & episcopis per Gallias constitutis.

---

saltē hi qui sunt læsi: 1 non enim omnes rent itur venire. vt infra ea. c. proxi.

a ¶ Communi consensu.) Episcoporum Ioan.

b ¶ Sententiam.) Absolutionis.

c ¶ Concilia.) Prouincilia. s. cum alijs episcopis, sed episcopale 2. potest, vt 18. dist c. quando. 12. c. q. c placuit.


SINGVLI VERO. Hæc est 3. pars distin. in qua dicitur, quod singuli episcopi ecclesijs suis notificare debeãt quę in conciliis statuũtur.

Decernimus, vt dum.) CASVS. In hoc c. dicit, quòd eps postquam redierit à concilio archiepiscopi, intra sex menses debet oēs suos subditos conuocare, & eis indicare quæ sunt in synodo acta: quod si non fecerit, duobus mensibus excommunicetur.

d Vt dum.) Id est, postquam.

e Abbates.) Immo abbates non uocabit ad synodum, ut sup. ea. in illa palea, Episcopos.

f Excommunicationis.) Id est, suspensionis ab officio duorum mensium, sic 86. disti. tanta, & 10. q. 3. vnio in fi.



De epistolis.) Hæc d. diuiditur ĩ duas partes. In prima dicitur quod dictum est, s. quod decretales uim habent canonum. P. Secunda ibi, (Sit ergo.)

CASVS. Supra tractauit Gratianus de auctoritate canonum & constitutionibus sanctorum in distin. 18. In hac uero 19. distin. tractat de epistolis, quę emanant a Papa & ostendit. quod decretales epistolæ eandem uim habent & auctoritatem, quam & canones; & hoc per sequentia capitula patet.

g ¶ De epistolis.) su. in prox. distin. tractatur

---

1 Vt supra. ea. cap. preter. ubi de hoc.

2 Vel dic ut sup. ea ĩ summa, in fine.

Decretales canonib. æquipollent.

[1] Subaudi & constitutionibus sanctorum, vt 25.d.Decretales sunt duplices
[2] Hanc sniam hic sequit. H. & La.

uit magister de auctoritate canonum 1. Hic agitur de auctoritate decretalium: & ostendit hic quòd eiusdē sint auctoritatis decretales, & canones. Sciendū itaq; quod quędā decretalis epistola est generalis: quædam specialis. Generalis 2.est, quæ ad omnes dirigitur, vt 2.q.5. omnibus. Specialis est, quæ specialiter ad aliquos mittitur, ut 35.qō.3. q. scripsit. 7. q. 1. petiti. siue sit generalis, siue sit specialis. dum modo aliquid definiatur p eam, pro iure generali habenda est vt 16 q.3 licet. extra. de sen & re iud. in causis. nisi sit tradita ex tempore, ex loco, & ex causa, vt 29. dist sciendum. Sed si dubium est an sit decretalis, recurrendum est ad registrum, ut sup d.9. vt veterum. Præsumitur tñ quòd sit decretalis, si reperitur inter alias decretales, ad instar illius. quę reperitur inter alias moniales, quæ præsumitur ex hoc monialis, arg. 20.q.1. quem progenitores. Vel si plures eam tenent tenenda est, vt 16.dist. Isidorus, distingue prout dicitur ext. de fide instrum. pastoralis.

SI Romanorum.] CASVS. Hoc ca. diuiditur in tres partes. In prima parte Nicolaus reprehendit quosdam, qui nolebant recipere decretales epistolas, quia in corpore canonum, quod Isidorus fecit, non habentur insertę: & facit hoc Nicolaus tribus rationibus. Prima est: quia cum Papa præstet auctoritatem opusculis aliorū, multo fortius suis. Secunda ratio est: quia ipsi recipiunt eas cum pro se faciunt: ergo & cum contra eos faciunt, recipere debent. Tertia ratio est, si ideo non admittunt eas, quia in corpore canonum nō habentur: ergo eadem ratione non debent admitti scripturę B. Gregorii, & aliorum multorum, qui ante ipsum & post ipsum fuerunt, & nouum & vetus testamentum in corpore canonum non inueniuntur. Prima ratio est in principio cap. Secunda incipit ibi, [Cum & ipsi.] Tertia ibi, (Item si ideo.) In secunda parte, quæ incipit ibi. (Sed responsuri sunt.) continetur ratio illorum dicentium, quod etsi nonum & vetus testamentum in corpore canonum non inueniantur: tamen ea admittimus, quia vnum c. Innocentii vtrumque testamentum approbat, & dicit esse recipiendum: etsi nullum eorum incorpore canonū sit insertum: quibus Nicolaus respondet dicens, quod eadem ratione debent recipere decretales epistolas: quia vnum cap. Leonis Papę præcipit omnes decretales epistolas custodiri, vt si quis in illas commiserit, puniatur. & ad hoc inducit cap. Gelasij. In tertia parte, quę incipit ibi: [His itaque.] concludit ex supradicto decreto, tales epistolas sicut canones esse recipiendas, breuiter recapitulando supradicta.

a Repro-

¶ Decretales epistolæ vim auctoritaits habent.

C A P. I.

SI Romanorum Pontificum decreto, cæterorum opuscula tractatorum approbantur, vel reprobantur [a]; ita vt quod sedes Apostolica probauit, hodie teneatur acceptum, & quod illa repulit, hactenus inefficax habeatur, quanto [b] potius, quæ ipsa pro catholica fide, pro sanis dogmatibus, pro variis, & multifariis ecclesiæ necessitatibus, & fidelium moribus diuerso tempore scripsit; omni debent honore preferri, & ab omnibus prorsus in quibuslibet opportunitatibus discretione, vel dispensatione magistra reuerenter assumi, quā quam quidā vestrum scripserint, haud illa decretalia priscorum Pontificum in toto canonum codicis corpore contineri descripta †; cum ipsi α, vbi hæc suæ intentioni suffragari [c] conspiciunt, illis indifferenter vtantur, & solum nunc ad imminutionem sedis Apostolicę potestatis, & ad suorum augmentum priuilegiorum, minus accepta esse perhibeant. *Item inf.* ¶ Si ideo non esse decretales epistolas priscorum † Pontificum Romanorum admittendas dicunt. quia in codice canonum non habentur adscriptæ, ergo nec Sancti Gregorii, nec vllius alterius, qui ante uel post ipsum fuit, est aliquod institutum, uel scriptum recipiendum, eo quòd in codice canonum non habeatur adscriptum. Ergo doctrinā eorū, & sanctiones, quæ ab omni lingua venerantur, quia in codice canonum nō habentur adscriptæ, de codicibus suis eradant. Vt quid uel membranas [d] occupant, post quam non habentur acceptæ? Sed quare multum *immoramur*, cum nec ipsas diuinas scripturas veteris & noui testamenti iam recipiemus, si istos dixerimus audiendos. Etenim † neutrum horum in codice canonum ecclesiasticorum habetur insertum. Sed responsuri sunt isti, qui non ad obediēdum potius, quam ad resistēdum semper sunt parati, dicentes †, quod inter canones inueniatur capitulū Sācti Papæ Innocentii, cuius auctoriate doceatur a nobis utrūq; testamentū esse recipiendum, quamquàm in ipsis paternib. canonis nullum eorum ex toto contineat insertum. Quibus ad hæc asserendum † est, quoniā si vetus, no-

Iuo p. 5. c. 38.

† Concor. l. ab hostib. §. sed φ simpliciter, ff. ex q. b9 can. ma. & ff. de offi. p. sid. l 3.

† al. sanctorum

† al. etiam.

† al. aientes.

Innoc. PP. 1. ad Exuperiū epis. 3. c. vlt.

† al. referendā.

Papā imitari debemus.

Reprobare non possum pro me inducta.

a ¶ Reprobantur.) Argu. quòd illud Papa approbat, vel reprobat, & nos approbare vel reprobare debemus, vt 24. q. 1. c. hæc est fides, & 35. q. 9. veniam.

b ¶ Quanto:) Satis enim absurdum est aliquem alii opitulari, & non sibi. vt C. de natura. liberis. l. nuper. in fin

c Suffragari.) Arg. quòd illud quod pro se quis inducit, etiam contra ipsum inductum non debet reprobare, vt instrumenta, & si qua similia sunt. arg. dist. 9. neque quorumlibet, & 4. q. 1. placuit, §. item in criminali, ver. si quis testibus, & 4. q 8. cuius in agendo, extra de cen. cum olim Arg. contra 2. q 7. si hæreticus. contra, distinct 38. si quid veri. & supra, dist. 10. lege primum regulare, secundum speciale in odium hæreticorum & fauorem fidei & religionis arg. ad hoc extra de foro competenti, cum sit generale.

d Mēbranas.) Licet leges abrogatas, non teneamus, tamen

uumque testamentum recipienda sunt, non quòd codici[ca]nonum ex toto habeantur annexa, sed quòd de his recipiendis sancti Papæ Innocentij prolata videatur esse sententia; restat [a] nimirum, quòd decretales epistolæ Romanorum Pontificum sunt recipiendæ, etiam si non sint codici canonum compaginatę: quoniam inter ipsos canones vnum B. Leonis capitulum [b] constat esse permixtum, quo ita omnia decretalia constituta sedis Apostolicę custodiri mandatur, vt si quis in illa commiserit, nouerit sibi veniam denegari. Ait enim cap. decimo † suarum decretalium: [Ne quid vero sit, quod pretermissum à nobis forte credatur, omnia decretalia constituta tam beatę recordationis Innocentij, quā omnium decessorum nostrorum, quę de ecclesiasticis ordinibus, & canonum promulgata † sunt disciplinis, ita à vestra dilectione custodiri madamus, vt si quis in illa commiserit, veniam sibi deinceps nouerit denegari.] Dicendo [c] vero, (omnia decretalia constituta,) nullum de decretalibus constitutis prætermisit, quod non mandauerit esse custodiendum. Et rursus asserendo, (omnium decessorum nostrorum,) nullum Pontificum Romanorum, qui ante se fuerunt, excepit, cuius ita non pręceperit decretalia constituta ab omnibus custodiri; vt si quis in illa commiserit, veniam sibi deinceps nouerit denegari. Itaque nihil refert, vtrum sint omnia nec ne decretalia sedis Apostolicæ, constituta, inter canones conciliorum immixta; cum omnia in vno corpore compaginari non possint, & illa eis intersint, quæ firmitatem his, quæ desunt [d] & vigorem suum assignent, præsertim cum synodalia gesta, inter quæ ipsi canones statuti sunt, in codice canonum non habeantur, sed à nobis omni cultu debito venerentur. Consonat autem huic beatissimo Papę Leoni, sanctus & facundissimus in decretis suis Papa Gelasius, ita inquiens: (Decretales epistolas, quas beatissimi Papæ diuersis temporibus ab vrbe Roma pro diuersorum Patrum consultatione dederunt, venerabiliter suscipiendas decernimus.] In quo notandum est, quia non dixit, [decretales epistolas, quæ inter canones habentur;] nec tantum, (quas moderni Pontifices ediderunt,) sed, (quas beatissimi Papæ diuersis [e] temporibus ab vrbe Roma dederunt.) Dictis autem (diuersis temporibus) etiam illa tempora vir sanctus comprehendit, quę crebrescentibus paganorum persecutionibus, ad sedem Apostolicam deferri causas episcoporum difficilime permittebant. His ita diuina fauente gratia prælibatis, ostendimus nullam differentiam esse inter illa decreta, quæ in codice † canonum habentur, sedis Apostolicæ præsulum, & ea, quæ præ multitudine vix per singula voluminum corpora reperiuntur: cum omnia, & omnium decessorum suorum decretalia constituta, atque decretales epistolas, quas beatissimi Papæ diuersis temporibus ab vrbe Roma dederunt, venerabiliter fore suscipiendas & custodiendas, eximios presules, Leonem scilicet & Gelasium, mandasse probauimus.

Leo PP. 1. epi. 1. in fine.

† al. quinto suarum decr.

† al. ordinata.

Gelasius Papa 1. cum 70. episcopis. Habet sup. 15. dist. c. sā cta Romana. §. Itē decretales.

† al. corpore.

* ¶ Cum ipsi.] *Locus fuit emendatus ex ipsa epistola Nicolai, quæ Romæ manuscripta habetur, & nuper impressa est in appendice Bibliotheca sanctorum Patrum, vt dictum est, supr. distinct. 10. c. leget.*

tamen notitia earū est necessaria. sup. d. 7. fuerunt. & est hic arg. φ nullum verbū positū in aliqua scriptura debet vacare, vel superflue poni, vt 28. q. 1. c. 1. sic enim, & extra de mal. & obed. solitæ. 1, & ff. de vsuris. l. 4. arg. cōtra. C. de fil. le iussoribus nō recte.
a Restat.] Quasi diceret, quod obtinet in vno, debet obtinere in omnibus similibus, vt 4. d. denique. in fin. & 25. dist. deinde.
b Capitulum.] Illud cap. est. 25. q. 1. c. omnia vbi tamen non attribuit Damaso Papæ, & potest esse φ vterq; fecerit illud & est simile 1. q. 1. pe cę tero. & de consec. d. 1. consulto.
c Dicēdo.] Arg. φ verbo generali omnia debent comprehēdi, vt hic, & 1. q. 1. sunt nōnulli. & 14. q. 3. putit. & 12. q. 1. dilectissimis. & 13. q. 2. nō æstimemus. Cōtra de consecr. d. 2. reuera. & inf. 75. di. quod die.
d Desunt.] Est hic arg. φ si Papa in aliquo priuilegio vel rescripto confirmat alicui ecclesiæ priuilegia exemptionis vel alterius rei, q tī habet in priuilegijs suis, φ eo ipso robur habeant illa priuilegia 2, licet, non possint exhiberi: dr. n. hic, quòd decretales sint recipiendæ cū capitulū Leonis, quod est in corpore canonū, de hoc dicit, q̄ uis illæ non sint in corpore canonum. De hoc d. xi. sup. 4. 9. vt veterum.
e Diuersis.] Nothen. si quis quod verbum indefinite prolatum, generaliter est intelligendum vt 1. q. 3. saluator. & 15. q. 1. nec his. 28. q. 1. idololatria. 31. q. 1. quòd si dormierit. ar. cōtra. 1 q. 1. sunt nonnulli. ADDITIO. Propria ma parte habetur ex tra de priui. quia circa. & extra de testa.

Iuris arrogati notitia est necessaria.

1 Vltra medium capitul. versic. sin autem. vbi de hoc. Archid.

Verbum generale oīa debet comprehendere.

2 Cum ista glo. concor. not p Bald. Ang & Io. de Imol. l. sciendū. in princ. ff. de verb. oblig. & quæ notantur per Bald. in au then. si quis in aliquo, in 2. col. C. de eden. & per Ang. in § & hoc in super. in 3. col. in auth. vt sponsal. larg. & per Alc. do. ma in l. admonendi. ff. de iureiur.

relatum

rcatum, 2. in princ. vbi de hoc. Archidiaconus.

SIc omnes.] Casus huius cap planus est a ¶ Petri.] Nam Papa sanctitatem recipit à cathedra, vt 40. dist. non nos. Io.

IN memoriam. [CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte dr̃ q̃ Romana ecclesia ob reuerentiã B. Petri intãtum debet honorari, vt si ẽt vix ferendum præcipiat, tñ tolerari debet. In secunda parte, quæ incipit ibi. [Si vero.] dicitur quod si quis presbyter vel diaconus arguatur ab Apostolica sede, falsam epistolam detulisse: licentia sit epõ tenere eũ in carcere vel alia custodia, donec consulat Papam per litteras vel legatos, quid de hoc voluerit definire. vt is corrigatur, & cæteris modus imponatur.

b ¶ Iugum.] Vt 100. dist. contra morem. 11. q. 3. qd ergo. idẽ est in aliis prælatis. vt 2. q. 7. sacerdotes.

c ¶ Falsam.] Dicitur charta falsa ex dicto vel tacito: & in tali falso distinguitur, vt extra de rescri. super litteris. & talis dr̃ bene falsarius, vt ff. de fal. si q̃s obrepserit. Itẽ dicitur falsa scriptura, vt cum scribitur, omnes vel maiorem partem fratrũ fuisse præsentẽ, quæ nõ fuit vere præsens vt extra de his quæ fiunt à præla. sine cõsen. cap. quanto. & talis falsarius suspenditur ab officio & bñficio, vt extra de resti. tam litteris in fine, Itẽ ipso facto dr̃ falsarius, vt si charta apparet rasa vel immutata 1. & talis falsarius deponitur ex tra de crimi. fal. ad audientiam Qui aũt fallam chartã fabricat de nouo, non solum deponitur, sed & curiæ traditur, vt extra de falsa ad falsariorum. Pœna falsitatis secundum leges est deportatio, & omnium bonorum confiscatio in liberum, tertio in eis. ff. de fal. l. 1. Dicitur etiam falsa charta, quæ non habet testes inscriptos, vt extra de procur. 1. Item dr̃ falsa quæ habet subscriptiones variis manibus notatas; q̃ quæ non est perfecta eadem manu vt extra de priuile. c. cum olim in fin. nisi ex hoc fit ibi diuersitas, q̃ sit ibi calami vel atramenti mutatio, vt in authen. de fide instru. & cau. in princ. coll 6. Item dr̃ falsa si est alieno sigillo sigillata, dummodo ille habuit proprium: vel nisi dixerit q̃ tunc non habuit primum, vt extra de appel. significauit. Item dr̃ falsa si est contraria alteri ex eadem parte prolata, vt extra de fide instr. imputari. & C. de fide instr. scriptura. Item dĩr falsæ littera Papæ p̃p falsam grammaticam. extra de rescript. ad audientiam. Item dicuntur falsæ, si sint suspectæ, & eis non imponitur fides, vt C. de proba iubemus. Item dicitur falsa charta, si sigillum est fictum vel si non est annus indictionis appositus, vt extra de fide instr. inter. Item si filum est ruptum, vt extra de crimine fal. licet. Item si sunt impetratæ litteræ pendente appellatione, ut extra de testi. causam. Item si sunt impetratę sine mandato domini, vt extra de rescri. nonnulli.

d ¶ In carcerem.] Si certum est eum esse falsatorem 3, 50. dist. si episcopus. & extra de crimi. fal. ad falsariorum. sed vbi est dubium, fit quod hic dicitur.

ENimuero.] Casus istius capituli planus est.

e ¶ In speculum.] Speculum per doctrinam exemplum

Litteræ dicuntur falsæ multipliciter.

1 Extra de t. de instru. cap 3. extra de fal. c. fin. extra de priuileg. cum olim. Archi. 3 Sed quid si ille, qui vtitur falsa instrumento, vult se purgare, quod ignorauit, est ne audiendus? a Respondeo

sic, & si se purget & d. ceptore ex. hibeat. C. ad leg. Cor. de fal. l ma. iorẽ. ff. eod. tit. l. diuus. Sed contra extra de crimi fal. ad falsariorum. Sed ibi cum ignorantia est supina, vel cum nõ exhibet deceptorem secundũ Lau.

5 Forsã speciale est in falsario litterarum d... Papæ Arch...

in qua epistola multa alia habentur ad epistolas decretales etiam antiquissimas, pertinentia.

Item Agatho Papa omnibus episcopis.

¶ Omnibus sanctiones Apostolicę sedis irrefragabiliter sunt obseruandæ. C. II.

SIc omnes Apostolicæ sedis sanctiones accipiendę sunt, tanquam ipsius diuini Petri a voce firmatæ sint.

Deus dedit p. 3. Poly. l. 1. ti. 17. Iuo p. 4. c. 238.

Item ex capitulis α Caroli Imperatoris.

¶ Tolerandum est iugum, quod a sancta sede imponitur, licet importabile videatur. C. III.

IN memoriam beati Petri Apostoli honoremus sanctam Romanam & Apostolicam sedem; vt quę nobis sacerdotalis mater est dignitatis, esse debeat ecclesiasticæ magistra rationis Quare seruanda est cum mansuetudine humilitas ᵃ vt licet vix ferendum ab illa sancta sede imponatur iugum b, tamen feramus, & pia deuotione toleremus. Si vero (quod non decet) quilibet, siue sit presbyter, siue diaconus, aliquam perturbbtionem machinando & nostro ministerio insidiando, redarguatur falsam c ab Apostolica † sede detulisse epistolam, vel aliud quid, quod inde non venerit †; salua fide α, & integra circa Apostolicum humilitate, penes episcopum sit potestas, vtrum eum in carcerem d, aut aliam detrudat custodiam, vsquequo per epistolam, aut per idoneos suę partis legatos Apostolicam interpellet sublimitatem; vt potissimum sua sancta legatione dignetur decernere, quid de talibus iusto ordine Romana statuet definite, vt & is corrigatur, & cęteris modus imponatur.

Extra in concilio Triburiensi, c. 30. Burc. l. 1. c. 220. Iuo p. 5. c. 50.

† al. Apostolico detulisse.
† al. conuenerit.

α ¶ Capitulis.) *Sic emendatum est ex aliquot manuscriptis, & Iuone. Ac Nauclerus volum. 2. Gen. 28. narrat hoc esse vnum ex viginti tribus legum capitulis, quæ Carolus Magnus ad omnes suas prouincias misit. Burchardus autem citat ex concilio Triburiensi, ca. 30. vbi etiam extat.*

β ¶ Salua fide.) *Apud Burchardum est*, falsa fide, &, non integrr.

Item Stephanus † Papa.

† al. Stephanus v.

¶ Quidquid Romana ecclesia statuit, vel ordinat, ab omnibus obseruandum est. C. IIII.

ENimuero, quia in speculum e, & exemplum sancta Romana ecclesia, cui nos Christus pręesse voluit, proposita † est, ab omnibus quidquid statuit, quidquid ordinat, perpetuo & irrefragabiliter obseruandum est.

† al. posita est omnibus, quid quid.

plum per bonam operationem, 16.q.1.prædicato,& ca. nulli 7 q.1.suggestum 8.q.1.si ergo,25.quæst.2.institutionis,& 1.q.1.nulli,& c.omnia.Lau.12. distinct. scit sancta Archid

NVlli.] CASVS. Quidam erant episcopi erigentes calcaneum contra Romanam ecclesiam, & nolentes sedis Apostolicæ præcepta obseruare, sed Grego. reprehendit;& hortatur eosdem ne ab Ec. Romana recedant:alioquin deponentur,& eorum sententiæ inutiles erunt:quia quanto maiora eis committuntur, tanto magis puniri debent.

Item Gregorius iiij.

¶ A Pontificalibus fit alienus officiis; qui Apostolicis non vult obedire præceptis. C. V.

Polyc.l.1.t.17. Ansel.l.2 c. 21. Iuo p.5.c.11.& 349.

NVlli fas est vel velle, vel posse transgredi Apostolicæ sedis præcepta, nec nostræ dispensationis ministerium quod vestram sequi oportet charitatem 2. ¶ Sit ergo ruinæ suæ dolore prostratus [a] quisquis Apostolicis voluerit contra ire decretis, nec locum deinceps inter sacerdotes habeat, sed extorris à sancto ministerio fiat; nec de eius iudicio [b] quisquam postea curam habeat, quoniam iam damnatus a sancta & Apostolica ecclesia, ac auctoritate sua de inobedientia atque præsumptione a quoquam esse non dubitatur: quia maioris [c] excommunicationis deiectione est abiiciendus †, cui sanctæ Ecclesiæ comissa fuerit disciplina qui non solum præfatæ sanctæ ecclesiæ iussionibus parere debuit, sed etiam aliis [d], ne præterirent, insinuare. Sitque alienus a diuinis, & pontificalibus officiis, qui noluit præceptis Apostolicis obtemperare †.

† al. exigendus.

† al. obedire:

¶ Caput hoc est in eadem epistola Gregorij iiij. ex qua sumptum est cap. decreto nostro, infra 2.q.6. Extat autem in codice sæpe memorato bibliotheca Dominicana.

Item Augustinus de doctrina Christiana, lib.2.c.8.

¶ Inter canonicas scripturas Decretales epistolæ connumerantur. C. VI.

Poly.l.1.ti.25. Ansel.l.3.c.vlt. & l.6.c.112.

IN Canonicis scripturis ecclesiarum catholicorum quam plurimum diuinarum scripturarum solertissimus indagator auctoritatem sequatur, inter quas [e] sane illæ sint, quas Apostolica sedes habere [f], & ab ea alii meruerunt accipere epistolas. Tenebit igitur hunc modum in scripturis canonicis, vt eas, quæ ab omnibus recipiuntur ecclesiis præponat [g] eis quas quædam non accipiunt. In eis vero, quæ non accipiuntur ab omnibus præponat eas; quas plures [h], grauioresq. accipiunt eis, quas pauciores, minorisq. auctoritatis ecclesiæ tenent. Si autem alias inuenerit à pluribus, alias

a ¶ Prostratus.] 1 Hic videtur quod omnis, qui non obedit statutis Romanæ sedis [illegible] & varios modos hæresis notam 24.q.3.§.quia vero [illegible] quidam Sed intelligas, quod hic dicitur, quod qui dicit Romanam ecclesiam non esse caput, nec posse condere canones, iste est hereticus, vt 22.d.c.1.& 25.q.1.violator,& q.2.si quis dogmata Sed si quis alias transgreditur eius mandata, non propterea est hæreticus, licet peccet. extra de rescript.si quando. Ioan.2.

b ¶ Iudicio.] Sed contra 24.q.1. subdiaconus. Sed ibi non admittit damnatum ab hæreticis sed si vult pœnitere, admittit eum: sed hoc non est ideo quia hæreticus eum damnauit, sed quia alias malus est.

c ¶ Maioris.] Argu. quòd quanto aliquis delinquens est maior, tanto magis est puniendus, vt 40.d.homo Christianus, 11.q.3.præcipue, 25.q.1.nulli fas.

d ¶ Sed etiam alijs.] Arg. quod qui tenetur aliquem defendere contra alios, multo fortius contra se vt 16.q.1.in canonib.& ff. si ser ven alius, 3.

3 Arg. extra de natis ex lib. ven. c.2. l. latius. i gl. al.ff.de cod.i deb. frater a fratre, ff. de pact. cum ico.

IN canonicis.] CASVS. Hoc ca. diuiditur in duas partes: In prima parte dicit quod bonus indagator diuinarum scripturarum debet seq. auctoritatem catholicarum ecclesiarum in scripturis recipiendis & proponendis: inter quas scripturas præponendæ erunt scripturæ sedis Apostolicæ. In secunda parte, quæ incipit ibi,]Tenebit igitur.] Dicit quod illæ scripturæ, quæ recipiuntur ab omnib. sunt proponendæ illis, quas non recipiunt quidam: inter illas vero quæ non recipiuntur ab omnibus, præponendas eas, quas plures & grauiores recipiunt eis, quas pauciores & minoris auctoritatis recipiunt. Sed si aliæ a grauiorib. aliæ a pluribus recipiuntur, æqualis erunt auctoritatis licet hoc de facili inueniri non possit.

e ¶ Inter quas.] Canonicæ scripturæ sunt epistolæ.

f ¶ Habere.] Meruit ab alia ecclesia.

g ¶ Præponat.] Arg. quod semper præsumitur pro multitudine, vt 61.dist.nullus inuitis. Item argu. quod a pluribus recipitur maioris est auctoritatis quam quod a paucioribus 4, vt sup. 16. distinct. Isidorus.& 2.q.7.puto.63.dist.c.vlti. Sed qualiter stare potest quod hic dicitur? Nonne omnes canonicæ scripturæ æqualiter sunt recipiendæ, arg.15. distinct. sancta Romana? Quomodo ergo vna præponitur alijs? Respondeo potest esse quod omnes recipiuntur, non tamen quod omnes in eadem veneratione habeantur. Vel intelligas istud de localibus canonibus, vt illa præponatur aliis quia a pluribus tenetur: & sic potest intelligi 50.distinct. Domino sancto.in fi vbi de hoc in glos. nonne.

4 inf. di. px. de q b. ex. de of.l pruden-tia.65.d c.2, & 3. Arch.

h ¶ Plures.] Nota quod hic dignitas personarum compensatur cum numero, similiter in testibus, vt extra de test.in nostra similiter in creditoribus, vt ff. de pactis, maiorem. Sed in electione semper par numerus præiudicat, licet maior sit dignitas ex parte altera, & maius meritum personæ, vt extra de elect. dudum 1. licet sit argum. contra 63. distinct. cap. vlt. & 76, distin. ieiunium, §. non autem 5.

Papæ statutis non obediens, an sit hæreticus. intelligendum determinate eiusque [illegible] git & not. [illegible]t. de resc. si [illegible], & dict Hu. [illegible] canon iste [illegible]t intel igi [illegible] de late suis [illegible] p hoc fa[illegible] [illegible]it illa ver. [illegible] stratus, & i[illegible] tiam damna[illegible]s. Archi.

Scripturæ canonicæ non sunt in eadem veneratione.

Dignitas an compensetur cum numero.

5 Iuxta fine, ibi æqualis eorum &c. Archid.

AD.

ADDITIO. Non est contra: ibi enim erant æquales in numero, non in meritis. Cy.

a ¶ Inueniri.] Arg. quod iura aptantur ad ea, quæ rato accidunt, de conse dist. 4. sanctum est, & ff. si pars hæred. pe. antiqui. Arg. contra 28. dist. de Syracusanæ, 14. quæst. 5. de niq. ff. de leg. nam ad ea.

ADDITIO. Ad idẽ in Auth. de consul. coll 4. in Auth vt sine prohib. ma. & circa med. coll. 7. Archidiaconus.

k ¶ A veteribus.] Arg. quòd dicta veterum sunt sequenda, vt 37. d. relatum. 24. q. 3. transferunt. & infra d. proxi. de quibus.

HOC AVTEM. CASVS. Dictum & probatum est supra, quod decretales epistolæ vim habeant auctoritatis, quod verum est (sicut dicit Gratianus) de decretalibns, quæ decretis patrum. & scripturis Euangelicis non contradicunt. Vnde quia Anastatius Papa fauore Anastasij Imperatoris ordinatos ab Acacio hæretico decreuit rite & de iure communi posse suis officiis fungi: ideo Romana ecclesia eius decretum repudiauit.

a grauioribus haberi (quamquam hoc inueniri [a] vix possit) æqualis tamen auctoritatis eas habendas puto.

¶ *Caput hoc apud B. Augustinum loco indicato sic habet:* In canonicis autem scripturis ecclesiarum catholicarum quamplurium auctoritatem sequatur: inter quas sanè illæ sunt, quæ Apostolicas sedes habere, & epistolas accipere meruerunt. Tenebit igitur hunc modum in scripturis canonicis, vt eas, quæ ab omnibus accipiuntur ecclesijs, præponat eis, quos quędam non accipiunt. In eis vero, quæ non accipiuntur ab omnibus, præponat eas, quas plures, grauioresque accipiunt, eis, quas pauciores, minorisque auctoritatis ecclesiæ tenent. Si autem alias inuenerit a pluribus, aliàs a grauioribus haberi, quamquam hoc † inuenire non possit (æqualis tamen auctoritatis eas habendas puto. *Quæ quidem B. Augustini sententia non ad decretales Romanorum Pontificum, sed ad canonicas, & sacras scripturas referenda est.* *† facile. orig. Antuer.*

Item Leo Papa I. ad episcopos Viennenses, epist. 87.

¶ Ministerii † diuini se exortem intelligat, qui a soliditate Petri recedit. C. VII. *Misterij* Iuo p. 5, c. 6.

ITa Dominus noster Iesus Christus humani generis saluator instituit, vt veritas, quæ antea legis & prophetarum pręconio continebatur, per Apostolicam tubam in salutem vniuersitatis exiret, sicut scriptum est: (In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.) *Ps. 18.* Sed huius muneris sacramentum [b] ita Dominus ad omnium Apostolorum officium pertinere voluit, vt in Beatissimo Petro Apostolorum omnium summo, principaliter collocaret vt ab ipso quasi quodam capite dona sua, velut in corpus omne diffunderet, vt exortem se mysterii † intelligeret esse diuini, qui ausus fuisset a Petri soliditate recedere. Hunc [c] enim in consortium indiuiduæ [d] vnitatis assumptum, id quod ipse erat [e], voluit nominari, dicendo, (Tu es Petrus, & super hanc petram [f] ædificabo ecclesiam meam:) *† al. ministerij. Matt. 16.* vt æterni ædificatio templi mirabili munere gratiæ Dei in Petri soliditate cõsisteret, hãc ecclesiam suam infirmitate corroborans, vt illam nec humana temeritas posset appetere [g], nec portæ [h] contra illam inferi præualerent. Verum hanc petræ istius sacratissimam firmitatem Domino, vt diximus, ædificante constructã, nimis impia vult pręsumptione violare, quisquis eius potestatem tentat infringere, fauendo cupiditatibus [i] suis, & id quod accepit a veteribus [k], non sequendo.

Hoc autem [l] intelligendum est de illis sanctionibus, vel

ITa Dñs.] CASVS. Quidam episcopi contra ecclesiam Romanam erigebãt ceruicem, ei obedire nolentes: nec volebant sequi doctrinam, quam à veteribus receperunt: cont. quòs inuehitur Leo., probans, quòd ab ecclesia Romana non debent recedere: q̃ ita est cõfirmata à Dño & corroborata ĩ Petri soliditate, ꝙ nec temeritas hominum nec portæ inferi aduersus eam præualebunt: ostendit etiam ꝙ a principio sic voluit Dominus Euangelicam prædicationem ab apostolis & aliis pręedicatoribus per vniuersum orbẽ diffundi, vt Petr' cuius vice Papa fungit̃ esset quasi quoddã caput illius prædicationis. & quicunq; à Petri soliditate recedere voluerit, deponatur.

b ¶ Sacramentum.] id est, hoc sanctum munus [1].

c ¶ Hunc.] Id est, Petrum.

d ¶ Indiuiduæ.] Scilicet ecclesiæ.

e ¶ Erat.] id est, ab eo quod ipse Dominus erat, s. petra: uoluit eum vocari dominus Petrum. de conf. d. 2. reuera.

f ¶ Et super hãc dictionem non credo Dominum aliud demonstrasse, quam hęc verba, q̃ Petrus respondit Domino cum dixit: Tu es Christus filius Dei viui: quia super illo articulo fidei fundata est Ecclesia (ergo super seipso fundauit Deus ecclesiam.)

[1] Scilicet p̃dicandi, qd̃ est Petro cõcessum. 11. d. c. vlt. Sed id iõ dicit sacramentum quia oĩa habebãt in figura. 43. d. si rector. Arch

g ¶ Appetere. Id est lacessere & calumniari.

h ¶ Nec portæ.] Id est, vitia vel etiam hæreses: quia ecclesia non potest errare, vt 24. q. 1. a recta. Nec ecclesia potest esse nulla, vt 24. q. 1. pudenda, quia ipse Dominus rogauit pro ea vt non deficeret. vt 21. d. c. 1. in fin.

i ¶ Cupiditatibus. Id est, voluntatibus.

l ¶ Hoc autem.] Scilicet quod decretales epistolę sint paris auctoritatis cum canonibus.

a ¶ Acacius.] Hæreticus & excommunicatus 24.q.1. Acacius.1. fuit enim excommunicatus propter hæresim à Gelasio.& à Felice Papa, vt ibi dicitur.

Secondũ hid. SEcundum.] CASVS. Acacius hæreticus baptizauit & ordinauit multos tempore suæ hæresis, quos dice-
bat

decretalibus epistolis, in quibus nec præcedentium Patrum decretis, nec Euangelicis præceptis aliquid contrarium inuenitur. Anastasius α enim secundus fauore Anastasii Imperatoris, quos Acacius [a] post sententiam in se prolatam sacerdotes, vel leuitas ordinauerant, rite fungi acceptis officijs debere decreuit: ita inquiens.

α ¶ Anastasius.) *Maximè verum est sensisse Anastasium ordinatos ab Acacio post latam in ipsum sententiam, rite fungi acceptis officijs potuisse. Hic enim duntaxat inquit in capite sequenti, firmam esse sacramenti gratiam ab Acacio traditam: quod verissimum est, sicut & alia omnes sententia, quas in ea epistola ex B. Aug. Anastasius accepit, veræ sunt. Habetur autem hæc eadem Anastasii Papæ ij. epistola in corpore canonum, quod Romana ecclesia semper approbauit, vt infra dist.20.c. de libellis. est adnotatum. Itaque sine causa reprehenditur hoc loco Anastasius à Gratiano.*

Anastasius II. ad Anastasium Augustum, epist.1.c.7.& 8.

¶ Nulla læsionis portio attingit eum, qui ab hæreticis iam damnatis ordinatur. C. VIII.

Iuo codice canonũ.fol.159. Poly.l.3.ti.10. Ansel.l.9.a 62. Iuo p.1.c.151.

SEcundum [b] ecclesiæ catholicę consuetudinem sacratissimum serenitatis tuę pectus agnoscat, quòd nullum de his quos baptizauit [c] Acacius, vel quos sacerdotes, siue leuitas secundum canones ordinauit, vlla ex nomine Acacij portio læsionis attingat, quo forsitan per iniquum tradita sacramenti gratia minus firma videatur. Nam & baptisma (quod procul sit ab ecclesia) siue ab adultero, vel à fure datum fuerit, ad percipientem munus [d] peruenit illibatum: quia vox [e] illa, quę sonuit per columbam [f], omnem maculam humanę pollutionis exclusit, qua declaratur, ac dicitur: [Hic est qui baptizat in spiritu sancto, & igne [g].) Nam vt visibilis [h] solis istius radij, cum per loca fœtidissima transeunt, nulla contactus inquinatione maculantur; multo magis illius, qui istum visibilem fecit, virtus, nulla ministri indignitate constringitur. Nam & Iudas, cum fuerit sacrilegus, atque fur, quidquid egit inter Apostolos pro dignitate commissa, beneficia per indignum data nulla ex hoc detrimenta senserunt, declarante hoc ipsum Domino manifestissima voce: (Scribę, inquit, & Pharisęi super cathedram Moysi sedent, quę dicunt, facite: quæ autem faciunt, facere nolitę dicunt enim, & non faciunt:) Quidquid ergo ad hominum profectum quilibet in ecclesia minister pro officio suo videtur operari, hoc totum contineri [i] implente † diuinitatis effectu [k]: ita ille, per quem loquitur

Nicolaus ad cõsulta Bul.c.15.

Ian.1.

Ioan.12.

Matth.13.

† *al. implendo. diuinitatis effectum.*

bat quidam non posse sua officia de iure communi exequi: quare Anastasius Imperator de hoc dubitans quæsiuit a Papa, qui respondit eos posse de iure communi suis officijs fungi: nec per malitiam Acacij lædi posse. Nam baptismata & ordines à malo collata, per ipsius malitiam non impediuntur. Et probatur hoc vj. rationibus. Prima ratio est: quia in sacramentis virtus Christi operatur, quæ omnem maculam repellit. Secunda est de radiis solis, & qui & si transeatnt pec loca fętida, tamẽ non coinquinantur, idem est de sacramentis per malos ministratis. Tertia est de Iuda: qui licet malus fuisset, multa tamen fecit, quæ rata sunt habita. Quarta est de auctoritate Domini, qui præcepit verba Scribarũ & Phariseorum seruanda & implenda. Quinta ratio est, q̃ oẽ bonum à quocunque fiat, fit à Deo. Sexta ratio est q̃a in sacramentis nõ est attendendum qualis vel quis conferat, sed quid conferatur, quia incrementũ solus Deus præbet & neq. qui plantat neq. qui rigat est aliquid: sed qui incrementũ, &c. Postea concludit ex sup. dictis, quòd sacra eius seruari dẽnt.

b ¶ Secundũ.] Varijs modis ponitur casus huius ca. G. inducit quasi sit abrogatum. & Melendus sentit cum eo, & omnes qui dicunt veritatem sacramentorum nõ esse apud hr̃ticos, vt 24.q.1.& schisma. & 1.q.1. extra ecclesiam. H. dicit q̃ nec capitulum est reprobatum, ne auctor p̃ ijs, q̃ hic continẽtur damnatus fuit: quia nihil hic continetur quod non canonice dicatur: sed iõ fuit iste damnatus: quia cõicauit Photino hæretico: & quia voluit reuocare Acacium hæreticũ post mortem, &. ideo iste Anastasius fuit damnatus, vt inf. c. Anastasius. Alij dicunt, q̃ hoc c cum auctore reprobatum est, quia voluit dicere q̃ ordinati ab hr̃tico sine omni dispensatione de iure possunt sua officia exercere dicit enim H. quòd hæretici habent veritatem sacr̃orum, sed non habent executionem eorũ, vt de conse. dist 4. sicut in sacr̃is. &c. non in nobis, vt no. i q.1.q perfectionẽ. &c. dñs.

Sacramentorum veritas an sit apud hæreticos.

c ¶ Baptizauit.] in forma ecclesię.

d ¶ Munus.] id est, baptisma.

e ¶ Quia vox.] Hic est qui baptizat. de consec. dist.4. baptismus in fi.

f ¶ Per columbam,] Id est, per spiritum sanctum in specie columbæ Hu.

g ¶ Et igne.] Id est charitate.

h ¶ Nam si visibilis.] 1 q.1. si fuerit.

i ¶ Contineri.] Id est, perfici.

k ¶ Implẽte diuinitatis effectu.] Id est, Deo cooperãte.

a ¶ Plan.

a ¶ Plantauit.]Prædicando.
b ¶ Apollo.]Discipulus Pauli.
c ¶ Roganit.]Baptizando.
d ¶ Incrementum]i.gratiã & remissionẽ peccatorũ i.
e ¶ Vel qualis.]Hoc intellige de toleratis.aliàs bñ q̃ritur,vt 24 dist. quiescamus. nã nemo potest p̃dicare nisi mittatur, vt 16. qu.1. adijcimus & extra de hære. cum ex iniuncto. Vel loq̃t ſm antiqua tpa, q̃ñ oẽs poterant p̃dicare.
f ¶ Prædicet.] Sed quæ prædicet.
g ¶ Vt inuidos .] i. pseudo apostolos.2.
h ¶ Affirmet.]Et hoc in epistola ad Philippenses,cũ dicit,siue p veritatẽ siue alio modo Xp̃s p̃dicet, ĩ hoc gaudeo & gaudebo.
i ¶ Hoc.]s.inuidiam.
k ¶ Et his Scilicet Acacius.
l ¶ Aliis.]Scilicet ignorantibus.
m ¶ Suæ virtutis.] Quo ad veritatem sacramenti.
n ¶ Generaliter.]i. in omni sacramento.
o ¶ Vt imaginẽtur.] scilicet Acacium.
p ¶ Metuere.]s.ſm suã opinionẽ falsam. Nam in veritate susceperunt ordinem, sed non executionem. 1. q.1.ordinationes.1.q. 7.Daibertum 3.

tur:& tunc synodus * maior est, Papa,vt 15.dist.sicut in si.arg & ad hoc 93.dist legimus.
s ¶ Qui communicauerat.] contra 11.q.3.quoniam.vbi dr̃, q̄ excommunicatio no transit in tertiam personam: sed cõmunicauit ei in malefício, vnde potuit transire ad tertiam

1 23.q.5.cap. vlt Arch.

2 Sub. qui ex inuidia bonorum,& causa lucri Christum prædicabãt. 28. q. 1. iam nunc. in fin. Archid.

† Synodus simul cum Papa)de qua nunc glos. loquitur) est maior Papa solo extensiue, non intensiue. Vide Caietanum Apologia part. 2. cap. 13. ad Turrecre. summa de eccl.lib.3.c. 64. Nec textus citati, si quid faciunt aliud concludunt.

Christus,Paulus affirmat,[Ego plantaui [a], Apollo [b] rigauit [c]:sed Deus incrementum [d] dedit. Itaque neq; qui plantat est aliquid,neque qui rigat;sed qui incrementũ dat. Deus.) Adeo autem non quæritur,quis vel qualis [e] prędicet [f], sed quid† prædicet,vt inuidos [g] etiam bene Christum prędicare affirmet [h];quo malo ipso diabolus deiectus est, & hoc [i] ipse† prędicare non desinit. Ideo ergo & hic [k], cuius nomen dicimus reticendum,male bona ministrando sibi tantum nocuit. Nam inuiolabile sacramentum, quod per illum datum est aliis [l], perfectionem suæ virtutis [m] obtinuit. Quod† quidem generaliter [n] verum est, ni aliquorum in tantum se extenderet curiosa suspicio,vt imaginentur [o] prolato à Fęlice Papa iudicio,postea inefficaciter in sacramentis,quæ Acacius vsurpauit,egisse; ac proinde eos metuere [p],qui vel in consecrationibus,vel in baptismate mysteria † tradita susceperunt, ne irrita beneficia diuina videantur.

1.Cor.3.
† al.quem
Phil ip.1:
† al. ipso.
Cap.8.
† Quod cum ita sit, aliquorum in tantũ se extendit curiosa)orig.
† al. ministeria.

Quia ergo illicite, & non canonice, sed contra decreta prædecessorum, & successorum suorum hæc rescripta dedit (vt probat Fœlix, & Gelasius, qui Acacium ante Anastasium excommunicauerunt, & Hormisda, qui ab ipso Anastasio tertius eundem Acacium postea damnauit) ideo ab ecclesia Romana repudiatur, & a Deo percussus legitur fuisse hoc modo.

3 Quia concludit Grat. ſcd̃m opin. forte suã, s. qua asserit veritatem sacramentorũ nõ esse apud hæreticos: quod falsum est Ioan. de Fan.

QVIA ERGO. CASVS. Concludit Gratianus ex su.dictis, & d̃t q̄ q̃a Anastasius ita decreuit, ideo Fœlix & Gelasius & Hormisda eum excõicauerũt:sed Aciciũ prius.

ANastasius.]CASVS. Photinus diaconus Thessalonicẽ. cõicauit Acacio ĩ hæresi. Post mortem vero Acacii Anastasius Papa cõmunicauit Photino sine concilio clericorũ,&occulte voluit reuocare Acaciũ defunctũ in h̃rsi vt orõnes ꝓ eo in ecclesia fieret, & ideò multi clerici recesserunt ab obediẽtia eius & lepra percussus est.
¶ Casus autem sequẽtis §.planus est.

¶ Anastasius à Deo reprobatus,nutu diuino percussus est. C.IX.

Ex libro] (vt in corpore conciliorũ citatur) Pontificali. Iuo p.14.c.40.

ANastasius [α] secundus, natione Romanus, fuit temporibus Theodorici regis. Eodem tempore multi clerici,& presbyteri se à communione ipsius abegerunt [q], eo quod communicasset sine [r] concilio episcoporum, vel presbyterorũ,& cleri cunctę ecclesię catholicæ,diacono Thessalonicensi,nomine Photino, qui communicauerat [s] Acacio:& quia voluit occulte [t] reuocare Acacium, & non potuit,nutu diuino [u] percussus est.

α ¶ Anastasins.) *Caput hoc habetur quidem tomo secundo conciliarum in vita Anastasii: sed esse omnino confictum, cum ex multis alijs argumentis, tum ex hoc manifeste ostenditur, quod Acacius (sicut Nicephorus,lib.16.c.12. & Euagrius, lib.3.c.18. & sequentibus, & clarissime Anastasius bibliothecarius in chronologia testantur) tempore Fœlicis iij.obijt,cui successit Gelasius, & Gelasio Anastasius, qui initio epistolæ suæ, & capit.1.ad Anastasium Imperatorem, Acacium mortuum iam, & ante iudicem Christum vna cum Fœlice adstare scripsit, vt Gelasius quoque ante ipsum scripserat, & habetur infra 24.q.2.c.nec quisquam.quomodo ergo potuit Anastasius de eo reuocando tractare,qui iam obierat.*

q ¶ Abegerunt.]i.remouerũt.32.d c.pter hoc §.verũ. Sed cõtra.6.q.4. nõne. vbi dr̃, q̄ ante tps sententiæ non possunt clerici cedere ab epo. Sed hic non recesserunt ante sñiam,quia inciderunt in hæresim iam damnatam,vt 24.q.1. c.1.2. & 3.4.
r ¶ Concilio.]videtur ergo quòd Papa tenetur requirere concilium episcoporum: quod verum est vbi de fide agi

4 Hic videas, quid not.2.q.7. sacerdote.

tertiam personam,vt extra de sent. excom. nuper.
t ¶ Occulte.]Magis inde præsumitur contra ipsũ, vt extra vt eccl.benefi.vt nostrum extra de offi. deleg. consuluit.ff de ritu nup.palã.ff.de admi tit.non existimo.Lau.
u ¶ Diuino.]Quia dum assellaret,emisit intestina,ignominiose lapsus,

a propter

Hinc etiam de Maximo α episcopo in Constantinopolitana synodo statutum est sub Damaso Papa.

¶ Quæ circa indisciplinatos prelatos, vel ab eis geruntur, in irritum reuocentur. C. X.

PRopter totius indisciplinationis eius doctrinam, quę Constantinopoli orta est, statutū est, ne Maximus fuisse, aut esse iam putetur episcopus, neque hi, qui ab eo sunt ordinati qualemcunque gradum clericatus obtineant [a], omnibus, scilicet, quæ circa eum [b], vel ab eo gesta sunt, in irritum reuocatis.

α ¶ De Maximo.) *Ex verbis huius canonis, præsertim Græcis, & interpretatione Balsamonis, ac vita Gregorij Theologi per Gregorium presbyterum descripta, & alijs ex locis (tametsi Theodoretus videtur parum diligenter hoc tractasse) apparet hunc Maximum nunquam fuisse episcopum, ac propterea recte statui nullum ab eo potuisse imprimi ordinis characterem, quod non erat de Acacio asserendum. Verba Græca huius canonis hæc sunt:* Περί Μαξιμου τοῦ κυνικοῦ, καὶ τῆς κατ' αὐτὸν ἀταξίας, τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει γενομένης ὥστε μήτε Μάξιμον ἐπίσκοπον ἤγεισθαι, ἢ εἶναι, μήτε τοὺς παρ' αὐτοῦ χειροτονηθέντας ἐν οἱῳδήποτε βαθμῷ κλήρου, πάντων, καὶ τῶν περὶ αὐτόν, καὶ τῶν παρ' αὐτοῦ γενομένων ἀκυρωθέντων, *i.* De Maximo cynico, de quæ ijs rebus, quę nullo ordine circa ipsum Cōstantinopoli gesta sunt. Neque Maximum aut fuisse, aut esse episcopum, neque eos, qui ab ipso sunt ordinati, in vllo cleri gradu censendos: omnibus, quæ & in ipso, & ab ipso facta sunt, infirmatis. *Ac de eodem Maximo, quod nunquam fuerit episcopus, est locupletissimum testimonium in epistola Hadriani Papæ scripta Basilio Imperatori, quæ habetur actione prima octauæ synodi manuscriptæ, quæ est penes Cardinalem Sirletum. Citans enim Leonem primum ait:* Dicit enim altisona tuba, sanctus videlicet sedis apostolicæ Papa Leo, cuius sententiam, quidquid vbique catholicum est velut cœleste miraculum celebrat & veneratur oraculum, cum sæpe quæstio de male accepto honore nascitur, quis ambigat nequaquam istis esse tribuendum, quod non docetur fuisse collatum? Neque enim inter Photium mœchum, & Maximum Cynicum synodo secunda damnatum, vel inter ordinationes huius & illius, distinctionis aliquid esse conuicimus.

DISTINCTIO XX.



D Ecretales c itaque epistolæ canonibus concil iorum pari iure exæquantur. Nunc autem quæritur de expositionib.† sacræ scripturæ, an exequentur, an subijcientur eis. Quo enī quisq; magis ratione nititur, eo maioris auctorittatis eius verba esse videtur. Plurimi autem tractatorum, sicut pleniori gratia sancti Spiritus, ita ampliori scientia aliis præcellentes, rationi magis adhæsisse probantur. Vnde nonnullorum Pontificum constitutis, Augustini, Hieronymi, atque aliorum tractatorum dicta videtur esse præferenda.


†.al. expositoribus) exemp.

2 ¶ *Sed aliud est causis terminum imponere; aliud sacras scripturas diligenter exponere.* In negotiis definiendis

1 PRopter.] ¶ Obtineant.] Quia præter formam ecclesiæ contulit. 1. q. 1. extra ecclesiam.

b ¶ Quæ circa eum.] Argu. quòd quidquid fit ab intrusis vel vitiose electis, totum cassatur, vt 12. q. 2. alienationes. 25. omne Arg. contra. 3. q. 7. c. infamis. §. veruntamen. in prin. & C. de sacrosan. eccl. l. decernimus 5, sed hic fauor tutorum ecclesiæ: quia aut sunt in vtilitatem ecclesiæ, & tunc valent, aliàs non. 16. q. 6. si episcopum.

5 Dic vt no. de ele nihil, in gl. vlt. & de schism ca 1. & de conse. dis. 4. hi ergo. & j q. j. si q. à feudo. ibi videas Arch.



D Ecretales] CASVS. Supra ostēdit Gratianus decretales epistolas parem vim habere cum canonibus conciliorum. In hac vero 20. dist. querit an expositiones sanctorum Patrum exequentur canonib. & decretalibus, vel præferantur. Quòd præferantur videtur, quia maioris auctoritatis videntur, cum pleniori gratia Spiritus sancti eos præcellant. Vnde expositiones Augustini, Hieronymi, & aliorum videntur præponendæ statutis Pontificum, & hoc in prima parte. In secunda parte, quæ incipit, ibi,] Sed aliud.] soluit Gratianus, & dicit quòd in negotiis definiendis non solum necessaria est scientia, sed etiam potestas quod significatur per claues, quas Christus tradidit Petro: In quarum altera denotatur scientia discernendi inter lepram & lepram, in altera vero notatur potestas soluendi, & ligandi. Cum ergo in causis definiendis necessaria sit potestas, apparet, quod Pontifices expositoribus præferantur, & hoc probatur per seq.

c c ¶ Decretales.] In hac 20. distinct. magister quærit de expositionibus sacræ scripturæ, an sint paris au-

auctoritatis cum canonibus, & decretalib. & infra soluit, ꝙ quantum ad sacram scripturã exponendam præualet sanctorum auctoritas: quantum autem ad causas definiẽdas præualet auctoritas Romanorum Pontificum.

Auctoritas sanctorũ q̃ doque papali præfertur Auctoritati.

a ¶ Scientia.] Arg. ꝙ nullus potest esse iudex: maxime ecclesiasticus. nisi sit peritus, vt extra de consang. & affini. ex litteris. in fi & 1.q.1. vt euidenter. 11.q.3. & si ad tempus. 1 24. q.3 si q̃s nõ. de pœn. dist. 5. consideret. & di. 6. qui vult. & quia leges scire tenetur. in authen. de iud col la. 6 §. quia vero. Item quia sententia ferenda est in scriptis, vt 2.q 1. in primis in fine. Item quia iudices per se debent scribere sententias & recitare, vt C. de assess. præsides Sed contra. C. de iud. capi certi, vbi dicitur, quòd milites possunt esse iudices: quia per quotidianum vsum possunt habere peritiam iudicandi. Mediocris tamen scientia sicut in prælato, ita & in iudice sufficit, vt extra de elect. cum nobis olim.

Imperitus non potest esse iudex ecclesiasticus.

✝ Ista concor. & proxima sequens parum aut nihil faciũt ad hoc nec ea ponunt Hug. & La quorum fuit istud dictũ. Archid.

b ¶ Prius.) Atqui ex ordine facti aliquid præsumendum, vt 23. q 4 displicet & 1. q. 1. vt euidenter. Similiter ex ordine verborum, vt 43. dist. sit rector, & extr. de rescri. cum dilecta ff de solut. nec ordo contra.

c ¶ Dedit.) Hic videtur velle, quod alia sit clauis ligandi, & soluendi, alia sciẽ: ita quòd sint duæ claues. Sed dico tñ vnã esse, sed & dicuntur duæ esse pp duos effectus. Sed qualiter scientia dicitur esse clauis, cum aliquis possit habere scientiam, qui non habet clauẽ: & ecõtra? sed dic, quòd licet scientia prius non fuisset clauis antequã hẽret ordinem: tñ post ordinem incipit esse clauis. Si tñ quæras quid proprie sit clauis sacerdotalis: dico ipsam potestatem sacerdotalem, per quam ligat & soluit.

Clauis sacerdotalis an sit vna an plures.

d ¶ Inter lepram & lepram) Idest, inter causam & causam. alludit ei quod fiebat in lege. cum. n. dubitabatur de aliquo an esset infectus lepra, ducebatur ad sacerdotes, & sm eorum arbitrium vel recipiebatur, vel deijciebatur, vt 11. q. 3. quomodo de pœn. dist 1. §. ex his versic. Moysi.

Inter leprã & leprã vnde dicatur.

ADDITIO. Hug. & de pœ dist 1 §. denique. ver. Moysi, & extra qui filij sint leg. per venerabilem, §. rationibus. Archid

DE libellis] CASVS. Epi Britanniæ iudicabant causas tantum secundum expositiones August. & Hieron & aliorum, postponentes canones conciliorum, & decreta Pontificum: quos Leo redarguit, ostendens, ꝙ in causis definiendis primo recurrendum est ad canones conciliorum. & ad decreta, vel decretales Pontificũ. Secundo ad sanctorum expositiones, s. Hier. & August. & aliorum sanctorum, in quibus si veritas non reperiatur, tunc recurrendum est ad sedem Apostolicam, cuius statuta qui non recipit, hæreticus esse conuincitur.

non solum est necessaria scientia [a], *sed etiam potestas. Vnde Christus dixit Petro: (Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis, &c.) prius* [b] *dedit* [c] *sibi claues regni cælorum, in altera dans ei scientiam discernendi inter lepram & lepram* [d], *in altera dans sibi potestatem eiiciendi aliquos ab ecclesia, vel recipiendi. Cum ergo quælibet negotia finem accipiant vel in absolutione innocentium, vel in condemnatione delinquentium, absolutio vero vel condemnatio non scientium tantum, sed etiam potestatem præsidentium desideret: apparet, quòd diuinarum tractatores scripturarum, & si scientia Pontificibus præemineant, tamen, quia dignitatis eorum apicem non sunt adepti, in sacrarum quidem scripturarum expositionibus eis præponuntur; in causis vero definiendis secundum post eos locũ merentur.*

Matt. 16.

Vnde Leo Papa IIII. scribit episcopis Britanniæ.

In suo regesto.

¶ Aliorum scripturę, Romanorum Pontificum decretis non sunt præponendę. C. I.

Deus dedit p 2. Poly. p. 3. ti: 20. Ans l 3 c vlt. Iuo p. 4. c 27 Pan l 2 c. 118.

DE libellis [e] & commentarijs aliorum [f] non conuenit aliquem iudicare, & sanctorum conciliorum canones relinquere, vel decretalium regulas, idest, quæ habentur apud nos simul cum † canonibus. Quibus autem in omnibus ecclesiasticis vtimur iudicijs, sunt canones ✝ Apostolorum †, Nicęnorum, Ancyranorum, Neocęsariensium, Gangrẽsium, Antiochensium, Laodicensium, Constantinop. Ephes. Chalcedonensium, Sardicensium Africanensium, Carthaginensium [g], & cum illis regulæ præsulum Romanorum, Syluestri, Syricij, Innocentij, Zozimi, Cœlestini, Leonis, Gelasij, Hilarij, Symmachi, Hormisdę, Simplicij, & Gregorij iunioris [g] Isti omnino sunt, & per quos iudicant episcopi, & per quos episcopi simul iudicantur & clerici. Nam si tale emerserit, vel contigerit inusitatum negotium, quòd minime possit per istos definiri; tunc si illorũ

† *al. cum illis in canone.*

† *al. qui dicuntur Apostolorum.*

Apud Anselmum, & Polycarpum desũt oĩa Pontificũ nomina.

e ¶ De libellis.] Idest, secundum libellos, & commentarios.

f ¶ Aliorum.] Idest, Hieronymi & August per quorum scripta non est iudicandum omissis canonibus. 50 distin. si ille.

g ¶ Iunioris.] Ecce hic approbantur dicta Gregorij iunioris, alibi videntur reprobari. 32 q. 7. quod proposuisti & in seq § vbi dicit G. ꝙ sunt contraria Euangelio. sed illud c intelligitur de arcta, & sic bene tenet Ioann.

h Illorum.] Hic videtur, quòd potius iudicandum sit secundum illum, qui innititur auctoritati canonis, quam secundum illum, qui innititur auctoritati Hieronymi, vel August quod verum est nisi Aug ist. innitetur auctoritate no. vel veter testa 2. vel etiam aliquo canone nam licet concilium apud Aquisgranum factum, constituerit, ꝙ raptor non possit matrimonialiter iungi cum rapta, vt 36. q. 2 placuit tamen Hierony. qui contrarium statuit, & ei statur, vt 35. qui 2. tria Sed hoc est quia innitatur auctoritate Medensis concilii, ead. causa & quæst. cap si autem.

quorum meministis, dicta, Hieronymi, Augustini, Isidori, vel cæterorum similiter sanctorum Doctorum similium reperta fuerint. magnanimiter sunt retinenda, ac promulganda; vel ad Apostolicam sedem referendum de talibus. Quā-ob causam luculentius, & magna voce pronunciare non timeo; quia, qui illa, quæ diximus, sanctorum patrum statuta, quæ apud nos canonum nomine prætitulātur, (siue sit ille episcopus, siue clericus, siue laicus) non γ indifferenter recipere conuincitur a; nec catholicam & Apostolicam fidem, nec sancta quatuor Euāgelia vtiliter, & efficaciter ad effectū

† *al. profectū.* † suum retinere, vel credere probatur.

α ¶ Sunt canones.] *Indicat canones & regulas, ex quibus constat corpus, uel codex canonum, de quo in præfatione dictum est, quo Romani Pontifices, præsertim in iudicijs vtebantur, in quo codice sunt canones tantum, non synodalia gesta, vt superius Nicolaus, in c. Romanorum. 19. distinct. scripsit.*

β ¶ Carthaginensium.]*In codice canonum vnica est synodus Carthaginensis, continens canones trigintatres, qui ex varijs concilijs Carthagini habitis collecti fuerunt. Eos canones sedes Apostolica videtur probasse & vsa eis esse, quando in codicem canonum referendos curauit. Eosdem etiam Græci quo ordine apud Latinos habentur, cum alijs præterea multis Africanarum synodorum coniunctos in linguam suam verterunt, & hi ipsi sunt, quos ijsdem numeris Anselmus, Burchardus & Iuo citant: quamuis Gratianus interdum quidem his vtatur, interdum vero ex singulis Carthaginensis concilijs canones accipiat: quod suis locis indicabitur. Et de hac vnica Carthaginensi synodo intelligendum est quod habetur supra dist. 16. c. prima adnotatio, versi. septima, quod hic declarandum dilatum fuit.*

γ ¶ Non indifferenter.] *Anselmus, Deus dedit, & Gregorius presbyter in Polycarpo habent*, qui eadem indifferenter non recipit[, ipse se conuincit minime catholicam, & Apostolicam fidem ad effectum suę retinere salutis.

Est eadem epistola 6 ex qua sumptū est ca. quod dicitis, sup. d. 19.

Item Nicolaus I. Photio, in epistola, cuius initium est [Postquam Beato Petro.)

¶ Corripiendi sunt qui decreta Romanorum Pontificum non habent, vel non obseruant. C. II.

Aūs. l. 3. c. 33. 2

SI decreta Romanorum Pontificum non habetis b; de neglectu c, atque incuria estis arguendi. Si vero habetis, & non obseruatis; de temeritate estis corripiendi d, & increpandi.

Item Innocentius Papa.

¶ Ad quos sit recurrendum, cum sacræ scripturæ auctoritas non occurrit. C. III.

Poly. l 7 tit. 3. Bur. l. 3. c. 128. Iuo p 4 c 170. † *al. grecè,*

DE quibus causis nulla soluendi, ligandique auctoritas in libris veteris testamenti, & quatuor Euangeliorum cum totis scriptis Apostolorum e appareat, ad diuina recurre scripta Græca †. Si neque in illis, canones β Apostolicæ sedis intuere. Si nec in illis; ad catholicæ ecclesiæ historias catholicas a Doctoribus catholicis scriptas manum mitte. Si nec in illis; sanctorum exempla f perspicaciter recordare. Quòd si omnibus his inspectis, huius quæ-

a ¶ Conuincitur.] Sed nonne Orientalis ecclesia recipit canones? Videtur quod nō vt 31. d aliter, nūquid ergo ipsa est hæretica Sed dic, quod licet ipsa non recipiat illos canones, non tamen contemnit eos. Vel dic quod Papa approbat consuetudinem ipsorum sup. d. prox. si Romanorum.

SI decreta.) Casus huius c. planus est.

b ¶ Non habetis.) Per scientiam.

c ¶ De neglectu.) Nulli enim est licitū ignorare canones, ut inf 38. d. nulli & c. rt. omnes. sup di proxima, si Romanorum.

d ¶ Corripiendi.) Ar. simile 16. d quod dicitis.

DE quibus.) CASVS. Quidam quæsiuit, si aliqua dubitatio emergat in solutione alicuius quæstionis, ad quas scripturas potius sit recurrendum, & dicitur in hoc ca. quòd iste ordo seruandus est. Primo enī recurcurritur ad vetus, & ad nouum testamentum, & ad scripturas Apostolorū: Et si in illis nō appareat quid sit faciēdum, ad Græcorum scripturas recurrendum est: postea ad gesta Cōciliorum & Pontificum: deinde ad Sanctorū expositiones, vltimo ad seniores. Sic Beneuenta. posuit casum Hugo sic dicit, quòd primum locum obtinent vetus & nouum testamentum: secundum canones Apostolorum & conciliorum: tertium decretaia, & decretales epistolę Romanorum Pontificum: quartum scripta Gręca: quintum dicta sanctorum patrum Latinorum: vltimum exempla sanctorum patrum: deinde ad seniores est recurrendum. Tu autē pone secundum quod litera iacet.

e ¶ Apostolorum.] id est, Apostolicorū.

f ¶ Exempla.] Ar. p

 exempla

Ad idẽ 3. q. 5 quia suspecti. C. de edi. prin. an in totũ ff. de leg. natuta imperator. 3 q. 5. de Liguribus, in fi. Arch. Exemplis quibus est utendum.

exempla posse iudicarj ε, vt 37 distinct. qui de mensa, & 24 q. 3. si habes, arg. contra. C. de senten. nemo. Sed illud intelligitur cum ius habetur. Tunc enim per exempla non est iudicandum, non est vtendum: sed exemplis publicæ personæ siue authentice, vt exemplis Principis primi, siue Apostolicorum, vt 16. q. 3. licet extra de sent. & re iudic. in causis, vel dic quòd exemplis paucorum non est vtendum, sed plurium bene. Vel dic, quòd exemplis priuatorum in nouo testamento incepita a Christo, qui Petrum summũ sacerdotem constituit 12. Apostolos maiores sacerdotes. lxxij discipulos minores. Sed nunc loco Petri est Papa: loco xij. Apostolorum ep̃i, loco lxxij discipulorum sũt Archipsbyteri. Leuitas vero statuerũt Apostoli, Eccle-

stionis qualitas non lucide inuestigatur; seniores [a] prouinciæ congrega, & eos interroga. Facilius namque inuenitur quod a pluribus [b] senioribus quæritur. Verus enim repromissor Dominus ait: (Si duo ex vobis, vel tres conueniunt super terram in nomine meo, de omni re quamcunque petierint, fiet illis à patre meo.) *Matth. 18.*

a ¶ Seniores.] Id est, sapientes vt 84. dist. porro

b ¶ Pluribus.] Sic extra de offi. deleg. prudentia. in fi. 1. respõ. num per ampliores homines manifesta veritas reuelatur, vt C. de fideicõ. l. pen. & C. de inge. manu. l. 3. Hic patet, ꝙ primo ad consuetudinẽ psis loci recurritur, cum lex deficit, quam ad consuetudinem Ro. eccle. sic 12. distinct. illa. & ff de leg. & Senatuscons. de quibus. Alij dicunt, ꝙ primo ad consultationem Ro. eccle recurrendum est, vt argu. sup. 11. distinct. c. vlt. Ioan. quid autem de hoc seruetur, notaui sup. 12. d. illud, melius 1. d. consuetudo.

ADDITIO. De hoc etiam not. C quæ sit long. consuet. l. 1. ibi vide Archid.


α ¶ Innocentius) *Caput hoc non est inter epistolas Innocentij primi, quæ multæ extant; neque Innocentij secundi esse potest, cum ante ipsum scripserint Burchardus, & Iuo, a quibus hoc ipsum citatur.*

ε ¶ Canones.) *Verba hæc, quæ apud Gratianum deerant, sunt apud Burchardum, & Iuonem, & Polycarpum: in quo Polycarpo habeneur hoc ipso loco, in quem sunt restituta.*

DISTINCTIO XXI.



Ecretis [c] ergo Romanorum Pontificum, & sacris canonib. conciliorũ ecclesiastica negotia, vt supra monstratum est, terminantur. Ministri vero sacrorũ canonũ, & decretorũ Pontificũ sunt summi Põtifices, & inf. presules, ac reliqui sacerdotes, quorum institutio in veteri testõ est inchoata, & in nouo plenius consummata. *Exo. 2.* *¶ Summi enim Pontifices, & minores [d] sacerdotes à Deo sunt instituti per Moysem, qui ex præcepto Domini, Aàron in summum Pontificẽ, filios uero eius vnxit in minores sacerdotes: Postea vero Dauid, cum ministeria domus Domini ampliaret, ianitores & cantores instituit.* *1. Para. 25. & 2: 24.* *Porro Salomon quendam modum exorcizandi inuenit, quo dæmones adiurati, ex obsessis corporibus pellebantur: huic officio mancipati, exorcistę vocati sunt. de quibus Dominus in Euangelio: (Si ego in Beelzebub eiicio dæmonia, filii uestri (videlicet exorcistę) in quo eiiciunt?) Hæc omnia* *Luc. 11.*



Ecretis.] Hæc diuiditur in tres partes. In quarum prima dicit, quòd ministri ecclesię sunt summi Pontifices & pręsules infra positi cum reliquis sacerdotibus. Secunda ibi, [In nouo.] Tertia ibi, [In his.

CASVS. Supra actum est de decretis, & canonib. conciliorum, quibus negotia dirimuntur. In hac vero 21. distinct. agit Gratianus de ministris ecclesiæ & sacrorum canonum, & dicit quòd sunt summi Pontifices & præsules infra positi cum reliquis sacerdotibus. Et hoc in prima parte. In secunda parte, quæ incipit ibi, (Summi et enim.) dr̃ quòd summi Pontifices & minores sacerdotes a Domino per Moysen sunt instituti in veteri testamẽto, qui vnxit Aaron in summum Pontificem, & filios eius in minores Sacerdotes & Leuitas. Dauid instituit cantores & ianitores. Salomon exorcistas: & hæc omnia nouo testamento ecclesia imitatur. Habet enim ostiarios, & lectores pro ianitoribus, & habet exorcistas: pro filiis vero Aaron habet omnes positos infra summũ Pontificem, pro quo summo Pontifice ponitur Papa. In tertia parte, quæ incipit ibi, [inter eos) dicitur ꝙ inter istos est discretio seruandi. Nam alii appellantur simpliciter sacerdotes, &cæ. Et hæc discretio incipit à Paganis, qui habebant Flamines, & Archiflamines, Similiter Ecclesia vero subdiaconos, & acolythos sibi constituit.

c ¶ Decretis.) Hic agitur de ecclesiasticis ordinibus, & ostendit originem ipsorum, & vnde 2. sic appellentur, postea ostendit, quod ille qui est in maiori ordine, uel dignitate, non potest iudicari a minori, & sic Papa à nemine potest iudicari.

2 Id est, q[...] ie. Papa a n[...] mine iudi[...]tur.

ADDITIO. Vt infra eod. inferior. & c. submittitur. Archid.

d ¶ Et minores.) Cum ergo Moyses elegerit sacerdotes in veteri testamento, & Dominus in nouo, vt inf. ead. in nouo. vr̃, ꝙ ad episcopum de iure spectet electio canonicorum. Et Imperator dicit, quod episcopus eligit clericos in Constantinopolitana ciuitate, ut in Auth. de mensura ordinandorum clericorum: in 1. §. collation. 5. Ad hoc dicas, quod episcopus de iure communi cum aliis eliget, vt extra de his quæ fiunt à prælatis sine consensu. cap. nouit, &c. ea noscitur. consuetudo tamen est seruandi, vt extra de elect. cum ecclesia 3. Item videtur ex loco isto, ꝙ Moses fuit sacerdos, cum vnxerit sacerdotes, & idem dicit Innocen. extra de maio. & obed. solitæ. Sed contra homicida fuit, ergo non potuit esse sacerdos, vt 23. q. 3. non in inferenda. Sed dic, quod olim sacerdotes bene erant homicidæ, vt 2. quæsti o. 7. §. his ita,

Electio c[...] nonicoru[...] ad quos [...]ctat.

3 Hæc se[...]tentia cõ[...] approbat[...] per Io. Vi[...] Lau. Gof[...] Ber. in i[...] decret. cu[...] ecclesia.

Vt 11.q.7. quis oém. ecomecra.. l.j c j. Arc

ita. Sed Dauit primo fuit prohibitus construere tẽplum, quia vir sanguinum erat 1.de consecrat.distin.1.c.Quare autem iudices & executores testes & aduocari in cau sa sanguinis promoueri nõ possunt, dic vt notaui in q̃ stionibus in illa questione, qua sic incipit: Aliquis ex officio

huc.extra de ætate & qualitate,à multis.

C Leros.]CASVS.Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima ostendit Isidorus, quo noĩe generaliter mini stri ecclesiæ vocantur & dicit, quod generaliter clerici vocantur: & dicit quare sic vocantur, & ponit nomina & numerũ ministrorum. In secunda parte, quæ incipit ibi, [Ordo vero.] facit quadrimembrem diuisionem huius nominis episcopi & ponit etymologiam eorum, que sub diuisione illa non tenentur. In tertia parte, quæ incipit ibi. [Pontifex princeps sacerdotum.] ponit officia singulorũ ordinum interserendo interpretationes eorum.

in nouo testamento ecclesia imitata habet ianitores suos, quos ostiarios appellamus. Pro cãtoribus lectores & simul cantores instituit. Exorcistas autem in nomine antiquo, & officio permanente recipit. Pro filijs vero Aaron, cẽs infra summum Pontificem sacerdotium administrantes sunt cõsecrati. ¶ Inter eos quædam discretio seruata est, vt alij appellentur simpliciter sacerdotes, alij archipresbiteri, alii choriepiscopi, alii episcopi, alii archiepiscopi seu Metropolitæ, alii primates [a] alii patriarchę, alii summi Põtifices. Horũ discretio a gentibus maxime introducta est, qui suos Flamines, alios simpliciter flamines, alios archiflamines, alios protoflamines appellabant. Simpliciter vero maiorum, & minorum sacerdotum discretio in nouo testamento ab Christo sumpsit exordium, qui duodecim Apostolos tanquã maiores sacerdotes; & lxxii. discipulos [b] quasi minores sacerdotes instituit. Petrum vero quasi in summum sacerdotem elegit, dum ei præ omnibus, & pro omnibus claues regni cælorum tribuit, & a se petra, Petri sibi nomen imposuit, atque pro eius fide se specialiter rogasse testatus est, & vt cæteros confirmaret, sibi iniunxit, dicens; (Ego rogaui pro te Luc.22. *Petre, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.) Hanc eandem formam Apostoli se*Act.6. *cuti in singulis ciuitatibus episcopos, & presbyteros ordinauerunt. Leuitas antẽ ab Apostolis ordinatos [c] legimus, quorum legimus fuit beatus Stephanus. Subdiaconus [d], & acolythos procedente tempore ecclesia sibi constituit.*

¶ De his ita scribit B. Isidorus lib.7. Etym.c. 12. nomina illorum, & nominum causas exponens, ita inquiens.

e ¶ Cleros.] Primo ostẽdit Isidorus quo nomine vocentur ministri ecclesiæ, & quare sic vocentur ministri ecclesiæ. Secundo ponit quadrimembrem diuisionem episcoporum. Tertio ponit interpretationes omnium ordinum ecclesiasticorum, & eorum officia. Secunda pars incipit ibi, [Ordo vero episcoporum.] tertia ibi. (Pontifex.)

f ¶ Matthias.] Cum quo fuit electus Ioseph.26.q 2.c.1.

ADDITIO. Hic habetur, ꝙ hoc nomen clericus a Matthia incepit ipse enim sorte electus est Hug.

g ¶ Primum in clericum scilicet, alius scilicet Iacobus fuit primo episcopus factus, vt inf. 66 di. porro. Et est hic argu pro sorte facienda, vt ff. de iud sed cum ambo. & ꝙ in electionibus tempore necessitatis possumus secundum sortem procedere, vt 26. q.2. non exẽplo. contra extra de elect. ecclesia vestra. & ita ista glos. nõn valet. extra de elect. quia propter. Vel dic tunc esse vtendum sorte, cum est vtrobique paritas in omnibus, & ubest causa necessitatis, vt cum est contentio de electione.16.q.3.non exemplo.

¶ Vnde nomina ecclesiasticorum graduum sumantur. C. I.

De officiis l.2. c.1. Rabanus, de inst.cler.l.j. cap 2. Act.2.

C Leros [e], & clericos hinc appellatos credimus, quia Matthias [f] sorte electus est, quem primum [g] per Apostolos legimus ordinatum. Κλῆρος enim Grecè, sors Latinè, vel hereditas dicitur. Propterea ergo dicti sunt clerici, quia de sorte Domini sunt; & vel quia Domini partem [h] habent. Generaliter autem clerici nuncupatur omnes, qui in ecclesia Christi deseruiunt, quorum gradus, & nomina sunt hęc, ostiarius, psalmista [i], lector, exorcista, acolythus,

Sors in electionib. est reprobata.

officio suo hominem interfecit. De hoc dixi 50.distin.per totum. Quæstio venerialis est. Arch.

a ¶ Alii primates.) Hæc diuisio non est nisi ratione nominum, quia ijdem sunt primates, quod patriarchæ 99. distinct.c.1.

b ¶ Lxxij discipulos.) Contra inf.ea. distin.in nouo.ubi dicitur ꝙ discipuli Dñi, idest, Apostoli elegerunt lxxij. discipulos: hic dicitur, ꝙ a Domino. Sed dic, quod Dñs bene dr̃ fecisse quod eius minister facit: qa q per alium facit, p seipsũ facere vr̃, vt extra de sent. excom mulieres.

c ¶ ordinatos) Vt 93.di. Dominus noster, &c diaconi

d ¶ subdiaconos.) Non videtur verũ dicere, quia tempore Apostolorum aliqui fuerunt subdiaconi, vt 35 distin. episcopus, quia ille est canon Apostolorum. Sed dic, ꝙ subdiaconatus tunc fuit sed non * fuit sacer ordo ad

* Si per fuit sacer, licet clim, quidã de hoc dubitauerint. Vide gl. in.c. a mulier. de ...& qua...tat. ordi. ...vers. solis. & 3. Themam ...sent. dist. 24. art. pri... 10, quas. 3.

h ¶ Partem.) Idest, decimas, & primitias, quæ dicuntur Dei, 2 vt 12.q 2.c.quisquis.so.&c.quia abstulerit.

2 Subaudi quãuis Dñi sit terra & plenitudo eius, vt in Ps.8 dis.

t ¶ Psalmista.) Hic patet, ꝙ psalmista, & ostiarius, & lector sunt clerici.25. distinct perlectis, & 32. distinct. feriatim & 72. distin. clericum. & 11. q.1.de persona & deponi possunt sicut alii clerici, vt 27. quæst j si quis episcopus, & qui iniicit manus in istos, excommunicatus est vt 7.q.4.si quia & extra de senten. excom. non dubium & c. parochianos. Et per primam tonsuram fit aliquis Psalmista, vel clericus, & illa tonsura est sacramentale signum

quo iure Archid Tonsura prima an sit ordo.

signum, vt 12.q.1.duo. Sed si hoc dicatur, tunc erunt nouem ordines: Veruntamen videtur ꝙ non sit ordo: quia vbi tractatur, ꝙ clericus alii obedientiam præstabat, nihil agitur de istis ordinibus, vt 93.distin.a subdiacono. similiter alibi, vt 77. dist. illud. Sed dic, ꝙ tantum septem sunt ordines, qui conferuntur cum solennitate, sed tamen nouem sunt. Io. Sed certe omnes conferuntur cum solennitate hodie præter Psalmistatum, qui a solo sacerdote confertur, vt 23 distinct. psalmista. Bar.

Sacerdos simplex psalmistatū conferre potest.

a ¶ Episcopus.] Argu. quod episcopatus est ordo 1, vt 93. dist. diaconi.

1 Quid sit ordo hēs īf. 82.dist. ca 1. ibi, de hoc. & ad idem extra de renuncia. post translationem. §. vlt. vbi de hoc.

b ¶ In patriarchis.] Quo nomine comprehendit principales patriarchas, vt Romanum, Constantinopolitanum, Alexandrinum, Hierosolymitanum, Antiochenum.

c ¶ Archiepis.] Id est, primatibus, quo nomine comprehendit alios patriarchas siue primates, vt Aquilegiensem 2, Cantuariensem, Bituricensem.

2 Sub. de quo habeē 9 q.3. nunc vero.

d A mensura.] Quia x. vel. xj. debet sub se hr̄e, vt 6.q.3.scitote. Vel dicitur a mitros, quod est mater, & polis quod ē ciuitas, quia est mater aliarum ciuitatum 12. dist: de his.

Archiepiscopus quod suffraganeos habeat

e ¶ Licet.] De ijs, quæ spectant ad totā prouinciam: sed de ijs, quæ ad suam diœcesim spectant, sine eorum licentia possunt disponere, 11.q.3.c.1. & 2.

f ¶ Disponit] Ergo episcopus confert dignitates ecclesiasticas, vt 73. distinct. episcoporum 3. Arg. contra. 93. distinctione legimus. vbi dicitur, quod tantum ad episcopum spectat confirmatio: sed hoc refertur ad diuersas cōsuetudines, vt extra de elect. cum in cunctis. &c. cum ecclesia Vulterana. Ioan. Ego credo, ꝙ de iure communi tantum electio dignitatū spectat ad capitulum, cum episcopo, vt extra de iis quæ fiunt a prælat. sine consensu. cap. ea noscitur. & c. quanto.

3 60. dis. c. j. Archid.

Dignitatum electio ad quos spectet

g ¶ Ex Greco] Scilicet dos, quod est datio.
h ¶ Virga.] Qua arcebāt aues à carnibus sacrificiorum.
i ¶ Nudis.] Arg. quòd non incedit nudus, qui filū fert in capite.

¶ Di

subdiaconus, diaconus, presbyter, episcopus [a]. ¶ Ordo episcoporum quadripertitus est. i. in patriarchis [b], archiepiscopis [c], Metropolitanis, atq; episcopis. Patriarcha, Græca lingua, summus patrum interpretatur: quia primum, idest Apostolicum retinet locum; & ideo, quia summo honore fungitur, tali nomine censetur, sicut Romanus, Antiochenus, & Alexandrinus. Archiepiscopus Greco dicitur vocabulo, ꝙ sit summus epōrum: tenet enim vicem Apostolicā, & præsidet tam Metropolitanis, quam cęteris episcopis. Metropolitani autem à mensura [d] ciuitatum vocantur; singulis enim prouincijs præeminent, quorum auctoritati, & doctrinę † cæteri sacerdotes subiecti sunt, sine quibus nihil reliquos agere licet [e] episcopos: solicitudo enim, totius prouincię ipsis commissa est. Omnes autem superius designati ordines vno eodemque vocabulo episcopi nominantur; sed ideo priuato nomine quidam vtuntur, propter distinctionem potestatum, quam singulariter acceperunt. Patriarcha pattum princeps: Αρχων enim princeps; inde archiepiscopus princeps episcoporum, sicut Metropolitanus a mensura ciuitatum. ¶ Episcopatus autem vocabulum inde ductum, quod ille, qui efficitur † episcopus: superintendebat, scilicet curam gerens subditorū: Σκοπεῖν enim Græcè, Latinè intendere dicitur. Episcopi autem Grecè, Latinè speculatores interpretantur: nam speculator est prępositus in ecclesia dictus, eo ꝙ speculetur; & perspiciat populorum infra se positorum mores, & vitam. ¶ Pontifex princeps sacerdotum est, quasi viā sequentium. Ipse & summus sacerdos, ipse & Pontifex maximus nuncupatur. Ipse enim efficit sacerdotes, atque leuitas; ipse omnes ordines ecclesiasticos disponit [f]; ipse, quid vnusquisque facere debeat, ostēdit. Antea autem qui Reges erant, & Pontifices erant. Nam maiorum hæc erat consuetudo, vt Rex esset etiam sacerdos & Pontifex. Vnde & Romani Imperatores Pontifices dicebantur. ¶ Vates a vi mentis appellatus est, cuius significatio multiplex est: nam modo sacerdotem, modo prophetam significat, modo poetam. ¶ Antistes sacerdos dictus est, quod antestat: Primus est enim in ordine ecclesiæ, supra se nullum habet. ¶ Sacerdos autem nomen habet compositum ex Græco [g] & Latino, quasi sacrum dans: sicut enim rex à regendo, ita sacerdos a sacrificando vocatus est; consecrat enim, & sacrificat. Sacerdotes autem gentilium Flamines dicebantur. Hi in capite habebant pileum, in quo erat breuis virga [h] desuper habens lanę aliquid, quod cum propter æstum ferre non possent, filo tantum capita religare cœperunt. Nam nudis [i] penitus eos capitibus incedere nefas erat. Vnde à filo, quo vtebantur, flamines dicti sunt, quasi filamines. Verum festis diebus filo deposito pileum imponebant Pro sacerdotij eminentia. ¶ Presbyter Græcè Latinè senior interpretatur: non modo pro ætate, vel de-

† al. doctrinæ & potestati) orig.

† Superefficitur, (superintendat) orig. & Rab.

crepita

decrepita senectute, sed etiam propter honorem, & dignitatem a, quam acceperunt, presbyteri nominantur, vnde & apud β veteres, ijdem episcopi, & presbyteri fuerunt, quia illud nomen dignitatis est, & non ætatis γ [b], ideo autem & presbyteri sacerdotes vocantur, quia sacrum dant, sicut & episcopi, qui licet sint sacerdotes; tamen Pontificatus apicem non habent: quia nec chrismate frontem signant, nec paraclitum spiritum dant, quod solis deberi episcopis lectio Actuū Apostolorum demonstrat. Leuitę ex nomine auctoris vocati. De Leui enim Leuitæ exorti sunt; a quibus in templo Dei mystici sacramenti ministeria explebantur. Hi Græce diaconi, Latine ministri dicuntur; quia sicut in sacerdote consecratio, ita in diacono ministerii † dispensatio habetur. Hypodiacones Græcè, quos nos subdiaconos dicimus, qui ideo sic appellantur, quia subiacent præceptis, & officiis Leuitarum. Oblationes enim in templo Dei a fidelibus ipsi suscipiunt, & Leuitis superponendas altaribus deferunt: hi apud Hebręos Nathinæi c vocantur. Lectores a legendo, psalmistæ a psalmis canendis vocati; illi enim prædicant [d] populis, quid sequantur; isti canunt, vt excitent ad compunctionem animos audientium, & quidam lectores ita miserabiliter [e] pronunciant, vt quosdam ad luctum, lamentationemque compellāt. Ijdem etiam & pronunciatores vocantur, quod porro † annuncient. Tanta enim & tam clara erit eorum vox, vt quamuis longe positorum aures adimpleant. Cantor autem vocatus, quia vocem modulatur in cantu. Huius duo genera dicuntur in arte musica, sicut ea docti homines Latine dicere potuerunt, præcentor, & succentor: præcentor scilicet, qui uocem præmittit in cantu: succentor autem, qui subsequenter canendo respondet. Concentor autem dicitur, quia consonat: qui autem non consonat, nec concinit; nec cantor, nec concentor erit. Acolythi Gręcè, Latine ceroferarii dicuntur, a deportandis cereis, quando legendum est Euangeliū, aut sacrificium offerendum: tunc enim accenduntur luminaria ab eis, & deportantur, non ad effugandas tenebras, dum sol eodem tempore rutilet, sed ad signum lætitiæ demonstrandum, ut sub typo luminis corporalis illa lux ostendatur, de qua in Euangelio legitur: (Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.) Exorcistæ ex Græco, in Latinum adiurantes, siue increpantes uocantur, inuocant eum super cathecumenos, vel super eos, qui habent spiritum immundum, nomen Domini Iesu, adiurantes per eum, vt egrediatur ab eis. Ostiarii ijdem, & ianitores, qui in veteri testamento electi sunt ad custodiam templi; vt non ingrederetur in illud immundus in omni re. Dicti autem ostiarii, quòd præsint ostiis templi. Ipsi enim tenentes clauē, omnia intus, extraque custodiunt, atque inter bonos & malos habentes iudicium, fideles recipiunt, & respuunt infideles [f].

Left margin: *Act. 8.* — *† al. Misterij* — *† al. populo* — Iuo p. 6. c. 8. — *Ioan. 1.*

a ¶ Dignitatem.) ut 84. d porro.
b ¶ Et non ætatis.) Tātum supple: quia alibi dicitur, quod est nomen ætatis, vt 93. distinctio, legimus.
c ¶ Nathinæi.) Isti dicūtur ministri ministrorum, & interpretantur in humilitate Deo seruientes vel Deo donati, & sunt dicti ab eo tēpore, quo Iosue Gabaonitas donauit ad ministerium templi, scilicet, vt ligna ibi cæderent in ipso, & aquam portarent, ad opus sacrificii, de quibus dicitur 22. q. 4. innocens. H. Et not. q̃ isti Nathinæi lauabant hostias in probatica piscina: Probaton Græce dicitur, ouis Latine: sic ergo dicta erat, quia in ea Nathinæi &c. sicut prędixi, vt legitur in historiis euangelii; capitulo post hoc erat, &c. Arch.
d ¶ Prędicant.) Id est, legunt recitando, non autem prædicando: quia illud est officium sacerdotium, 16. q̃. 1. adiicimus.
e ¶ Miserabiliter.) non per prauam, uel raucam vocem: sed potius per altam vocem & sonoram, & ille intellectus patet ex littera sequenti, vbi dicit, tanta. n. &c
f ¶ Et respuunt infideles (Id est, excommunicatos. Et ita ostiarius remouet i, excōicatos ab ecclesia

Right margin: Probaton q̃d dicatur. — 1. S ab īgressu ecclesiæ corporaliter arcendo. Hug.

α ¶ Id est Apostolicum.] *Antea legebatur*, post Apostolicū: *Restituta est vera lectio non modo ex Isidori, & veterū exēplariū Gratiāi fide, sed ex ipsa ab Isidoro allata ratione, q. Romanū, Antiochenū, & Alexandrinū Patriarchas ppea vocat: qa Apostolicū locū tenēt. Hoc idē Beatus Gregorius li. 6. epi. 37. scribēs Eulogio Alexādrino, declarat his verbis:* Itaq; cū multi sint Apostoli.

ria, vt hic, & 25. d. perlectis.

IN nouo testamento.] Hęc est secunda pars huius distinctionis, in qua probatur, quod Romana ecclesia sit caput, ab ipso Domino specialiter instituta: secundario à conciliis. Ioan de Fan.

CASVS. In hoc cap. ostendit Anacletus, quod primus sacerdos post Christum fuit Petrus, cui data ptãs ligandi & soluẽdi: cæteri vero Apostoli, q cum eo parẽ honorem assecuti sunt, ipsum in principem elegerunt, loco quorum hodie sunt epi. Videntes aũt Apostoli prædicatores paucos elegerunt lxxij. discipulos, loco quorum sunt presbyteri in ecclesia: & q hos recipit, Christum recipit; & q hos spernit, Christum spernit, & ab eo spnetur.

a ¶ Tu es Petrus.] Videtur ergo, quod per hæc verba; tu es Petrus, &c. datus fuit Petro Pontificatus, & ita ante passionẽ; quia ante fuit dictũ: & ita vr̃ contradicere 50. d. considerandum, & c. fidelior. nã ibi dr̃, quod post passionem fuit datus ecclesiæ pastor, & non añ. Sol. primo fuit Apostolus añ passionem: sed post passionem fuit pastor creatus p illa verba: Si diligis me, &c. vt ex. de electio, significasti, qđ ẽt hic innuit cũ dicit: tibi dabo claues, &c. 3. hoc enim est promittere, & non dare. ADDITIO. Ad huius verbi declarationem vide quod legit & not. 23. q. 6. iã uero, 5. ex his, iuxta pri. in glo. sed qualiter, Arch.

b ¶ Pari.] Arg. quòd omnis episcopus sit par apostolico quantum ad ordinem & rationem consecrationis, 24. q. 1. loquitur, in prin. Petrus tamen maior fuit aliis in administratione, vt 2. q. 7. puto: potest enim aliquis esse maior ratio in ordine, sed tamen minor in administratione, vt archipresbyter maior est Archidiacono, vt 25. distinct. perlectis. De Apostolis quando fuerunt consecrati non legimus: Dicunt tamen quidam quòd in cœna, quando dictum est eis: Hoc facite in meam commemorationem, de consec. d. 2. in Christo, in fine. Alii dicunt, quod cum dictum est eis: Ite, baptizate omnes, de consecr. dist. 2. propriæ. De Paulo, & Barnaba habemus 75. distin. quòd dic. & de Iacobo. 66. d. porro.

c ¶ Prætaxato.] in parte c. quæ hic non est.

d ¶ Operarios.] Arg. hic signauerunt doctores 3. quod licèt sit sit statutus numerus canonicorum, si tamen ex crescant ecclesiæ facultates, quod præbendæ debent augeri, vt extra de vita & hone. cleri. quoniam, hoc expeditum est, ext de const. cam M Fer & extra decensi. quanto.

e ¶ Rogauerunt.] Arg. quod non nisi volentibus dabitur p̃latus, & etiam à Papa, vt inf. d prox. sacrosancta. si. 8. q. 1. sciendum 4. & c audactet. Dic, à principio non datur inuitis, sed ex postfacto sic, si sint negligentes. 61. d. nullus inuitis.

1 Arg. cont. 1. q. 1. qui studet, in fi. ib uideas quod not. ibid. sic etiam no 33. d. ostiarius.

2 Idẽ tenet Ale de Im. in l. iurisgentium, col. 3. ff. de pactis.

Petrus in administratione maior aliis fuit. Apostoli qñ fuerint consecrati.

3 Vt Lau.

Prælatus n... lentib. no... est dandu... 4 al si erg...

pro ipso tamen principatu sola Apostolorum principis sedes in auctoritate conualuit, quæ in tribus locis vnius est. Ipse enim sublimauit sedem, in qua etiam quiescere, & præsentem vitam finire dignatus est: ipse decorauit sedem, in qua Euangelistam discipulum misit: ipse firmauit sedem, in qua septem annis, quamuis discessurus sedit. *Atque hoc idem ait Anacletus c. sacrosancta, distinctio. 22.*

β ¶ Vnde & apud.] *Restituta hæc sunt in locum suum, quo loco habetur apud Sanctum Isidorum.*

γ ¶ Et non ætatis.] *In originali est,* hoc ætatis. *& ita apud Hieronymum in epist. 83. ad Occanum: sed ob glossam non est mutatum.*

Item Anacletus ad episcopos Italiæ, epi. 2.

Romana ecclesia a Christo primatum accepit.

C. II.

IN nouo testamento post Christum Dominum a Petro sacerdotalis cœpit ordo; quia ipsi primo Pontificatus in ecclesia Christi datus est, Domino dicente ad eum: (Tu es Petrus a, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam: & portæ inferi non prænalebunt aduersus eam: & tibi dabo claues regni cœlorum.) Hic ergo ligandi atque soluendi potestatem primus accepit a Domino, primusque ad fidem populum virtute suæ prędicationis adduxit. Cęteri vero Apostoli cum eodem pari b consortio honorem, & potestatem acceperunt: ipsumque principem eorum esse voluerunt; qui etiam iubente Domino in toto orbe dispersi Euangelium p̃dicauerunt. Ipsis quoque decedentibus in locum eorum successerunt episcopi: quorum ordinatio prætaxato c debet fieri ordine & modo: quos qui recipit, & verba eorum, Deum recipit; qui autem spernit eos; eum, a quo missi sunt, & cuius legatione funguntur, spernit, & ipse indubitanter spernetur a Domino. Videntes autem ipsi Apostoli messem esse multam, & operarios d paucos, rogauerunt e dominum messis, vt mitteret operarios in messem suam; inde ab eis electi sunt lxxij, discipuli; quorum typum gerunt presbyteri, atque in eorum locum sunt constituti in ecclesia.

Ansel. l. 1. c. 1. Burch. l. 1. c. 1. Iuo p. 5. c. 1. Pãn. l. 3. c. 82.

Matth. vlt.

Luc. 10. Matth. 9.

Item Gelasius vrbis Romæ episcopus omnibus othodoxis.

In decretis cũ lxx. episcopis,

¶ Primatum Romanæ ecclesię nõ aliqua synodus, sed Christus instituit. C. III.

Polyc. l. 1. t. 2. Ansel. l. 1. c. 69. Bur. l. 3. c. 220. Pann. l. 4. c. 3.

QVamuis vniuersæ per orbem catholicæ ecclesiæ unus thalamus Christi sint; sancta tamen Romana Catho-

QVamuis.] CASVS. Dicitur in hoc ca. quòd ecclesia Romana caput est aliarum ecclesiarum, & quòd præ-

lica, & Apostolica Ecclesia nullis synodicis cõstitutis [a], cæteris ecclesiis prælata est, sed euangelica voce Domini, & saluatoris nostri primatum obtinuit, [Tu es Petrus (inquiens) & super hanc petram ędificabo ecclesiam meam: & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcunque ligaueris super terram, erit ligatũ & in cælis; & quodcunque solueris super terram, erit solutũ & in cælis.] Cui data est etiam societas beatissimi Pauli uasis electionis, qui non diuerso (sicut hæretici garriunt) sed vno tempore, vno eodemque die, [b] gloriosa morte cũ Petro in vrbe Roma sub Cæsare Nerone agonizans coronatus est, & pariter supradictam sanctam Romanam ecclesiam Christo domino consecrarunt [c], eamque omnibus vrbibus in uniuerso mundo sua præsentia, atque uenerando triumpho, prætulerunt. Est ergo prima [d] Petri apostoli sedes Romana ecclesia non habens maculam, neque rugam, nec aliquid [e] eiusmodi.

Matth. 16.

Inf. d. 22. c. sacrosancta. ex Anacleto.

3. *In his omnibus quantò gradus [f] celsior, tanto maior auctoritas inuenitur. In maioribus siquidem est regendi & iubendi potestas, in minoribus obsequendi necessitas.*

Vnde Nicolaus Papa ad Michaelem Imperatorem in epistola, cuius initium est (Proposueramus.

¶ Inferiorum facta superiorum sententiis obnoxia sunt. C. IIII.

INferior [g] sedes superiorem absoluere non potest. Sola ergo potior inferiorem conuenienter absoluit. Hinc [h] liquido prouidetur; quia quem non potest absoluere, non potest iudicio inferior potiorem ligare. *& infra*. Vnde propheta [i] ait: [Nunquid gloriabitur securis contra eum, qui secat in ea? aut exaltabitur ferra contra eum, qui

Esa. 10.

præfatur aliis. Et hoc probatur duabus rationibus. Prima est, quia Christus dedit ei primatum & auctoritatem voce sua, dicens: Tu es Petrus & super, &c. Secunda est, quia Petrus & Paulus vna die gloriosa morte in vrbe Romana sub Cęsare Nerone coronati, ecclesiam Romanam consecrauerunt, & eam aliis sui præsentia prætulerunt. Et ostenditur hic quis minister pręsit aliis: vnde benefacit ad propositum Gratiani.

a ¶ Constitutis.]. S. tantum.

b ¶ Eodemque die.] Hic videtur quòd eodem die Petrus & Paulus fuerunt crucifixi. 2. q. 8. beati. dicunt tamen quidam quòd reuoluto anni spatio Paulus fuit decollatus, sed eodem die post annum. Historia r. tamen dicit, xiiij. an. imperii Neronis eos fuisse occisos.

Petrus & Paulus eod. die passi sũt.

c ¶ Consecrarunt.] Sic ergo ecclesia consecraretur sanguine alicuius. sicut aliquis baptizatur in sanguine suo, vt de consecr. d. 4. baptismi vicem.

c Scilicet Romana H.

d ¶ Prima.] Dignitate. Nam ecclesia Antiochena precessit istam, vt 24. q. 1. rogamus.

e ¶ Nec aliquid. Arg. quòd vbicunque sunt boni, ibi est ecclesia.

IN HIS. Hæc est tertia pars d. in qua ponit sex ca. de materia de pœnis Ignatii Constantinopo. patriarchę, qui fuit depositus a suis subditis & excommunicatus, & postea per Romanam ecclesiam restitutus, 63. d. Hadrianus. io. de Fan.

CASVS. Dicit Gratianus in hoc §. quod quanto gradus celsior, tanto maiore est auctoritas in maioribus, & regendi potestas: In ordinibus obsequendi necessitas.

Et ordinatis Archid.

f ¶ Gradus.] In ordinibus 2, de quibus sup. dixi ead. di cleros,

INferior.] CASVS: Omnia c. seq. loquuntur de Ignatio Constantinopolitano patriarcha, qui fuit depositus a suis suffraganeis auctoritate & fauore Michaelis Imperatoris, contra quos inuehitur Nicolaus Papa dicens, quòd suffraganei Ignatiũ deponere non potuerunt, quia inferior sedes non potest superiorem absoluere vel ligare, & hoc probatur auctoritate Esaiæ dicentis. Nũquid gloriabitur securis, &c.

g ¶ Inferior.] Ex hoc c. & inf. ea denique, tres colliguntur regulæ. Prima est hæc: inferior superiorem nõ potest ligare vel soluere 3. Secunda hæc est: qui potest ligare, potest & soluere: Tertia talis qui põt soluere potest & ligare, quælibet harum regularum uidetur habere exceptionem. Prima regula videtur recipere instantiam cum maior se subiicit arbitrio minoris, vt 11. q. 3. peruenit. Secunda regula similiter fallit in incendiariis & exmunicatis, qui debẽt per Papam absolui, extra de sentent. excommu. tua & extra de offi. deleg. quærenti, & in excommunicato propter rem iudicatam vltra annũ post sententiam, qui per Papam absoluitur. Tertia regula fallit, infr. de consec. dist. 4. sanctum, vbi habes, quòd quidam pænitens absoluit aliorum tempore periculi, quem tamen ligare non posset. Idem fallit, 3. q. 6. quamuis, & C. vbi senatores, l. 3. Similiter fallit (vt videtur) cum aliquis confiteretur extraneo sacerdoti, qui ipsum tunc absoluit, non tamen pòsset ligare. Ioan. Sed illa exceptio non valet: quia non concedo quòd aliquo modo consequatur quis remissionem qui confitetur extraneo sacerdoti, vt dicitur extra de pœn. & remis. omnis, nisi prius obtenta licentia a proprio sacerdote, ut dicitur in ca. decre. omnis, nisi in necessitate, vt extra eod. titu. c vlt. de pœnit. distinctio. prima, quem pœnitet, versic. tanta. Bart. Et hic argu. quod si Papa mandat alicui quòd communicet alicui, in quo possit etiam ipsum absoluere: quia excommunicatio & absolutio pari conditione censeatur, vt cui unum permittitur & reliquum, vt inf. de pœnitent. distinctione prima, verbum, argu. contra 27 quæstio. prima, si homo 4. Sed ibi Papa præcipit non absolui eius auctoritate, secundum quosdam. In omnibus istis capitul. vsque in finem loquitur de eadem materia, scilicet de facto suffraganeorum Ignatii Cõstantinopolitani archiepiscopi, qui a suis suffraganeis est depositus fauore Imperatoris.

3 De hoc ãt habetur 62. q. 1 in sũma. Archid.

Confitẽs extraneo sacerdoti non cõsequitur remissionem.

4 Vbi de hoc ext. de ma. & obed. cum inferior. ibi in glo. 1. dic ut ibi Arch.

h ¶ Hinc.] Arg. quòd idem iuris est in uno contrariorũ, quod in reliquo, vt inf. eadem q. 2, & 25. di. deinde. & 2. q. 6. hæc quippe, & ff. de verb. oblig. inter.

i ¶ Vnde propheta.) Esaias.

a ¶ Exhi-

trahit eam?)His ita ex diuina ſcriptura, & probabilium Patrum doctrina commemoratis,ſole clarius exhibuimus [a], non poſſe quemquam,qui minoris auctoritatis eſt,eum, qui maioris poteſtatis eſt,iudiciis ſuis addicere,aut propriis de finitionibus ſubiugare.

Idem eadem epiſtola.

¶ De eodem. C. V.

NOlite nos exiſtimare facta cuiuſcunque proximorum noſtrorum,quæ ſunt digna reprehenſione, velle defendere;ſed quod ita velimus filios circa ſpiritalem patrem, & diſcipulum erga magiſtrum deuotos,ac ſobrios eſſe;vt nulla penitus temeritate ad eorum vitam (vt non dicam diiudicandam,)ſed nec ſaltem tenuiter reprehendendam [b] proſiliant.

Idem Nicolaus Papa eadem epiſtola.

¶ Inferiores maioribus nec benedicere,nec maledicere poſſunt. C. VI.

DEnique ſi in epiſtola legimus ad Hebræos [c], quòd minor à maiore benedicitur;reſtat profecto, vt exigente ratione etiam maledicatur [d]. Si quidem hæc vtique prænoſcentes periculoſa tempora illi qui ante nos fuerunt;-prouidam in eccleſijs conſuetudinem tradiderũt;hodieque in Romana eccleſia,quæ magiſtra eſt omnium eccleſiarum impræ termiſſa † ſeruatur: ita vt nullus ſacerdos maiore [e] ſuo non inuente † conſacerdote, cuilibet rei benedictionem † dare nitatur: ſed & anterior ſtans ad pronunciandam aliquam lectionem,benedictionem quidem poſtulat ſed ei quilibet inferior non audet penitus benedicere [f]. Cur hoc? nunquid benedicere peccatum [g] eſt? abſit. De maledicis enim, non de benedicis dicit Apoſtolus; quia regnum Dei non poſſidebunt,ſed per hoc innuitur, quantæ cenſuræ fræno inferiores quique a ſuis præpoſitis iudicandi ſcoercendi ſint, ſi his nec etiam benedicendi ius vllum penitus obtineant.

Heb.7.

Anſel.l.7.c.144 Iuo p.5.c.17.& p.6.c.335.

† al.impræter miſſe. † al. iubente † al.benedicere nitatur. Gal 5.

Idem eadem epiſtola.

¶ De eodem. C. VII.

NVnc autem diuina inſpiratione non nos pigebit, nec nobis impoſſibile erit,oſtendere nobis) ſi tamen audire velitis) non poſſe quemquam rite ab ijs, qui inferioris

Poly.l.1.ti.20. Anſel.l.2 c.67. al.65. Iuo p 5.c.8. Pann. l 4.c.6.

a ¶ Exhibuimus.]Id eſt,probauimus.

NOlite.] CASVS. Clerici Cõſtantinopolitani obijciebant Nicolao Papæ ꝙ vellet defendere Ignatium in malo:quibus Nicolaus reſpondet dicens ſe nolle eum in malo defendere:ſed vult quòd filii ſint deuoti pr̃i ſpirituali, & diſcipuli magiſtro: ita vt eos nullo modo iudicẽt. ſed nec ẽt rep̄hẽdãt.

b ¶ Reprehẽdẽdã:] Sed contra inf.2.q.7. oues 1 & c. ſecuti. & 9.q.3.ſi autem. vbi dicitur quòd ſubditi poſſunt reprehendère prælatos. Sol. triplex eſt reprehenſio: imperioſa, quæ fit imperio Poteſtatis: hæc tantum maioribus conceditur,43.d.ſi rector,vt hic Alia ſocialis,hæc minoribus cõcedit,81. diſt. in omnibus. Tertia temeraria eſt, quę infamandi cauſa fit:& hęc nulli conceditur, vt 5 q. vlt.delator.

1 Hoc c.potius facit ꝓ, quam cont. prout ibi notatur ĩ gl.vl. Arch. reſpõſio ẽ triplex.

ADDITIO. Quarta humilis & deuota, vt 2.quæſt.7.nos ſi.§ itẽ cum Balaam.

DEnique] CASVS.Probat Nicolaus in hoc cap. ꝙ maiores pñt iudicare minores, & benedicere, ſed non econtra. Et hoc probat exemplo Melchiſedech, quĩ ſicut legitur in epiſtola ad Hebręos, benedixit minori,ſcilicet Abrahæ. Similiter hoc probatur conſuetudine eccleſiæ: quia nunquam maior legens lectionem, benedicitur a minori. Vnde patet, quòd maiores poſſunt iudicare minores, cum ab eis benedici non poſſint.

c ¶ Ad Hebræos.] Vbi legitur; quòd Melchiſedech benedixit Abrahæ & per hoc probat Apoſtolus Melchiſedec fuiſſe maiorem.

d ¶ Etiam maledicatur]Contrariorum em̃ eadem eſt ratio vt ſupra,ead.inferior.ff.de verbo oblig.inter ſtipulantem.

e ¶ Maiore.)Arg.quòd minor iudex non poteſt exercere iuriſdictionem ſuam præſente maiore iudice, vt 9.diſtinct presbyter,ff.de offi proconſul.vlt.Argu.contra 11. quæſt.1.peruenit,& C.de donat.in hac.95.diſtinct.ecce. Dic,quod ſi minor habet iuriſdictionem a maiore, nihil agit,quod ſit adderogationem illius, extra de offic.lega. volentes.

Minor quieſcit præſente maiore.

f ¶ Benedicere.)Sed dr̃ epiſcopo, qui poſtulat hanc benedictionem.Ora pro nobis pater ſancte: in quibuſdã locis ipſe inferior dicit epiſcopo:Iube domne benedicere,& epiſcopus benedictione facta legit.

g ¶ Peccatum.] Argu. quòd aliquid prohibetur, non quòd ipſum malum ſit,ſed quòd inde malum poteſt ſequi,vt 12.q 1.in nouo,& 11.quæſt.3. nolite, & 63.d cum Hadrianus,§.verum.

NVnc autem.)CASVS. Probat Nicolaus in hoc ca.ꝙ ſubditi non poſſunt iudicare prelatos. Et hoc facit duobus exemplis ſcilicet Marcellini Papæ, qui licet confeſſus fuiſſet in ſynodo epiſcoporum ſe a Paganis compulsũ grana thuris diabolo immolaſſe:nullus tamen epiſcoproũ auſus fuit eum iudicare,ſed omnes dixerunt: Ex ore tuo iudicate ipſum:quia prima ſedes non iudicabitur a quoquam.Et exemplo Sixti Papæ. cui cum in concilio vbi Valentinianus Imperator interfuit, multa obiicerentur:tribuit ei Imperator poteſtatem iudicandi ſeipſum:cũ ipſe non ſit ſubiectus iudicio minorum.

a ¶ Diocle.

nperatores io eodem empore fue int.

a ¶ Diocletiani.] Nota simul duos fuisse Imperatores, Dic quod erant duę personę, sed tamen erāt loco vnius. Sed contra 7. q. 1. in apibus. Sed forte vnus habuit dignitatem: alter administrationem.

ADDITIO. Dic ꝙ huic cōtrario standū est. q. a non debet esse nisi vnus. Ad hoc extra de off. ord. quoniam. §. 1. & hoc casuale fuit secundum Pet.

b ¶ Marcellinus.] Sed de isto legit, ꝙ concilio congregato confessus est quod fecerat, & in se tulit sententiam depositionis: & veniens coram Diocletiano confessus est se Christianum esse, & excommunicauit quicunque eum post mortem sepeliret. Sed videtur ꝙ hæc sententia, qua præcepit non sepeliri corpus suum, contineat errorem: vnde nulla deberet esse: vt extra de sent. excommu. per tuas. si quis enim præcipiat, ꝙ corpus suum non sepeliatur, hoc præceptum non est adimplendum, vt ff. de condit. instit. quidam. Præterea qualiter poterat iste seipsum excōicare, 1 vel deponere, cū par in parem non hēat Imperium, vt. extra de electio. innotuit? Ad hoc potest dici ꝙ non fuit sententia quam tulit, sed quædam interpretatio, & infuit ei tacita conditio scilicet nisi Deus aliter reuelauerit 2, & Dominus reuelauit aliter: quia sepultus fuit post xxx. dies post mortem. Item quæritur, quare isti episcopi non deposuerunt Papam cum esset confessus de hæresi, vt 40. distin. si Papa? Dicit Hugo: quia paratus erat corrigi licet enim Papa, vel alius sit hęreticis, si tamen paratus est corrigi 3, nō deponitur, vt 24. q. 3. dixit Apostolus. Vel ideo non debebant ipsum deponere: q. a coactus fecit. 60. dist. presbyteros.

1 Videtur, ꝙ bene. 11. q. 3. si is qui vbi hoc. Archid.

2 Argu. ad hoc 27. q. 2. § cum vero. Archid.

3 Imò dicit Hugo ꝙ nec potuerūt nec debuerunt eum condēnare inde: quia sponte & humiliter confessus est errorē suum. Tunc enim Papa potest cōdemnari de hæresi, cū pertinax fuerit, aliàs nō. Hugo.

c ¶ Cōpulsus.] Conditionali non absoluta coactione. si .n. fuisset absoluta, nō deliquisset, vt 50. distin. presbyteros.

d ¶ Ex ore.] Arg. ꝙ aliquis potest esse iudex ī propria causa: sic ff de adop. l. 3. C. de fideicom. l. vlt. sed iudex ibi improprie dicitur, idest, arbitrator in iurisdictione contentiosa non potest. sed in voluntaria.

dignitatis, vel ordinis sunt iudicialibus submitti definitionibus. Siquidem tempore Diocletiani [a], & Maximiniani Augustorum Marcellinus [b] episcopus vrbis Romæ, qui postea insignis martyr effectus est adeo compulsus [c] est a paganis, vt in templum eorum ingressus, grana thuris super prunas imponeret: cuius rei gratia collecto numerosorum concilio episcoporum, & inquisitione facta, hoc idem Pontifex se egisse confessus est. Nullus tamen eorum proferre sententiam in eum ausus est, dum ei sępissime omnes perhiberent; Tuo ore iudica causam tuam, non nostro iudicio. Et iterum; Noli aiunt audiri in nostro iudicio: sed collige in sinu tuo causam tuam. & rursus: quoniam ex te, inquiunt, iustificaberis, aut ex ore [d] tuo condemnaberis. Et iterum dicunt: Prima sedes non iudicabitur a quoquam. *Idem in eadem.* ¶ Sed & cum quidam tempore quodam contra Sistum Papam tentassent quędam mali † rumoris obijcere, & in concilio, cui & Valentinianus Augustus interesset, dictum fuisset. Non licere aduersus Pontificem dare sententiam, surrexit idem protinus Imperator, & in arbitrio pręfati Pontificis tribuit iudicare iudicium suum. Etenim nullus Pontificum maiorum, vel inferiorum vrbium subactus iudicijs inuenitur.

al. non bene) orig.

Idem Nicolaus eadem epistola.

¶ Maiores a minoribus iudicari non possunt. C. VIII.

SVbmittitur Ignatius minorum, inferiorum, & subiectorum deliberationibus, cum sacris canonibus præcipientibus, & exemplis sanctorum Patrum, semper, vbi est maior auctoritas; sit eundem, & in omnibus controuersijs ad potioris sedis iudicia (actio † dirigatur. Quod non solum à catholicis, verum etiam ab ipsis constat obseruatum hæreticis [e]. Alioquin acephalum liquet esse concilium, vbi de tanta persona agitur, & maiorum non expectatur sententia; cū nec in causa clericorum inferioris [f] gradus, solius episcopi sui iudicium tantummodo postulandum † sit.

orig. non hēt

† *al. præstolandum.*

SVmmittitur. [CASVS. Probat Nicolaus in hoc ca. ꝙ Ignatius non potuit deponi a subditis; q. a canones & exempla, sanctorū patrū præcipiūt semper esse recurrēdū ad maiorem sedem in causis episcoporum: qđ non solum a catholicis, sed ēt ab ipsis hæreticis obseruat, quia etiam clericus a solo episcopo iudicari non pōt: & nisi Dominus Papa intersit vbi episcopus iudicatur, acephalū erit tale concilium.

e ¶ Hæreticis.] Ar. ꝙ ab exemplis gētium est argumentandum, vt 11. quæstio 1. sacerdotibus. 13. b. 2. quæsta. & c. non æstimemus.

f ¶ Inferioris.] inf. 15. q. 7. si autem in fi. contra, vbi dicitur, quod solus episcopus illorum causas potest audire. Sed non excluduntur ibi clerici, sed alii episcopi, 15. q. 7. episcopus nullius.

Idem Nicolaus eadem epist.

¶ Minorum sententiæ maiores damnare non valent. C. IX.

Poly l. 1. ti. 20. Ans l. 2. ca 65. Iuo p. 5. cap 8. Pā. l 4. c. 6. & 7.

IN tantum hāc præsumptionē [g] sancti Patres apud Chal

IN tantum. CASVS. Dioscorus in tribus deliquit, quia scilicet per Regem fuit inthronizatus in ecclesia Constantinopolitana, vnde multi clerici recesserunt ab eo. Item quia factus fuit hæreticus. Post hæc duo delicta, ausus fuit excōicare Papam Leonem: vnde sancti patres apud Chalcedonem congregati ipsum damnauerunt, non tantum de hæresi, sed etiam quia ausus fuit suum maiorem excommunicare.

g ¶ Præsumptionem.] Scilicet depositionem Ignatii.

a ¶ Vt

a ¶ Vt Dioscorum.] Qui Inthronizatus fuit per Regem 1. qui postea excommunicauit Papam. rij. Vnde qui priuilegij. Roma eccl. detrahit, hæreticus est: qui vero alijs iniustitiam facit. Secundo probat exemplo Ambrosij, qui confessus est in omnibus se velle sequi Rom. ecclesiam.

Vt 16 q. 7. sane. Arc.

b ¶ Quoniam secundis.] Videtur hic. quod iudex in sententiam tenetur exprimere causam. quæ ipsum mouit, vt C. de iud. properandum. §. illo. & ff de ijs. qui not. infam. l. quod ait. §. penult. arg. contra extra de sentent. & re iudic. sicut ad hoc dico, quod semper tenetur exprimere causam, si tamē nō expresserit. tenet snīa. 2. q. 6. biduum.


c ¶ Omnes.] 2. Sic construe. Rom. eccles. instituit omnes 2 Ordo terræ.

ADDITIO. D not. in prædi. c. sicu & extra lib 6. de sentent. excommu. cum medicinalis. in prin. Archid.

c ¶ Eidem.] Tantum ne sit contra, §. 15. distinct. canones, circa medium, ver. quarta synodus.

cedonem detestati sunt, vt Dioscorum [a] Alexandrinum antistitem inter cętera, idcirco potissimum sine vlla restitutione damnauerit; quia in contumacia [*] permanens erga primę sedis Romanę priuilegium, resipiscere à suis superstitionibus, vt seruaretur à prima sede Apostolica, noluit: & ponens in cęlo os suum, & lingua eius transeunte super terram, excommunicationem in S. Leonem Papam dictauit, ita vt in sententia contra ipsum prolata, hoc videatur memorare pręcipue, dicentes; & [Quoniam secundis b excessibus priorem iniquitatem valde transcendit; Præsumpsit enim & excommunicationem dictare aduersus sanctissimum, & beatissimum archiepiscopum magnæ Romæ Leonem.] Nunquid ibi legitur inquisitionem fuisse factam, vtrum iuste, an iniuste ipsam Dioscorus excommunicationem dictasset? Non plane: sed absque omni controuersia hoc in eo vsi sunt: quia cum esset inferior, potiorem quibuslibet conatus est lacessere contumelijs, teste Anatolio Constantinopolitano pręsule: qui dicit. (Propter fidem c nō est damnatus Dioscorus: sed quia excommunicationem fecit domino archiepiscopo Leoni.) In concilio Chalcedonen. act. 5.

Psal 72


Via ergo.] Hæc dist. diuidit in duas partes. Secunda ibi, [Prima ergo.]

CASVS. Dictum est supra quòd maior à minori iudicari non potest. In hac vero 22. distin. videndum est, quæ dicatur prima sedes, quæ secunda, & quæ tertia, & quidem primum locum obtinet Roma. eccle. Alexandrina secundum, Antiochena tertium. & hoc probat Gratianus per 7. capitu. sequentia.

[*] ¶ In contumacia.) Hinc vsque ad verb. ponens. *addita sunt ex originali.*

DISTINCTIO XXII.


Via [1] ergo maior à minori iudicari non debet, videndum est, quę inter cæteros ecclesias primum locum, quæ secundum, vel tertium obtineat. Romana ecclesia (sicut supea dictum est) primum locum inter cæteras obtinet, Alexandrina secundum, Antiochena ecclesia tertium ab ea locum accepit.

1 ecclesiarū maiorum ordo.

d ¶ Quia ergo.] In hanc dist. ostendit ordinem maiorum ecclesiarum. Et primo ostendit quem ordinem habuerunt secundum antiqua tēpora. Secunda ostendit quem ordinem habuerunt postea secundum moderna tempora. Secundum antiqua tempora talis fuit ordo: Prima fuit Romana ecclesia: Alexandrina secunda: Antiochena tertia: quarta Hierosolimitana, vt inf. ea. §. 1. & c. 2. sed Constantinopolitana nullum locū habuit vt inf. ea. c. qua traditione. sed postquàm imperiū fuit translatum Constantinopolim, Constantinopolitana ecclesia obtinuit secundum locum post Ro. Alexandrina tertiū, Antiochena quartū. Hierosolimitana quintū. & hoc dr inf. ea. renouantes. extra de priuil. antiqua

Vnde Nicolaus Papa ij. † scribit Mediolanensibus per Petrum Damianum legatum suum.

¶ Romana ecclesia cæterarum primatum tenet. C. I.

OMnes c siue patriarchij cuiuslibet apices, siue Metropoleon primarus, aut epatuum cathedras, vel ecclesiarum cuiuslibet ordinis dignitates, instituit Romana ecclesia. Illam vero solus ille fundauit, & super petram fidei mox f nascentis g erexit, qui beato æternę vitæ clauigero terreni simul & celestis h Imperij iura commisit. Nō er- † innior) Ans. Ans. l j. ca. 63. al. c. 4.

OMnes.] CASVS. Mediolanenses nolebāt Ro. ec. seq, nec ei reuerentiam exhibere: sed Nicolaus Papa probat quod Ro. ec. omnibus est prælata, & omnes alias instituit: & hoc probat duobus modis. Primo quia illud verbum, per quod cęlum & terra & cætera elementa sunt creata, dedit Petro potestatem celestis & terreni Impe

nes, scilicet prælatos, siue apicem cuiuslibet patriarchiæ, idest, patriarchatus. & per hoc patet quod solus Papa nouas facit dignitates.

f ¶ Mox.] Idest ab initio.

g ¶ Nascentis.] Quantum ad nouum testamentum.

h ¶ Celestis.] 3. Arg. quòd Papa habet vtrumque gladium scilicet spiritualem & temporalem. 63. distinct. tibi domino. & 15. q. 6 alius. & cap. nos sanctorum &c. iuratos. & 1. q. 4. quia præsulatus & 86. distinct. duo. transtulit enim de Grecia imperium vt extra de elect. venerabilem. Aug. 96. distinct. duo 4. & 93. distinct. legimus. & 21. distin. §. 1.

3 Pape habens vtrūq. gladiū, transtulit Imperium.

4 Et c. si Imperator. in prin. vbi de hoc & 2. q. 6. §. item cum dicit, Arch.

a ¶ In

go quælibet terrena sententib, sed illud verbum, per quod constructum est cœlum & terra, per quod denique omnia cōdita sunt elementa, Romanam fundauit ecclesiam. Illius certe priuilegio fungitur, illius auctoritate fulcitur. Vnde non dubium, quin quisquis cuilibet ecclesiæ ius suum detrahit, iniustitiam a facit. Qui autem Romanæ ecclesiæ priuilegiū ab ipso summo omnium ecclesiarum capite traditum auferre conatur b, hic proculdubio in hæresim labitur; & cum ille vocetur iniustus, hic eo proculdubio dicendus hæreticus. Fidem quippe violat, qui aduersus illa agit, quæ mater est fidei: & illi contumax inuenitur, qui eam cunctis ecclesijs prętulisse cognoscitur. *& infra.* ¶ Vnde & ipse S. Ambrosius se in omnibus sequi magisttam sanctam Romanam profitetur c ecclesiam.

Lib. 3. de sacramentis, c. 1.

Item Anacletus seruus Christi Iesu ad omnes episcopos, epistola 3. c. 3.

¶ Non ab Apostolis, sed ab ipso Domino Ecclesia Romana primatum accepit. C. II.

In præfatione cōcilii Niceni. poly. l. 1. ti. 2. Ans. l. 1. ca. 2. & 65. Pann. l. 4. c. 2. *Matth. c. 16.* sup. d. 2. ca. quāuis.

SAcrosancta Romana & Apostolica Ecclesia non ab Apostolis, sed ab ipso Domino Saluatore nostro primatum obtinuit: & eminentiam potestatis super uniuersas ecclesias, ac totum Christiani populi gregem assecuta est, sicut Beato Petro Apostolo dixit. (Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam; & portæ inferi non prǫualebunt aduersus eam: & tibi dabo claues regni cęlorum, & quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis: quodcumque solueris super terram, erit solutum & in cęlis,) Adhibita est etiam societas in eadem Romana urbe Beatissimi Apostoli Pauli vasis electionis, qui vno die, vnoque tempore gloriosa morte cum Petro sub principe Nerone agonizans coronatus est: & ambo sanctā ecclesiā Romanā cōsecrauerunt, alijsque oībus vrbibus in vniuerso mundo sua præsentia, atque venerando triumpho prætulerunt. Et licet pro omnibus assidua apud Deū omnium Sanctorum effundatur oratio; his tamen uerbis Paulus Beatissimus Apostolus Romanis proprio chyrographo pollicetur dicens; (Testis enim mihi est Deus, cui seruio in spiritu meo in Euangelio filii eius, q̧ sine intermissione d memoriam uestri facio sēper in orationibus meis.

Rom. 1.

Pann. l. 4 ca. 4

2 ¶ Prima ergo sedes est cęlesti beneficio Rom. ecclesiæ, q̃ (ut memoratum est) Beatissimi Petrus & Paulus suo martyrio cōsecrarunt. Scd̃a aūt sedes apud Alexandriam B. Petri noīe à Marcò e eius discipulo atq; Euangelista cōsecrata ē: quia & ipse in Aegypto primum uerbum veritatis directꝰ a Petro prædicauit: & gloriosū suscepit martyriū, cui venerabilis successit Abiliꝰ: Tertia vero sedes apud Antiochiā eiusdē, id est, Beati Petri Apostoli nomine habetur honorabilis, quia illic, priusquam Romā veniret, habitauit, & Ignatium episcopū constituit, & illic primū f nomen Christianoū g nouellæ gentis exortū est. *& post pauca* ¶ Inter Beatos apostolos quædā fuit discretio† potestatis, & licet omnes essent Apostoli, Petro tamen a Dn̄o concessū ē (& ipsi inter

Polyc. l. 1. ti. 1. Ansel. l. 1. c. 7. Burc. l. 1. c. 159. Iuo p. 5. c. 259.

† al. discretio, & licet.

a ¶ Iniustitiā.] Nec Papa dēt vni ecclesię detrahere 1. & dare alteri, vt 99. d. ecce. & c. nullus, & 25. q. 2. de ecclesiasticis, nisi subsit cā vt 9. q. 3. conquestus, & c. nunc vero, & cap. per principalem.

1 In cuius ... iniuriā ... beneficium ... habere ... moris nō est dicit Imperator. C. de emancip. nec auus, arg ad hoc 14. q. 5. denique Ar.

b ¶ Conatur.) Solus ergo conatus hic punitur, ut 6. q. 1. § quæro vtrum, & 1 q. 1 qui studet de pœn. dist. si quis.

c ¶ Profitetur.] Ar. q̧ confessio prælati nocet ecclesiæ suæ arg. inf. ea. de Constātinopolitana, in fi.

SAcrosancta.) CASVS. Capitulum hoc diuiditur in tres partes. In prima parte probatur Ro. eccl. primam esse siue priorē, & aliis pręferri: & hoc ostēditur tribus modis. Primo aucto ritate Christi dicētis: Tu es Petrus, & cæt. Secundo in gloriosa morte Petri, & Pauli, qui Rom ecc. consecrauerunt: & eam aliis sui præsentia p̄tulerunt. Tertio speciali oratione facta, p̄ Romanis. In secunda parte, quæ incipit ibi, (prima ergo.) dicitur quod prima sedes est Romana: Secunda Alexandrina. Tertia Antiochena. In tertia parte, quæ incipit ibi, (Et post pauca.) discretio fuit inter Petrum & alios apostolos; quæ hodie est inter Papam & alios episcopos. Hoc etiam fuit in veteri testamento. Vnde Moyses & Aaron cæteris præfuerunt sacerdotibus.

d ¶ Casus aūt seq. §. & c. per se patet.

d ¶ Sine intermissione.) Non tamen in quolibet instanti, sed horis constitutis 2. sic inf. 3. dist. si laicus. & 37. d. de quibusdam.

2 Quasi fieri sine intermissione dicatur licet medius act. interueniat. ar. ff. de duobus reis, lege duos §. duo. Arch.

e ¶ A Marco.] Vt 24. q. 1. cū beatissimus.

f ¶ Primum.) Vt 7. q. 1 mutationes.

g ¶ Christianorū.) Primo enim omnes fideles fuerunt dicti discipuli, de consecr. dist. 2.

ſed idipſum voluerunt) vt reliquis omnibus præeſſet Apoſtolis,& Cephas β id eſt caput, & principium teneret Apoſtolatus: qui & eandem formam ſuis ſucceſſoribus, & reliquis γ epiſcopis tenendam tradiderunt. Et non ſolum hoc in nouo teſtamento eſt conſtitutum, ſed etiam in veteri fuit: vnde ſcriptum eſt: (Moyſes [a], & Aaron in ſacerdotibus eius.) id eſt primi inter eos fuerunt. *& poſt pauca.* ¶ Hæc vero Apoſtolica ſedes cardo & caput (vt prætactum eſt) omniũ eccleſiarum à Domino, & non ab alio eſt conſtituta, & ſicut cardine oſtium regitur; ſic huius ſanctę ſedis auctoritate omnes eccleſiæ (Domino diſponente) reguntur.

Pſ.98.
Poly.l.1.tit.1.
An[illegible].l.1.c.2.
Bur.l.1.c.178.
Iuo p.5.c.294.

α ¶ Quia.] *Hinc vſque ad ver.* Tertia. *addita ſunt ex originali, quemadmodum & alia nonnulla.*

β ¶ Cephas.) *In euangelio Ioannis capit.1. Cephas (quæ vox Syriaca eſt) exponitur* πετρος, *quod græce petram ſignificat, idque docet etiam B. Hieronymus in comme. epiſt. ad Galatas, c.2. neque credendum eſt ignoraſſe Anacletum, ſed voluiſſe eam dictionem ad Græcam linguam eo tempore notiſſimam referre. Quod fecit Cyrillus Hieroſolymitanus catecheſi decima in nomine (Ieſus) non modo Hebraicam ſed etiam Græcam illi etymologiam tribuens. Atqui hoc ipſum nomen Cephas, Optatus Afer antiquus & probatus auctor, quem Hieronymus & Auguſtinus magni faciunt, libro ſecundo eodem modo, quo Anacletus, accepit, his vtens verbis:* Igitur negare non potes, ſcire te in vrbe Roma, Petro primo cathedram epiſcopalem eſſe collatam, in qua ſederit omniũ Apoſtolorum caput Petrus: vnde & Cephas appellatus eſt. *Et Iſidorus lib.7. etym c.9. ſic de Petro loquitur:* Cephas dictus, eo quod in capite ſit conſtitutus Apoſtolorũ: Κεφαλή enim Gręcè caput dicitur. *Verum apud Burchardum & Iuonem ſic habetur,* vt reliquis omnibus præeſſet Apoſtolis Cephas, id eſt vt Petrus principatum teneret Apoſtolatus.

γ Et reliquis.] *In originali eſt,* & reliqui Apoſtoli epiſcopis.

Hac auctoritate Alexandrina eccleſia, ſecundum a prima locum habere cenſetur. Sed poſtea in Conſtantinopolitana ſynodo eccleſia Conſtantinop. ſecundum a ſede Apoſtolica locum accepit. Vnde in eadem ſynodo, id eſt, Conſtantinop.1.c.5. ita conſtitutum eſt.

¶ Secundum a Romano Pontifice Conſtantinopolitanus obtinet locum. C. III.

CONſtantinopolitanæ [b] ciuitatis epiſcopum habere oportet primatus honorem poſt Romanum epiſcopum; propterea quòd ſit noua Roma.

Ex priſca verſione.
Poly.l.2.ti.22.

¶ *Canon hic ex ijs eſt, quos Apoſtolica Romana ſedes à principio, & longo poſt tempore non recepit: quod ex epiſtola 51. alias 53. Leonis Papæ primi ad Anatolium Conſtantinopolitanum; & alijs eiuſdem epiſtolis facile eſt cuius cognoſcere: itemque ex duabus epiſtolis Leonis noni, vna aduerſus præſumptiones Michaelis & Leonis, c.28. altera ad eundem Michaelem. Sed multo clarius ex B. Gregorij epiſtola 31. lib.6. ad Eulogium Alexandrinum, & Anaſtaſium Antiochenum: atque ex epiſtola Nicolai primi ad Michaelem Imperatorem; quæ incipit.* Propoſueramus. *Quamquam Conſtantinopolitani epiſcopi, Imperatorum potentia freti ſecundum locum Patriarchaliũ ſedium ſibi vſurparant: idque tandem pacis & tranquillitatis cauſa fuit ipſis conceſſum; ſicut in antiqua, de priuil. Innocentius Papa 3. declarauit.*

Item Gregorius Ioanni epiſcopo Sycuſano, lib.7. epiſt.63.

[illegible] prima vel fratres, [illegible] ad menſam, ſed poſtquam Apoſtoli fecerunt cõcilium Antiochenũ, dicti ſunt Chriſtiani. 24 q 1. rogamus.

a ¶ Moyſes.] Licèt Moyſes & Aàron primi & ſũmi dicti ſint ſacerdotes: tamen Moyſes fuit maior q̃ Aaron in adminiſtratione, non quo ad conſecrationem ſacerdotalem. In hoc enim ambo pares fuerunt: Moyſes tamen hoſtias non offerebat: ſed uota offerebat pro populo, vt 36 d. ſi quis vult & 88. d. decreuit. Item & in hoc erat maior Moyſes, quam Aaron: quia inſtruebat & redarguebat eum tanquam minorem 1, vt de pœ. d.3 inter hæc hircum.

1 Nam in hoc caſu dr̃ quis minor alio. 2. qõ 7. Paulus Petrũ. Arch.

b COnſtantinopolitanæ.] ¶ Roma noua dicta ẽ Cõſtantinopolis: quia Conſtantinus illuc cum aliis Romanis iuit, & eam conſtituit vnde & Conſtantinopolis & Roma noua eſt dicta, 96. d. Conſtãtinos.

DE Conſtãtinopolitana.) CASVS. Dicit Grego. in hoc cap. quod nullus debet dubitare Conſtãtinop eccleſiam eſſe Romę ſubiectam: & tamẽ ſi q̃d boni hẽt ipſa, vel alia eccleſia. libenter ſumere ab ea paratus eſt: quia ſtultus, &c. Nam cum Conſtanti epiſcopus confiteatur eam eſſe ſubiectam Romanæ eccle. nullus de hoc dubitare debet.

a ¶ De

a ¶ De Constantinopolitana.] Immo ipse Imperator eam fatetur subiectam Rom eccles.in Auth.de eccl ti.in in princ.coll 9.
ADDITIO. Et C. de sum. Trin.l.inter claras, Lau.
Stultus vñ dicatur. b Stultus.] Stultus,ta,tum. dicitur quasi extultus, ab extollo,

e Subijci]Ita demum si qua culpa,&c.
f ¶ Nescio.] q.d.ex quo Constantinop. eps fatet se esse subiectũ Rom.ecc multo magis & alii tenent fateri. Sic vt q confessio prælati nocet ecclesiæ, vt ext.de can.tuo. dilectus, & de sent. & re iu. suborta & de postul. præl.ad hæc lo 1. quod credo verum esse si de consensu sui capituli facta est in iudicio, vt extra de iu.causam. & proc c.1.B

Prælati confessio an noceat ecclesiæ. 1 De hoc teneas vt legis & not.ex.in lib.6.de re. præsentiũ. [.] est Innoc. & no.de ele. dudum.2. Archid.

¶ Apostolicæ sedi Constantinopolitanam constat esse subiectam. C. IIII.

Ans l.2. ca.65. DE Constantinopolitana [a] ecclesia quod dicũt, quis eã dubitet sedi Apostolicæ esse subiectam? quod & D. pijssimus Imperator, & frater noster Eusebius eiusdem ciuitatis episcopus assiduè profitentur? Tamen si quid boni vel ipsa, vel altera ecclesia habet, ego & minores meos, quod ab illicitis prohibeo, in bonis imitari paratus sum. Stultus [b] est enim, qui in eo se primum existimat, vt bona, quę viderit, discere [c] contemnat. *Idem eidem epistola.64.* Nam, quòd Primas Bizanzenus [d] sedi Apostolicę dicit se subijci [e], si qua culpa in episcopis inuenitur, nescio [f] quis† ei subiectus non sit, cum vero culpa non exigit, omnes secũdum rationem humilitatis [g] æquales sumus.

† al.ei episcopus subiectus.

g ¶ Humilitatis.] Hoc vult dicere, quòd omnes essẽt equales, si omnes vellent esse boni: sed quia aliqui peccare volunt, necesse est quod aliqui sint maiores qui puniant peccata eorum: culpa enĩ causa subiectionis est. nam non peccantes legi non subijciuntur. vt in Authen.de incest. nup. §.si vero. col.2.19.q.2.duæ sunt. Et aliter non posset consistere genus humanum nisi quidam essent maiores, & alij minores, sicut est in Angelis, vt 89. distin. ad hoc.

Culpa est subiectionis causa.

¶ Hoc caput sumptum est ex duabus epistolis eidem Ioanni episcopo Syracusano scriptis: sed in epis.63. ex qua accepta est prior pars: agitur de Constantinopolitana ecclesia: in sequenti vero 64. agitur de primate Byzazeno prouinciæ Africæ, non autem Constantinopolitano, quod videntur & Gratianus & Anselmus, apud quem eodem modo legitur voluisse, adducti fortasse summula illa, quæ præposita est epistolæ Gregorij. Actor quidem glossæ, quod Gratianum putauit sensisse, aperte exposuit.

Item Gelasius Papa I. ad Faustum magistrum legationis.

¶ Constantinopolitanus episcopus auctoritate Romani Pontificis deponitur. C. V.

Ivo p.5. cap.9.

QVa traditione maiorum, Apostolicam sedem in iudicium vocant [b]? An secundæ sedis Antistes, & tertię, ceteriq; bene sibi conscij sacerdotes depelli [i] debuerũt, & qui religionis extitit inimicus [k], depelli non debuit? Viderint ergo, si alios habẽt canones, quibus suas ineptias exequantur. Cæterum isti qui sacri [l], qui ecclesiastici, qui legitimi celebrantur, sedem Apostolicam ad iudicium vocare non possunt, & Constantinopolitanæ ciuitatis episcopus, quæ vtiq; per canones inter sedes nullum nomẽ [m]

QVa traditione.] CASVS. Acacius Constantinop. patriarcha cum esset in hæresi excommunicauit Alexandrinum & Antiochenum patriarchas, & eos a suis sedibus fecit expelli, quia sibi non fauebant in suo errore. quare Gelasius Papa in illa Synodo congregata excõmunicauit Acacium & Constantinopolitanos ei fauentes, qui inciderant in hæresim iã damnatam. Acacius vero Cõstantinopolitanus etiã & cõplices conquerentes dicebant, Papam non debuisse eos excommunicasse nisi in synodo congregata, & sic volebant cogere Papam congregare concilium, vt de suo facto iterum cognosceretur in synodo. & hoc intendebant probare auctoritate quorundam canonum quos fallaciter inducebant. Sed Gelas contra eos dicit, q iustissime sunt damnati, cum illi iniuste condemnauerunt Alexandrinum, & Anthiochenum patriarchas: nec auctoritates quas allegant, eos defendere possunt 2.
g ¶ Capitula quæ sequuntur cum §.plana sunt vsq.ad finem distinct.
h ¶ Vocant.) Ad concilium faciendum 3.
i ¶ Depelli.) Ab Acacio Constantinop. patriarcha.
k ¶ Inimicus.) Acacius.
l ¶ Qui sacri.) Ironicè dicit.
m ¶ Nullum nomen.) Quia tempore Gelasij Constantinopolitana ecclesia non habuit secundum locum ad huc. vel nullum vocat propter hæresim ibi statutam.

2 De hac materia loquit 24.q.3. cum quibus.
3 Silicet propter damnationem alicuius, quasi Papa non possit sine concilio aliquem damnare, quod falsũ est [...]

extollo, is quia se extollit. vel dicitur stultus, quasi statim vltus, ab vlciscor, eris quia stultus statim vltionem expetit: nec deliberat. Vel dic, q proprie stultus est qui per stuporem non mouetur iniuria: sed ultimam enim perfert, nec vltus est nec vllo ignominiæ mouetur dolore: quia stultus est habetur eo [...] quidam ait: Ego me esse stultum existimo, fatuum esse non opinor, id est, obtusis quidem sensibus, nõ tamen nullis secundum Pap. & Hug.
c ¶ Discere.] Arg. est hic contra seniores, qui erubescunt discere a iuuenibus sic 38 dist. nullus. & 2.q 3 si habes. & 84 dist peruenit Item habes hic q maiores tenentur sequi exempla minorum si bona sunt 1.q 1.si fuerit.&c. neque in homine.& 19 dist. sec vndum
d ¶ Bizanzenus.] Idest, Constantinopolitanus, primo enim Constantinopolis dicta fuit Bizantium.

Senes nõ debent erubescere a iuuenib. discere.

Reno-

a Renouantes.] ¶ Similia.] Simile priuilegium habet in quibusdam, quia ad ipsum appellatur medijs prætermissis, vt 11 quęst. 1. si clericus. Et quia deponit episcopum, vt videtur, 3 q. 5. quia suspecti. Et Imperator dicit, quod idem iuris het in suis subditis, qđ Papa in suis vt in Authen. de eccle tit §. 1. coll. 9. Similiter Alexandrina ecclesia forte in prædictis simile habet priuilegium Romanæ, vt 65. di. quoniam, &c. mos antiquus.

b ¶ Priusquam.] Sic ergo aliqua ecclesia priuatur iure suo sine culpa sua, & hoc fit quandoque propter fauorem quandoq. ꝑpter odium. Propter fauorem multipliciter vno modo vt hic: alio modo fauore sacerdotij, vt 54. distinct frequens. Et alio modo propter vim consecrationis, vt 14 q. 6. comperimus. Quandoque propter fauorem religionis, vt extra de eccl. ædi ad audientiam 2. Quandoque propter scandalum, vt extra de cler. ægro. tua. Quandoque propter defectum sacramēti, vt 34. dis. si cuius. Item ꝑpter odium alterius, vt 70. distin. neminem, 16. q. 7. decernimus. Propter paupertatem. 10. q 3. c. vnio. Item ꝑpter ordines. vt di. 54. frequens. Aliàs regula te est, ꝙ nemo sine culpa sua priuādus ē iure suo vt 16. q 7. inuentum. & 56. d is satis pes uersum 1. Hic pōt habere locum distinctio, ꝙ qñque perditur priuilegium ꝑꝑ fauorē, vt hic: quandoque ꝑpter enorme damnu, vt extra de deci. sugge stum. qñque propter abusum. 11. q. 3. priuilegiū. qñque ꝑꝑ delictum. 25. q 2. ita nos. qñque ꝑꝑ negligentiam, ff. de nūdinis. l 1. qñque ꝑꝑ contrarium factum extr. de priuil si de terra. & c. accedētibus. Et no. quòd licet quis sine culpa perdat priuilegium, nunquam tñ sine causa: extra vt lite non contest. quonian frequenter § porro, vnde versus:

Paupertas, odium, vitium, fauor, & scelus, ordo,
Persona spolians & loca iure suo.

c Diffinimus.] ¶ Ac Hierosolymorum.] Sunt & alij patriarchæ, vt Eitruicen Aquilegien vt 9. q. 3. conquestus. & c. nunc vero. inf. 32. dist. erubescant.

Appellatio potest ad Papā omisso medio interponi.

Iure suo multis modis quis priuatur.

1 De hoc ēt habet. extr. de paenil. antiqua.

1 Scilicet q. patriarcha lib. sedibus præsidēt, vt Pisanus, Bituricensis, Gradēsis. nā plures debēt esse q[illegible] in capite cu insq ie prouinciæ, c. j. 99 d. & c. fe eu ndū Hu.

Breuiter.] Hæc distinct. diuiditur in sex partes, in quarum prima donit quid iuris sit de electione Rom. ani Pontificis. Secūda ibi,] Episcopi vero. [Tertia ibi, (His, igitur.) Quarta ibi, (Dalmaticis.) Quinta ibi.

accepit: in communionem recidens perfidorum, non debuit submoueri?

Item ex vi. synodo sub Iustiniano congregata, c. 36.

¶ Constantinopolitana ecclesia secundum à Romana obtinet locum. C. VI.

Renouantes α sancti Constantinopolitani decreta concilij, petimus †, vt Constantinopolitana sedes similia a priuilegia, q̄ superior β Roma habet, accipiat, nec nō γ in ecclesiasticis rebus magnificetur vt illa: sed hæc secunda post illam existens, prius quàm b Alexandrina sedes numeretur, deinde Antiochena. & post eam Hierosolymitana.

† νέμομεν, id est statuimus.

α ¶ Renouantes.) *Hic agitur de quinto illo canone primæ synodi Constantinopolitanæ, de quo supra ead. c. Constantinopolitanæ. dictum fuit. Et quod attinet ad omnes hos canones, qui sextæ synodo tribuuntur, videnda est notatio ad c. sextam. supra 16. dist.*

β ¶ Superior.) *Ita habetur in aliquot vetustis, exemplaribus: nam in vulgatis erat*, inferior, *Græcè est*, τῆς πρεσβυτέρας ῥώμης, *idest*, antiquioris, vel senioris Romę, *vt infra c. proximo. Omnino autem caput hoc longe breuius est in hac versione, quàm in Græco exemplari, vno tantum loco copiosius, quod Antiochenam numerat sedem, cuius in Græco vulgato nulla mentio.*

γ ¶ Necnon.) *Sic emendatum est ex aliquot manuscriptis, & Græco, antea enim legebatur*, non tamen.

Hinc datur intelligi, quod Alexandrina ecclesia de secunda facta sit tertia, & Antiochena de tertia sit quarta, nisi forte quis duas contendat esse secundas, vt Constantinopolitanam, & Alexandrinam parem suæ dignitatis velit locum obtinere.

Unde in viii. synodo habita sub Hadriano Papa ii. ca. 21.

¶ Quæ in Patriarchalium sedium, primum, vel deinceps teneat locum. C. VII.

Diffinimus neminem prorsus mundi potentū, quemquā eorum, qui Patriarchalibus præsunt sedibus, inhonorare, aut mouere à proprio throno tentare: sed oī reuerentia, & honore dignos iudicare, pręcipue quidem sanctissimum Papam senioris Romę, deinceps autē Cōstātinopoleos Patriarcham, deinde vero Alexādriæ, ac Antiochię, ac Hierosylimorum.c

Deus dedit d. 2. Ans. l 2. 72.

DISTINCTIO. XXIII.

Breuiter d quæ inter Ecclesiastica officia sit differentia, monstrauimus. Nunc a sum-

ibi.] Quæritur] Sexta ibi.] Subdiaconus.

CASVS. Supra ostensum est quæ differentia sit inter ecclesiastica officia, & ministros ecclesiæ in illo cap. cleros. In hac vero 23. dist. ostenditur qualiter quique debet ordinari a summo vsque ad vltimum gradum.

d ¶ Breuiter.] In hac dist. 23 ostenditur qualiter singuli ordines

gines sunt conferendi. Et primo ostendit qualiter de[bea]t Papa eligi, & ordinari 1. Secundo qualiter ordinan[d]us in episcopum debeat examinari 2. Tertio qualiter [...]pus, & alii inferiores sint ordinandi 3. Quarto annectit de habitu clericorum, & quod moniales non debent

mo incipientes, & vsque ad vltimum gradum descendentes, qualiter quisque eorum debeat ordinari, sanctorum auctoritatibus ostendamus.

Vnde Nicolaus Papa ij. in concil. Lateranensi.

¶Decretum Nicolai Papæ de electione summi Pontificis. Cap. I.

Pann.l.3.c.1.

IN nomine [a] Domini nostri & Saluatoris Iesu Christi. Anno ab Incarnatione eiusdem MLIX. mense Aprili, indictione [b] xij. propositis sacrosanctis Euangelijs præsidente quoque reuerendissimo †, ac beatissimo Nicolao Apostolico Papa in basilica Lateranensis Patriarchij [c], quæ cognominatur Constantiniana, considentib. etiam reuerendissimis episcopis, abbatibus, presbyteris, diaconis, idem venerabilis Pontifex auctoritate Apostolica decernens de electione summi Pontificis, inquit. ¶ Nouit beatitudo vestra dilectissimi fratres, & coepiscopi, inferiora quoque membra Christi non latuit, defuncto piæ memoriæ Domino Stephano prædecessore nostro, hęc Apostolica sedes, cui auctore Deo, deseruio, quot aduersa pertulerit, quot deinde per simoniacæ hæresis trapezitas [d] repetitis malleis, crebrisque tunsionibus subiacuerit, adeo [e], vt colũna Dei viuentis iam iã pene videretur concussa nutare, & sagena summi piscatoris procellis intumescentibus cogeretur in naufragio profundo submergi. Vnde, si placet fraternitati vestræ, debemus, auxiliante Deo, futuris casibus [f] prudenter occurrere, & ecclesiastico statui, ne recidiua † (quod absit) mala præualeant, præcauere. Quapropter instructi prædecessorum nostrorum, aliorumque sanctorum Patrum auctoritate, decernimus, atque statuimus, vt obeunte huius Romanæ vniuersalis ecclesiæ Pontifice, in primis Cardinales episcopi diligentissime simul de electione tractantes [g], mox Christi † clericos Cardinales adhibeant: sicque reliquus clerus, & populus ad consensum nouæ electionis accedat, nimirum præcauentes, ne venalitatis morbus aliqua occasione subrepat. Et ideo religiosissimi [h] viri præduces [i] sint in promouenda Pontificis electione, reliqui autem sequaces, Certus vero, atque

†al.reuerentissimo

† al.rediuiua.

† al.episcopi.

fiæ, ordinandi Rom. eccl. si inthronizari non potest. In tertia parte, quæ incipit ibi. [Quod si quis contra hoc.] maledicitur ei qui contra hoc decretum fuerit ordinatus cum suis fautoribus, pœna depositionis adiuncta, & benedicitur omnibus obseruatoribus. Et no. quòd ab illo verbo, [Nouit beatitudo,] vsque in finẽ. sunt verba Nicolai.

¶Casus. §. seq. per se patet.

a ¶In nomine.] Hæc sunt verba Notarij vsque ibi, [Nouit beatitudo.]

ADDITIO. Sic 8. q.3. Artald⁹. 16. q. 1. hinc est etiam, & 1. q.7. conuenientibus argum.

b ¶Indictione] Indictio dicitur spatiũ trium lustrorum.

c ¶Patriarchij.] In quo Papa residet.

d ¶Trapezitas.] .i. campsores.

e ¶Adeo] Hic tangitur latenter quod legitur in chronicis, ꝙ Benedictus x. qui successit Stephano, eiectus de pontificatu, & factus est Papa Ioannes Sabinẽ. episcopus pro pecunia 4, cui impositũ est nomẽ Syluester. & iste etiã deiectus est; & deinde reparatus, & restitutus est Benedictus, & iterũ eiectus est Benedictus, & datus papat⁹ Ioãni archiepresbytero ante portã Latinam, cui impositũ est nomẽ Gregorius & hic ab Henrico Imperatore est depositus, & vltra mõtes translatus est. hoc totum uno anno factum est, & propter hoc datum fuit priuilegiũ Henrico de quo hic fit mentio.

Multiplex Papæ mutatio.

4 Nunquid iste sic electus, posset accusari de simonia? argu. ꝙ sic. 79. disti. si quis pecunia. vbi de hoc. infra ead. dist. c. 1.

f ¶Futuris casib.] No. ad cautelam futurorum aliquid statui, vt 63. dist. cũm Hadrianus, & 1. q.7. conuenientibus. ff. loc. si quis domum. §. 2. arg. contra. quia non imputatur alicui si nõ damnauit ecclesiã, vt extra, vt eccles. bene, vt nostrum ff. ad leg. Aquil. l. si putator.

g ¶Tractantes.] 5 Videtur, ꝙ electionem semper debet præcedere tractatus: alioquin electio nulla est, sicut alienationem debet præcedere tractatus, vt 12. q 2. sine Io. quòd hodie expressum est extra de electi. in Genesi. & c. quia propter B.

h ¶Religiosissimi.] idest, episcopi Cardinales.

i ¶Præduces.] inf. distinct. 89 c. 1. contra. Sed hic dixit præduces, non respectu Cardinalium, sed aliorum clericorum. Vel religiosos appellat hic episcopos Cardinales.

5 Electionẽ tractatus p̃cedere dẽt.

6 Et not. ꝙ hinc ẽt colligit, ꝙ clerici prius deberent in aliquem cõsentire, & posten aliis religiosis viris, vel laicis tenunciare Lau.

debent contingere sacra vasa.

IN nomine Domini. ¶CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima parte ponũtur verba notarii, In secunda parte, quæ incipit ibi, [Nouit beatitudo.] dicit Nicolaus, ꝙ mortuo Stephano Papa, ecclesia multas passa fuit tribulationes & iniurias: & ideo volẽs futuris casibus prouidere, statuit, vt quoties mortuo Papa electio de successore eius imminet facienda, conuenire debeant Cardinales, & vocare qui vocandi sunt, qui debent eligere vnum de seipsis, si ibi idoneus inueniatur: alioquin de alia ecclesia eligatur, & consecrabitur a Cardinalibus, sicut archiepiscopi cum episcopis suis consecrant, & confirmant episcopos & hæc electio fiat in ciuitate Romana, vel alibi in necessitate, & ex sola electione habeat potestatẽ disponendi de rebus eccle-

Consecrans est interior consecrato.

Papa an possit esse quis non idoneus.

a ¶ Legitimus.] Id est, canonicus.
b ¶ Nullo.] dist. 62. c. 1.
c ¶ Funguntur.] Non tamen ideo sunt maiores Papa, quia consecrant eum, quia suffraganei cõsecrant Metropolitanum, non tamen ideo sunt maiores, vt 66. dist. c. 1.
d ¶ Gremio.] Ergo aliqs in Romana ecclesi. pôt esse nõ idoneus ad papatum, & sic est contra. 21. dist. quamuis. i si. vbi dr, ꝙ ibi non est macula, nec ruga, sed bene potest esse, ꝙ omnes sunt sancti, non tamẽ omnes sunt idonei ad papatum, vel quia sunt corpore uitiati, vel aliud habẽt impedimentum. Itẽ habes hic, ꝙ semper de clericis ipsius ecclesiæ, eligendus est prælat⁹, si ibi est idoneus, vt 61. dist. nullus. & c. obitũ & 69. dist. Metropolitano. idem in abbate, vt 18. q. 2 quamuis sit 1, & tunc sufficit, quod sit bonus 2, sed si de altera ecclesia eligitur, requiritur quod sit optimus, vt dicũt quidã, & est argu. ad hoc. ff. de tutori. & curatori. diuus. De hac materia plene inuenies. 8. q. 1. licet io. & tamen tali iuri potest renunciari. vnde si maior pars capituli eligit de alia ecclesia, valebit electio. ext. de elect. cum nobis olim. & cap. cum inter canonicos, & capit. in causis. licet Ioan. dixerit contra: & sufficit etiam tũc, quod sit bonus, vt in prædi decreta. cum nobis B.

Eligẽdus an debeat esse de gremio ecclesiæ.

1 Et c. Abbatem. 22 Arc.
2 Ad hoc extra de ele cũ nobis olim. immo sufficit ne malus existat, ut 16 q. fin. monasterium.

e ¶ Personaliter hoc.] Ex his verbis apparet personale priuilegium hoc fuisse: & ideo ad alios non ꝓrogari. ff. de censi. ætatem. & 7. q. 1 petisti. & 16. q. 1. hinc etiam.
f ¶ Fieri in vrbe.] Sẽper enĩ ibi facienda est ordinatio, & examinatio, clericorũ, vt 24. dist qñ, & si alibi fit electio, q̃ in loco ad hoc determinato, electio est nulla, vt extra de elect. venerabilem nisi subsit causa, vt hic dicitur, & 63. dist. quanto. & extra de elect bonæ memoriæ.

Electio quæ fit in loco nõ determinato nulla est.

ADDITIO. Nã duæ partes Cardinalium semper debẽt adesse. ext, de elec licet nisi sint valde remoti. Io. de Fã.
g ¶ Laicis licet] Hoc tantum ad laicos refertur.
h ¶ Et disponendi.] In alijs prælatis secus est. nam illi ante confirmationem 3, non habent ius administrandi, vt extra de elec. nosti. nisi sint archiepiscopi transmontani. extra de ele. ꝙ sicut. Vel nisi sint exẽpti, q si transmontani sunt, statim possunt administrare, vt extra elect. nihil sed certe videtur, ꝙ in omnibus idem iuris est, vt si electus non posset intrare possessionem rei ad quam est electus, nihilominus pro possessore est habendus, vt 92. dist. si quis episcopus. & extra de rest. spol sæpe sed illa. cap. loquũtur quando impeditur per aduersarium: secus posset dici quando impedimentum est in se ipso: puta quia nondum est consecratus. ext. de do. & contu. contingit.

3 Electus ante confirmationem non administrat.

legitimus[a] hic electionis ordo perpenditur: si perspectis diuersorum Patrũ regulis, siue gestis, etiã illa beati Leonis prædecessoris nostri sententia recolatur: [Nulla[b], inquit, ratio sinit, vt inter episcopos habeantur qui nec a clericis sunt electi, nec a plebibus expetiti, nec a comprouincialibus episcopis cum Metropolitani iudicio consecrati.] Quia vero sedes Apostolica cunctis in orbe terrarum præfertur ecclesijs; atque ideo super se Metropolitanum habere non potest: Cardinales episcopi proculdubio Metropolitani vice funguntur[c], qui videlicet electum episcopum ad Apostolici culminis apicem prouehant. Eligitur autem de ipsius ecclesiæ gremio[d], si reperitur idoneus, vel si de ipsa non inuenitur, ex alia assumatur: saluo debito honore, & reuerentia dilecti filii nostri Henrici, qui in præsentiarum Rex habetur, & futurus Imperator Deo concedente, speratur; sicut iam sibi concessimus, & successoribus illius, qui ab hac Apostolica sede ꝑsonaliter hoc[e] ius impetrauerint. Quòd si prauorum, atque iniquorum hominum ita peruersitas inualuerit, vt pura, sincera, atque gratuita fieri in vrbe[f] non possit electio; Cardinales episcopi cum religiosis clericis, catholicisq; laicis, licet[g] paucis, ius potestatis obtineant, eligere Apostolicæ sedis Pontificem, vbi congrne re viderint. Plane, postquã electio fuerit facta, si bellica tempestas, vel qualiscumq; hominum conatus malignitatis studio restiterit, vt is qui electus est, in Apostolica sede iuxta consuetudinem inthronizari non valeat: electus tamen, sicut verus Papa obtineat auctoritatem regendi Romanam ecclesiam, & disponendi[h] omnes facultates illius: quod beatum Gregorium ante suam consecrationẽ fecisse cognouimus. Quod, si quis contra hoc nostrum decretum synodali sententia promulgatum, per seditionẽ, vel præsumptionẽ, aut quolibet ingenio electus, aut etiam ordinatus, seu inthronizatus fuerit, auctoritate diuina, & sanctorum Apostolorũ Petri & Pauli, perpetuo anathemate cũ suis auctoribus, fautoribus, & sequacib. à liminib. sanctæ Dei ecclesiæ separatus abijcitur, sicut Antichristus inuasor, & destructor totius Christianitatis: nec aliqua† super hoc ei audientia[i] reseruetur: sed ab omni ecclesiastico gradu, in quocũq; fuerat prius, sine retractatione deponatur; cui quisquis adhæserit, uel qualemcũque tamquam Pontifici reuerentiã exhibuerit, aut in aliquo eum defendere præsumpserit, pari sententia †sit mãcipatus. Quisquis autẽ huius nostræ† decretalis sentẽtiæ

inf. dist. 62. nulla ratio.

† al. aliquando.

† al. senten.
† al. nostri.

i ¶ Audientia.] Hic habes casum ubi alicui denegatur audientia, scilicet in casu intrusionis: & 3. q. 1. § pater. Item

: in casu schismatis, vt 23.q.5.non vos. Item cum ... cipit ecclesiam de manu laici, vt 16.q.7. si quis ... ps. Item cum quis excoicat suum maiorem, vt ... intantum vnde vi spoliatus pro aliquo isto- casu non possit petere restitutionē, ex quo ei dene- gatur

maledictorum duo sunt genera.24.q.3.cum sancti. EPISCOPI VERO. Hæc est secunda pars distin. in qua ponit quę sunt quærenda in episcopo tempore consecrationis. Ioan de Fan.
& Casus huius §.per se patet.

temerator extiterit, & Romanam ecclesiam sua præsumptione confundere, & conturbare contra hoc statutū tētauerit, perpetuo anathemate; atque excommunicatione damnetur; & cum impijs, qui non resurgent in iudicio, reputetur; omnipotentis iram cōtra se sentiat, & sanctorum apostolorum Petri & Pauli quorum ecclesiam præsumit confundere) in hac vita, & in futura furorem [a] sentiat: fiat habitatio eius deserta, & in tabernaculis eius nō sit q. inhabitet: fiāt filij eius orphani, & vxor eius vidua: commotus amoueatur ipse, & filij eius, & mendicent, & eijciant de habitationib. suis: scrutetur fœnerator omnem substantiam eius, & diripiant alieni labores eius: orbis terrarum pugnet cōtra eum, & cuncta elementa [b] sint ei cōtraria, & omnium sanctorum quiescētium merita illum confundāt [c]: & in hac vita super eum apertam vindictam ostendāt [d]. Obseruatores autem huius nostri decreti omnipotentis Dei gratia protegat, & auctoritas beatorum apostolorum Petri & Pauli ab omnium peccatorum vinculis absoluat.

Psal. 1. *Psal. 68.* *Psal. 108.* *Sap. 5.*

¶ *Huius decreti integrum exemplum est in vetustissimo libro Abbatia monasterij Farfensis literis Longobardicis ante annos pene quingentos scripto, & alibi.*

2 *Episcopi vero, & cæteri ordines infra cōstituti, qualiter ordinari debeant, ex auctoritate Carthaginiensis concilij quarti, c.1. cui interfuit Augustinus tēpore Honorij Augusti ostendamus ab eorum examinatione incipientes.*

¶ Quomodo sit examinandus, qui in episcopum eligitur. Cap. II.

Ordo Romanus pag 95. Burch. l.1 c 8. Iuo par.5.c.62. Polyc.l.2.tit.9.

QVi episcopus ordinandus [e] est, antea examinetur [f], si natura sit prudens, si docibilis [g], si moribus temperatus [h], si vita [i] castus, si sobrius, si sp suis negotijs cauens [k], si humilis, si affabilis, si misericors, si literatus, si in lege Domini instructus, si in scripturarū sensibus cautus, si in dogmatibus ecclesiasticis exercitatus; & ante omnia, si fidei documēta [l] verbis simplicibus [m] asserat [n], id est, patrem, & filium, & spiritum sanctum vnū Deū esse confirmans totamque Trinitatis deitatem coessentialem, & consubstantialem, & coæternalem, & coōmnipotētem prædicans; si singulas † quasque in Trinitate personas plenum Deum, & totas tres personas vnum Deum; si

† *al. singulam quamque personam.*

QVi episcopus.] CASVS. In hoc c. ostendit quot & quæ ab electo in episcopum & cōfirmando sint q̄renda tpe consecrationis: i quibus si inueniatur instructus, ab omnibus episcopis consecretur: præsente archiepiscopo, vel auctoritatē præstante.
e ¶ Ordinandus.] id est cōsecrādus: quia tunc est scrutinium faciendum.
f ¶ Examinet.] Ista examinatio non est facienda, nisi circa ignotos 47. dist. de Petro. & 94 dist. valde. & hoc verum est de scrutinio electionis: nisi forte sūmatim etiam circa notum quęreret de modo eligendi, & de ijs quę habet extra de elect. cum in cunctis. Scrutinium autem quod fit in consecrando, illud nunquam est omittendum, etiam circa notum, vt hic, & 64 di. c.1.2. & 3. & 7 , dist. c.1. immo repellit & si in vno deficiat. 38 dist. q. ipsis
g ¶ Docibilis.] Melius diceretur, docilis qa homo est docilis & doctrinalis liber docibilis: quādo que tamen ponitur vnū pro alio, vt hic: & Ioan In Euāg. Et erunt omnes docibiles Dei. debet autem rationē reddere omni poscenti 36 dist c. qui ecclesi. §. ecce.
h. ¶ Temperatus.] infra. ti. q.3. illa prępositorum.
i ¶ Vita.] infra dist. 53. legem.

Consecrandus an sit ante examinandus.

3 Arg. ad hoc inf. dist. prox. nullus vbi de hoc.

Docilis & docibilis differunt.

Ad idem q. 1. præ- ... tium. 64. ... in quo- ... ndā. Ar- ... dia.

... dem no. ... no. extra ... concess. ... ben. cum ... tris. in ... pen iuxta ... nem. & sa ... qd nor. ... 97 §. erū ... gl. ecc. in ... n Arch.

gatur audientia. Ar. contra extra de rest. spol. in litteris. Ioā. Sol. quilibet spoliatus restitui dēt, nisi spoliatus sit à iudice iusta de cā, vt extra de rescrip. dilectus 1. & nisi in casib. exceptis. vt extra de resti. spol litteras, & c. ex transmissa. 3. q. 1. in summa. nec excommunicatus di recte poterit restitutionem petere 2, vt extra de except. cum inter 3. q. i in summa. vbi de hoc. Ber.
a ¶ Furorem.] Id est, vindictam.
b ¶ Elementa.] Id est, siue sit in terra, siue in aqua puniatur.
c ¶ Confundant.] Id est, à confusione non liberent.
d ¶ Ostendant. Nec peccauit iste maledicendo: quia

K ¶ Cauens.] Nā propter similitudinē reppellitus quis vt 39. dist. Petrus. sed iam promotus non deponitur: sed ei coadiutor datur. 7. q. 1. quia frater noster.
l ¶ Fidei documenta.] id est, fidem.
m ¶ Simplicib.] Id est, apertis non implicitis, extra de sum. trin firmiter. & sup. dist. 4 erit autem. non inuisitatis 4. infr dist 36. illiteratos melius 37. dist. relatum. arg. ad testes repellendos. arg 4 q. 3. si testes. §. item in testibus arg. contra instrumenta.
n ¶ Asserat.] Profiteri debet q̄ obseruabit patrum regulas in Authen. quomodo oportet episcopos; §. ad nos ergo, circa princ. coll. 1.

4 Vn̄ Apostolus ad Timo. profans vocum nouitates deuita Io. de Fan.

a ¶ Non per conditionem.] Idest, per creationem 1, vult.n.dicere q non est creatus malus, vt quidam dnt, sed ex libero arbitrio factus est malus, immo adhuc ha bet liberum arbitriu, sed illud est ad malum tātū: alioquin, si non haberet liberum arbitriū, non demereret 23.q.3.vasis iræ.Immo quotidie fit* peior. similiter angelus habet liberum arbitriū, sed illud est tm ad bonū, & p id quotidie meretur, & sic melior. Homo habet liberū arbitrium æque ad bonū & ad malū, vt 23 q.4.Nabuchodonosor.

b ¶ Dimittantur.] Id est* dimissa ostēdātur nā per contritio nē dimittuntur adulto peccata non per baptismum, 2,aut.n adultus accedit ad baptismum cum charitate, aut non: si cū charitate, iam nullum in eo est peccatu, vt legitur de Cētuxione, vt 26. dist. deinde. & de.cōsec. dist.4 non dubito, si sine charitate nullū peccatu ei dimittitur de cōsec. dist 4.ostēditur Dimittitur tū satisfactiones, quas q peccatis facere debet, vt de cōse.dist.4. sine pnia.Itē & originalia dimittūt per baptismum adultis, sed nullu mortale, si non habet charitatem 1.q.1.vide.

c ¶ Extra ecclesiā.] 1.q 1. extra ecclesiā catholicam. & cap. ex ecclesia.

d ¶ Et laicorū.] Sed quare hic post examinationem reqrit cōsēsus clericoru & laicorū? qu. enim electioni cosēsit postea electo nihil obijcere pōt, vt 8.q.2 dilectissimi. Sed dicas hic loq. de examinatione, quæ fit tempore consecrationis: nec aliud vult dicere, nisi q cōsecrari debet si ita est, q oēs cōsenserint in eum Item patet hic, q laici possunt cōtradicere electioni, vt dicam inf. cap.illud &c.

His igitur.] Hęc est tertia pars dist. in qua ostendit Isidorus qualiter clerici debeant viuere, & quæ vitare, & quæ obseruare debeant, vt doctrinæ gratiam possint populus mini-

[Left margin:]
1 Sub. non necessitatē.

* Nec diabolus fit peior, nec Angelus melior; neque eorum meritum vel demeritum augetur nisi quo ad pœnam, vel præmiū accidentale: Vide Beatū Tho. 4 dist.50. ar. 1.q.6.& 1. pa.q.62. ar tic 9.

*Per sacramentum ex attritio quis fit contritus, idē dimittuntur peccata nō tantū ostenduntur dimissa. Vide B. Tho. 4. distin.4. q.2. art. 1. q 1. ad primum, & distin.6. q. 1.a.3.q.1. ad quintū & 1. par. q.69.ar.4. ad secundum.

2 Sed remanet iniqtas ipsa, i.fomes peccati de pœn.dist 4.c. ille Rex & videas quod legitur, not. de cons.dist. 4.c.2.& cap. non ex quo. Arch.

Electioni possunt laici contradicere.

[Right gloss column:]
strarer lo.de Fan.& P & hæc sint loco casus.

e ¶ Non spectaculis.] vbi turpes ludi exercent sia de consecr dist.1.non oportet, & 34. dist. byteri.

f ¶ Pudica.] Id est continentia quo ad sermones, ... uos 3.& quotidie esurire debent, & esse cum vacuo ventre, vt infra de consecr.distinct.5 sint tibi.

a ¶ Pecuniæ.]

incarnationē diuinam non in patre, neque in spiritu sancto factam, sed in filio tantum credat vt qui erat in diuinitate Dei patris filius ipse fieret ī homine hominis matris ex matris visceribus habens, & animam humanā rationalem, simulque in eo veritas vtriusque naturæ, idem Deus & homo una psona, vnus filius vnus Christus, vnus Dominus creator omnium, quę sunt, & auctor, Dominus, & rector cum patre, & spirituiancto omnium creaturarum q passus sit vera carnis passione; mortuus vera corporis sui morte, resurrexerit vera carnis suę resurrectione †, & vera animæ resumptione, in qua venit iudicare viuos, & mortuos. Quærendum etiam ab eo, si noui & veteris testamenti, id est legis, & Prophetarum, & Apostolorum vnū eundemque credat auctorem, & Deum: si diabolus nō p conditionē[a], sed per arbitrium factus sit malus. Quærendum etiam ab eo si credat huius, quam gstaemus, & non alterius carnis, resurrectionem; si credat iudicem futurū, & recepturos singulos pro his, quę in carne gesserūt, vel pœnas, vel pręmia †; si nuptias non prohibeat ‡; si secūda matrimonia non damnet, si carniū perceptionem nō culpet; pœnitentibus reconciliatis communicet, si in baptismate omnia peccata, id est tam illud orig nale cōtractū, quam illa, quæ vo lūtarie admissa sunt, dimittātur[b]: si extra ecclesiam[c] catholicam nullus saluetur. Cum in his omnibus examinatus, fuerit inuētus planè instructus, tūc cū consensu clericorum, & laicorum[d], & conuentu totius p uinciæ episcoporū, maximeque metropol tani vel auctoritate, vel prętentia, ordinetur ep scopus. suscepto in nomine Christi episcopatu. nō suæ delectationi, nec suis motibus, sed his Patrum difinitionibus acquiescat a.

† al. receptione.

† al. gloriam.

‡ al. improbet.

¶ *Caput hoc integrum: extat in ordine Romano, additis ad initium his vocibus,* Statura ecclesiastica, *cui similem titulum toti Chartaginiensi quarto concilio esse prapositum in aliquot vetustis codicibus testantur illi, qui tomos conciliorū ediderūt.*

a ¶ Acquiescat. *post hoc verbum tam in concilio, quàm in ordine (sequitur.* In cuius ordinatione etiam ætas requiratur quā sancti Patres in præeligendis episcopis constituerunt.

Item Isidorus de ecclesiasticis officijs, lib.2.c.2.

¶ Qualis esse debeat clericorum conuersatio.
Cap. III.

3 His igitur lege Patrum cauetur, vt à vulgari vita seclusi à mundo voluptatibus sese abstineāt; nō spectaculis[e], nō pompis intersint; cōuiuia publica fugiāt priuata non tantum pudica[f], sed & sobria colant; vsuris nequaquam incumbant, neque turpium occupationes lucrorum, fraudisque cuiusquam studium appetant; amo

Refertur in concilio Moguntino primo, c.10.

3 Scilicet non ... tur ibi ... siant in ... dica, ... honesta ... di. cō... secundu... Hug.

omni... nię.] Diuites tamen non ſunt abiiciendi cum ...eribus. 30. diſt. hæc autem ſcripſimus.
...tur in ...beneficiis.] Et pro ſacramentis eccleſiaſticis, Q...icuntur medicina; quia ſanant vulnera peccato- ... 1 3. q 6. animæ. Ioan. Fan. dixit in omnibus ſacra- mentis

mica, vt extra de præben. quia intantum. & multitudo onerosa nihil habet honeſti, vt in Auth. de referendariis. in fi. coll. 2. Itē eſt hic arg. contra illos, qui allegant multa. de conſec. diſt. 5. non mediocriter. 24. q. 1 odi, & proieci. nam vtilius eſt pauca effundere, &c. C. de vete. iur. enucle. tanta §. quid autem.

rem pecuniæ [a], quaſi materiem cunctorum criminum fugiant, & ſæcularia officia, negotiaque abiiciant; honoris gradus per ambitiones non ſubeant: pro beneficijs [b] medicinæ Dei, munera non accipiant, dolos, & coniurationes caueant: odium, æmulationem, obtrectationem, atq; inuidiam fugiant: non vagis oculis, non effræni lingua, aut petulanti, fluidoque † geſtu incedant; ſed pudorem, & verecundiam mentis ſimplici habitu, inceſſuque oſtendant: obſcœnitatem etiam verborum ſicut & operum penitus euitent. viduarum, & virginum frequentationem [c] † fugiant; contubernia extranearum fœminarum nullatenus appetant; caſtimoniam quoque inuiolati corporis perpetuo conſeruare ſtudeant: aut certe vnius matrimonij vinculo fœderentur; ſenioribus [d] quoque debitam obedientiam præbeant, neque vllo iactantiæ ſtudio ſemetipſos attollant: poſtremo doctrinę lectionibus, pſalmis, hymnis, canticis, exercitio [e] iugiter † incumbant. Tales enim debent eſſe qui diuinis cultibus ſe mancipandos ſtudent exhibere; ſcilicet, vt dum ſcientiæ operam dant, doctrinæ gratiam populis adminiſtrent.

† al. tumidoque greſſu.

† al. viſitationes frequentiſſimas.

† al. iugo.

Idem Clemens ad Iacobum fratrem Domini, epiſt. 2.

¶Qui dignè ſacramenta tractare non poſſunt, ad miniſterium non eligantur diuinum.

Cap. IIII.

Poly. l. 4. tit. 31.

TAles ad miniſterium eligantur clerici, qui digne poſſint Dominica ſacramenta tractare. Melius eſt enim domini ſacerdoti paucos habere miniſtros, qui poſſint digne opus Dei exercere, quam multos [f] inutiles, qui onus graue [g] ordinatori adducant.

Item ex concilio Carthaginienſi. c. 3. c. 40.

Et in conc. Afri. cap. 17.

¶Si electo in epiſcopum aliqua obijciuntur, quinque vel ſex epiſcopi ad eius purgationem conueniant.

Cap. V.

Poly. l. 2. tit. 8.
Anſ. l. 6. c. 65.
Burch. l. 1. c. 6.
Iuo p. 5. c. 60.

ILlud [h] ſtatuendū eſt, vt quando ad eligendū [i] epiſcopū conueniremus; ſi qua cōtradictio fuerit oborta [k] (qa ſępe talia facta ſunt apud nos) nō pręſumāt ad purgādū [l]

g ¶Graue.] Qui ex certa ſcientia indignū ordinat, aut deponitur, aut priuatur poteſtate ordinādi 1, vt 50. d. ex pœnitentibus. & 51. di. aliquantos.

1 De hac materia legitur, & not. 36 d. qui eccleſiaſticis. & ibi dicam. Arc.

ILlud.] CASVS. Quidam epiſcopi conueniunt ad epiſcopum cōſecrandū: in ſcrutinio cōtradicunt quidā ne conſecreť, & crimina obiicientes, deficiunt in probatione. cogitur clericus ad purgationem ꝓpter infamiā: quærebatur p quot, vel vbi debeat fieri purgatio: reſpon. ꝙ non tantum cum tribus, ſed cum quinq; vel ſex debet ſe purgare, & debet fieri purgatio coram plebe, cui ipſe eſt præferendus, & facta purgatione ordinari debet. Poteſt & alio modo poni caſus. Quidā epiſcopi conuenerunt ad conſecrādum epiſcopum. cōtradicitur ei, non debet ordinari niſi de cauſa cognoſcatur. ſed de cauſa illa cum ſit criminasli, nō debent cognoſcere pauciores q̄ ſex epī, & ſi tres conueniant, addantur tres: ſi quatuor, addantur duo; & tunc ſi accuſator deficiat, ille ſe purget publicè, & poſtea ordinetur.

mentis committi ſimoniam, niſi in matrimonio, ideo forte quia ibi non confertur gratia * Spiritus ſancti, vt 32. q. 2. connubia. ſed in aliis ſacramentis confertur, vt 1. q. 1. quidquid inuiſibilis. Greg. dixit ꝙ ibi committitur ſimonia, cum ſit maius inter ſacramenta, ut dixi 32. q 2. honorantur.

c ¶Frequentationem.] Nota ſolam frequentationem prohiberi ex eo enim, ꝙ frequenter fit, præſumitur, ꝙ male fiat, vt 81. d. clericus, & ſi quiſpiam. & volumus. & 32 d. hoſpitiolum.

d ¶Senioribus.] ideſt, prælatis.

e ¶Exercitio.] inf de conſec. d. 5. nunquam.

TAles] CASVS. Quidam epiſcopi multitudinis ordinandorum pompam quærentes. promouebant indignos, quos Papa reprehendit, dicens, ꝙ melius eſt habere paucos & bonos, quam multos & inutiles; qui graue onus ordinatori afferant.

f ¶Multos.] Multitudo enim aliquos facit magis viles, vt 93. diſtin. legimus, & multitudo eſt canonib. inimica,

h ¶Illud.] Si electo conſecrando obiicitur crimen, non eſt cōſecrandns ante cauſæ examinationem, & ſi prius venerant quatuor epiſcopi ad conſecrationem, adhuc veniant duo: & ſi ante venerant tres, veniant adhuc alii tres ad audiendam cauſam criminis obiecti: & ſm hoc exponas, eligendum, ideſt, conſecrandum 2. & expone, purgandum, ideſt, examinandum. & ita intellige, quòd hic obiiciebatur crimē in modum accuſationis: nam ſi eſſet obiectum in modum exceptionis, non viderentur neceſſarii tot epī, cum cauſa illa poſſet expediri per procuratorem, vt extra de accu. ſuper his. & ſic patet, ꝙ metropolitanus poſſit audire cauſam criminalem epiſcopi, licet non poſſit eum deponere: tamen requiritur præſentia plurium epiſcoporum. Alii intelligunt tantum de eo qui tenetur ſe purgare. Dic vt 3. q. 6. c. quamuis. & c. accuſatus.

i ¶Ad eligendum.] ideſt, conſecrandum.

K ¶Oborta] ideſt, quod obiicitur crimen ei.

l ¶Ad purgandum.] ideſt, examinandum.

2 Sub. & ſic tenetur. ſic impropríe exponit eligere, i. cōfirmare. 7 q. 1. remoto & eligere. i. cōſecrare. 8 q. 1. epiſcopo. in fi. ſecundum Hug & Io. de Fan.

a ¶Tres.] Qui soli possent consecrare eum: sed ipsi non possunt audire causam criminalem.
b ¶Tm.] Scilicet accedere. alias est in textu, accedere.
c ¶Et in eadem.] Ibi enim melius potest inquiri de crimine, vbi aliquis conuersatus est, vt 24. q. 1. pudenda. ext. de elec post quā.

iure communi: & sic hoc non esset, habeo e[...] vt extra de præscrip. veniens Itē not. ꝙ plus [...] lis cautio quam generalis, vt hic, & ff. si quis [...] & si. §. quæsitum. Item & plus specialis conf[...] quam generalis. extra de confirmatio. bonæ. Itē & specialis

Speciali[...] [...] fit gen[...] ralitat[...] ferenda,

d ¶Plebe.] Not. arg. ꝙ laici admittuntur ad accusandum electū, vt sup. ea. q episcopus. in fi 61. dist. studii. 63 dist. vota. nā eps debet habēre bonū testimoniū ab his qui foris sūt, vt 8. q. 1. licet. & de cōsec. d. 1. iubemus. Item quia interest ipsorum, vt extra de rest. ca. de cætero. & arg. ad hoc extra de testi. ex parte Adæ. & in Authē. de san. epi. §. si quis autem. coll. 9. & est argu. ad hoc 81. d. Maximianus arg contra 28. d. consulendū. vbi etiā ad denūciationē nō admittuntur laici, si malo zelo ducātur. Itē, si ideo dicis admittēdos laicos, qa ipsorū interest, ergo siue sint bonæ famæ siue malæ, admittuntur, quia nullus remouetur ab accusatione, qui suam iniuriam prosequitur, vt 4. q. 6. omnibus ma le ergo dicit decretū, ꝙ laici infames non admittuntur ad accusationem clericorum 1, vt 2. q. 7. accusatio Pōt hic dici, ꝙ hic loquitur cū ciuiliter agit. & in eo casu quilibet admittitur, etiam fœmina, ut extra de test. tam literis. Si quæris quare, ergo tot epī conuocantur cum ciuiliter agitur? Respon. quia agitur de crimine, licet non criminaliter. Vnde oportet etiam inscribi ad pœnam extraordinariam, vt extra de accu. super his. Et est argu ad hoc. q. 3. q 6. hęc quippe. vbi xij episcopi requiruntur, & tamen ibi ciuiliter agitur, vt videtur.

1 Prętera ex hoc sequeretur, ꝙ siue iste electus malæ famæ fuerit, siue non: semper admittūtur laici p illud ca. omnibus quod tamen falsum est. 2. q. 1. in primis. ver. nn. Io. de Fan.

2 Scilicet cō tra promittentem. & dic, solet enim, &c. q. d. ad cautelam fit: hic enim non magis teneturi si specialiter promittatur, qua si generaliter: & quod dicit glos. ex priuilegio, d. [...] iure speciali, scilicet ex sua pro [...]sione. Archid.

eum, qui ordinandus est, tres [a] tantum † [b]; sed postulentur ad numerum supradictorum duo, vel tres, & in eadem [c] plebe [d], cui ordinandus est, discutiantur primo personę contradicentiū: postremo illa ēt, quę obijciuntur [e], pertractētur & cum purgatus fuerit [f] sub conspectu publico, ita demum ordinetur. Si hoc cum vestræ sanctitatis aīo concordat, roboretur vestræ dignitatis † responsione. Ab vniuersis episcopis dictum est; Satis placet.

† al. tantum accedere.

† al. dignationis.

Item ex concilio Toletano x. c. 10.

¶Vota suæ promissionis spondeant, quos ecclesiastica promouet disciplina. Cap. VI.

Ans. l. [7. c. 88.

QVamquam omnes, qui sacris [g] mancipiantur, ordinib. canonicis regulis teneantur adstricti; expedibile [h] tamen est, vt promissionis suæ vota sub cautione [i] spondeant, quos ad promotionis gradus ecclesiastica probat † disciplina. Solet enim plus [k] timeri quod singulariter pollicetur, quam quod generali sponsione concluditur. Et ideo placuit huic sancto cōcilio, vt vnusquisque, qui ad ecclesiasticos gradus est adscensurus; non ante honoris consecrationem accipiat, quam placiti † [l] sui adnotatione [m] promittat, vt fidem [n] catholicam sincera cordis deuotione custodiens, iuste & pie viuere debeat, & in nullis operibus suis canonicis regulis contradicat; atque vt debitum per omnia honorem, atque obsequij reuerentiam præeminenti sibi vnusquisque dependat, iuxta illud beati Leonis Papæ edictum: [Qui se scit aliquibus esse præpositum, non moleste ferat aliquem sibi esse prælatum: sed obedientiam, quam exigit, etiam ipse dependat.] Pœna etiam † iuxta ecclesiasticæ consuetudinis morem, & placitis talium

† al. prouehit.

† al. placita sibi.

Epist. 82. ad Anastasium Thess. episcopum.

† al. tamen] orig.

e ¶Illa quæ obiiciuntur.] Si sint grauiora, vel non.
f ¶Et cum purgatus fuerit.] Idest, iudicatus innocens.

QVamquam.] CASVS. Quæsitum fuit in concilio Toleta. an clerici qui promouentur ad ordines, & prælaturas promittere debeant suis maioribus viuere iuxta fidem catholicam, & eis reuerentiam & obedientiam præstare. & respondet, ꝙ quamuis ad hoc teneantur generaliter tñ ab eis hoc exigitur expresse: Solet n. plus timeri, &c. & qui contra hoc promissum venerit, iuxta consuetudinem, pœnam persoluat.

g ¶Sacris.] idest, ecclesiasticis.
h ¶Expedibile.] idest, iustum.
i ¶Cautione.] Scilicet iuratoria.
K ¶Plus] Si ergo aliquis iure communi se potest tueri z, & priuilegio. 87. dist. quisquis & extra de rescript. c. 1. arg contra de fid. instr. inter. vbi dicitur, ꝙ idem non potest dari & confirmari. Itē arg. contra. C. de thesau l. vnica. de hoc plura arg. inuenies 100. d. contra morem. Sed ita dicat consilio meo. si quæratur ab eo; hoc habeo de cialis appellatio quam generalis, vt extra de appell. super eo. & specialis delegatio quā generalis, vt extra de rescr. ad hoc. & specialis subscriptio quā gñalis. ff. ad l. Cornel. de fal. diuus. i. respon. & speciale mandatum, vt extra de rescript. c. 1. & melius cap. pastoralis. alias tamen plus valet generalis correctio, quam specialis, quando multitudo est in causa 23. q. 4. non potest. & generalis petitio, vt 13. q. 2. non æstimemus, & generalis quæstio. ff. de quæstio l. 1. §. qui quæstionem.
l ¶Placiti] idest, pacti.
m ¶Adnotatione,] idest, scriptura.
n ¶Vt fidem.] Not ꝙ quilibet clericus suo p̄lato præstabit obedientiam, vt infra de consecr. dist. 5. in omnibus, & not. quòd præstat electus suo maiori iuramentū de fide & canonib. seruandis, vt hic. de indemnitate rerum ecclesiæ seruanda, vt 28. d. de Syracusanæ de immoderata exactione non facienda. 10. q. vlt. c. 1, in fin. Item de fidelitate. extra de iureiuran. ego N. Item de pensionibus debitis soluendis. arg. extra de nou. oper. nuncia. cum ex iniuncto. extra de elect. qualiter. Item de pensionib. non augendis. arg. extra de iu tua. Item suspectus de inobedientia, iuramentum præstat de obedientia seruan. extra de maiorita. & obed. cum in ecclesiis: in fine: Nec obstat. contrarium extra de maiori. & obedien. legebatur. quia ibi loquitur de iam promoto, & non suspecto.

Electus superio[...] multa [...] iuramē[...] mittit.

a ¶Trans-

omnes transgressores.] Hic habes, quod clericus se põt (Clericus pena se pot obligare.) tur ... sub pena spirituali. & pecuniaria, ad spiritua Q ham se potest obligare, scilicet ad penam depo ... s vel anathematis, vt 1.q 7.quoties. de consec. dist. ... ego Berengarius. extra de elect. cum dilectus, in fin.

DE HINC. Supra ostensum est, de electione, & ordinatione Papæ, & de examinatione eporum, & quales esse debeant epi, & alij clerici. Nunc vero ostendit qualiter debeat fieri ordinatio primo epi, & postea ceterorũ. E Piscopus.] CASVS. Quando ordinatur episcopus,

† al. inferenda.

inferenda † & ab ijs, qui transgressores [a] fuerint, persoluenda est:

Ordo Romanus pag. 100. Polyc. l. 2. tit. 9. Ansel. l. 6. c. 49. al. 55. Iuo p. 5. c. 124. Pann. 3. c. 33.

De hinc disponitur, qualiter ecclesiastica officia ordinantur, in concilio Carthag. 4. c. 2.

¶ Qualiter ordinetur episcopus. Cap. VII.

EPiscopus, cum ordinetur, duo episcopi ponant, & teneant Euangeliorum codicem [b] super caput, & ceruicem eius; & vnus super eum fundendo benedictionem, reliqui omnes episcopi, qui adsunt, manibus suis caput eius tangant.

Ex eo. concilio c. 3. Poly. 2. tit. 32. Ansel. l. 7. c. 53. Iuo par. 6. 12. Pann. l. 3. c. 18.

¶ Qualiter ordinetur presbyter. Cap. VIII.

PResbyter cum ordinatur, episcopo eum benedicente, & manum super caput eius tenente, etiam omnes presbyteri qui præsentes, sunt manus suas iuxta manum episcopi super caput illius teneant. Sicut autem in die suæ ordinationis sacerdos orario vtroque humero ambitur; ita tempore consecrationis eodem orario debet vti instanter.

Vnde in concilio Bracarensi 3. c. 3. legitur.

¶ Quod quisque accipit tempore consecrationis ferat tempore oblationis. Cap. IX.

ECclesiastica, & antiqua institutione præfixum nouimus, vt omnis sacerdos cum ordinatur orario [c] vtroq. humero ambiatur, scilicet vt qui imperturbatus præcipitur consistere inter prospera & aduersa, virtutum semper ornamẽto vtroque circumseptus appareat humero. Qua ergo ratione tempore sacrificij non assumit quod se in sacramento accepisse non dubitat? Proinde modis omnib. conuenit, vt quòd quisque percepit in consecratione honoris, hoc retineat & in oblatione, vel perceptione suæ salutis; scilicet, vt cum sacerdos ad solennia missarum accedit, aut per se Deo sacrificium oblaturus, ac sacramentum corporis [d] & sanguinis Domini nostri Iesu Christi sumpturus, non aliter accedat, quam orario vtroque humero circumseptus, sicut & tempore ordinationis suæ dignoscitur consecratus, ita vt de vno eodemque orario ceruicem [e] pariter, & vtrunque humerum premens signum in suo pectore præparet † crucis. Si quis autem aliter egerit, excommunicationi debitę subiaceat.

† præferat.] manuscr.

4 *Dalmaticis autem nec episcopis, nec diaconis absque Apostolica licentia vti permittitur.*

Vnde Gregorius Aregio episcopo Francorum. lib. 7. epist. 111.

duo episcopi debent tenere librum Euangeliorum super caput ordinandi, tertius super eum fundat benedictionem: reliqui episcopi, qui adsunt, caput eius tangant.

¶ Casus sequentis c. & §. p se planus est

b ¶ Codicem.] Consueuit queri, an quilibet istorum episcoporum ordinet episcopum, & an appositio libri sit de substantia consecrationis; & potest dici, quod nullus solus eum ordinat: sed quilibet eorum con secrat eum: quia consecrare est cum alio sacrare, vt 24. q. 1. pudenda. sicut plures ferũt trabem ita quod nullus per se ff. ad legẽ Aquil. ita vulnerat. §. 1. nõ autem credo q̃ liber sit de substantia cõsecrationis. (Episcopus solus consecrare nõ potest episcopum. Consecrare quid est.)

E Cclesiastica.] CASVS quidã episcopi vel sacerdotes cũ cãtabant Missam, non habebant orarium, id est, stolam, quęsitum fuit in concilio Bracharen. quid iuris esset? Et respondet q̃ sicut in die suæ ordinationis habuerunt orarium, sic cum Missam cantant orariũ teneãt, quod vtriq; humero attribuat; & qui aliter fecerit, debet excõmunicari. Sequens §. patet.

c ¶ Orario. id est, stola.

d ¶ Corporis. 2 [Mo. q̃ si in ægritudine sumit sacerdos Eucharistiam, circumdabit stola vtrumq; humerum. (2 Consecrationis Eucharistię. Hug.)

e ¶ Ceruicem.] Si sacerdos legit Euãgelium, nunquid vtetur stola secundum q̃d diaconus? Arg. q̃ sic, vt 93. dist. præcipimus. & 94. dist. c. 1 & 2. Potius credo sequendam consuetudinem, vt 12. dist. scit. maximè de his, quæ breuiter sunt edita, ff de ventre inspicien. l. 1. §. vlt. 3. (3 Lu. & Hu. dicunt hoc non ci-)

DALMATICIS., Hæc est quarta pars vbi querit quid iuris de dalmaticis. Ioan. de Fan. & ...

fin. similiter ad pecuniariam pœnã se potest obligare. 2 ... 5. si quis cuiuslibet extra de arbit cum dilecti 1. Sed nunquid pęna soluta potest agi ad obedientiam, vel ad id quod promissum est sub pęna, vel an sufficiat tantum pęna esse contentum? De hoc dic, vt no. 35. q. 2. quęcunque. (1 De hoc ... am no ... quis ps- ter.)

se in iure determinatū & ideo statur cōsuetudini, alias credit verū esse qđ contra prox. dictum est, scilicet ꝙ debet stolam habere vt diaconus, Scripsit etiā Laurentius sub diacono: stolā quā portat in manu sinistra consuetudine reperitur, non iure.

Communis filius. CASVS. Episcopi & archidiaconi olim dalmaticis non vtebantur nisi Papæ eis concederet specialiter quare Aregius episcopus supplicauit Papæ per Petrum diaconū, vt cōcederet sibi, & archidiacono suo vsum dalmaticarum: sed tunc temporis Papa non concessit; quia Petrus nuncius epi cito recessit propter infirmitatē suorum hominum, & quia Papa multis implicitus negotijs erat illud nouum subito & inconsulte sibi concedere non potuit: nunc vero concedit eis priuilegiū vtendi dalmaticis, & eas per Cyriacum abbatem sibi transmittit. Quod sequitur planū est vsque ad capitulū, ꝑterea.

a ¶ Communis filius.] Ille diaconus.

b ¶ Suorum infirmitate] Nota quod ꝑpter infirmitatē suorum potest aliqs se excusare, sicut propter timorem suorū, vt extra de appe. ex parte. Item nota ꝙ propter intemperiem loci aliquis excusatur, vt hic, & 74. distin. quondam Argu. cōtra extra. de dolo & contumac. cum dilecti. in fi. Ioan.

Loci intemperies excusat.

c ¶ Nouū. & Not ꝙ ea q̄ de nouo petunt non sine magna deliberatione cōcedūtur, vt hic, & 16. q. 1. in parochia. maxime à Romana ecclesia, q̄ oīa cū magna maturitate solet tractare, vt 35. q. 9. apostolicæ. quia in rebus nouis constituēdis euidēs debet esse vtilitas, vt est ff. de cōstitut. principū. reb. hodie vero diaconi indistinctè vtūtur dalmatica. vt 11. q. 3. eps aut ꝑsbyter 76 d. 1. de ieiunio.

1 Hoc cap. nō videtur hoc probare: quoniā ibi habetur de alba sic. 93. dist. diaconus in cōuentu. sed Hug & Lau. intelligunt albam idest dalmaticā. Sic etiam exponitur in præcedenti ca. diaconus.

d Diaconus dum ordinatur, solus episcopus. Sacerdoti autem imponunt manus omnes presbyteri astantes, vt supra ca. presbyter.

QVÆRITVR. Hæc est quinta pars dist. vbi quæritur, vtrum sacerdotes vngantur oleo vel chrismate, & respōdetur quod oleo tantum Ioan. de Fan.

Præterea.] CASVS. Bituricen. archiepiscopus quæsiuit a Papa, an manus presbyteri tantum debeant vngi chrismate: an etiam presbyteris & diaconis, quando ordinantur? & respondit Papa, ꝙ neutris debet hoc fieri; sed transmittit eum ad decreta Innoc. ubi in prima pagina ad Decentium episcopum missa inueniet quæ sunt in consecrationibus obseruanda.

e ¶ Chrismatis.] Manus sacerdotis inunguntur oleo similiter inungitur & brachium siue humeris: sed & manus & caput epi inungitur chrismate extra de sacra vnc. cum venisset in fin. cont. ... assignatur 16. q. 1. §. ecce sufficienter. vbi d... sacerdotis sicut manus episcopi consecrantur: sed vtrum est,

est, ꝙ consecrantur oleo, sed non chrismate 2. vt dixi. ff. autem aliquis est vnctus oleo pro chrismate vel econuerso: nihilominus ordinatus est: sed suppleri debet id quod omissum est, vt extra de sacra. non ite. pastoralis.

f ¶ Fallat.] Non ergo Papa habet omnia iura in pectore suo 3. vnde etiam Vrbanus dicit, quod non reperitur prohibitum quin vir & vxor simul possint suscipere puerum, vt 30, q. 4 quod autem. & tamen antecessor huius Leo illud prohibuerat de consecra. distin 4. non plures. & hoc concedo Quod autem dicitur quod Papa habet omnia iura in pectore suo 4 vt C. de testi. omnium. verum est per interpretationem: quia omnia

¶ Absque Apostolica licentia Dalmaticis nec episcopis, nec diaconis vti licet. Cap. X.

Communis filius [a] Petrus Diaconus nobis innotuit, quòd fraternitas vestra tempore, quo hic fuit popoicerit, vt sibi & archidiacono suo vtendi dalmaticis licentiam præberemus. Sed quia ita hominum suorum infirmitate [b] cōpulsus festinanter abscessit, vt nec ipse mœror incumbens diutius. (vt dignum erat, & res desiderata poscebat) sineret permanere, & nos in multis implicitos, ecclesiasticæ rationis consideratio nouum [c] hoc inconsulte, & subito nō permitteret indulgere; idcirco postulatę rei prolongatus effectus est. Nunc vero charitatis tuæ bona reuocantes ad animum, huius auctoritatis nostrę serie, petita concedimus, atque te, & archidiaconum tuum dalmaticarum vsu decorandos esse concessimus, easdemque dalmaticas dilectissimo filio nostro Cyriaco abbate deferente transmisimus.

Ans. l. 6. c. 88. al. 96.

¶ Qualiter ordinetur Diaconus. Cap. XI.

Diaconus dum ordinatur, solus episcopus [d], qui eum benedicit manum super caput illius ponat; quia nō ad sacerdotium sed ad ministerium consecratur.

Ex conc. Carth. 4. c. 4. ordo Romanus par. 91. col. 1. Poly l. 2. tit. 32. Anscl. l. 7. c. 52. al. 60 Iuo par. 6. c. 13. Pann. l. 3. c. 34.

¶ *Quæritur autem, an post benedictionem manus presbyterorum, & diaconorum chrismatis liquore debeant perungi.*

De his ita scribit Nicolaus Papa Radulpho archiepiscopo Bituricensi.

¶ Nec presbyteris nec diaconis in consecratione; chrismate manus perungere licet. Cap. XII.

Præterea sciscitaris, vtrū solis presbyteris, an & diaconis debeant, cum ordinantur, manus chrismatis [e] liquore perungi. Quod in sancta hac Romana ecclesia, cui Deo auctore deseruimus, neutris agitur. Sed & quia sit à nouæ legis ministris actum, nusquam (nisi nos fallat [f] obliuio) legimus. Ergo B. Innocentij Papæ canonica decreta ad sanctitatem tuam transmittimus, & quæ tibi sint in consecrationibus, & ordinibus † obseruanda, principia paginæ ad decentium Eugubinum episcopum missæ te affatim † edocebunt.

Iuo p. 6. c. 121. Inno. PP. 2. ep. 1. † *al. ordinationibus.* † Adde de hac dictione affatim, dot. in c. vni. in gl. super ver. affatim, extra de reli. domi. lib. 6. & per Archi. hic.

2 Vnde hic dic... chrismat... sol. con... rium qu... iu contra... dicit de... ctione... secundu... Lau.

3 Hoc ... vr proc... re hic... hic nō ... obliuio... ris sed... plorum... cundū...

4 Ad h... cit l. pe... his q ... dig. q... tamen ... vel Im... tor ... in iure, ... 3. §. fi. ... gl ff d ... leg. ... Bal. in ... scriptio... col. 6 ... contra... vel vti... bli.

omnia interpretari potest. nam & quandoque impeditur minori intelligentia, vt extra de censi cu instantia.

QVorundam.] CASVS. Vnus in presbyterum, duo in leuitas promoueri volebant: episcopus autem cū pateretur iniquitatem oculorum, manum super caput ordi-

& de ordinatis. & respondet, vt episcopus qui defunctus est, relinquatur diuino examini: ordinati uero careant ordine, quem peruersè acquisiuerunt.

¶Casus autem alij qui sequuntur vsq; in fi. distin. plani sunt. & per te facile videbis.

PALEA Cap. XIII.

Ex conc Hispalen. 2. cap. 5. Burch. l. 1. c. 3. Iuo par. 5. cap. 113. & par. 6. c. 102.

EX a epistola simplicij Papæ Seuero, & Florentino episcopis directa. Ad cognitionem nostri examinis, Gabrenensis diaconi relatu, peruenit de quibusdā ipsius ecclesiæ clericis, quorum cum unus ad presbyteriū, duo ad leuitarum ministeriū consecrarentur, episcopus eorum, oculorum dolore detentus fertur manum suam super eos tantum posuisse, & presbyter quidam illis cōtra ecclesiasticum ordinem benedictionem dedisse: qui propter tātam præsumptionis audaciam poterat accusatus iudicio præsenti dānari, si adhuc in corpore positus, non fuisset mortis vocatione præuentus. Sed quia iā ille examini diuino relictus, humano iudicio accusari non pōt, ij, qui superfunt, & ab eo nō consecrationis titulum, sed ignominiæ potius elogiū acceperunt, ne sibi licentiā talis vltra vsurpatio faciat, decreuimus, vt à gradu sacerdotalis, vel leuitici ordinis, quem peruersè adepti sunt, depositi æquo iudicio abijciantur. Tales enim merito iudicati sunt remouendi; quia prauè inuenti sunt constituti.

a ¶Ex epistola.] *Hac palea in nullo manuscripto exemplari est inuenta. Burchardus & Iuo ante hoc caput, quod incipit,* Ad cognitionem, *referunt aliud quoddam caput, quod incipit,* Relatio, *ex epistola* Simplicij *missa* Equitio Florentio, (*siue Florentino*) *& Seuero episcopis. Quamobrem inde potest huc esse translatus titulus. Caterum caput hoc a Burchardo citatur ex concilio Bragga; & Iuone in quinta quidem parte, c. 213. ex Carthaginiensi, in sexta uero, c. 102. ex Hispalensi 2. c. 5. quo ēt loco extat & sequens caput,* Quorundam *est quasi huius summa.*

Item quæritur, an eorum ordinatio sit rata habenda, quibus episcopus oculorū languore detentus manus imponit & presbyter super eos orationem dicit.

De his ita statutum est in concilio Toletano.

In concil. Hispalen. 2. c. 5.

¶Et ordinator & ordinatus damnationis subeat pęnam, cum episcopus manum imponit, & alius orationem dicit. Cap. XIIII.

QVorundam clericorum, dum vnus ad presbyteriū, duo ad leuitarum ministeriū sacrarentur, episcopus oculorum dolore detentus, fertur, manum suā super eos imposuisse [a] tantum, & presbyter quidam illis cōtra ecclesiasticum ordinem benedictionem dedisse. Sed quia iā ille examini diuino relictus, humano iudicio accusari nō potest [b]; ij, qui supersunt, gradum sacerdotij, vel leuitici ordinis, quem peruersè adepti sunt, amittant [c].

Item ex concilio Carthagin. 4. c. 5.

Ordo Romanus pag. 91. Romanus de instit. cler. l. 1. c. 8.

6 S ¶Qualiter subdiaconus ordinetur. Cap. XV.

SVbdiaconus, cum ordinatur, quia ma-

a Imposuisse.] Hic habes ꝙ duo imperfecta sacramenta nō constituunt vnum perfectum 1. & hoc ideo quia sacramenta sunt vnitatis. de consec. distin. 2. quia passus, & vnitas diuisionē nō recipit. 24. q. 1 loquitur 2. Idē dico in sacramento baptismi & eucharistiæ, & in omnibus illis vbi certa forma desideratū, ꝙ duo imperfecta non faciunt vnū perfectū. Idē est in excusatione tutorum, ꝙ duæ imperfectę excusationes nō faciunt vnā perfectam, vt C. qui numero tutela. l. 1. Idē est in stipulatione, qa illa nō diuiditū ff. de verb. obl. l. 1. & l. cōtinuus. Sed sacramentum solennitatis (vt est Missa) bene diuiditur: & ibi duo imperfecta faciunt vnum perfectū, vt 7. q. 1. nihil.

1 Arg. cōtra 16. q. 3. §. p̄scriptionū ver. ꝙ si ab eo. ubi. de hoc in glo. ar. aliqua, &c.

2 Adde gl. huic cōtrari. in ca. nihil. in verb. presbytero. inf. 7. q. 1. & concor. eas. ut ibi.

b ¶Non pōt.] Quia crimina morte extinguunt, & nullus post mortem potest accusari, vt 24. q. 2. c. 1. ff de bonis eorum qui ante sententiam mortem sibi consci. l. ult. & 23. q. 2. admonere, nisi in crimine hęresis, vt 24. q. 2. sane 2. vel si aliquis hæreticos īstituit hęredes, vt extra de hære. si qs ep̄s, vel si in notorio crimine decessit, vt 8. d neque. prout consueuit notari 24. q. 2. in sūma.

Defunctus de quibusdā criminibus potest accusari.

c ¶Amittāt.] Et tamen nunquā eū receperunt: & ita aliquis dicit amittere quod nunquam habuit, vt 5. q 6. qa. 23. q. 4. Guilisarius.

ADDITIO. Ad idē 17. dist. concilia ubi de hoc. Archid.

SVbdiacon⁹.] Hæc est sexta pars dis. in qua ꝓbat ꝑ xvij. ca. qualiter minores ordinātur. Io. de Fā. & P. Ab hoc loco usque ad finem distinctionis pone casum, quia litera plana est.

ordinandorum imposuit, & presbyter quidam orationem dixit: quærebatur quid deberet fieri de episcopo,

a ¶Quia manus.] Scilicet consecratoriam, seu ordinatoriam accipit.
b ¶Impositionem.] Verum est, q non imponitur manus super caput t. subdiaconi sicut super caput diaconi vel sacerdotis. sed imponitur manus super ipsum secundum quòd impositio manus idem est, q ordinatio: & sic non obstat contrarium 79. dist. quoniam. ubi dicitur, q etiã lectori manus imponit. dist. perlectis. vbi dr, q collatio illorum ordinum spectat ad epm: sed illud verum est de solemni ordine.
l ¶Debet.] Parum. Nam magnitudo coronæ est signũ conuersionis, vt extra de success. ab intest. cum dilectus in parte decisa. duodecim. 1. q. 1. duo.

1 Hic videas qd legitur, & no. 5. 6. quia. 1. responso.

nus [a] impositionem [b] non accipit, patenam de manu episcopi accipiat vacuam, & calicem vacuum: de manu vero archidiaconi accipiat vrceolum cum aqua †, mantile, & manutergium.

a ¶Pro- Isidorus lib. 2. offic. cap. 10. Poly. l. 2. tit. 32. Ansel. l. 7. c. 58. Iuo p. 6. c. 14. Pann. l. 3. c. 35.

† *al. aqua manili.*

Archid. Corona nõ debet esse magna.

Item ex eodem concilio, c. 6.

¶Qualiter acolythus ordinetur. Cap. XVI.

Acolythus cum ordinatur, ab episcopo quidem doceatur, qualiter in officio suo agere debeat: sed ab archidiacono accipiat ceroferarium [c] cum cereo, vt sciat se ad accendenda [d] ecclesiæ luminaria mãcipari: accipiat & vrceolum [e] vacuum ad suggerendum vinum in Eucharistiam [f] sanguinis Christi.

Poly. ibidem. Ansel. li. 7. c. 58. Iuo p. 6. c. 15. Pann. l. 3. c. 35.

Item ex eodem c. 7.

¶Qualiter exorcista ordinetur. Cap. XVII.

Exorcista cum ordinatur, accipiat de manu episcopi libellum, in quo scripti sunt exorcismi, dicente sibi episcopo:] Accipe & commenda memoriẹ, & habeto potestatem imponendi manus super energumenum, [g] siue baptizatum, siue cathecumenum.

Poli. l. 2. tit. 32. Ansel. lib. 7. c. 57. Iuo p. 6. c. 16. Pann. li. 3. c. 27.

Item ex eod. concilio, c. 8.

¶Qualiter lector ordinetur. Cap. XVIII.

Lector cum ordinatur, faciat, de illo episcopus verbũ ad plebem, indicans eius fidem, ac vitam, atq; ingenium: post hæc, spectante [h] plebe tradat ei codicem, de quo lecturus est, dicens ad eum: [Accipe, & esto relator† verbi Dei, habiturus, si fideliter & vtiliter impleueris officium partẽ cum eis: qui uerbum Dei ministrauerint †.]

Poly. ibidem. Ansel. li. 7. c. 55. Iuo par. 6. c. 17. Pann. li. 3. c. 38.
† *al. lector.*
† *bene administrauerunt*]

Item ex eodem, c. 9:

¶Qualiter ostiarius ordinetur. Cap. XIX.

Ostiarius cum ordinatur, postquam ab archidiacono instructus fuerit, qualiter in domo Dei debeat conuersari ad suggestionẽ archidiaconi tradat ei episcopus claues [i] ecclesiæ de altario, dicens: [Sic age, quasi redditurus Deo rationem pro his rebus, quæ his clauibus recluduntur.]

Poly. ibidem. Ansl. li. 7. c. 54. Iuo p. 6. c. 18. Pann. li. 3. c. 39.

Item ex eodem concilio, cap. 10.

¶Qualiter psalmista ordinetur. Cap. XX.

Psalmista, id est cantor, potest absq; licentia episcopi, sola [k] iussione presbyteri officium suscipere cãtandi, dicente sibi presbytero: [Vide, vt quod ore cantas, corde credas; & quod ore credis, operibus comprobes.]

Poly ibidem. Ansel. li. 6. c. 53. Iuo p. 9. c. 19. Pann. lib. 3. c. 40.

Clerici comam nutrire prohibentur, quorum caput desuper in modum sphæræ rasum esse debet.

Vnde Anicetus Papa episcopis Galliæ.

c Acolythus.] Ceroferarium.] id est, candelabrum.
d ¶Ad accẽdenda.] Nõ in lampadibus, sed cum legitur Euãgelium, vt 21. dist. cleros.
e ¶Vrceolum.] Ad vinum.
f ¶Eucharistiam.] id est, calicem.
g Exorcista cum.] ¶Super energumenum. Energumeni dicuntur lunatici & obsessi à dæmonibus: ab eo, q est in: & erge, q est labor: & mene, quòd est defectus: q est quasi in opere deficiens. Archid.

Energumeni.

h Lector.] Spectãte.] 67. dis. reliqui cõtra, vbi dr, q eps minores ordines potest conferre sub testimonio triũ. Sed hic loquitur de ignotis.
i Ostiarius.] ¶Claues.] Vt eijciat excõmunicatos. & infideles 2 vt 21. dis. c. 1. in fi.

2 Et recipiat fideles. Arc.

K Psalmista.] ¶Sola.] De abbatibus. 3. nõ dubitatur & choriepiscopi, q minores ordines cõferant, inf. 68. distin. quamuis & 69. dist. qm. similiter eps, q renunciauit episcopatui. extra de eo q renun. epi. requisiuit. Sed qualiter sacerdotes conferunt ordinem primum, cum ordinari nemo possit sine titulo, vt 70 distin. c. 1. & solus eps titulum confert, vt 26. q. 7. c. nullus. & ext. de offic. archidia. cum satis. Sed hoc uerũ est de maiorib ordinibus. Vel dic q possunt assignare titulũ, sed nõ curã animarum. Signatur contrariũ 25.

3 Scilicet benedictis: aliàs non est uerũ q minores conferant, vt dicã in hoc cap. qm. hic alle. Archid.

a PRohibere.] Iuxta Apostolum. In epistola ad Corinthios dicitur 1 Vir si comam nutrit, ignominia est ei. mulier si coman nutrit, gloria est ei.
b ¶ sphæræ.] inf. 12. q. 1. duo.

CLerici.] Etiam vxorati, vt extra de vi. & hon. cler. clericus. 32 di. si quis vero: sed illud potest intelligi si vult gaudere priuilegio clericali, aliàs secus, vt 84. dist. quisquis. Ioan. Ego dico, quod clericus coniugatus non potest gaudere priuilegio clericali: nec debet ferre tõsuram cũ hoc faceret in vituperium ordinis clericalis, vt extra de cler. coniug. c. Ioannes Bar.
ADDITIO. Adhoc plene notatur 50. d. ca. vl. 20. q. 3. eos. & 32. d. si qui. Arch.

¶Clerici comam nutrire prohibentur. Cap. XXI.

Iuo p. 6. c. 46.

PRohibete fratres per vniuersas regionum vestrarum ecclesias, vt clerici iuxta Apostolum[u] comam non nutriant, sed desuper caput in modum sphæræ[b] radant.

Item ex concilio Agathensi, c. 20.

¶De eodem. Cap. XXII.

Iuo cõcot. p. 6. c. 265 & 378.

CLerici[c], qui comam nutriunt, ab archidiacono etiã si noluerint inuiti detondeantur. Vestimenta etiã, vel calceamenta eis, nisi quæ religionem[d] deceant, vti, aut habere non liceat.

Item Gregorius ii. in concilio Romæ habito in Basilica sancti Petri, c. 17.

De eodem. Cap. XXIII.

Extra de vit. & ho. cle. c. si quis.

SI quis ex clericis relaxauerit comam[e], sit anathema[f].

Item ex concilio Carthag. 4. c. 11.

¶Quibus vestibus monialis sit induenda, cum consecratur. Cap. XXIV.

Poly. l. 4. tit. 35
Burc. l. 8. c. 23.
Iuo p. 7. c. 43.
† al. sui.

SAnctimonialis virgo, cum ad consecrationẽ suo † episcopo offertur, in talibus vestibus applicetur, qualib. semper[g] vsura est, professioni, & sanctimoniæ aptis.

Vasa quoque sacrata, & vestimenta altaris mulieres Deo dedicata contingere, & incensum circa altaria deferre prohibentur.

Vnde Soter Papa omnibus episcopis Italiæ. epist. 2.

¶Vestimenta altaris, & vasa sacrata mulieres tangere prohibentur. Cap. XXV.

Poly. 3. tit. 9.
Ans. l. 7. c. 240.
Bur. l. 3. c. 215.
Iuo p. 2. c. 72. & p. 3 c. 265.

SAcratas Deo fœminas, vel monachas[h] sacra vasa, vel sacratas pallas[i] penes vos contingere, & incensum circa altaria deferre perlatum est ad apostolicam sedem: quæ omnia reprehensione plena esse, & vituperatione, nulli recte sapientum dubium est. Quamobrem huius sanctæ sedis auctoritate hæc omnia vobis resecare funditus quanto citius poteritis, censemus. Et ne pestis[k] hæc latius diuulgetur, per omnes prouincias abstergi citissime mandamus.

Item ex concilio Laodicensi, c. 21.

¶Sacrarium subdiaconus ingredi non licet. Cap. XXVI.

Ans. l. 7. c. 90.
Iuo p. 3. c. 105.

NOn oportet subdiaconos licentiam habere in sacrarium[l], siue secretarium (quod Græci diaconium[m] appellant) ingredi, & contingere vasa Dominica.

Item ex eodem, c. 22.

¶De eodem. Cap. XXVII.

Ans. l. 7 c. 88.

MInistrum[n] non oportet vti orarijs, nec hostias derelinquere[o].

d ¶ Religionem.] Alioquin perdit priuilegium clericale. extra de vit. & hon. cler. cap. vlt. extra de sen. excom in audiẽtia. De habitu clericorum plene habes 21. q. 4. in summa.
e SI quis.] ¶ Comam, vel barbam, vt extra de vi. & hon. cler. c. 5.
f ¶ Sit anathema.] videtur ergo, quod omnis apostata sit excommunicatus, vt extra de apost. ca. 1. & infamis est 3. q. 4. quis a vero † 6. q. 1. infames, quod non concedo 2 & expone sit, idest, fiat: nam & monachus in apostasia potest recipere ordinem, vt extra de temp. ord. ex parte. & Innoc. dicit, quod admoneri dẽt prius quam suspendatur, vt extra de sent. excom. sacro.
g SAnctimonialis] ¶ Semper 3. & ẽi in lecto, & ĩ infirmitate vt 20 q. 2. vidua
h SAcratas] ¶ Monachas.] non sacratas
i ¶ Saeratas pallas.] scilicet corporalia.
K ¶ Et ne pestis.] Sic sup. 8. d. male.
NOn oportet subdiaconos.]
l ¶ Sacrarium.] idest, altare: ne sit contra inf. ea. nõ liceat.
m ¶ Diaconiũ.] Diãconiũ appellat altare, quia ibi diaconus ministrat Sacerdoti.
n MInistrum.] idest, subdiaconum.
SI quis extra [a] ecclesiã priuatim populos congregans, contemnat ecclesiasticas sanctiones α; ipsamq; ecclesiam apud se sine concilio † episcopi cum presbytero agat,anathema sit.

α ¶Sanctiones.] P*ost hoc verbum in prisca versione ista sunt interiecta,* aliterque ea, quæ sunt ecclesiæ, voluerit vsurpare,non conueniente presbytero iuxta decretum episcopi, ipsamque,*& cætera,quæ hic sequuntur. Dionysij autem uersio, quæ optimè respõdet verbis Græcis,& refertur à Burchardo,hæc est.* Si quis extra ecclesiam seorsum conuentus celebret, & despiciens ecclesiam,ea,quæ sunt ecclesiæ,voluerit vsurpare,non conueniente presbytero,iuxta decretum episcopi, anathema sit.

Item ex eodem,c.1.

¶De eodem. Cap. XII.

Inf.31.d.ca. si quis nuptias.ex uersione Dionysij. Burc. l.8.c.61. Iuo p.7 c.79.

SI quis nuptias in accusationem duxerit ; & mulierem fidelem, ac religiosam cum viro suo dormientem, abominandam crediderit, aut etiam accusandam, tanquam non posse coniugatos in regnum Dei ingredi,anathema sit.

Item ex eodem,c.2.

¶De eodem. Cap. XIII.

Iuo p.4.c.30.

† *al.immolatam, & suffocatam.*

SI quis carnem manducantem ex fide [b] cum religione, præter sanguinem,& idolo immolatum † [c],& suffocatum,crediderit condemnandum, tanquam spem non habentem,qui eam manducat,anathema sit.

Item ex eodem,c.15.

¶De eodem. Cap. XIV.

Iuo p.8.c.318.

SI quis dereliquerit proprios filios [d] suos, & non eos aluerit,&(quod pietatis est β)necessaria non præbuerit, sed sub occasione continentiæ negligendos putauerit,anathema sit.

† *al.* ἑαυτῷ.

β ¶Quod pietatis est.] *Longè fidelius Dionysius:* & quod ad se pertinet,non ad pietatem diuini cultus informat. *Græcè enim est,* καὶ τὸ ὅσον ἐπ' αὐτῷ † πρὸς θεοσέβειαν τὴν προσήκουσαν ἀνάγῃ. *Subinselligitur autem particula negans,idest,* μή, *ex superiore membro.*

Item ex eodem, c.12.

¶De eodem. Cap. XV.

Burch.li.8. c.63. Iuo p.7.c.81.

† *al.beris.*

SI quis virorum putauerit sancto proposito (idest continentiæ)conuenire, vt pallio vtatur, tanquam ex eo iustitiam habiturus;& reprehendat vel iudicet alios, qui cum reuerentia birris vtuntur, & alia veste [e] communi, quæ in vsu est, anathema sit.

Item ex eodem,c.vltimo.

Iuo p.8. c.321.

¶De eodem. Cap. XVI.

a HÆc autem scripsimus non abscindentes eos, qui

a SI qs extra.] Et domus in qua hæc fiunt publicanda est, vt in auth.de eccl.tit.§. si quis in sua domo. collat.9. Ioan.

b SI quis.] ¶Ex fide.] Idest, ex bona cõscientia. extra de præscrip.quoniam omne.

c ¶Immolatũ.] Idolothytis non debemus vesci, vt hic.& 5. d. presbyteros. & 32 q. 4. sicut satius. Sed contrarium videtur illud Apostoli ad Corinth. Si quis infideliũ vocat uos ad cęnam. omne qđ vobis apponitur mãducare nihil interrogantes. 1. Sed illud, loquitur secundum sua tpa, cum adhuc pauci erant fideles. Quod autẽ dicit de sãguine & de carne suffocata,hodie non tenet : quia tantũ in figura fuit istud prohibitum.

1 Vt 11.q.3. ad mensam. & 1. q. 4. §. notandum. Archid.

ADDITIO. 12.q.2. gloria epi. Archid.

d SI qs.] ¶Filios.] Nam ex iuramento nõ possumus adstringi ad illud,vt 22.q.4.inter. de hoc habuisti supra dist. 1. ius naturale.

SI quis virorum.] CASVS. Quidam in quadam pretiosa veste iustitiã ponebat,quasi proposito continentiæ cõueniret reprehẽdẽs eos, qui alia veste vtebantur. dicitur quòd talis anathema sit.

e ¶Veste.] Sufficit ergo ꝙ quis veste vtatur sẽm consuetudinem regionis: & sic transmontani non coguntur vti affibulatis vestibus, vt Italici, nõ obstante noua cõstitutione, ext. de vi. & honest.cler. clerici. quia lex debet cõuenire cõsuetudini, vt supra, distin.4. erit.

Consuetudinẽ in vsu vestiũ debemus obseruare.

HAec aũt scripsimus.] Hæc est scđa pars dist.in qua cõcilium interpretatur prædicta. Archi. CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ ea quę statuta sũt in supioribus

ecclesię Dei secundum scripturas sanctũ propositũ continentię eligunt. sed eos, qui suscipiũt habitum *α* eius, & in superbiam efferuntur aduersus eos, qui simplicius viuunt. Sed & hos cõdemnamus, qui se extollunt aduersus scripturas, & ecclesiasticos canones, & noua [a] introducunt præcepta. Nos aũt & virginitatem cum humilitatẽ admiramur, & continentiam cum castitate & religione Deo acceptissimam dicimus, & renũciationem sæculariũ negotiorum, atq; actuũ cum humilitate approbando laudamus; & nuptiarum vinculum *β*, quod secundum castitatem † perdurat honoramus: & diuites [b] cum iustitia, & operibus bonis non abijcimus *γ*.

† *castitatem secũ*] orig. & Iuo.

α ¶Eos, qui suscipiunt habitum.] *Græcè est:* τὺς λαμβάνοντας τὴν ὑπόθεσιν τῆς ἀσκήσεως εἰς ὑπερηφάνειαν κατὰ τῶν ἀφαλέστερον βιούντων ἐπαιρομένους τε καὶ παρὰ τὰς γραφὰς, καὶ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας καινισμοὺς εἰσάγοντας: idest qui ex instituto exercitationis huiusmodi, capiũt occasionem sese offerendi: seque extollunt aduersus eos, qui simplicius viuunt, & aduersus scripturas, & ecclesiasticos canones introducunt nouitates.

β ¶Et nuptiarum vinculum.] *Græcè;* καὶ γάμου συνοίκησιν σεμνήν, *quæ Dionysius vertit:* & nuptiarum vinculum.

γ ¶Non abijcimus.] *Post hæc verba in concilio ipso proximè sequuntur quæ habentur infra c. parsimoniam, dist. 41.*

Item ex concilio Martini Papæ.

Apud Martinum Bracarensem, c. 57.

¶Anathematizatur, qui Manichæorum superstitiones sequitur. Cap. XVII.

Burc. li. 13. c. 20. Iuo p. 4. c. 52.

SI quis presbyter *α* propter publicam [c] pęnitentiam à sacerdote acceptam, absque aliqua necessitate die Dominica pro quadã religione ieiunauerit, sicut Manichęi, anathema sit. Similiter quia *β*, quod ab Apostolis traditũ est, canon tenet antiquus; placuit, vt per omnes Dominicas, & per omnes dies Paschæ vsq; ad Pentecosten †, nõ prosternant [d] se in oratione causa † humilitatis: sed recto vultu ad Dñm fungantur orationis officio: quia in his diebus gaudium resurrectionis Domini celebramus. Si quis etiam ♪ non pro abstinentia, sed pro execratione escarum à carne abstineat; placuit sancto concilio vt pręgustet [e]; & sic, si vult abstinere, abstineat. Si autem spernit, ita vt olera cocta cum carnibus non degustet, iste nõ obediens, nec suspicionem hæresis à se remouens, deponatur de ordine clericatus.

† *al. quinquagesimam.*

† abest uox ista ab orig.

Ibid. c. 58.

α ¶Presbyter] *Sequebatur,* vel diaconus, *quæ sublata sunt, quoniam absunt à plerisq; manuscriptis, & originali: Cæterum Burchardus, & Iuo similem canonem citant ex concilio Turon. atq; ita habent:* Si quis propter publicã pęnitentiã à sacer-

bus cap. non sunt statuta, nisi contra eos, qui religionis habitum & propositum continentiæ assumentes in superbiam efferuntur contra eos, qui simplicitet viuunt, facientes noua statuta contra diuinas scripturas, & ecclesiasticos canones: illi vero commendantur, qui continentiam seruant, & proprijs abrenunciant cum humilitate: & qui diuitias possidẽt cũ iustitia, & bonis operibus.

a ¶Et noua.] ff. de constit. princ. in rebus.

Diuites aliqui boni sunt.

b ¶Diuites.] Hoc verum est de talibus, qui faciunt misericordiam non habentibus, vt 33. quęst. 5. secundum. nam & Dominus habuit pecuniam, vt 12. quęst. 1. exemplum, aliàs abijcienda est pecunia exẽplo Cratis, vt 12. quęst. 2 gloria episcopi, §. Crates. nam aliena rapere conuincitur qui ultra necessaria sibi retinet, ut 42. dist. §. 1 Io.

Rapere aliena est qui vltra necessitatem sibi retinet.

b ¶Diuites.] Nõ est cõtra illud, facilius est camelum per foramen acus trãsire: quia illud de talibus intelligitur, qui in diuitijs spem ponentes, gratius intuentur aurum quàm solem, de quibus habetur 47. distinct. sicut hi. 1.

1 Et dicit Hieronym. Diuitias habuisti, requiem perdidisti. Dũ vigilas augmentum diuitiarum cogitas. Dũ dormis latronẽ somnias. In die solicitus, in nocte pauidus, & sic semp mendicus. Archid.

SI quis presbyter.] CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima parte dicitur quod si quis pbyter accepta publica pœnitentia in die Dominica ieiunauerit ea intentione qua Manichæi ieiunabãt, anathema sit. In secũda parte, quæ incipit ibi,] Similiter.] dicitur, ꝙ in diebus Dominicis & inter Pascha & Pentecosten non debemus flectere genua; sed vultu erecto orare ad Dominum. tertia parte quæ incipit ibi, [Si qs ẽt.] dicitur: [Si quis nõ comedit carnes uel olera, in quibus carnes coquuntur, propter execrationem escarum, compelli debet degustare, & si noluerit tanquam hæreticus deponatur

c SI quis.] Propter publicam.] Quam facere potest sacerdos, sed non solennem, ut dixi supra 28. distinct. presbyter.

d ¶Prosternant.] Vt de consecr. distinct. 3. quoniam sunt.

e ¶Prægustet.] Ecce ꝙ suspectus cogitur comedere siue gustare. Sed nunquid idem est si aliquis est suspectus eo ꝙ non cõicat in anno 2. nunquid cogendus est cõicare? Non: quia illa non recipitur sine peccato, si recipiens est peccator, sed ad hoc potest cogi vt faciat se dignum, i. vt pœniteat de consec dist. 2. si qui intrat. ea. dist. hi qui. secundum Hug. cuius fuit ista glo.

2 Vt de cõs. dist. 2. sęculares. cum duobus cap. seq ſm Hu. &c & si nõ.

Tem-

Empus quoque.] Hæc distinct. diuiditur in sex partes, In prima corrigitur sententia Pelagij per Greg. vt in cap. sequen. Secunda ibi, [Causa vero] Tertia ibi, [Potest, & aliter.] Quarta ibi, [Sed obiicit.] [Quinta ibi, [Aliter] Sexta ibi, [Similiter.] Ioan de Fan.

CASVS. In hac 31. distinct. dicit Gratia. quòd illa capit. quæ fuerunt posita in distinct 38. intelliguntur tempore, quia nondum erat indicta continentia sacerdotibus, & hoc probat per sequentia. Dicit etiam quæ est causa, scilicet quod propter munditiam fuit continentia dicta: quòd sacerdotes vxores non abiiciant a sua cura, q̃n eis necessaria ministrent.

dote acceptum, aut pro aliqua necessitate. *In aliquot Gratiani manuscriptis est;* si quis præter publicam pœnitentiam, a sacerdote acceptam, absq; aliqua necessitate, &c. *& quæ optima videtur lectio. Nam in cap. 18. concilij Gangrensis, vnde hoc videtur Martinus sumpsisse nulla presbyteri fit mẽtio, sed vniuersè pronunciatur vt sup. eadem cap. si quis tanquam.* Si quis ob pietatis, quemadmodum putatur excitationem, die Domnico ieiunet, anathema sit, absq; aliqua necessitate, *videtur huc importata ex cap. 19. eiusdem concilij. Neque vero presbyteris huiusmodi pœnitentia more laicorum imponebantur. c. illud cum sequentibus. d. 50. & c. fi. vers. nec enim. 82. d. Sed quando in grauissima crimina publice incurrebant: depositi peregrinari iubebantur. c. si quis sacerdos. 30. q. 1. c. sacerdos de pœn. d. 6.*

β ¶Similiter quia.) *Hoc sumptum est ex canone vltimo concilij Nicæni.*

γ ¶Non prosternant.) *In codice Lucensi Regio legitur:* non prostrati, sed erecto vultu ad dominum fungantur orationis officio.

δ ¶Si quis etiam.) *Hoc sumptum est ex concilio Ancyrano, c. 13, al. 14. & in eo mentio fit presbyteri, ac diaconi.*

DISTINCTIO XXXI.

*Empus quoque, quia nondum* α *erat institutum, vt sacerdotes continentiam seruarent.*

α ¶Nondum.) *Quid ait hic Gratianus, fuisse tempus, quo nondum erat institutum, vt sacerdotes continentiam seruarent, in subdiaconis (Nam, & hi sacerdotum nomine interdum comprehenduntur, valetq; idem sacerdotis nomen atque in sacris constitutus, vt infra ad initium distinct. 33 notaturque in glossa 1. q. 1 qui per pecuniam) locum habere potest. Fuit enim tempus, cum subdiaconi in aliquibus prouincijs, vt in Sicilia, continentiæ legibus non adstringebantur; quod Gregorij locus, qui solus ad hanc rem confirmandam proximè a Gratiano citabitur, manifeste probat. Diaconis autem, & presbyteris in Latina ecclesia nunquam licuisse vxoribus, quas ante sacros ordines duxerant, vti ex canonibus, qui post primum in hac ead. dist. citatur, & alijs multis, præsertim epistola secunda Syricij ad Himerium Tarraconensem clare demonstratur.*

Vnde Gregorius scribit Petro subdiacono Siciliæ, lib. 1. epist. 42.

¶Qui castitatem non promisit, ab vxore sua separari non cogatur. Cap. I.

Pann. l. 3. c. 89. Poly. l. 4. tit. 31.

ANte triennium subdiaconi omnium ecclesiarũ Siciliæ prohibiti fuerant, vt more Romanæ ecclesiæ nullatenus suis vxoribus miscerentur. Quod mihi du-

a ¶Tempus.] In hac 31. distin. ostendit, quòd a tẽpore Gregor. statutum fuit, vt subdiaconi non ordinarẽtur nisi promissa continentia 1. Secundo agit de causa continentiæ presbyterorum, & diaconorum 2. Tertio dicit ꝙ licet ordinati ĩ sacris ordinibus vxoribus non debeant cõmisceri tamen necessaria prouidebunt eis 3. Vltimo assignat differentiam inter orientales, & occidẽtales.

1 Vt inf. ea. cap. 1.

2 Vt inf. ea. §. causa. vsq; ad §. ꝙ autẽ

3 Hoc facit ad prędictũ. §. qđ autem vsq; ad c. Nicęna. Arch.

ANte triẽnium.] Casus istius ca. ex quadam constitutione Pelagii pẽdet. vnde scire debes, quòd vna constitutio facta fuit ab Apostolis de continẽtia clericorum, vt 84. distinct. cum in præterito. Idem fuit postea a Syricio repetitum in 82. disti. plurimos. Tertia fuit facta auctoritate Pelagij, quæ habetur 27. quęst. 2. multorũ de qua fit hic mentio. Est ergo casus huius cap. Pelagius fecit quandam constitutionem per quẽdam diaconum nomine Seruum Dei, vt omnes subdiaconi Siciliæ a suis vxoribus abstinerent, quas in minoribus ordinibus duxerant, aut ab officio cessarent: quam constitutionẽ, q̃a dura fuit, & iniqua, vt subdiaconi compellerẽtur ad continẽtiam Gregor. primus, q̃ successit Pelagio retractauit, & statuit, vt nullus de cętero fiat diaconus, nisi cõtinentiã promittat: ita tamen, vt mala præterita, idest continentia, quæ solet esse iuuenibus mala, idest, pœnalis, vel mala si non seruetur, per

rum [a], atque incompetens videtur, vt qui vsum eiusdem continentiæ non inuenit [b], neque castitatem ante promisit, compellatur a sua vxore separari, atque per hoc (quod absit) in deterius cadat. Vnde videt mihi, vt a præsenti die episcopis omnibus dicatur, vt nullum subdiaconum facere præsumant, nisi qui se victurū castè promiserit [c] quatenus, & præterita mala α [d], quæ per propositum mentis appetita non sunt, violenter non exigantur, & futura cautè caueantur. ¶Qui vero post eandem prohibitionem, quæ ante triennium facta est, continentet cum suis vxorib. vixerunt laudandi, atque remunerandi sunt, & vt in bono suo † permaneant, exhortandi. ¶Eos autem, qui post prohibitionem factam se a suis vxoribus cōtinere noluerint, ad sacrum ordinem nolumus promoueri: quia nullus debet ad ministerium altaris accedere, nisi cuius castitas ante susceptum ministerium fuerit approbata.

sup.d.28.c, nullum.

† *sic*] orig.

α ¶Mala.] *Vox ista abest a Polycarpo, & aliquot vetustis Gratiani codicibus.*

2 *Causa vero huius institutionis munditia sacerdotalis fuit, vt libere cunctis diebus orationi possint vacare. Si enim (vt Paulus ait) ab uxoribus est cessandum, ut expeditius orationi uacemus: ministris utique altaris, quibus quotidiana necessitas orandi incumbit, numquam coniugali officio uacare permittitur.* 1.Cor.7.

Vnde Beda in commentarijs super Lucam ad c.1. ait.

¶Sacerdotibus semper castitas obseruanda præcipitur. Cap. II.

SAcerdotibus [e], vt semper [f] altari queant assistere, semper ab vxoribus continendum; semper castitas obseruanda præcipitur. Pann.l.3.c.92.

Item in concilio Carthaginiensi 2.c.2.

¶Qui diuinis sacramentis inseruiunt, continentes esse oportet. Cap. III.

EPiscopos [g], presbyteros, & diaconos ita placuit (vt decet sacros antistites, ac Dei sacerdotes, necnon, & leuitas, vel qui [h] sacramentis diuinis inseruiunt) continentes esse in omnibus.

inf d.84.ca. cum in præterito. Pann.l.3.c.95. Raba.pęn.c.29.

Item Innocentius I. Victricio Rothom. episcopo, epis. 2. cap. 9.

per violentiam non exigatur: & hoc in prima parte. In secunda parte, quæ incipit ibi, [Qui vero.] commendat illos, qui constitutionem illam, quæ facta fuit ante triennium seruauerunt: & hortatur eos, vt debeant in suo proposito permanere. Illi vero qui noluerint a suis vxoribus abstinere, promoueri non debent: quia nullus dēt promoueri, nisi eius castitas fuerit approbata. Vel sic: Olim promouebantur subdiaconi non promissa continentia, & licitè vtebantur vxoribus & beneficijs: Postea Pelagius pdecessor Gregorij statuit, vt vel contenti essent vxoribus tantū, vel beneficiis tantū: de qua cōstitutione Gregor. facit mentionē 27.q.2. multorū. Postea idem Pela. aliā edidit cōstitutionē, in qua præcise phibuit, vt subdiaconi nullo modo commisceri debeant amodo vxoribus suis, & illam cōstitutionem quidam subdiaconi seruabant, quidam non, sed quia illa cōstitutio fuit iniqua, scilicet, ꝙ aliquis, q. non promisit continentiam, cogeretur cōtinere: ideo retractatur hic a Greg. & statuit, ꝙ si qui subdiaconi nō sunt, nō cogantur continere, nisi velint. si qui autem in futurum sunt ordinandi, non admittant, nisi promittant continentiam.
a ¶Durum.] statutum Pelagij fuit contra Euangelium, in quo excipitur sola fornicatio 1 33.q.2 quos Deus, & ideo reprobatū fuit. Sed quare reprobatur illa constitutio Pelagii, in qua statuit, vt aut beneficia, aut vxores dimittant: cum idem statuerit Alexander extra de cler. coniug. capit. 1. Sed dic, cum aliquis in minoribus ordinibus existens postea contrahit, potest priuari beneficio prius habito, & de illis loquitur Alex. Cum vero aliquis primo contrahit, & postea ecclesia scienter ei confert beneficium, postea non potest illud ei auferre, & de illis loquitur Pelagius, & ideo constitutio eius fuit iniqua. simile ext. de cle. cōiu. diuersis.
b ¶Non inuenir.] Idest, non suscepit.
c ¶Promiserit.] Hoc intelligo si hēat licentiam vxoris.
d ¶Mala.] Idest, continentia, quæ iuuenibus est mala. 33.q.2. in adolescentia 2.

1 Vt 32.q.1. dixit.

2 Sub, & ad

CAVSA VERO Hæc est secunda pars d. in qua dicitur, ꝙ causa huius constitutionis fuit munditia sacerdotalis, & hoc probat per 6.c. Iò. de Fan.
CASVS. Dicit Gratianus, ꝙ propter munditiam sacerdotalem inducta fuit continentia in ecclesia, quia cum sacerdotes semper debeant orare, semper debent ab vxoribus abstinere Et hoc probatur auctoritate Apostoli per seq c. quorum prima duo patent.
e SAcerdotibus.] Idem est de aliis clericis. Lau.
f ¶Semper.] i. horis debitis. sic inf. eo. si laicus 22.d. sacrosan. & intra 37. dist. de quibusdam. 36. dist. cap. vlt. Archid.
g EPiscopus.] Hoc c. habetur 84.d. cum in præterito
h ¶Vel qui.] Idest, subdiaconi. nam & subdiaconi, sacramentis inseruiunt. 84. dist. cum in præterito. Et expone.

pone istud, vel, pro, &, secundum Hug.& ita per hoc, & per illud infra 32.distinct.placuit.suppletur illud 84. distinct. cum de quorundam. quia hæc tria cap. sunt. Carthaginiensis cocilij, & faciunt pro opin.Hug.secundum Laur.

Ideo quæsiuit à Papa, an presbyteri & Leuitæ deberent viuere continenter? Et respondet ꝙ sic, & hoc probat auctoritate ꝓphetæ dicentis; Sācti estote, &c.idest, mundi.& exemplo sacerdotū vete.test. qui in sua hebdomada à suis vxoribus abstinebant, sed finita sua hebdomada suis vxoribus commiscebantur ꝓpter sobolem procreandam: quia nullus poterat fieri sacerdos nisi de tribu Aarō, hodie vero cū sacerdotes quotidie debeāt orare, nec requirit, de qua tribu promoueantur, semper debent ab vxoribus abstinere. Sequētia duo c. plana sūt, & per te videbis.

Tene-

¶Sacerdotes, & Leuitæ cum vxoribus suis misceri non debent. Cap. IIII.

Burch li.2.c.118. Ansel.li.7.c.134. Iuo p 6.c.94.&194 Pann.li.3.c.94. *Leuit.*11. *Luc.*1. *Num.*18. † *al.preceptus fuerat.*

TEnere debet omnino ecclesia, vt sacerdotes, & Leuitæ cum vxoribus suis non misceantur; quia ministerij quotidiani necessitatibus occupātur. Scriptum est.n.: [Sancti estote, quoniam, & ego sanctus sum [a] Dominus Deus vester.] Nam si priscis temporibus anno [b] vicis suę de templo Dei sacerdotes non discedebant (sicut de Zacharia legimus) nec domum suam omnino tangebant, quibus vtique propter sobolis successionem, vxoris vsus fuerat relaxatus, quia ex alia tribu, & præter quā ex semine Aaron, ad sacerdotium nullus accedere præcipiebatur †; quanto magis hi sacerdotes, vel leuitæ pudicitiam ex die ordinationis suæ seruare debent; quibus vel sacerdotium vel ministerium sine successione est, nec præterit dies, [c] qua vel à sacrificijs diuinis, vel à baptismatis [d] officio vacent.

PALEA Cap. V.

Ibidem cōtinenter Ansel,li.7.c.132. 1.Cor.7. † *al.officium.*

NAm sicut α Paulus ad Corinthios scribit dicens: [Abstinete vos ad tempus, vt vacetis orationi:] & hoc utique laicis præcepit; multo magis sacerdotes, quibus orandi, & sacrificandi iuge sacrificium † est, semper; debebunt ab huiusmodi consortio abstinere.

α ¶Nam sicut.] *Hac palea in duobus Vaticanis (in quibus solis reperitur) est coniuncta cum superiori capite, quemadmodum etiam in epistola Innocentij.& legitur,* Nam si Paulus. *Sed non est mutatum, quoniam est initium capitis.*

Item Euxuperio Tholosano episcopo, epist.3.c.1.

¶Qui ab vxoribus suis abstinent, ad sacrificia admittantur. Cap. VI.

Infra dist.82.c.proposuisti. Pann.li.3.c.95.

EOs β ad sacrificia fas sit admitti, qui vel cum uxore [e] non exercent carnale officium [f].

β ¶Eos.] *Apud Innocentium, & infra dist.82.c. proposuisti, ubi hoc idem est repetitum, legitur,* neque eos ad sacrificia fas sit admitti, qui exercent vel cum uxore carnale consortium.

Item Hieronymus contra Iouinianum, lib.1.

¶Sacerdoti, cui est semper orandum, matrimonio semper est carendum. Cap. VII.

Pann.li.3.c.96.

SI laicus, & quicunque fidelis orare [g] non potest, nisi careat officio coniugali; sacerdoti, cui semper pro populo offerenda sunt sacrificia, semper orandū est: si semper orandum est; ergo semper matrimonio carendum [h].

a ¶Quoniam, & ego sāctus sum.] Ex quo Dominus se cōmendauit, & Christi actio nostra est instructa lectio. 81.d.legit. ergo & nos possumus nos commendare, & Aug. se commēdat, æquiparando se prophetis, vt 23.q.4 & proconsul potest ꝑmittere libellū commendationis suæ, vt ff.de off procon obseruare. Similiter ille qui impetrat veniam ætatis, se commendat. 1. C de his qui ve æta. imp.l.2. b ¶Anno] idest septimana. sic alibi ponitur dies ꝓ anno, vt 33.q.2. hoc ipsū. & tēpus pro anno, vt de consec. dist.4. omni tempore. 2. c ¶Nec ꝑterit dies.] excepto sabbato sancto & die veneris ꝑcedēte, vt de conse. dist. 3. sabbato. qui duo dies nulli reputantur propter paucitatem. sic ī.de cōs. dist.2. reuera. d ¶Vel a baptismatis.] dū ē necessitas. arg.5.dist.baptizari. e EOs.] Vel cum vxore,] Ne dū cum alia. f ¶Officium.] Post votum factum. g SI laicus.] ¶Orare.] Quid de hac materia iuris sit, habes 33.q 4.c.1. & 2. h ¶Matrimonio carendum.] ar ꝙ si aliqua sibi coherēt, vel si aliquid sequitur ex alio, uno probato & reliquum est probatum 3, ut 33.dist.si quis viduam.26.dist deinde 3.q 6. hæc quippe argum. contra de pœn.dist.1. sicut primi in fi.

Commēdare pōt aliqs seipsum.

1 Ad idē ꝙ dicit Bald. Custodi animam meam qm̄ sanctus sum, & cæt. & in psalm. Inclina Domine.

2 Ideo autē fit hoc, quia annus dicit ab an, quod est circum. quia circum uoluitur. sic & q̄dlibet tp̄s. Laur.

Probato vno coniunctorū, ꝓbatur reliquū.

3 Sic de talibus vno cōcesso & aliud concessum est 1.q. sicut Christus. ubi d. hoc. Arch.

TEnere debet.] CASUS. Victorius Rothomagen. episcopus, habebat quosdā presbyteros & leuitas in sua diœcesi, qui nolebant a suis uxoribus abstinere,

Quod

Quod autem [a] Manichæorum causa de coniugio & sacerdotum illud supradictum sit, ex Gangrensi concilio apparet in quo c.1. sic statutum legitur.

α ¶De coniugio.] *Sequentem canonem Gratianus restringit ad coniugia sacerdotum cum tamen in eo damnentur illi, qui omnino nuptias vituperabant, nec volebant aliquem Christianum etiam laicum, liberis operam dare. Nec fuit editus proprie contra Manichæos, sed contra quendam Eustathium, qui hunc errorem cum alijs multis in Armenia disseminauerat. Est autē caput hoc idem cum capite, si quis nuptias. supra dist. 30. sed ex alia versione.*

¶Anathema sit, qui nuptias vituperat. Cap. VIII.

SI quis vituperat nuptias, & dormientem cum viro suo fidelem, ac religiosam detestatur, aut culpabilem æstimat, uelut quæ regnum Dei introire non possit, anathema sit.

sup. distin. 30. ca. si quis nuptias.

Item ex eodem, c.8. & 9.

¶De eodem. Cap. IX.

QVicunque virginitatem custodiens, aut continētiæ studens, velut horrescens nuptias, nec propter hoc, quòd bonum, & sanctum est: nomen virginitatis assumit, anathema sit.

sup. d. 30. ca. si quis vel virginitatem, ex alia versione. Burch. li. 8. c. 61. Iuo p. 7. c. 79. sup. dist. 28. c. si quis.

3 *Potest & aliter intelligi illud, quod in canone [b] Apostolorum legitur, ut iste sit sensus capituli: [si quis docet sacerdotem vxorem suam contemnere,] non quam uxorem in sacerdotio accepit, sed quam, dum adhuc esset laicus, uel in minoribus ordinibus constitutus, sibi copulauit, cum qua continentiam professus est, cum ad sacros ordines ascenderet, quam nullus debet contemnere, hoc est ab animo, & cura sua abijcere, quin ei necessaria prouideat. Probatur autem hæc interpretatio auctoritate Leonis Papæ, qui epist. 90. c. 3. scribens Rustico Narbonensi episcopo ait.*

¶Ministris altaris cum episcopis, & presbyteris eadem est lex continentiæ. Cap. X.

LEx continentiæ eadem est altaris ministris, quæ episcopis, atq; presbyteris, cui cum essent laici, siue lectores, licitè & uxores ducere, & filios procreare potuerunt: sed cum ad prædictos peruenerunt gradus, cœpit eis non licere [c], quod licuit. Vnde, vt de carnali fiat spiritale coniugium, oportet eos nec dimittere vxores, & quasi non habeant, sic habere, quo & salua sit charitas, & cessent † opera nuptiarum.

Burc. l. 2. c. 114. Ansel li. 7. c. 135. & 6. c. 204. Polyc. li. 4. tit. 31. Iuo p. 6. c. 68. Pann. li. 3. c. 106. 1. Cor. 7.

† *al. cesset exercitatio nuptiarum.*

Item Leo ix. contra epistolam Nicetæ abbatis.

α ¶Leo.] *Habetur in responsione Humberti ad libellum Nicetæ presbyteri, & Monachi aduersus Latinos editum: quam responsionē, cum nomine Leonis ix. cuius erat legatus, scripserit, potest rectè nomine ipsius citari, sicut multa ex Ennodij libro nomine Symmachi citata inueniuntur supra dist. 12. c. concilia. et inf. 40. dist. c. non nos. & 81. dist. c. nemo rectè. 8. q. 4. c. nonne. & 9. q. 5. cap aliorum. Ac supra dist. 22. nomine Nicolai ij. citatur cap.* Omnes, *quod habetur in oratione Petri Damiani.*

QVOD AVTEM. CASVS. Dr̄ in hoc §. ꝙ illud qđ dictū fuit in Gāgrēsi cōc. s. 28. d. in c si qs docuerit. & c. si qs discernit. ex cā fuit statutum, s. propter Manichęos, q̄ nuptias condemnabant exēplo sacerdotum. Et hoc probat duobus seq. c. q̄ plana sunt, & per se patent.

a ¶Quod aūt.] Respicit tria pen. c. 28. dicens, ꝙ illud statutum fuit ꝑꝑ hæresim Manichęorū, q̄ nuptias cōtemnunt.

QVicūque.] POTEST ET ALITER. Hæc est tertia pars d. in qua dr̄, ꝙ illud qđ supradictū est in c. si qs docuerit. dist. 28. ex causa vel ex tp̄e intelligit̄. Nunc aūt aliter exponit, dicēs ꝙ illud c. pōt intelligi de sacerdotibus nostri tēporis, vt si qs docuerit sacerdotē cōtēnere vxorem, quam in minorib. ordinibus duxit, vel cū erat laicus, vt eam à sua cura abijciat, cum qua postea cum promoueretur continentiā est professus, anathema sit. & hoc probatur per duo cap seq.

b ¶In canone.] sup. 28. dist. si quis docuerit. Io.

LEx.] CASVS Rusticus Narbon. Ep̄s q̄siuit à Leone, vtrum diaconi possint vel dēant cognoscere vxores suas? Qui respōdet quod no, sed debent cōtinere sicut ep̄i & p̄sbyteri. nam cū erāt laici vel lectores, hoc eis licebat, sed postquam promoti sunt ad sacros ordines, cępit eis non licere quod ante licebat; eas tamen à sua cura abijcere nō debent, quin eis necessaria subministrent.

c ¶Eis non licere] Nota quod propter commutationē status incipit aliquid nō licere quod prius licuit. 1. 12 quæst. 2. ne quis arbitretur.

1 Ad hoc 3. 27. q. 1. nuptiarum. 32. q. vlt. c. ult. 17. q. 1. sunt quidam. & habet ēt ad hoc 88. dist. fornicari. ff. de solut. cū quis. 1. resp. argu. contra extra de diuort gaudemus. Archi.

OMnino.] CASVS. Abbas Nicæta dicebat licere episcopo, presbytero, & diacono amplecti vxorē suā, & cognoscere, & hoc probabat auctoritate Apostoli dicentis se habere potestatem circumducendi mulierem sicut frater Domini, & Cephas. Leo autē Papa eum reprehen-

¶Episcopus, vel presbyter vxorem propriam a cura sua non abijciat. Cap. XI.

Pann.l.3.c.115.

OMnino confitemur non licere episcopo, presbytero, diacono, subdiacono propriam vxorem causa religionis abijcere a cura sua .s. vt ei victum, & vestitum [a] largiatur [b], non vt cū illa ex more carnaliter iaceat. Sic, & sanctos Apostolos legimus egisse, beato Paulo Apostolo dicente [c], [Nunquid non habemus α potestatem mulierem sororem [d] circumducendi [e], sicut fratres Domini, & Cephas:] Vide insipiens, quia non dixit, [nunquid non habemus potestatem sororem mulierem amplectendi?] sed, [circumducendi,] scilicet vt de mercede [f] prædicationis sustentaretur ab eis: nec tamen forte deinceps inter eos carnale coniugium.

1.Cor.9.

α ¶Nunquid non habemus.] *Variæ sunt huius loci interpretationes, quod inter alios B. Hieronymus in 1. libro contra Iouinianum ostendit.*

Hinc illud [g] Gregorij, [Presbyter quidam.] Quod require inf. dist. seq. c. penul. *¶Vt igitur ex his auctoritatib. apparet sacerdotes vxoribus, quas in laicali habitu, vel in minoribus ordinibus constituti sibi legitime copularunt, necessaria ministrare, debita uero reddere non ualent.*

4 ¶*Sed obijcitur illud tripertitæ historiæ, lib. 2. c. 14.*

¶Dissuasu Paphnutij Nicæna synodus non constituit, quòd presbyteri cum suis vxoribus non dormirent. Cap. XII.

Pann.l.3.c.85.

NIcæna synodus corrigere volens hominum vitā in ecclesijs commorantiū, posuit leges, quas canones vocamus, in quorum tractatu videbatur aliquibus introducere [h] legem, vt episcopi, presbyteri, diaconi, & subdiaconi α cum coniugib. quas ante consecrationem duxerant, nō dormirent. Surgens autem in medio Paphnutius confessor contradixit, honorabiles confessus nuptias, & castitatem [i] esse dicens, cum propria coniuge concubitum †; suasitque concilio, ne talem poneret legē, grauem esse asserens causam, quæ in ipsis, aut eorum coniugibus occasio fornicationis existeret. Et hæc quidem Paphnutius (licet nuptiarum esset inexpertus) exposuit: synodus-

† Adde glo. concor. in c. proposuisti. ver. ci[...]ote. [...]s.62.dist.

prehendit, & scribens contra eum dicit non esse verum, vt possint cum ea dormire more solito: tamen debent eis largiri victum, & vestitum, & hoc probat exemplo Apostolorum, reprehendens eum ex eo, quod male intelligebat illud verbum circumducendi.

a ¶Et vestitum.] ¶Ex quo dicit victum. & vestitum, videtur, quod nomine victus non comprehendatur vestitus, vt ff. de trans. cum hi. §. qui transigit 1 quod non est verum. ff. de verb. sig. verbo, victus.

1 Victus nomine comprehendatur vestitus.

b ¶Largitur.] Sequestrato tamen habitaculo, vt 77. distinct. episcopus, & hoc cum persona est suspecta.

c ¶Paulo apostolo dicente.] Ducebant enim vxores secum, vt seruirent eis in cibis parandis, & ab eis pascerentur (cum essent pauperes) de mercede pdicationis.

d ¶Sororem.] idest, quasi sororem.

e ¶Circunducendi.] nobiscum.

d ¶Vt de mercede.] Arg. quod si quis habet vxorem, & filios, de bonis ecclesiæ ipsos potest pascere, si nō habet ppria, vt 86. dist. non satis. inf d. prox. si quis vero, & 50. dist. studeat in fi. & 37. d. legant. quia nemo carnem suam vnquā odio habuit, vt 13. q. 2. non æstimemus, & hæc vera sunt si indigent 2 aliàs secus, vt 28. di. de Syracusanæ. vnde & si viro relictus est vsus alicuius rei, mulier eadem re potest vti, vt ff de vsu. & habi.l. cæterum. §. mulier.

sed hoc verū est quo ad trāsactionē. aliter bene continetur. Arch

Beneficiatus suis consanguineis subuenire pōt.

2 Ad hoc 12 q. 1. habebat. in prin.

g ¶Hinc, & illud.] inf. in illo c. presbyter quidam, quod est infra dist. proxima. Ioan.

VT IGITVR. CASVS. Concludit Gratianus ex supradictis quod sacerdotes debēt suis vxorib. cū quibus in minoribus ordinib. vel laicali habitu contraxerūt, necessaria ministrare, sed debitum reddere non valent. Sed contra hoc duo sequētia cap. inducuntur. s. quod sacerdotes debēt reddere debitum vxoribus suis.

SED OBIICITVR. Hæc est pars dist. in qua ponit duos canones orientales, in quib conceditur clericis habere vxores. Io. de Fan.

NIcena synodus] CASVS. Nicæna synodus volebat legē imponere, & necessitatem epis, presbyteris, diaconis, & subdiaconis vt [...]erna rent castitatem cum vxoribus, cum quibus in minoribus ordinibus matrimonium contraxerunt. Sed quia hæc lex erat occasio fornicandi, surrexit Paphnutius confessor inexpertus nuptiarum, & synodo contradixit ne talem poneret legem, cum castitas sit cognoscere vxorem propriam synodus autem sententiā eius laudauit, & approbauit.

h ¶Introducere de consensu vxoris, aliter esset iniqua.

i ¶Castitatem.] Sic qui bene comedit, abstinens est 44. d. conuiuia in fi.

a ¶Sen-

Cõtradicere potest vnus multis.

f Et est hic argu. q vnus canonicus pt se opponere pro defensio ne ecclesiæ suæ. Ad idẽ extra de cõces. pb. ex parte, vbi dicit Ioan. de Fan. hoc esse verũ etiã si capitulum illi' ecclesiæ nollet defen di, & hoc fa uore ecclesię arg. ff. de lib. cau. l. j. 2. & 3

Vir debitum vxori nõ sp nec vbiq; re dere tenet.

z Melius ea. causa & q. c. apostolus in gl. vlt.

a ¶Sententiam.] Vnus ergo potest contradicere toti vniuersitati si habet rationabilem causam, vt extra de his quæ fi. a ma par. cap. 1. 1. nam sententia vnius potest alios trahere ad partem suam, vt extra de eo qui mit. in pos. cap. cum sicut, ff. de arb. item si vnus. §. vlt. C. de vet. iu. enu. l. prima, §. sed is, &c

poteft promoueri sine licentia vxoris? Dicit H. q sic, quia nec fit ei præiudicium aliquod. Sed certe præiudicium fit ei, quia post mortem viri non potest contrahere 4. Item in alio fit ei præiudicium: quia tempore vicis suæ non debet ei commisceri: cum etiam ad tempus vir

QVoniam.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quod in canone Romano statutum erat, quod diaconi, & presbyteri orientalis ecclesiæ deberẽt continentiam profiteri: quod male seruabant, quod sex ta synodus cognouit ideo statuit iuxta antiquum canonẽ Apostolorum, vt vnusquisque clericus suã possit habere vxorem: nec pter hoc repellatur a promotione si dignus fuerit. nec tempore suæ ordinationis cogitur continentiam profiteri: eo tamen tempore, quo ministrat altari, debet abstinere. In secunda parte, quæ incipit ibi, [Si quis.] dicit quod si quis presbyteros, vel diaconos a contactu legitimæ vxoris priuauerit, deponi debet, & quicuq; clericus causa religionis suam vxorem abiecerit, deponi debet: si in contumacia perseueret.

b ¶Quoniam.[idest quamuis.

c ¶Romani.] Hic assignatur differẽtia inter orientales, & occidentales.

d ¶Qui ordinati sũt] idest, ordinantur.

e ¶Apostolicę. Quia Apostolus præcepit, vt vir reddat debitũ vxori, 33. q 1. c. 1.

f ¶Opportuno.] Istud est contra Gandulphũ & alios, qui dicunt vir quolibet loco ẽt ĩ ecclesia, & quolibet tempore tenetur reddere debitũ vxori petenti Sed hoc nõ est verũ: qa sicut debitor nõ debet semp venire cũ sacro paratus, vt ff. de so. quod dicimus. sic nec vir semper debet esse paratus. 33. 4. q. Christiano. 2.

g ¶Diligens] idest, dignus.

h ¶Conuenientes.] sed nu quid in orientali ecclesia vir vir inuita vxore non possit orare, vt 33. q. 4. Apostolus. sed ibi expone, orare, idest, peregrinari. Io.

HOC AVTEM. CASVS. Modo Gratianus soluit supra

que laudauit sententiam [a] eius: & nihil ex hac parte sanciuit: sed hoc in vniuscuiusque voluntate, non in necessitate dimisit.

α ¶Subdiaconi.] *In aliquot vetustis codicibus, & in originali Socratis non sunt duæ istæ voces. Sozomenus tamen lib. 1. c. 22. habet tam Græcè, quam in Latina vetere, & noua versione, vt etiam Nicephorus.*

Item synodus sexta. c. 13. lib. 8. c. 19.

¶Non in perpetuum, sed tempore oblationis a complexu suarum vxorum sacerdotes abstineant.

Cap. XIII.

QVoniam β in Romani [c] ordine canonis esse cognouimus traditum, eos qui ordinati† sunt diaconi, vel presbyteri, debere confiteri; quòd iam suis non copulentur vxoribus: nos antiquum sequentes canonem Apostolicæ [c] diligentiæ, & constitutiones, sacrorum virorum legales nuptias amodo valere volumus, nullo modo cũ vxoribus suis eorum connubia dissoluentes; aut priuãtes eos familiaritate adinuicem in tempore opportuno [f]. Quicunq; ergo diligens † [g] inuentus fuerit in subdiaconali ordinatione, aut diaconali, aut sacerdotali, hic nullo modo prohibeatur ad talem ascendere gradum pro vxoris suæ legitimæ cohabitatione. Nec etiam tempore ordinationis suæ profiteri cogatur: quod abstinere debeat a legalis propriæ vxoris familiaritate. *Item infra.* ¶Oportet eos, qui altari ministrant: in tempore oblationis † sanctorum continentes [h] esse in omnibus; vt a Deo possint consequi, quæ simpliciter postulant. ¶Si quis igitur præsumpserit contra Apostolicos canones, aliquos presbyterorũ & diaconorum priuare contractu, & communione legalis vxoris, deponatur. Similiter & presbyter, aut diaconus, qui religionis causa vxorem suam expellit, excommunicetur. Si vero in hoc permanserit, deponatur.

Pann l. 3. c. 86.
† *ordinandi*] sed ob glossam non est mutatum.

† *leg. dignus*] sed ob glossam non est mutatum.

† *al. tractationis.*

β ¶Quoniam.] *Græcè sic habetur,* ἐπειδὴ ἐν τῇ ῥωμαίων ἐκκλησίᾳ ἐν τάξει κανόνος παραδεδόσθαι διέγνωμεν. *id est.* Quoniam in Romana ecclesia loco canonis traditum esse cognouimus, &c. *Hanc vero Ecclesiæ Romanæ traditionem non solum* B. *Hieronymus contra Iouinianum,* Humbertus *supracitatus, & alij Latini scriptores defendunt. sed etiam Balsamon in explanatione huius canonis satis aperte probat. Verum de omnibus huiusmodi canonibus, qui sextæ synodo adscribuntur, quid sit sentiendum, ad caput, Habeo librum d. 26. satis explicatum fuit.*

Hoc autem ex loco intelligendum est, orientalis. n. ecclesia (cui sexta synodus regulam uiuendi præscripsit) uotum castitatis ministris altaris non suscepit.

§ Scili... Lau. con...

4 Hæc ra... non vi b... nam in ... rib. orien... lium nõ ... locum q... habetur ... 28. dist. q... sunt culp... & sequ. q... continen... non pro... tũt tacitẽ... expresse.

supradictā obiectionem: & dicit, ꝙ hæc duo cap. intelliguntur de clericis orientalis ecclesiæ, qui non susceperunt votum castitatis, cui sexta synodis præfuit: licet occidentalis sic: & hoc probatur per sequens cap. rant votum continentiæ. In cap. presbyterum. non legitimæ nuptiæ intelligũtur secundæ scilicet, si quis discernit, locale fuit: vel intelligũtur de vxore, quæ ducta fuit in minoribus ordinibus. Similiter cap. illud. si subdiaconus. de secunda vxore intelligitur.

ALiter.] CASVS. Dicitur in hoc cap. ꝙ alia est traditio

Vnde Stephanus Papa ait in prima actione synodi ab ipso in Basilica Lateranensi congregatæ.

Occidentalis, non orientalis ecclesia castitatis obtulit votum. Cap. XIIII.

5 ALiter se orientalium traditio habet ecclesiarum, aliter huius sanctæ Romanæ ecclesiæ. Nam earum sacerdotes diaconi, atque subdiaconi matrimonio [a] copulantur [a], istius autem ecclesię, occidentalium nullus sacerdotum a subdiacono vsque ad episcopum licentiam habet coniugium sortiendi.

Pann. l. 3. c. 34.

a ¶Matrimonio.] *Idest possunt simul esse in sacris ordinibus, & matrimonio iuncti. Nam neque illis, postquam ad sacros ordines ascendissent, licebat contrahere matrimonium.*

Similiter & capitulum Nicolai [b] ex looco consideratur, quia gens Bulgarorum nouiter ad fidem conuersa, propositum sacræ religionis ex integro assumere nõdum didicerat. ¶Quod autem in c. 6. synodi presbyter non legitimis nuptijs detentus punitur, non legales nuptiæ secundæ intelligendæ sunt, a quib. auctoritate canonica sacerdos quilibet debet esse immunis. Illud autem Gangrensis concilij. [Si quis [d] discernit presbyterum coniugatum, &c.] similiter intelligendum est, vel localiter traditum, vel coniugatum ab ea appellatum, quam ante tempus ordinationis sua duxerat. Illud quoque Martini Papæ.] si subdiaconus [e] secundam duxerit vxorem] non dissimiliter intelligendum est. Primam enim vxorem ante subdiaconatum habere permittitur: qua defuncta, vel castitatem professa, promouetur iste ad subdiaconatum, Promotus autem si secundas desiderauerit nuptias, sententiæ Martini Papæ subiacebit.

sup. 82. d. c. vlt.
sup. 28. d. c. presbyterum.
sup. 28. d. c. si quis.
Infra 34. d. c. si subdiaconus ex Martino Bracarensi.

b ¶Nicolai.] 28. dist. consulendum.
c ¶Synodi.] 25. dist. presbyterum.
d ¶Si quis.] sup. 28. d. si quis.
e ¶Si subdiaconus.] Infra. 24. dist. si subdiaconus.

Eruāda.] hæc d. diuiditur ĩ sex partes: In prima parte probat. quòd in sacris nullus potest habere vxorem; in minoribus autem potest: & etiam habere beneficiũ. hoc ꝓbat ꝑ tres auctoritates. Sc̃da ibi, [Nullus,] Tertia ibi. [Verum.] Quarta ibi, [Prohibentur.] Quinta ibi, [Interdixit] Sexta ibi, [Presbyteram.] Ioan. Fan.

CASVS. Hic intitulatur 32. d in qua dicitur, ꝙ in occidētali ecclesia clerici in sacris ordinib. constituti debent continentiam seruare, vt probatur per sequēs cap. Sed in minorib. ordinib. non coguntur: & hoc per c. inf. ea. feriatim.

f ¶Seruanda est.] In hac 32. d adhuc prosequitur de continẽtia clericorũ. Dicit ergo, ꝙ constituti in quatuor sacris ordinib. tenenẽ cõtinere: & qui nõ fuerint continentes, priuãtur officio & beneficio: & si habent publicas concubinas, nullus Missam eorũ audiat 2. & vt facilius possint seruare cõtinentiã, præcipit eis, vt extraneatũ feminarum familiaritatem vitent 3 Io. Sed nunquid

Clerici in quatuor sacris ordinibus constituti continere tenentur.
2 Vt inf. ca. nullus. & c. præter hoc. Arch.
3 inf. ead. interdixi t. & c. seq.
4 Hic quæro an ordo sit vnum sacramentũ? Dic ẽm Pet. ꝑ vnum dĩ ꝑfectione vnius finis q̃ constituitur ex diuersis ordinibus specialibus, qui oẽs ordinantur ad vnũ actum consecrationis, sicut et domus vna dĩ Arch.

DISTINCTIO XXXII.



Ps 1 SEruanda est [f] ergo continentia ab omnib. in sacris ordinibus constitutis.

Vnde Leo Papa ad Anastasium epist. 82. c. 3. & 4. att.

¶Neque etiam subdiaconis connubium conceditur. Cap. I.

OMnium sacerdotũ tam excellens est electio, vt hęc,

Burc. l. 1. c. 5. & l. 2. c. 148.
Aus l. 7. c. 137. & l. 6. c. 18. in fi.
Iuo p. 5 c. 59. & par. 6. c. 91. & 211.
Pann. l. 2. c. 100.

Idest, carnaliter com[...]iscentur. [...]pe enim [...]uenit co[...]lari pro [...]rnaliter [...]mmisceri [...] copulatio [...]o carnali [...]mistione, [...] sup. c. 11. [...] qõ. 1. §. [...]osse, 27. q. [...] Agathosa. [...]&c. prius[...]quam ẽm [...]lug.

tio orientalis ecclesiæ, & alia occidẽtalis, Nam in orientali ecclesia oẽs clerici indistincte possunt vti m̃rimonio cõtracto. In occidentali vero ecclesia aliter seruat.
a ¶Copulantur.] Idest, copulato vtuntur: Multi ex hac litera dixerunt, ꝙ orientales possunt contrahere in sacris ordinibus. sed eis obstat infra. d. proxi. si quis eorũ. sed ipsi dicunt, quòd ibi sexta synodus nobis præfixit regulam.

SIMILITER. CASVS. In hoc ostẽdit Gratianus qualiter intelligantur tria cap. in 28 dist. scilicet, consulendum, & presbyterorum, & si quis discernit. & vnũ cap. in 34. dist. si subdiaconus. Dicit. n. quod illud cap. consulendum. locale fuit. quia Bulgari nondum suscepe-

rũ feminarum familiaritatem vitent 3 Io. Sed nunquid q̃libet ordo est sacer? Et certe vĩ, ꝙ sic. nam dĩ in lib. 4. sniarum, 22. d. c. 1. ĩn prin. ꝙ ordo est sacrũ signaculum in quo traditur spiritualis ptãs ordinato, & officium: & in quolibet ordine confertur gratia si digne sumatur, vt ibi dicitur Solut reuera quilibet ordo 4 sacer est: sed quatuor præcipue dicuntur sacri a sanctimonia, idest, castitate, & continentia, quam indicunt sup. 28. di. nullum. & cap. decernimus.

OMnium] CASVS. Quæsitum fuit a Leone, an subdiaconi possint habere vxores. Et respondet, quòd clerici in minoribus ordinibus constituti si contrahant immunes sunt a culpa: sed hoc subdiaconis non licet

quæ in alijs [a] membris ecclesiæ vacant † à culpa:in illis tamen habeantur illicita. Nam cum extra clericorum [b] ordinem cõstitutis, nuptiarum societati, & procreationi filiorum studere sit liberum, ad exhibendam tamen pfectæ continentiæ puritatem, nec subdiaconis quidem cõnubium carnale conceditur: vt & qui habent, sint tanquã non habentes; & qui non habent, permaneant singulares[c]. Quod si in hoc ordine [d], qui quartus est à capite [e] dignum est custodiri, quanto magis in primo, vel in secũdo, tertioue seruandum est, ne aut leuitico ministerio aut presbyterali honore, aut episcopali excellentia quisquã idoneus æstimetur, qui se à voluptate vxoria β necdum frænasse detegitur?

† al. non vocantur ad culpam.

β ¶ Vxoria.] *Sic emendatum est ex epistola Leonis, & cæteris collectoribus præterquam Iuone in parte 6. c. 97. nam ibi est vt antea apud Gratianum*, luxuriæ *Ex isto autem epistola loco ostenditur eo quoque tempore in multis ecclesiis eam fuisse consuetudinem, vt subdiaconi à proprijs vxoribus abstinerent. Quod tamen ante B. Gregorium non erat generatim omnibus ecclesiis præceptum, quippe cum in Sicilia aliter obseruaretur. c. nullum. supra dist. 28. & c. ante triennium. dist. 31.*

[*Item* [f] *Gregorius Leoni episcopo Catin. lib. 3. epist. 34.*]

PALEA Cap. II.

MVltorum relatione comperimus, hanc apud vos olim consuetudinem tenuisse, vt subdiaconi suis licite miscerentur vxoribus: quod ne denuo quisquam præsumeret, à Seruo dei sedis nostræ diacono ex auctoritate nostri decessoris est isto modo prohibitum, vt eodem tempore, ij qui iam vxoribus fuerant copulati, vnũ è duobus eligerent, idest, aut à suis vxoribus abstinerẽt, aut certe ministrare nulla ratione præsumerent. Et quãtum dicitur, Speciosus tunc subdiaconus pro hac re ab administrationis se suspendit officio, & vsque in obitus sui tempus, notarij quidem gessit officium, & à ministerio, quod subdiaconum oportuerat exhibere, cessauit. *& post aliqua.*

Infra 27. q. 2. Ans. l. 7. c. 138. Poly. l. 4. tit. 31.

¶ De cætero vero fraternitas tua sit omnino solicita, vt quos ad hoc iam officium contigerit promoueri, hoc quam maxime diligenter inspiciat, ne si vxores habent, miscendi se cum eis licentia potiantur; sed ad similitudinem Apostolicæ sedis, eos cuncta obseruare sua nihilominus districtione constituat.

Item Gregorius Augustino Anglorum episcopo, ca. 2. ad secundam interrogationem.

¶ Extra sacros ordines cõstituti ducant vxores, & ab ecclesia stipendia accipiant. Cap. III.

SI qui vero sunt clerici extra sacros ordines constituti, qui se continere non possunt, sortiri vxores debent, & stipendia sua exterius [g] accipere; quia & de eisdem patribus, de quibus præfati sumus, nouimus scriptum, quod diuidebatur singulis, prout cuique opus erat. De eorum ergo stipendio cogitandum, atque prouidendum est, & sub ecclesiastica regula sunt tenendi, vt bonis moribus viuant, & canendis psalmis inuigilent [h], & ab omnibus illicitis cor, & linguam, & corpus Deo auctore conseruent.

Infra 12. q. 1. quia tua. §. fi. qui. Iuo par. 6. c. 86. Pan. l. 3. c. 108. Act. 2.

Item Nicolaus Papa Odoni †. *Viennensi archiepiscopo.*

† al. Adoni.

Vnde qui habẽt, sint tanquam non habentes: & qui nõ habent, permaneãt singulares Et si hoc custoditur in subdiacono, multo fortius in diacono, presbytero & episcopo custodiri oportet.

a ¶ Quæ in aliis.] Idest, laicis.

b ¶ Clericorum.] Sacrorum.

c ¶ Singulares.] Idest, diuisi ab eis.

d ¶ In hoc ordine.] Idest, subdiaconali.

e ¶ A capite.] Idest, ab episcopatu. & sic videtur q episcopatus sit ordo 54 dis si seruus. & 93. dis. diacones. & dist. 21. cleros. sic 28 dist. nullũ.

f ¶ Item] Hic habẽt quidam ca. quod est 27. quæstio. 2. multorum, &c

SI qui vero. CASVS. Quæsiuit Aug. Anglorum episcopus à Greg. quid deberet fieri de clericis in minoribus ordinib. constitutis, qui continere non possunt. & respondet Greg. quod ipsi debẽt vxores accipere. & stipẽdia sua recipere exterius. Et hoc pbat exemplo patrum, qui diuidebant singulis prout quibusque opus erat. Et debẽt viuere sub regula. sua ecclesiastica, & lingua, & corde à malo abstinere.

g Exterius.] Signatur contrarium 12. quæst. 1. necessaria. & de consec. distin. in omnibus. vbi dicitur, quod omnes clerici simul dormiant. Sed dic, vt not. 12. q. 1. quia tua.

h ¶ Inuigilẽt.] Licet enim sint vxorati tñ abstinebunt. a negocia

ciatione & armis. vt 28.dist. fornicari.20. q.3.eos. sic extra de elect.transmissam.& 81 dist.dictum.

DE illo.] CASVS. Quidam episcopus permisit alicui subdiacono ducere vxorem, de quo Nicolaus Papa eum reprehendit, cum tantum clericis infra sub- qui contra constitutiones ecclesiæ bene dispensat 25. q.1.sunt quidam Ioan. Ego credo ꝙ Papa possit * dispensare, cum hoc non sit contra articulos fidei 2.& ipse habeat plenitudinem potestatis, vt 2. q.6. decreto & cap.seq.B.

¶ Subdiacono vxorem ducere non licet. Cap. IIII.

DE illo clerico, Aluerico † nomine, quem per ordines ecclesiasticos vsque ad subdiaconatū castè viuere dicitis, cur vestra auctoritate vxorem duxerit, miramur; eo quòd nulli vnquam (exceptis illis, quibus ecclesiastica regula habere permittit) vxorem ducendi † licentiam damus [a]:

uo.p.6.c.119.
† al. Alutco.
† al. habendi.

Item Nicolaus Papa omnibus episcopis.

¶ Non audiatur Missa presbyteri concubinam habentis Cap. V.

In synodo Romana cxiij. epōrum in basilica Cōstantiniana.

Pann.l.3.c.135.

2 NVllus Missam audiat [b] presbyteri, quē scit [c] concubinā indubitanter habere, aut subintroductā mulierē. Vnde etiam ipsa sancta synodus hoc capitulum sub excommunicatione statuit, dicens: [Quicunq; sacerdotum, & diaconorum, &c.] [*Sicut in subsequenti* [a] *capitulo Alexandri secundi continentur.*]

a ¶ Sicut in subsequenti.] *Hæc clausula est Gratiani omittentis referre ex capite Nicolai ea, quo proximè ex Alexandro relaturus erat. Sunt enim eadem uerba. Nam Nicolaus secundus in epistola, quæ extat, omnibus episcopis catholicis scripsit se in concilio, quod Romæ habuit centum tredecim episcoporum, hunc canonem edidisse, quem postea Alexander secundus (ut ipse etiam testatur in epistola manuscripta) in concilio à se habito ijsdem uerbis repetit. Quare in Pannormia appellatur decretum Nicolai iunioris, & Alexandri.*

In epis. pxima notat. indicata.

Item Alexander secundus.

¶ Non est audienda Missa presbyteri, qui concubinam habet: Cap. VI.

Pann. ibidem, & lib.8.c.142.

¶De eodem. C. VII.

Lvxuriam facit, & nutrit uini perceptio nimia, non natura.

Item Ambrosius in libro de Elia, & ieiunio, c. 4. & 5.

¶In paradiso abstinentia, post paradisum edendi lasciuia incœpit. C. VIII.

Sex-

dum à superfluitate ciborum & uini: quia multa mala inde proueniunt. Prima ratio est prin. cap. Scda ibi, [Vt sciamus.] Tertia ibi, [In prin.] Quarta ibi, [Manebat.] Quinta ibi, [Legimus.] Sexta ibi, [At non Abraham.] Septima ibi [Denique annunciauit.]

a ¶Sexto die.] Id est, die veneris. nam Dominico die Dominus cœpit facere mundum, ut 75. distinctio. quòd die. Alij dicunt. quòd omnia simul creauit. vnde Salamon 1 Qui uiuit in æternum, omnia simul creauit: sed licet omnia simul facta fuerint, non simul dici omnia poterant: & ideo scriptura utitur tali distinctione, extra de sum. trinita. cap. 1.

Die Dominico incœpit Dominus mundũ facere.

1 Ecclesiastici 18. c.

a ¶Sexto.]

to [a] die bestiæ [b] sunt creatæ, & cum bestijs orta edendi potestas est, & vsus escarum. Vbi cibus cœpit [c], ibi finis factus est mundi: ibi† cœpit sua incrementa nescire, ubi † cœperunt diuina opera circa eum feriari [d]. Quo indicio declaratum est, quòd per cibos mundus haberet imminui, per quos desijt [e] augeri. *& infra.* ¶Et ut sciamus non esse nouum ieiunium [f], primam illic legem constituit de ieiunio. *& infra.* ¶Eousque nemo præuaricari nouerat, ut adhuc orta non esset, quæ prima est præuaricatio. Indictum ieiunium, abstinentiæ lex à Domino Deo præuaricatio [g] legis à diabolo; culpa per cibum, latebra [h] post cibum: cognitio infirmitatis in cibo, virtus firmitatis in ieiunio. *& infra.* ¶Serpens gulæ persuadet, Dominus ieiunare decernit. Itaque gula de paradiso regnantem expulit; abstinentia ad paradisum reuocauit [i] errantem. *& infra.* ¶In principio generis humani ignorabatur ebrietas: primus Noe vineam plantauit: dedit naturam, sed ignorauit potentiam. Itaque vinum nec suo pepercit auctori. *& infra.* ¶Sed illius ebrietas nobis suadet sobrietatem. Semel enim inebriatus est Noe. Vbi enim malum ebrietatis agnouit, iumentum † suum ad remedium temperauit: non effudit ad vitium. ¶Manebat, antequam vinum inueniretur, omnibus inconcussa libertas: nemo sciebat à consorte naturæ suæ obsequia seruitutis exigere. Non esset [l] hodie seruitus, si ebrietas non fuisset. Obrepserat quidem iam fraternæ prælationis inuidia [m], manebat tamen adhuc paternæ pietatis reuerentia. Læsa pietas [n] est, dum ridetur ebrietas [o]. Non illis itaque solis nocent vina, quos tentant [p], sed & illis amplius, & quorum oculis temulenta ebriorum membra nudantur. ¶Legimus etiam, quòd patrem Loth inebriauerint filiæ in monte, ad quem timentes incendium Sodomitarum confugerant, & habitabant in spelunca. *& infra.* ¶Fuit itaque ebrietas origo incesti, pessimæ regenerationis partus [q] deterior. ¶At non Abraham vina in suo conuiuio ministrabat: sed immolabat vitulum: butyrum, & lac etiam angelis hospitibus exhibebat. Cæli dominum, mundi agnoscebat auctorem. Vinum ergo exhibere non poterat. Sed recte illic deerat materia peccati [r], ubi erat remissio [s] peccatorum. Denique annunciauit eum Ioannes non manducans panem neque bibens uinum. Qui enim Christum annunciat, ab omni uitiorum incentiuo præstare se debet alienum.

†*ubi*] orig. † *ibi*] orig.

Ibidem. c. 5.

† *iumentum*] uera lectio.

Gen. 19.

Gen. 18.

Matth. 11.

b ¶Bestiæ.] Id est, animalia in terra. nã quinto die fuerunt creata uolatilia & pisces. Gene. 1.
c ¶Cœpit.] mundus.
d ¶Feriari.] Id est cessare.
e ¶Desiit.] tunc fuit homo spoliatus gratuitis, & uulneratus in naturalibus. de pœniten. distinctio. 1. Adam.
f ¶Ieiunium.] Id est, abstinentia.
g Præuaricatio.] Scilicet fuit.
h ¶Latebra.] Quia abscondit se Adam à facie Domini. de pœniten. distinctio. 1. & uenit.
i ¶Reuocauit.] Argum. quòd primi parentes saluati sunt, vt de. pœnit. distinctio. 1. sicut primi. & de consecratio. distin. 1. hic duo.
K ¶Iumentum.] Id est, carnem suam quam pascit homo quasi iumentum. Vel dicitur corpus iumentum.
l ¶Non esset.] Supra distin. 1. ius gentium. contra sed ibi soluitur.
m ¶Prælationis inuidia.] Quia Cain interfecit fratrem suum.
n ¶Pietas.] Paterna.
o ¶Ebrietas.] Id est ebrius.
p ¶Tentant.] Id est, inebriant.
q ¶Partus. Id est, effectus. istud uult dicere quòd vinum ex se duos producit effectus: primo ebrietatem; deinde incestũ. & ebrietas fuit deterior effectus vini 1 Vel aliter: ex ebrietate processit seruitus. Item ex ea processit incestus, qui deterior est. Vel illud vult dicere, quod filia est deterior, quam mater: quia Moabitæ & Ammonitæ, quæ ab illis processerunt, fuerunt deteriores, quàm matres.
r ¶Materia peccati.] Scilicet vinum.
s ¶Remissio.] Id est, Deus remittens peccata.

Corpus est iumentum.

Effectus vini est duplex.

1 Et secundũ hoc expone regeneratricis, id est, uini quod generauit ebrietatem in incestũ. Arch.

Item ex concilio Agathensi, c. 41.

Ebrietatis mala.

a ¶Sexto.] Illud inducitur ad detestandam ebrietatem siue gulam. Primo, quia per eam degenerauit humana conditio, Secundo, exemplo Noe. Tertio, quia seruitus est inducta propter eam. Quarto exemplo Loth. Deinde commendat sobrietatẽ exẽplo Abrahæ, qui cibum ministrauit angelis sine vino: & exemplo Ioan. Baptistę.

ANte omnia.] CASVS. Dictum fuit in concil. Agathē. vt prius a clericis vitetur ebrietas, quàm alea, quæ cunctorū nutrix est vitiorum si quis clericus fuerit inebriatus, si est in sacro ordine, xxx. diebus a communione remoueatur: si est in minorib. ordinib. verberibus subijciatur.

Episcopus per laicum non verberet clericū.

a ¶Aut corporali.] Recipiat 40. ictus: sed episcopus non verberabit clericū per laicum, vt extra de senten. excom. uniuersitatis. nisi sit incorrigibilis, ut extra de sent. excō. vt famę 1.

1 De hoc etiam nota. 23. q. 5. c. 1. in fin.

tra extra de pur. ca. constitutus. Sed quid si penitus laicus ordinaretur, nunquid reciperet characterem? Sic arg. 2, 1. q. 1. ventum. ibi, sed dicitur. De hoc not. 40. dist. si cut, & extra de cle. per sal. promo. cap. vno.

2 De hoc etiam no. 40. distin. si cut. & 52. dist. c. 1. & ex̃ de cle. p sal. promo. cap. 1.

f ¶Imminutos.] Enormiter.

g ¶Se.

¶Triginta diebus à communione abstineat clericus, quem ebrium fuisse constiterit. C. IX.

ANte omnia clericis vitetur ebrietas, quæ omnium vitiorum fomes, ac nutrix est. Itaque eum quem ebriū fuisse constiterit, (vt ordo patitur) aut triginta dierum spatio à communione statuimus submouendum, aut corporali [a] subdendum supplicio. Burc. l. 14. c. 11. Iuo p. 13. c. 79.

DISTINCTIO XXXVI.

1 ps *OPortet [b] etiam ordinandum esse prudentem. Quod contra eos notandum, qui sub nomine simplicitatis [c] excusant stultitiam sacerdotum. Prudentem autem episcopum oportet intelligi non solum litterarum peritia, verumetiam sæcularium [d] negotiorum dispositione †.* Glo. ordinaria. 1. *Timo.* 3.

† *al. dispensatione.*

Vnde in epistola Gelasii Papæ episcopos per Lucaniam, c. 18. *&* 19.

¶Illiterati, & corpore vitiati non promoueantur ad clerum. C. I.

ILliteratos [e], aut aliqua parte corporis vitiatos [α], vel imminutos [f] nullus præsumat ad clericatus ordinem promouere; quia litteris carens sacris non potest esse aptus officijs: & vitiosum nihil Deo prorsus offerri legalia præcepta sanxerunt. ¶Similiter qui seipsos [g] abscindunt. Burch. l. 2. c. 8. Iuo par. 6. c. 37. & 75. Pann. l. 3. c. 46. *Leuit. c.* 22. *Ibidem c.* 19.

α ¶Vitiatos.] *Istæ duæ voces absunt à plerisque vetustis exemplaribus Gratiani, & originali, cuius expressa est potius sententia, quàm verba relata.*

Item Zozimus Papa epist. ad Isichium episcopum Salonitanum.

¶Ad summum sacerdotium non aspiret, qui diuinis stipendijs, vel disciplinis non est eruditus. C. II.

QVi ecclesiasticis disciplinis per ordinem nō est imbutus, & temporum approbatione diuinis stipendijs [h] eruditus, nequaquam ad summum ecclesiæ sacerdotium aspirare præsumat; & non solum in eo ambitio inefficax habeatur, verum etiam ordinatores eius careāt eo ordine [i] Infra di. 59. c. 1. Ansel. l. 6. c. 28. Iuo p. 5. c. 102.



OPortet igitur.] CASVS. Hic ītitulatur 36. distin. in qua prosequitur quartum c. scilicet, oportet episcopum esse prudentem, quod verum est non solum in litteratura, sed etiā in secularibus negotijs. Et hoc dictū est propter eos, qui sub nomine simplicitatis stultitiam sacerdotū excusant. De litteratura tractatur in his tribus dist. cōtinuis. De peritia vero sæcularium negotiorum tractatur in 39. dist.

b ¶Oportet.] Ab hoc loco vsque ad 40. dis. ostendit quam peritiam debeant habere clerici: & in hac ostendit, ꝙ habebunt peritiam litterarum sacrarum. in prox. distin. ostendit, quòd etiam habebūt peritiam sæcularium scientiarū. & inde sumpta occasione ostendit in 38. distin. ꝙ ignorantia est periculosa clericis. in 39. dist. dicit ꝙ habebunt peritiam sæcularium negotiorum. Et agit hic de quarto cap. apostolicæ regulæ.

Sacerdotis imperitia est inexcusabilis.

c ¶Simplicitatis.] Nec simplicitas, nec aliud potest excusare sacerdotis imperitiam, ut 38. dist. si in laicis.

Episcopus est iudex corporū & animarum.

d ¶Sæcularium.] Cū enim episcopus sit iudex & corporū, vt 11. q. 1. de persona. & 12. q. 1. præcipimus. & animarum. 10. q. 1. quæcūq;. oportet ipsum tam spirituali, quàm sæculari scientia ornari. 39. distin. circa prin.

ILliteratos.] CASVS. Quæsitum fuit à Gelasio, vtrū illiterati & corpore vitiati, qui se ipsos sponte absciderunt, possint promoueri. & respondet ꝙ non: quia secundū legē Moysi nihil vitiosum Deo debet offerri.

Sciētia mediocris sufficit.

e ¶Illiteratos.] Scilicet penitus. Sufficit tamē mediocris scientia, vt extra de elec. cū nobis olim. non enim requirit in clerico summa perfectio. sic ff. de ædil. edi. sciendum. §. illud. & l. si quis venditor. licet sit arg. cō-

g ¶Se ipsos.] Ex indignatione. Ioan.

QVi ecclesiastici.] CASVS. Quidā archiepiscopus promouit quendā ad episcopatum, qui non erat literis eruditus, nec disciplinis ecclesiasticis imbutus. Quæsitum est de eo, & de ordinatoribus quā pœnam debeant pati. Et respondet Zozimus, & ordinatus debet remoueri ab ordine quem suscepit: ordinatores uero careant potestate ferendi eundem ordinem, quem illicite tradiderunt.

h ¶Stipendijs,] Id est, officijs.

i ¶Ordine.] Hic habes ꝙ qui iniuste confert aliquē ordinem priuatur potestate conferendi illum. 1. q. 1. si qui episcopi. alibi suspenditur à celebratione missę p annum,

Ordinantis iniustè punitio.

annum, vt 55. distinct. nullus. alibi deponitur, vt 51. distinct. cap. 1. & 62. distinct. c. vltim. & 81. distinct. tantis. cum in hoc sit pœnarum varietas, fortè minor amplectitur. 50. distinct. eos. vel dic, vt not. 21. quæst. 2. in summa, in fin. Consueuit distingui, quòd si ex negligentia

hoc §. probat Gratianus xiiij. rationibus vel auctoritatibus, quòd episcopus debet esse peritus in litteris. Prima est in principio. Secunda incipit ibi, [Hinc etiam vestes.] Tertia, [Hinc etiam Dauid.] Quarta, [Salomon quoque.] Quinta, [Hinc etiam Dominus.] Sexta. [Hinc etiam Malachias.] Septima, [Hinc etiam idem Saluator.] Octaua, [Hinc etiam Salomon.] Nona, [Hinc idem Dominus.] Decima, [Hinc etiam prius:] Vndecima; [Hinc Petrus.] Duodecima, [Hinc etiam Paulus.] Decimatertia, [Vnde sacerdotes.] Decimaquarta, [Hinc etiam in canticis.]

quem sine ordine contra præcepta patrum crediderant præsumendum.

Ecce quòd sacrarum litterarum oportet episcopum habere peritiam: vnde in veteri testamento inter cætera ornamenta Pontifex rationale ferebat in pectore, in quo scribebatur manifestatio, & veritas: quia in pectore Pontificis manifesta debet esse cognitio veritatis. Exo. 28.] ex interpre. lxx. *¶ Hinc etiam vectes, quibus arca portabatur, iugiter annulis erant inserti, vt cum arca esset portanda, nulla fieret mora de intromittendis vectibus: quia prædicatores, per quos Ecclesia circumfertur, sacris litteris semper debent insistere; ne tunc quærant[a] discere, cum ex officio alios debeant docere.* Exo. 25. *¶ Hinc etiam Dauid prius ex gratia spiritus sancti donum scientiæ percepit, & postea administrationem regni assecutus est.* 2. Reg. 5. *¶ Salomon quoque non diuitias, non longa tempora huius vitæ, sed sapientiam à Deo petijt, & impetrauit.* 3. Reg. 3. 2. Paral. 1. *¶ Hinc etiam Dominus prius ponit verba sua in ore prophetæ, & postea cōstituit[b] eum super gentes, & regna, dicens ad Hieremiam: [Ecce dedi verba mea in ore tuo; ecce constitui te hodie super gentes, & super regna.] ¶ Hinc etiam Malachias ait: [Labia sacerdotis custodient[c] scientiam, & legem requirent de ore eius: quia Angelus Domini exercituū est.]* Hier. 1. Mal. 2. *¶ Hinc etiam Saluator noster prius in medio Doctorum sedit audiens illos, & interrogans, & postea prædicare cœpit: quia prius quisque discere, & postea prædicandi officium vsurpare debet.* Luc. 2. *¶ Hinc etiam Salomon prius ait [tempus tacendi] & postea [tempus loquendi;] quia veritas prius tacendo discitur, & postea loquendo prædicatur.* Eccle. 3. *¶ Hinc idem Dominus ait [Qui audit[d], dicat, veni[e]].* Apocal. 2. *¶ Hinc etiam prius Apostolos docuit, deinde eos ad prædicandum misit, dicens [Estote ergo prudentes, sicut serpentes[f], & simplices[g] sicut columbæ]. Sic etiam post resurrectionem prius illis sensum aperuit, & scripturas explanauit; & postea dixit eis [Euntes in mundum vniuersum, &c.]* Matth. 10. Marc. 16. *Vnde cum de quinque panibus quinque millia hominum vellet reficere, prius panes accipiens fregit, & postea discipulis dedit, & per eos demum turbis apposuit: quia sacramenta legis, & prophetarum prius differendo exposuit, & postea eorum scientiam discipulis dedit, & per eos tandem illam fidelibus dispensauit.* Matth. 14. *¶ Hinc & Petrus, cum rectoribus ecclesiæ scriberet, ait: [Parati esse debetis reddere rationem omni poscenti vos satisfactionem[h] de ea fide[i] & spe[k], quæ in vobis est.]* 1. Pet. 3. *¶ Hinc etiam Paulus scribens ad Timotheum ait: [Attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ.]* 1. Tim. 4. *Ex quibus omnibus liquido colligitur, quòd non sufficit*

a ¶ Quærant.] Nec. n. eps debet egere doctrina aliorum, quoniam alios debet instruere: vt 1. quæst. 7. conuenientibus. 16. quæst. 1. sic viue. Ioā. in Authen. de sanct. episcop. circa prin. — Eps aliorū doctrina non debet egere.

ADDITIO. Si tamen episcopus minus sit eruditus, ab alio doceri non contemnat, vt patet 18. distinct. non oportet. & 22. distin. de Constantinopolitana. & 20. q. 3. si habes.

b ¶ Constituit.] No. ex ordine loquendi probari ordinem factorum. sic 43. dist. sit rector. & 20. distin. §. 1. Io. Ar. 1. q. 1. vt euidenter.

c ¶ Custodiet.] Quia videre debet quibus prædicet, & quibus non, vt 43. dist. in mādatis. & 32. q. vlt. c. penul.

d ¶ Qui audit.] Discendo.

e ¶ Veni.] Docendo.

f ¶ Serpentes.] Ne eorum dolis supplantemini.

g ¶ Et simplices.] Ne alijs 1. dolos machinemini. Io. vt 16. q. 1. si cupis. — 1 16. q. 1. si cupis.

h ¶ Satisfactionem.] Scilicet respondendo eis satisfaciatis. Et est arg. quòd prælati tenentur respondere ad

gentia ordinat quis indignum, tunc suspenditur: si ex certa scientia, tunc deponitur. Vel aliter, aut ordinat illum cum quo de facili dispensare potest, uel cum quo dispensare non potest, vt secundum hoc magis vel minus puniatur, hodie tamen mitius agitur cum talibus, vt extra de præben. graue.

ECCE. CASVS. Beneuc. sic ponit casum huius §. in

omnes quæstiones nam tantum debent differre prælati à subditis, quantum granum à palea, vt 25. dist. §. nomine autem criminis. 1. q. 1. vilissimus. & 8. quæst. 1. licet. Ioan.

i ¶ De ea fide.] .i. de articulis: quod creditis & tenetis. Ioan.

K ¶ Spe.] Id est, de his quæ speratis.

a ¶ Ocu-

prælatis bona conuersatio, & morum honestas, nisi addatur scientia doctrinæ. ¶ Unde sacerdotes ingressuri tabernaculum, prius lauabantur in labro æneo, quod fecerat Moyses ex speculis mulierum. ¶ Hinc etiam in canticis canticorum oculi [a], per quos prælati ecclesiæ intelliguntur, assimilantur columbis, quæ resident iuxta fluenta plenissima [b]. Exo.38. Cant.5.

Hinc etiam Hieronymus [α] in Leuit.

¶Sacerdotis est legis scientiam habere, non bellis, sed orationibus vacare. C. III.

SI quis vult pontifex non tam vocabulo esse, quàm merito, imitetur Moysem, imitetur Aaron. Quid enim dicitur de eis? quod non discedunt de tabernaculo Domini. Erat ergo Moyses indesinenter in tabernaculo Domini. Quod autem opus eius erat? vt, aut à Deo aliquid disceret, aut ipse populum doceret. Hæc duo sunt Pontificis opera, vt, aut à Deo discat legendo scripturas diuinas, & sæpius meditando: aut populum doceat. Sed illa doceat, quæ à Deo ipse didicerit, non ex proprio corde, vel humano sensu, sed quæ spiritus sanctus docet. Est & aliud opus, quod facit Moyses: ad bella non vadit [c], non pugnat contra inimicos. Sed quid facit? orat, & donec ille orat, vincit populus eius: si relaxauerit, & demiserit† manus, populus eius vincitur, & fugatur. Oret ergo & sacerdos ecclesiæ indesinenter [d], vt vincat populus, qui sub ipso est, hostes inuisibiles Amalechitas: qui sunt dæmones impugnantes eos, qui volunt pie viuere in Christo. Leuit.8. Exo.17. †al. admiserit

α ¶Hieronymus.] *Citatur ex B. Hieronymo, & extat in homilia sexta Origenis in Leuiticum: quas quidem homilias cum alijs multis B. Hieronymus latinas fecit, sed ita, vt noxia quæque detrũcarit, vtilia transtulerit, Quod ipsemet ad Theophilum episto. 62. ad Vigilantium epist. 75. & in prologo secundi libri in Micheam professus est. Ac frequenter Gratianus ea, quæ sunt Origenis, Hieronymi nomine citat, vel quia præcipui ecclesiæ doctoris auctoritas maius pondus habet, vel quia Hieronymus eo, quo dictum est, modo illa vertendo, pene sua fecerat.*

DISTINCTIO XXXVII.

[1] [ps] S*Ed quæritur [e], an sæcularibus litteris oporteat eos esse eruditos.*

De his ita scribitur in concilio Carthaginensi, 4. c. 16.

¶Libros gentilium non legat episcopus. C. I.

EPiscopus gentilium [f] libros non legat: hæreticorum autem pro necessitate, aut tempore.

Ans. l.7. c.202. Burch. l.1. c.95. Iuo p.4. c.160. & p.5. c.197. Pann. l.2. c.130. Polyc. l.4. tit.7.

---

a ¶Oculi.] Scilicet sponsæ.

b ¶Plenissima.] Sic sp prælati sedebunt iuxta fluenta Euangeliorum & sacræ scripturæ: & sicut columba sedet ex natura iuxta aquam vt videat in ipsa aqua vmbram superuenientis acccipitris, & sic sibi p̄cauere cõsueuit; sic prælatus sibi per scripturã præcauebit contra hęreticos. 10. dist. in fi. 11. dist. nolite.

Prælatus columbà imitetur.

SI quis vult.] CASUS. Tria sunt opera, quæ Moyses & Aaron, faciebant, scilicet legere, docere populũ, & orare: hæc tria opera debet episcopus facere, si vult imitari Moysẽ & Aaron. & si orauerit episcopus, uincet populus eius dæmones, sicut populus Israel vicit Amalechitas orante Moyse.

c ¶Non vadit.] Nunquid ergo ep̄i nõ interrũt bellis? immo [1]. quia etiam possunt alios hortari ad bellum, vt 23. q. 7. igitur. & c. hortatũ. Ioan.

1 No. in c. hic allega. 23. q. 8. igit. in fin. Arc.

d ¶Indesinẽter.] Omnino, vel horis statutis. sic 21. q. 3. hi qui. de consecr. dist. 5. nũquam. 31. distin. si laicus. ff. de cond. & demonst si quis ita. 22. dist. sacrosancta.

SEd quęritur.] Hęc dis. diuidit̃ in q̄nq; partes. Secunda ibi, [Cur ergo.] Tertia ibi, [Relatũ.] Quarta ibi, [Ideo.] Quinta ibi, [vt itaque. CASUS. Ponitur hic 37. dist. in qua q̄ritur an oporteat clericos esse eruditos litteris sæcularibus, scilicet libris gentiliũ: Et primo p̄bat eos nõ esse legendos, vsq; ad §. sed ecõtra. deinde p̄bat c̃rium. postea dat solutionem ĩ. eo. §. sicut ergo. Prima duo cap. plana sunt.

e ¶Sed quæritur.] In hac 37. dist. quærit [2]. G. an ordinandus debeat habere peritiam sæcularium scientiarum. Primo autem ostendit, quod clerici nõ debent respicere libros gentilium [3]. Secundum ponit argu. in contrarium, & talem dat solutionem, quod quidam legunt libros gentilium causa delectationis & voluptatis, & hoc est prohibitũ; quidã legũt ad eruditionem, & illud licitum est, vt per eos sciãt rectè loqui, & discernere verum à falso. Io. vt infra. eo. §. cur ergo. Et no. quòd in omnibus vsque ad § sed contra. videtur sola voluptas prohiberi.

2 Scilicet incidẽter. H. Clerici an libros gẽtiliũ respicere possint.

3 Et hoc facit vsq; ad §. ĩ. ea. sed contra.

f ¶EPiscopus gentilium.] Ergo nec leges audire debent. nam opprobrium est eis, si se velint esse peritos

Episcopis an liceat leges audire.

Item Hieronymus ad Damasum Papam de filio prodigo, epist. 146.

¶Reprehenduntur sacerdotes, qui omissis Euangelijs comœdias legunt. C. II.

Iuo p.4. c.162. Pann.l.2.c.131.

SAcerdotes Dei omissis Euangelijs, & prophetis uidemus comœdias legere, amatoria bucolicorum versuũ verbi canere, Virgilium tenere †; & id, quod in pueris necessitatis [a] est, crimen in se facere uoluptatis.

† *al. tenere in manibus.*

Idem ad cap.4. epist. ad Ephesios, lib.2. comment.

¶In vanitate, & obscuritate sensus ambulant qui sæculari bus disciplinis occupantur. C. III.

Eph.4.

NOnne uobis uidetur in uanitate sensus, & obscuritate mentis ingredi, qui diebus ac noctibus in dialectica arte torquetur? qui physicus perscrutator oculos trans cęlum leuat, & ultra profundum terrarum, & abyssi †, in quoddam inane demergitur, qui iambum ferit α? qui tantam † metrorum siluam in suo studiosus corde distinguit, & congerit? & (vt ad alteram partem transeam) qui diuitias per fas & nefas quærit? qui adulatur regibus, hæreditates captat alienas, & opes congregat, quas in momento, cui sit relicturus, ignorat?

† *al. abyssi quoddam immane demergit.*
† *al. tantum.*

α ¶Ferit.] *Antea legebatur,* iambum feruet *In originali autem impresso est,* Iambum struit *Emendatum vero est ex antiquo Gratiani exemplari. Nam Terentianus de Iambo sic scribit:*

Iambus ipse sex enim locis manet,
Et inde nomen inditum est senario;
Sed ter feritur, hinc trimetrus dicitur,
Scandendo binos quòd pedes coniungimus. *Ac de ijsdem senarijs Isidorus l.1. Etymol c 38. ait,* hos Græci, quia geminos feriunt, trimetros dicunt.

Item lib.9. ad c.28. Esaiæ.

¶Qui scripturas sacras male intelligit, vel sæculari sapientia abutitur, vino inebriatur, & sicera. C. IIII.

VIno inebriantur, quando scripturas sanctas male intelligunt [b], atque peruertunt: sicera, quando sæculari abutuntur sapientia, & dialecticorum tendiculis, qua non tam uincula † sint appellanda, quàm phasmata, id est vmbræ quædam, & imagines, quæ cito pereunt, atque soluũtur. *Idem.* ¶Secundum tropologiam [c] pseudo prophetas eos debemus accipere; qui aliter scripturarum uerba accipiunt, quàm spiritus sanctus sonat; & diuinos eos qui coniectura mentis suæ incerta futurorum quasi uera pronunciant absque diuinorum auctoritate uerborum *Idem.* Quicunque scripturas non ita intelligit, vt rei ueritas habet, vuam acerbam comedit.

† *al. tẽdicula.*

Hier l. 5. ad c. 29. Iere.

Hier. l. 6. comment. ad c.31. Iere.

Idem lib.3. ad c.6. epist. ad Ephesi.

¶Reprehenduntur episcopi, qui filios suos sæcularibus erudiunt litteris. C. V.

Iuo p.4. c.166.

LEgant episcopi, atque presbyteri, qui filios suos sæcularibus litteris erudiunt, & faciunt illos comœdias

peritos disciplinarũ forẽsium. C. de testa. consulta diualia. Sed contra, leges sunt per ora principum diuinitus promulgatę, ut 16. q. 3. nemo 1. Dic ꝙ ad hoc licet audire leges, ut per eas melius intelligantur canones. argu. ĩ. ea. dist. §. sed sæculares. Ioan.

1 Ad idem C. de longi tẽp. pscrip. l. fi. 25. q. 1. ideo. Arch.

a SAcerdotes.] ¶Necessitatis.] Vt sciant recte loqui.

NOnne.] CASVS. Quatuor genera hominũ in hoc cap. reprehenduntur, scilicet dialectici, qui quotidie in arte dialectica torquentur, & physici, & qui oculos trãs cœlum leuant, & versificatores, & cupidi, qui diuitias per fas & nefas acquirunt. quas in momento cui sint relicturi, ignorant.

VIno.] CASVS. In hoc cap. exponit quinque Hierony. Dicit enim, quòd illi inebriantur uino, qui sacras scripturas male intelligunt, atque peruertunt. Secundo inebriantur sicera, qui sæculari scientia abutũtur. Tertio exponit, qui dicantur pseudo prophetæ. Quarto qui sint diuini. Quinto, quòd ille comedit uuam acerbam, qui aliter exponit scripturam, quàm veritas habet, etsi non contra fidem.

b ¶Intelligunt.] Talibus qui male intelligunt dicta magistri, essent aures præscindendæ, vt 24. quæst. 1. si Petrus.

Aures male intelligẽtibus sũt euellendæ.

c ¶Secundum tropologiam.] Id est, secundum moralem intellectũ à tropos, quod est conuersio 2, quando uerba nostra conuertimus ad mores in formandos. 43. distin. sit rector.

2 Et lógos sermo. inde tropologia, id est conuersio sermonis. Hugo. de hoc no. 76. dist. ieiunium. ia fi.

ADDITIO. Isti contrarium faciebant. & facit de pœnit. dist. 1. super tribus. Archid.

LEgant.] CASVS. In hoc cap. reprehenduntur sacerdotes ab Hieronymo q filios suos & nepotes faciebant legere comœdias

legere, & mimorum turpia scripta cantare, de ecclesiasticis [a] forsitan sumptibus eruditos. Et quod in corbonam pro peccato virgo, uel uidua, uel totam substantiam suam effundens quilibet pauper obtulerat, hoc in Kalendariam strenam [b], & saturnalitiam sportulam [c], & Mineruale munus grammaticus & orator, aut in sumptus domesticos, templi stipes, aut in sordida scorta conuertit. Heli sacerdos, ipse sanctus fuit: sed quia filios [d] suos non erudiuit in omni disciplina, & correptione, supinus cecidit, & mortuus est. 1. Reg. 2.

[*Item ex responsione Hadriani [a] Papæ ad Carolum, cap. 49.*]

PALEA. C. VI.

Omnem uim uenenorum† suorum in dialectica disputatione constituunt hæretici, quæ, philosophorum sententia, definitur non adstruendi uim habere, sed studiũ destruendi. Sed non in dialectica complacuit Deo saluum facere populum suum. Regnum enim Dei in simplicitate fidei est, non in contentione sermonis.

Iuo p. 4. c. 229. † *al. inuentorum.*

[a] ¶Hadriani.] *Hoc caput antea tribuebatur Vrbano. Sed est in scripto Hadriani de imaginibus ad Carolum magnum, c. 49. & inde emendatum est. Eadem vero habentur apud B. Ambrosium lib. 1 de fide ad Gratianum Imper. c. 3.*

Item Rabanus de pressuris ecclesiasticis.

¶Beatus Hieronymus ab Angelo verberatur; quia Ciceronis libros legebat. C. VII.

Legimus de beato Hieronymo, quòd cum libros [e] legeret Ciceronis, ab Angelo est correptus, eo quòd vir Christianus paganorum figmentis intenderet.

Ex Hieronymo ad Eustochium de custodia virg. Iuo p. 4. c. 164. Pann. l. 2. c. 132. *Luc. 15.*

Hinc etiam filius ille prodigus in Euangelio reprehenditur; qui de siliquis [f], quas porci manducabant, ventrem suum replere cupiebat. ¶Hinc etiam Origenes [a] ciniphes, & ranas, quibus Aegyptij sunt percussi, vanam dialecticorum garrulitatem, & sophistica argumenta intelligit. Ex quibus omnibus colligitur, quòd non est ab ecclesiasticis sæcularium litterarum quærenda peritia. Sed contra legitur, quòd Moyses, & Daniel omni scientia Aegyptiorum, & Chaldæorum eruditi fuerunt. Legitur etiam, quòd præcepit Dominus filijs Israel, vt expoliarent [g] Aegyptios auro, & argento, moraliter instruens, vt siue aurum sapientiæ, siue argentum eloquentiæ apud poëtas inuenerimus, in vsum salutiferæ eruditionis uertamus. ¶In Leuitico etiam primitias [β] mellis, id est, dulcedinem humanæ eloquentiæ, Domino iubemur offerre. ¶Magi quoque tria munera obtulerunt Domino, in quibus nonnulli tres partes [h] philosophiæ volunt intelligi. Denique (vt in expositione psalterij [γ] Cassiodorus testatur) omnis splendor rhetoricæ eloquentiæ, omnis modus poeticæ locutionis, quælibet varietas decoræ pronunciationis à diuinis scripturis sumpsit exordium. ¶Hinc & Ambrosius ait super epistolam Colossensium. [Omnis ratio scientiæ supernæ, vel terrenæ creaturæ in eo est, qui est caput earum, & auctor: vt qui hunc nouit, nihil vltra quærat, quia hic est perfecta virtus, & sapientia; quidquid alibi quæritur,

Actorum 7. *Dani. 1.* *Exo. 3. & 11.* *Leuit. 2.* *Matt. 2.* Rab. ad hunc locum Matt. *c. 2.*

mœdias & poetica carmina, & quia ad hoc pecuniam ecclesiasticam & ad alios turpes vsus conuertebant: unde dicit eos presbyteros puniendos ad instar Heli, qui cecidit de sella supinus, & mortuus est, quia suos filios non correxit. Quæ sequuntur plana sunt vsq; ad §. sed econtra.

a ¶Ecclesiasticis.] Argu. contra 3. 31. dist. omnino.

b ¶Strenam.] Strena est primum donum, quod datur in principio Kalendarum. & datur pro augurio. 26. q. ulti. non obseruetis. & dicitur strena quasi sine threna, id est, sine lamẽtatione.

c ¶Sportulam.] Quæ datur pro fabulis Saturni, uel pro festis Saturni celebrandis, uel pro ludis Saturni bonæ fortunæ.

d ¶Sed quia filios.] talis repellitur à testimonio, ut 6. q. 1. qui crimen. Item nec potest esse episcopus, ut 48. dist. §. necesse. immo potius dicitur canis, q̃ episcopus, ut 2. q. 7. qui nec. Io.

e ¶Legimus.] ¶Libros.] Quia legit eos cã delectationis, non causa eruditionis, vt de consec. distin. 5. non mediocriter.

f ¶De siliquis.] Id est, sæcularibus scientijs, quæ inflant, non satiant 1.

SED ECONTRA CASVS. Amodo probat Gratianus, ꝙ clerici sæcularibus scientijs debent esse eruditi. Et hoc probatur sex rationibus. Prima est in principio. Secunda ibi, [Legitur etiam.] Tertia ibi, [In Leuitico.] Quarta ibi, [Magi.] Quinta ibi, [Denique.] Sexta ibi, [Hinc etiam Ambrosius,]

g ¶Vt expoliarent.] 14. q. 5. dixit.

h ¶Tres partes.] Scilicet moralem, naturalem, rationalem.

a ¶De-

Sciẽtiæ sæculares nõ satiant.

1 Sicut em̃ siliquæ onerant uẽtrẽ & inflant, sed non satiant, sic, & illæ à spirituali fame non liberãt nec cæcitatẽ expellũt, sed onere peccatorũ & gehennæ reatu grauant. quicũque ergo ad remouẽdã cæcitatẽ ignorantię illas artes & scientias discere appetit, quasi siliquis ventrem suum replere cupit, secundum Hug.

hic perfectè inuenitur. In Daniele, & Salomone ostendit infidelibus se totius auctorem sapientiæ. Quod infideles non putant, quia non legunt in Euangelijs, et Prophetis astrologiã, geometriam, & alia huiusmodi: quæ ideo despecta [a] *sunt à nostris, quia nihil valent ad salutem, sed mittunt in errorẽ; & dum his student, curam animæ non habent. Qui vero Christum nouit, thesaurum sapientiæ, & scientiæ inuenit; quia id nouit, quod vtile est.*]

α ¶Origenes.] *Is homilia 4 ad cap. 7. Exodi, ranas quidem comparat poetis, ciniphes autem dialecticis.*

β ¶Primitias.] *Leuitici c. 2. prohibetur fermentum, ac mel adoleri in sacrificio Domini: primitiæ tamen eorum iubentur offerri, sed non super altare imponi. Vbi in glossa ordinaria mel exponitur gentilis eloquentia, ab Isychio autem paganorum doctrina; cuius primitiæ ad imitationem Beati Apostoli Pauli possunt Deo offerri.*

γ ¶Cassiodorus.] *In prologo psalterij, c. 15. & sequenti multis verbis Cassiodorus diuinæ scripturæ eloquentiam explicat, & commendat. Sed quæ affert in principio explanationis Psalmi 6. valde videntur his, quæ nunc referuntur, conuenire.*

δ ¶Ambrosius.] *Ex Beati Ambrosii principio expositionis capitis secundi epistolæ ad Colossenses, hæc summatim collecta sunt, referunturque in glossa ordinaria, & ab Anselmo ad idem caput secundum, cuius Anselmi verbis Gratiani verba magnopere sunt similia.*

Hinc etiam Beda libro 2. Regum, c. 9. in Samuelis allegoricis expositionibus.

¶ Non prohibeantur clerici sacras litteras legere.

C. VIII.

Iuo p. 4. c. 85. Pann. l. 2. c. 133.

TVrbat acumen legentium, & deficere cogit, qui eos à legendis sæcularibus litteris omnimodo æstimat prohibendos; in quibus† si qua[b] inuenta sunt utilia, quasi sua sumere licèt. Alioquin nec Moyses, & Daniel sapiẽtia, uel litteris Aegyptiorum paterentur erudiri; quorum tamen superstitiones simul & delicias horrebant. Nec ipse magister[c] gentium aliquot uersus poetarum suis uel scriptis indidisset[d], uel dictis.

†al. quibus vbilibet inuenta vtilia

2 *Cur ergo legi prohibentur, quæ tam rationabiliter legenda probantur? Sed sæculares*[e] *litteras quidam legunt ad voluptatem, poetarum figmentis, & verborum ornatu delectati: quidam vero ad eruditionem eas addiscunt, vt errores gẽtilium legendo detestentur, & vtilia, quæ in eis inuenerint, ad vsum sacræ eruditionis deuote conuertant. Tales laudabiliter sæculares litteras addiscunt. Vnde B. Gregorius quendam episcopum non reprehendit, quia eas didicerat; sed quia contra episcopale officium pro lectione Euangelica, grammaticam populo exponebat.*

l. 9. reg. epist. 48 infra 86. dist. 1. c. cum multa.

a ¶Despecta.] Respectu aliarum sententiarum. Ioã.

TVrbat.] CASVS. Quidam prohibebãt Christianos ne legerent libros gentilium, quos Beda reprehẽdit, dicens, quòd bene possunt legi sine peccato, vt vtilia inde sumantur, ad instar Moysi & Danielis; & etiã Pauli, Pauli, qui suis epistolis inseruit versus poetarum, scilicet, Cretenses, &c.

b ¶Si qua.] Arg. ꝙ vtile non uitiatur per inutile, vt 17. q. 4. quæst. 5. distinct. 9. si ad scripturas. contra. Ioan.

c ¶Magister.] Nam legitur ꝙ cũ Paulus venisset Athenas, vidit aram ignoti Dei, in qua erat scriptũ, Hæc est ara ignoti Dei 1. in quo viuimus, mouemur, & sumus. à qua scriptura Apostolus incepit prædicationẽ suã, & aperuit illis Atheniensibus sensum illius scripturæ, prosequẽs de Deo nostro, & dicens: Quem vos dicitis ignotum, egò prædico, & colo, tunc Dionysius areopagita videns quendam cæcum transeuntem dixit illi: Si illuminaueris istum cæcum, credam tibi, qui statim inuocato nomine Christi illuminatus est, & ille credidit.

d ¶Indidisset.] In epistola Pauli ad Titũ illud Epimenidis poetæ, Cretẽses s p mẽdaces, malæ bestiæ, ventres pigri. 1. q. 1. Dñs declarauit. Interseruit ẽt in 1. epis. ad Corinth. illud Menãdri, Sæpè bonos mores corrũpunt colloquia praua. 28. q. 1. sępè. Itẽ vsus est illo versu. Odero si potero, si non, inuitus amabo. sed Hiero. de consecr. dis. 5. nonnunquam vsus est versibus Virgilij, & August. illo Lucani, mẽs hausti nulla, &c. 26. q. 5. nec mirum. & iurisperitus auctoritate Virgilij. ff. de rerum diuisione. intantũ. §. cenotaphium. & Homeri, Instit. de contrah. emp. §. pretium.

CVR ERGO. CASVS. Soluit Gratianus ꝯrietatem hanc, dicẽs ꝙ sæculares scientias debet quis addiscere non ad voluptatem, sed ad eruditionem, vt quæ in eis vtilia inueniuntur, ad vsum sacræ eruditionis cõuertantur, vnde Gregorius quẽdam epm reprehẽdit, non q̃a sæculares sciẽtias didicerit: sed q̃a ad voluptatẽ grãmaticã loco Euãgelij exponebat.

e ¶Sed sæculares.] Vnde beatus Gregorius infra 86. distinct. cum multa.

1 Aliàs, ignoto Deo datiui casus.

Dionysius per prædicationem Pauli fuit conuersus.

Apostolus vsus est sententijs poeticis.

Legi-

Hinc etiam Ambrosius scribit super Lucam in explanatione procemij.

¶Sæculares litteræ legendæ sunt, ne ignorentur.

C. IX.

LEgimus aliqua, ne negligantur [a] α; legimus, ne ignoremus [b]; legimus, non vt teneamus, sed vt repudiemus [c]. Pann.l.2.c.134.

α ¶Negligantur.] *Sic etiam in Pannormia, sed in originali & in vno Gratiani manuscrip.* ne legantur. *Ibi enim agitur de pseudeuangelijs Sed non est mutatum ob glossam.*

Item Hieronymus ad c.1. epistolæ ad Titum.

¶Grammatica legenda est, vt per eam sacræ scripturæ intelligantur. C. X.

SI quis artem grammaticam nouerit, vel dialecticam, vt rationem rectè loquendi habeat, & inter falsa & vera dijudicet, non improbamus α. ¶Geometria [d] quoque, & arithemetica, & musica habent in sua scientia veritatem: sed non est scientia illa, scientia pietatis. Scientia pietatis est nosse legem, intelligere prophetas, Euãgelio credere, Apostolos non ignorare. ¶Grammaticorum β autem doctrina etiam potest proficere ad uitam; dum fuerit in meliores usus assumpta. Pann.l.2.c.135. Iuo p.4. c.167. Pann.l.2.c.136

α ¶Non improbamus.] *Absunt istæ duæ voces ab originali. Exponens enim B. Hieronymus verba illa ex principio epistolæ ad Titum,* & cognitionem veritatis, quæ est iuxta pietatẽ, *ita scripsit:* Est planè veritas, quæ non habet pietatem; si quis grammaticam, &c.

β ¶Grammaticorum.] *Hæc non sunt B. Hieronymi, sed Isidori lib.3. de summo bono, c.13. ex quo citat Iuo.*

Item Hieronymus in primum caput Danielis.

¶Exemplo Danielis probatur non esse peccatum sæcularibus litteris erudiri. C. XI. Poly.l.4.tit.7.

QVi de mensa [e] regis, & de uino potus eius nolunt † comedere, ne polluantur; utique si ipsam sapientiam, atque doctrinam Babyloniorum scirent esse peccatum [f]; nunquam acquiescerent discere, quod non licebat. Discunt autem, non ut sequantur; sed ut iudicent, atque conuincant; quomodo si quispiam aduersus mathematicos uelit scribere imperitus mathematis, risui pateat: & aduersus philosophos disputãs, si ignoret dogmata philosophorum. Discunt ergo ea mente doctrinam Chaldæorum, qua & Moyses omnem sapientiam Ægyptiorum didicerat. *Idem.* ¶Si qñ cogimur litterarum sæcularium recordari, & aliqua ex his dicere, q̃ olim omi-

† *non vult.*] ori. & Polyc. & sic deinceps.

Act.7.

Hier. in prologo in Danielẽ.

LEgimus aliqua.] CASVS. Totum hoc cap. legi põt, de sæcularibus scientijs. ſm. H. & ostenditur ratio triplex quare legantur, scilicet ne negligantur, ne ignorentur, & vt repudientur. Vel sic: legimus aliqua vt nouum, & vetus testa. ne negligamus. Legimus aliqua, vt artes, ne ignoremus. Legimus aliqua, vt scripturas hæreticorum, vt repudiemus.

a ¶Ne negligantur.] Vt vetus testamentũ.

b ¶Ne ignoremus.] Nam quamuis nullus sit vsus, tamen scientia necessaria est, vt supra dist.7. cap. vlt.

c ¶Repudiemus.] Vt libros hæreticorum, vt 24.q.3.c.vlt.

SI q̃s.] CASVS. Ca. istud diuiditur in duas partes. In prima parte dr̃, ꝙ non est reprobãdum, si quis addiscit grammaticam vel dialecticam, vt inter verum & falsum discernat. In secunda parte quæ incipit ibi; [Geometria,] dicitur ꝙ quadriuiales scientiæ veritatem in se habent: sed nõ sunt sciẽtiæ pietatis, & assumẽdæ. Sed vetus & nou. test. sunt scientiæ pietatis, & assumendæ, & grammatica in bonos vsus assumpta ꝓproficere potest.

d ¶Geometria.] De astronomia non facit mentionem: quia hęc abijt in desuetudinem, vt 26.q.2.§. his ita.

QVi de Mensa.] CASVS. Duę q̃stiones factæ fuerunt Hieronymo. Prima fuit, an sit peccatum discere doctrinam & scientiam paganorum? Et respondet Hieronymus, ꝙ non: & hoc probat exemplo quatuor puerorum, scilicet Danielis, Ananiæ, Azariæ, Misaelis, & exemplo Moysi: qui si sciuissẽt esse peccatum, nunquàm didicissent. Discebant enim vt conuincerent incredulos, aliter risui paterent, si de dogmatibus eorum cum eis disputarent, cum inde nihil scirent. Secunda quæstio fuit, an sit peccatum recordari sæcularium legũ in prædicatione vel disputatione? Et rñdet, ꝙ non: quia hoc fit ex necessitate, vt probemus ea, quę sancti dixerunt in libris gentilium contineri.

e ¶Qui de mensa.] Daniel, Ananias, Misael, Azarias [1]. nam turpe est alicui decretãti ius in quo versatur ignorare, vt ff. de origine iuris. l.2. §. Seruius.

f ¶Scirent esse peccatum.] Ex eo ꝙ Hieronymus hic inducit exẽplum Danielis, colligitur arg. ꝙ in dubijs recurrendum est ad exempla maiorũ & aliorũ. 16.q.1. sunt nonnulli. 22.q.1. vt noueritis. 1.q.7. cõueniẽtibus. 12.q.2. questa. 16 q.3. præsulũ. 14.q.1.c.vlt. 26. q.2. non statutũ. & c. non exemplo. C. de sen. & interlo. nemo [2]. contra Sol. vbi iura deficiunt, recurrendum est de similibus ad similia: aliàs nõ 20. dist. de q̃bus dic vt ibi. Itẽ arg. præsumi eo ipso bonum, ꝙ ab aliquo bono sit factũ, vt 7.q.1. oĩs q. & 34.q.1. cũ beatissimus. 9.q.2. Lugdunensis. 12.q.1. expedit 28.q.1. sic. n. 31. dist. oĩno. Io.

Daniel & socij sui.

1 Isti alio nomine dicti sunt Balthasar, Sidrac, Misac, & Abdenago: secũdum Hug. & Lau.

2 Vt no. 30. dist. c. fina. Recurritur qñq; de similibus ad similia.

a ¶Præ-

fimus non nostræ est uoluntatis, sed, vt ita dicam, grauissimæ necessitatis; ut probemus ea, quæ à sanctis prophetis ante sæcula multa prædicta [a] sunt, tam Græcorum, quàm Latinorum, & aliarum gentium litteris contineri [b].

Ieem ex synodo Eugenij α Papæ secundi.

¶Magistros, & Doctores episcopi congruis locis constituant. C. XII.

Iuo p. 4. c. 214. Ansel. l. 7. c. 2. Polyc. l. 4. tit. 32.

DE quibusdam locis ad nos refertur neq; magistros [c], neque curam inueniri pro studio litterarum. Idcirco in uniuersis episcopijs, subiectisque [d] plebibus, & aliis locis, in quibus necessitas occurrerit, omnino cura, & diligentia adhibeatur, ut magistri [e] & Doctores constituantur; qui studia litterarum, liberaliumque artium dogmata assidue [f] doceant: quia in his maxime diuina manifestantur, atque declarantur mandata.

α ¶Eugenij.] *Apud Anselmum citatur ex synodo habita Romæ in consist. Lateran. à Beato ..... In Polycarpo eodem modo, & additur nomen Eugenij Papæ II. & in synodo Leonis IIII. quarū synodorum, vt alibi dictum est, exemplaria sunt in Vaticana bibliotheca. In indice etiam synodi à Gregorio VII. Romæ habita, talis cuiusdam capitis hæc ponitur summa,* Vt omnes episcopi artes litterarum in suis ecclesijs doceri faciant.

Item Augustinus contra Faustum Manichæum, libr. 13. cap. 15. †

† sed ibi fusius.

¶Auctoritatibus gentilium, eorum uanitas retunditur, atque conuincitur. C. XIII.

SI quid veri [g] de Deo Sybilla, vel Orpheus, alijve gentiū vates, aut philosophi prædixisse perhibentur, ualet.

a ¶Prædicta.] Scilicet de incarnatione, ut illud Virgilij. Virgilius.
Iam noua progenies cęlo demittitur alto.
b ¶Contineri.] Vt illud Ouidij. Ouidius.
Odero si potero: si non inuitus amabo.

DE quibusdam.] CASVS. Relatum fuit Eugenio in synodo sua, ꝙ in quibusdam locis non erant magistri, qui erudirēt alios in liberalibus artibus: & ideo præcepit omnibus episcopis, ut in congruis locis magistros cōstituant, qui quotidie in doctrinis liberalibus alios doceant.

c ¶Neque magistros.] Argu. ꝙ scholares 1 in scholis de ecclesijs suis dēnt habere præbendas s. dis. 32. si q. ff. ex quib. cau. maio. in integ. nec non. ff. de neg. gest. l. 1. extra de cler. nō resid. inter quatuor. 1. q. 2. sacerdos. Sed contra 1. q. 2. placuit. infra de consec. dis. 1. nemo. infra 12. q. 2. concessa. 16. q. 1. generaliter.

1 Intelligo aliquē esse in scholis, licet aliqñ diuertat cā [st]ūdi ad curiā Romanam uel ali[bi], statim reuersurus: [t]ā tūc nec diuertisse [.] ff. de pœn. distin. 1. diuortium. Archid.

d ¶Subiectisque.] Id est, baptismalibus ecclesijs.

e ¶Vt magistri.] Quid iuris sit de magistris, habes extra de magist. quia nonnulli. & extra de magist. cap. 1. quia à clericis ipsius ecclesiæ, & à pauperibus nihil petent, ut ibi dicitur. Sed nunquid magister iure licito potest facere collectam? Videtur ꝙ non: quia sciā donum Dei est: vnde vendi nō potest, ut 1. q. 3. nō solum. quia professores iuris & si honeste accipiunt, tñ inhoneste petunt, ut ff. de var. & extraor. cog. l. 1. §. est quidem. Item quia potius debent proijcere pecuniā exēplo Cratis. 12. q. 2. gloria. §. Crates. Itē quia propter honorem adipiscendum legunt: non propter utilitatem aliorum, quare tanquam suorum negotiorum gestores nihil ab auditoribus petere dēnt, ut ff. de neg. gest. si pupilli. §. 2. Sed contra: qui pro tempore præstat obsequium, dēt consequi beneficium, vt 12. q. 2. charitatē. Item quare non posset magister uendere doctrinam suā, sicut iurisperitus consiliū, vt 14. q. 5. non sane? Item nōne testis gratis testatur, & tamen recipit procurationem, id est pecuniam procurationis nomine, ut 4. quæst. 3. cap. venturis. & episcopus gratis consecrat ecclesiam: tamen recipere potest procurationē: vt extra de simo. cum sit, & officium magistri remunerandum est, ut ff. de donatio. Aquilius? Solu. tunc petat magister collectam cum ei sua plenissime nō sufficiunt, vt 10. q. 3. priscis, & 12. q. 1. episcopus ecclesiarū rerum. Ioan. Ego credo quidquid dicat Ioan. ꝙ magister potest facere collectam de qua uiuat, & procuretur, etiam si abundet 2: quia episcopus cum consecrat ecclesiam, & cū uisitat, recipit procurationem etiā si abūdet, ut in decre. de si. cum sit Romana. & extra de censi. cum Apostolus. & eo. titu. sopire. nec uendit magister scientiam, quia æstimari non potest: sed pro labore suo ꝓmittitur ei pręmium. nam prædicator non dicitur uendere pręcicationem: & tamen petere potest sustentationem, ut extra de pręscrip. cum ex officij & de censi. cum uenerabilis. & 13. q. 1. §. quia ergo. & §. his ita. Bar. 3

Magister ꝙ docēdo [.]an possit collectam facere.

2 Arg. contra. 10. q. 5. cauēdum. iuxta fin. vbi de hoc. & ibi dicā. Archid.

3 De hoc ēt not. 1. q. 3. uēdētes. & plene extra de magistris. quia Archid.

f ¶Assidue.] Id est, horis competentibus. sic supra 31. distin. sacerdotibus. ff. de condi. & demon. si quis ita legauerit.

SI quid veri.] CASVS. Manichæi dicebant, quòd si Orpheus & Sybilla, & alij vates & philosophi gentilium de Deo aliquid dixerunt, tantæ est auctoritatis quantæ sunt verba prophetarum. Et respondet Augu. dicens, quòd si quid veri ibi reperitur, ualet ad conuincendum eos: sed non ut habeatur in auctoritate sicut uerba prophetarū. Et hoc probat similitudine Dæmonum & Angelorum: qui dęmones, licet vera dixerint de Christo, non tamen sunt tantæ auctoritatis quantæ uerba Angelorum.

g ¶Si quid veri.] Argum. quòd testes uel instrumenta possunt pro parte rata haberi, pro parte non, ut dixi supra distin. 9. si ad sacras. sed illud verum est, quando reprobantur ratione personæ: secus si reprobentur propter dicta. Item argu. ꝙ si aliquid induxero pro me, ꝙ non teneor recipere cōtra me. s. dis. 19. si Romanorum. contra

Instrumenta possunt pro parte approbari, & ꝓ parte reprobari.

contra.Ioan.Sol.si utor aliquo cōtra me,& pro me vti debeo: nisi in casibus specialibus.2. q.7. si hæreticus. Dic ut ibi.Bart.

a ¶Valet quidem.] Arg esse argumentandū ab exemplis paganorum,& in dubijs ad ea recurrendum.J.13. q.2.questa. s̄. dist.21. submittitur.

16.q.1.si clericatus.&c.sic vide.& 36.dist.§.ecce.

g ¶In pueritia.] Arg.ꝙ aliquis pōt testificari de eo qđ vidit in puerili ætate,vt hic, & de cōsec.dist.4.cū itaq; & c.placuit.& 26.dist.deinde.nā & liber factus pōt testificari de eo qđ uidit,cū esset seruus, ut ff.de verb.signi.nationem.§.ulti.2. Arg.contra, quia hæc ætas nescit quid agat, ut C.de falsa moneta.l.1.& impubes nihil intelligitur scire, ut ff.de iur.& fac.ign.l.ult.Dic ꝙ si fuerit capax doli, bene potest de eo quod tūc uidit, testari de puro facto:sed de circumstātijs, scilicet qualiter qđ factum sit, non : quia in hoc facile potuit falli memoria.Ioan.quod satis credo.argu.Institu.de inut. stipu.§.pupillus.ff.de reg.iur.l.in negotijs. Bart.

Testificari pt quis de eo qđ vidit in ętate puerili.

quidem [a] aliquid ad paganorum vanitatem reuincendā; non tamen ad istorum auctoritatem amplectendam. Quātum enim distat de Christi aduentu inter prædicationem Angelorum,& confessionem dæmoniorum[b];tantum inter auctoritatem prophetarum,& curiositatem sacrilegorum. *Ibidem infra.*

Item Clemens Papa I.epist.5.ad suos discipulos.

¶Ad intelligentiam sacrarum scripturarum, sæcularium peritia necessaria ostenditur. C. XIIII.

3 RElatum est nobis, quòd quidam in vestris partibus commorantes aduersantur sacris † doctrinis : & prout eis videtur,non secundum traditionem[c] patrū, sed iuxta sensum suum,docere videntur. Multas enim quidā, vt audiuimus,vestrarum ingeniosi † homines ex ijs,quę legunt,verisimilitudines[d] capiunt. Et ideo diligenter obseruandum est; vt lex Dei cum legitur non secundum propriam ingenij intelligentiam legatur,vel doceatur. Sunt .n.multa verba in scripturis diuinis,quæ possunt trahi ad eum sensum,quem sibi unusquisq. sponte præsumpsit; sed fieri non oportet. Non enim sensum†,quem extrinsecus adulteretis,alienum [e], & extraneum debetis quærere; aut quoquo modo ipsum scripturarum auctoritate confirmare : sed ex ipsis scripturis sensum capere ueritatis. Et ideo oportet ab eo intelligentiam discere [f] scripturarum, qui eam à maioribus secundum ueritatem sibi traditam seruauit;ut ipse possit ea, quæ recte suscepit, competenter asserere. Cum enim ex diuinis scripturis integram quis, & firmam regulam veritatis susceperit;absurdum non erit,si aliquid etiam ex eruditione communi , ac liberalibus studijs , quæ forte in pueritia [g] attigit, ad assertionem ueri dogmatis conferat: ita tamen, ut ubi uera didicerit, falsa & simulata declinet.

† al.sanis.

† secundum ingenium hominum] orig.

† al. sensum extrinsecus alienum.

Item Isidorus in lib.3.sententiarum de summo bono, c.13.

¶Quare prohibetur Christianus poetica figmenta legere. C. XV.

4 IDeo prohibetur Christianus figmenta legere poetarum;quia per oblectamenta inanium fabularum mentem excitant ad incentiua libidinum.Nō enim solum thura [h] offerendo, dæmonibus immolatur; sed etiam eorum dicta libentius capiendo.

Iuo p.4. c. 167. Pann.l.2.c.137.

Diaboli vtrū cognouerūt Christum esse filium Dei.

b ¶Dæmoniorum.] cum dixerunt filio Dei, ad quid uenisti ante tēpus torquere nos? Apostolus tamē in epistola ad Corin. vr̄ contrarium dicere, cum dicit. Si cognouissent eū nūquā dominum gloriæ crucifixissent. Dic ꝙ sic perfecte eum non nó uerunt: tamen credebant eum filium Dei, cum uiderunt eum ambulantem super aquas; cum uiderunt eum esurire, non credebant.

RElatum.] Hæc est 3. pars huius dist.in qua dicit ꝙ à sapientibus debemus audire, quæ leguntur in sacra scriptura. Ioan.de Fan.

CASVS. Quidam errant, qui cum veritatis doctorem non haberent, diuinam scripturam exponebant pro suæ uoluntatis arbitrio : & non secundū traditionem sanctorum patrum ; ex suo ingenio quasdam similitudines capientes: quos Clemens reprehendit, ostendens quod diuina scriptura non debet intelligi secundum arbitriū alicuius, nec extraneus sensus debet quæri, vel à littera alienus: licet multa sint in diuinis scripturis, quæ possunt trahi ad varios & diuersos intellectus. Et ideo docet scientiam esse discendam ab eo, q. veritatē a suis maioribus percepit : ut possit postea veritatem prædicare, & alios recte docere: & ad assertionem ueri dogmatis artibus liberalibus poterit uti, vt falsa & simulata declinet. Sequens cap.patet.

c ¶Traditionem.] Tales dicuntur transferre terminos patrum,ut 23.q.3.transferunt.

d ¶Verisimilitudines.] Id est,statim uolunt p similitudines procedere in alijs. & licet per similia licitum sit argumentari 1,ut 20.dis.de libellis.non tamen semper,ut 17.q.1.nuptiarum.& 28.q.1.sic enim.

e ¶Alienum.] Nisi illud reperiatur in auctoritate, ut cum inuenimus annum poni pro die, uel econtra, ut 31.dist.renere.33.q.1.hoc ipsum.

f ¶Discere.]Prius enim debet discere quā docere, ut

1 Ad hoc extra de cōsti. translato.& de rescr.inter. & de trāsla.in tęr. ex de app. vna.ff. ad l.Aquil. illud.Archidia.

IDeo prohibetur.] Hæc est 4.pars huius dis.in qua dicit causam quare fuerit prohibitum studere in libris gentilium.Ioan.de Fan.

h ¶Thura.]Quasi dicat nō refert,an qđ fiat,an eius simile,vt 11.q.3.existimant.& 86.dist. pasce.ff.man.l.vlt.

2 Ad ide[m] facit expr[es]se, vt vide ff.ad Syll[an]. l. excipiu[n]tur.Archi.

VT

VT ITAQVE. CASVS. Concludit Gratia. ex supradictis, ꝙ sacerdotes debent ignorantiam omnino vitiare: quia si sacerdotes cæci & ignorantes velint docere subiectos, ambo in foueam cadunt; quod probatur auctoritate Psal. Et licet quis velit se excusare auctoritate

sed nõ est ita: qa in oẽm terrã exiuit sonus eorũ. 19. dist. ita dñs. nec excusat qs p ignorãtiã, q põt habere copiã pitorũ. ff. de iuris & facti ignorãtia. l. regula. vel si sua prudẽtia facile potuit illud scire, C. de ingenuis manumissis. l. 3. & ff. quis ordo in bonorum possessione seruetur. l. 2. §. in bonorum.

Excusantur ne hi ad quos Apostolorũ pdicatio non peruenit?

Ex Greg. in l. 1. pastor. c. 1.

Vt itaque ex præmissis apparet, imperitia sacerdotib. semper esse debet aduersa: quia cum per ignorantiam cæcati alijs ducatum præstare cœperint, ambo in foueam cadunt: (Matth 17.) *vnde dicitur in psalmo:* (Psal. 68.) *[Obscurentur oculi eorum* [a]*, ne videant, & dorsum* [b] *eorum semper incurua.] Cum enim obscurantur illi, qui præeunt; ad ferenda onera peccatorum, facile sequentes inclinantur. Elaborandum est itaque sacerdotibus, vt ignorantiam à se, quasi quandam pestem abijciant. Licet enim seruus nesciens voluntatem domini sui, & non faciens, dicatur vapulare paucis;* (Luc. 12.) *non tamen hoc de omnibus generaliter intelligitur. Ait enim Apostolus* (1. Cor. 14.) *[Qui ignorat* [c]*, ignorabitur.] Quod de eo intelligendum est, qui noluit* [d] *intelligere, vt bene ageret.* (Psal. 35.)

Vnde Augustinus ait in lib. quæst. veteris, ac noui testamenti, quæst. 67.

C. XVI.

NOn omnis ignorans immunis est à pœna. Ille enim ignorans potest excusari à pœna [e], qui à quo discederet, non inuenit. istis autem hoc ignosci petit, qui habentes à quo discederent, operam non dederunt. Huiusmodi non licet ignorare: accipiant ergo veniam, si conuertantur.


¶*Caput hoc in plerisque vetustis Gratiani exemplaribus coniunctum est superiori. Est autem responsio ad quæstionem, quam præmisit B. Augustinus his verbis.* Quid est quod in carne positus Saluator ait: (Luc. 23.) [Pater ignosce illis; non enim sciunt quid faciunt?] Si enim nesciunt; quid est, quod ignoscitur? maxime cum dicat rex Abimelech ad Deum: (Gen. 20.) [Nunquid gentẽ ignorantem perdes? Non omnis ignorans, immunis est, &c.] *In extremo autem addita sunt nonnulla ex ipso B. Augustino, quò sententia sit integrior.*



DISTINCTIO XXXVIII.

1 ps *Vm itaque* [f] *voluntaria ignorantia omnibus noxia sit; sacerdotibus est periculosa. Vnde in concilio Tolet. 4. c. 24. legitur.*

e NOn omnis.] ¶A pœna.] id est, a peccato pro quo debet pena, vel à pœna æterna: aliter non congrue diceret, nec verum, etiã cum in quolibet ignorante sit pœna eo ipso ꝙ ignorat, secundum Hugo.



Vm itaq;.] Hęc dist. diuidit in tres partes. In prima intendit pbare, ꝙ omnes sacerdotes & alij maiores & minores debent esse instructi in lege diuina, & præcipue in canonica, & probat hoc per x. auctoritates. Secunda ibi, [Quãuis.] Tertia ibi, [Sed licet] Ioã. de Fan. CASVS. Facta mẽtione s. de ignorantia in §. vt itaque. & in c. non omnis. supponit Gra. 38. dist. in qua ostendit, quòd ignorantia periculosa est, maxime sacerdotibus.

f ¶Cum itaque.] Superiori dist. facta fuit mentio de ignorantia: ideo magister annectit istam 38. distin. in qua ostendit, quòd ignorantia periculosa est, maxime sacerdotibus. Notandum est ergo, quòd ignorantia iuris alia est iuris naturalis, alia ciuilis vel canonici. Ignorãtia iuris naturalis neminẽ excusat, si est adultus, vel discretus: quia in his parum interest decipere vel decipi posse, ut 16. q. 1. si cupis. de hac dicitur, Ignorans ignorabitur. Ignorantia iuris ciuilis vel canonici neminem excusat, ut infra. ea. si in laicis. &c. quæ ipsis. aliquos tamen excusat, ut milites, mulieres 1, rusticos, minores. Ioan. In damno tamen uitando nulli nocet, vt ff. de iuris & facti igno. error, in fi. nisi in ijs, quæ introducta sunt ad rigorem. iuris conseruandum, ut in constitutione, si. quis in tantam. C. vnde vi. & in præscriptionibus. Bart. Ignorantia facti alia probabilis, & hæc excusat: quia etiam peritissimos fallit, vt infra. 1. q. 1. si quis à simoniacis. & 9. q. 1. ordinationes. alia est crassa & supina, ut cum quis ignorat id quod publice factum est in ciuitate. hæc neminem excusat, vt 16. dist. quod dicitis. 12. quæst 2. qui & humanis. Hoc plenius inuenies 1. quæst. 4. §. vlti. in fin.

Ignorantia iuris ẽ multiplex.

1 De hoc legi. & no. 22 q. 4. §. illicitũ. fęminas tñ non in oĩbus excusat ignorantia: sed in qbusdã, vt no. ff. de iuris & fa. ig. l. regula. in princ. & C. eo. tit. l. fin.

Ignorantia facti ẽ multiplex.

ctoritate Euangelij dicentis, Seruus nesciens voluntatem domini, &c. non tamen prodest, & hoc probatur auctoritate Apostoli, Qui ignorat, &c. quod debet intelligi de eo, qui inuenit à quo potuit discere: aliàs punitur. quòd probatur auctoritate Augustini. Non omnis, &c. Sequens capitulum patet.

a ¶Oculi eorum.] Id est, prælati 1, qui regunt alios. ADDITIO. ut 36. dist. §. ecce. in fi.

b ¶Dorsum.] Id est, subditos qui sustentari debent à prælatis quasi in dorso: vel quia sequuntur dorsum ipsorum. vndecima q. 3. præcipue.

c ¶Qui ignorat.] Id est, qui negligit scire, vel contemnit scire.

ADDITIO. Nam ignorantia quæ est ex culpa, nocet. 28. q. 1. §. ex his.

d ¶Qui noluit.] Vr ergo ꝙ illi sint excusati ad quos pdicatio Apostolorũ nõ puenit, vt 82. dist. pposuisti.

iàs ocu
orum. f.
torum,
, &c.

¶Sacerdotibus maxime ignorantia uitanda est. C. I.

IGnorantia mater cunctorum errorum maxime in sacerdotibus Dei uitanda est, qui docendi officium in populis susceperunt. Sacerdotes enim legere sanctas scripturas frequenter admonet Paulus Apostolus dicens ad Timotheum[a] [Attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ;] & [semper permane in his. [Sciant igitur sacerdotes scripturas sanctas, & canones, ut omne opus eorum in prædicatione, & doctrina consistat: atq; ædificent cunctos tam fidei scientia, quàm operum disciplina.

Burc. l.1.c.116. Iuo p.5.c.202. Ansl.l.7.c.134. 1.*Tim*.4. Ibidem inferius. Conc. Arel.4.c.3.

Item ex eodem Tolet.4.c.25.

¶Officialem libellum ab episcopo accipiant presbyteri, cum ordinantur. C. II.

QVando presbyteri in parochijs ordinantur, libellum officialem[b] à suo sacerdote[c] accipiant, ut ad ecclesias ibi deputatas instructi succedant: ne per ignorantiam etiam in ipsis diuinis sacramentis offendant. Cum uero ad Litanias[d], vel ad concilium[e] venerint, rationem episcopo suo reddant, qualiter susceptum officium celebrent uel baptizent.

Burc.l.2.c.157. Ansl.l.7.c.113. Iuo p.3.c.129. Iann.l.3.c.23.

Item Leo episcopus ad clerum, & plebem Constantinopolitanæ vrbis, epist.22.

¶Inscitia sacerdotum nec excusatione digna est, nec venia. C. III.

SI in laicis[f] vix tolerabilis videtur inscitia; quanto magis in ijs, qui præsunt, nec excusatione digna est, nec uenia?

Ansl.l.7.c.119. Polyc.l.4.tit.4.

Item Cælestinus uniuersis episcopis per Appuliam, & Calabriam constitutis, epist.3.

¶Canones non licet sacerdotibus ignorare. C. IIII.

NVlli sacerdotum liceat canones[g] †ignorare, nec quicquam facere quod patrũ possit regulis obuiare. Quæ enim à nobis res digne† seruabitur; si decretalium norma constitutorum pro aliquorum libitu, licentia populis permissa, frangatur?

Burc.l.2.c.160. Iuo.p.6.c.251. Ansl.l.7.c.108. Poly.l.4.tit.4.

† *al.* [...] *canones* † *al.* [...] *gn.*

Item ex dictis Augustini.

¶Quæ sint sacerdotibus necessaria ad discendum. C. V.

QVæ ipsis sacerdotibus necessaria sunt ad discẽdum[h];

Burc l.2.c.2. & l.19.c.8. Ansl.7.c.109. Poly.l.4.tit.31. Iuo p.6.c.22. Pann.l.3.c.24.

IGnorantia.] CASVS. Docet hic conciliũ Toletan. ꝙ ignorantiam sacerdotes Dei debent vitare, q̃ mater est cũctorũ errorũ: & iõ maxime in sacerdotibus est vitanda. Vnde sacras scripturas legere debẽt, quibus populos sibi commissos valeant erudire tam in scientia fidei, quàm in moribus: & hoc probatur auctoritate Apostoli dicentis: Attende lectioni, &c.

a ¶Ad Timotheũ.] Argu. qđ vni dicitur, ad omnes extẽditur, vt 24.q.1. quodcunq. & 16.q.1. prædicator. 61. dist. miramur de pœniten. dist. 1. §. his auctoritatibus 1. C. de diuer. rescri. l. 1. ff. de pac. iurisgentium. §. pactorũ. Argumen. contra 25. distinctio. qualis.

QVando.] CASVS. Docet cõcilium Toletan. ꝙ qñ episcopi ordinãt presbyteros in capellis, debent eos docere qualiter officia debeant celebrare, ne ꝑ ignorantiam in diuinis sacramentis offendant. & cũ ad litanias venerint, uel ad concilium, debent episcopo suo reddere rationem qualiter baptizauerint, uel officia celebrauerint. Sequens cap. patet.

b ¶Officialem.] In quo continetur officium ecclesiasticum.

c ¶A sacerdote.] Id est, episcopo.

d ¶Ad litanias.] Id est, in rogationibus. Et sic patet quod omnes sacerdotes veniẽt ad cathedralem ecclesiam in festo rogationum. sic infra de consе. dis. 3. c. 3. de conse. dist. 1. & hoc.

e ¶Vel ad conciliũ.] Sic patet, quòd conuentus quem habet episcopus cum clericis suis, dicitur concilium, ut 18.q.2. abbates. 2.q.2. placuit. 18. dist. propter & c. placuit.

f. SI in laicis.] Videtur ergo quòd laici habebunt peritiam iuris: maxime si sint iudices, cum teneantur ferre sententiam in scriptis, ut dixi 20. dist. §. 1. Sed potest intelligi de iure consuetudinario, uel de iure naturali, in quo periculosa est ignorantia, ut 16.q.1. si cupis 1.

NVlli sacerdotum.] CASVS. Multi populi normam canonum & decretorum non seruabant & episcopi cum canones ignorarent, eos non corrigebant. Præcepit ergo Cælestinus, ut nulli episcoporum liceat canones ignorare quatenus cum fuerit necesse, corrigãt delinquentes.

g ¶Canones.] Pœnitentiales, si intelligis de sacerdotibus ut 26.q.7. tempora. si intelligis de episcopo, planũ est, ut 23. dist. qui episcopus 3.

QVæ ipsis.] CASVS. Octo exponit in hoc capitulo Augustinus, quæ sunt sacerdotibus necessaria, ad hoc ut ignorantiam vitent: scilicet libri sacramentorum, &c. de quibus octo si unum defuerit, vix sacerdotis nomen habebit.

h ¶Ad discendum.] Supple hæc sunt.

1 Versi. nũc ãt. aliàs est 6. ad idẽ de consec. dis. 4. proprie.

Processiones rogationum.

Laici iuris peritiã debent habere.

1 Vel dic ꝙ hoc potest intelligi de illis laicis, q in dignitate sũt cõstituti, de q bus habet exẽplũ 59. distin. si officia. Arch.

3 Ad i[...] 61. dist[...] tuimus [...] extra d[...] san & [...] c. 1. in [...] &ĩ. eo[...]

a ¶Sa-

a ¶Sacramentum.] Id est, Missale.
b ¶Computus.] Quò ad dies & menses.
c ¶Si vnum.] Arg. q vbi plura requirunt ex necessitate, si vnū ex his deest, nihil agitur, vt de consec. dist. 4. in synodo. 22. q. 2. animaduertendum. sic qui offendit in vno, factus est reus omnium, ut de pęn. dist. 5. consideret. & est simile 1. C. de testa. si vnus. & ff. de transa. cum hi. §. si prætor. Arg. cōtra 30. q. 5. aliter. ff. de vent. inspicien. l. 1. in fi. 2
d ¶Vix.] Quia vbi res deest, nec nomen habebitur, vt 68. di. choriepiscopi. 7. q. 1. factus. C. de fer. à nullo. 35. q. 7. quid est.

1 Scilicet à principio glo.
2 Hic adde qđ leg. & not. 23. q. 5. c. 2. in gl. 2. 23. dis. quorundam. Archid.

id est liber sacramentorum [a], lectionarius, antiphonarius, baptisterium, computus [b], canon pœnitentialis, psalterium, homilię per circulum anni Dominicis diebus, & singulis festiuitatibus aptæ. Ex quibus omnibus si vnum [c] defuerit; sacerdotis nomen vix [d] in eo constabit: quia ualde periculosæ sunt euangelicæ minæ; quibus dicitur. [Si cæcus cæco ducatum præstet: ambo in foueam cadunt.]

Math. 15.

¶Cæteri etiam collectores Augustinum citant. Fere autem omnia hæc habentur in pœnitentiali Bedæ, & in libro de officijs ecclesiasticis, & alibi.

Item ex 7. synodo, c. 2.

¶Quæ oportet scire eum, qui episcopus est ordinandus. C. VI.

Psal. 118. Mutatus est periodi ductus. Iuo p. 5. c. 372.

OMnes psallentes repromittimus [e] Deo, [In iustificationibus tuis meditabor: nō obliuiscar sermones tuos.] Quod omnes quidem Christianos obseruare saluberrimum est; sed præcipue hos, qui hierarchicam consecuti sunt dignitatem. Vnde definimus omnem, qui ad episcopatus prouehendus est gradum, modis omnibus psalterium [f] nosse; vt ex hoc & omnis clerus, qui sub ipso fuerit, ita moneatur, & imbuatur. Inquiratur autem diligenter à metropolitano, si in promptu habeat legere scrutabiliter, & non transitorie tam sacros canones, & sanctū Euangelium, quàm diuini Apostoli librum, & omnem diuinam scripturam; atque secundum mandata Dei conuersari, & docere populum sibi commissum. Substantia [g] enim summi sacerdotij nostri sunt eloquia diuinitus tradita, id est vera diuinarum scripturarum disciplina, quemadmodū magnus perhibet Dionysius. Quod si disceptauerit [h], & ita libenter facere, & docere minime spoponderit; nullatenus consacretur. Ait enim prophetice Deus: [Tu scientiam repulisti; & ego repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi.]

Cap. 1. ecc. Hierarchiæ.

Oseæ 4.

Item ex concilio Carthaginensi 3. c. 3.

¶De eodem. C. VII.

Pro declaratione huius c. uide ...le. ff Imo. ...l. si quis. ... de pa. & ... igitur or...nandus. ... auth. nō ...por. episc.

PLacuit †, ut ordinandis episcopis, vel clericis prius ab ordinatoribus suis decreta conciliorum auribus eorum inculcentur [i]; ne se aliquid contra statuta concilij fecisse pœniteat †.

† *al. pœniteant*] *al. asserant.*

Item Zepherinus Papa epist. 1. ad episcopos Siciliæ.

¶Sacræ scripturæ inhærentes non obscurantur iniquitate mundana. C. VIII.

SIcut stellas cœli non extinguit nox; sic mentes fideliū, firmamento [k] inhærentes sanctæ scripturæ, non obscurat mundana [l] iniquitas.

Item Hieronymus ad Eustochium in procœmio comment. in Esaiam.

OMnes psallētes.] CASVS. in hoc capitulo statuit synodus, vt omnis qui ad episcopatum promouēdus est, psalterium sciat, vt ex eo omnis clerus, qui sub eo fuerit, instruatur: & tempore suæ ordinationis debet metropolitanus ordinandum episcopum interrogare, si sciat legere canones sacros: & omnem diuinam scripturam: & si inuenitur ignorans, repellat. Et hoc probatur auctoritate prophetæ dicētis: Tu sciētiā repulisti, &c. Si vero legere & alia supradicta scierit, nisi promittat se secundum illa victurū, non ordinetur. Quæ sequuntur, plana sunt vsque ad capitulum, quamuis.
e ¶Repromittimus.] Id est, videmur nos obligare, cum dicimus illa verba: In iustificationib. tuis meditabor.
f ¶Psalterium.] 85. distin. achidiaconum 3. 22. distinctione, qui episcopus.
g ¶Substantia.] Id est, de substantia sacerdotij videtur esse, quòd ordinandus habeat scientiam.
h ¶Si disceptauerit.] Id est, si contradixerit.
i PLacuit.] ¶Inculcentur.] similiter cum nouum celebratur conciliū, vt 18. distinctio. decernimus. 11. quæst. 3. curæ.
k SIcut stellas.] ¶Firmamēto.] Id est, meditationi & lectioni. Hug.
l ¶Mundana.] Vnde dicitur, Ama scientiam scripturarum, & carnis vitia non amabis, de consecra dist. 5. nunquam. Hug. & Lauren.

3 al. incipit, Florentinū.

a SI iuxta.] ¶Sapientiã.] Sic argumentatur: Chriſtus eſt ſcientia: ergo qui ignorat ſcientiam : ignorat Chriſtum 1: & intellige de tali ignorantia, quæ contẽnit diſcere. ſu. proxi. cap. ſi. Ioan.

b QVi ea.] ¶Sapiuntur.] Id eſt, approbantur.

c ¶Ignorat.] Intellige de eo qui contemnit ſcire, vel de eo qui de facili ſcire poſſet, ſi habuiſſet tractatũ cũ peritis, ut C. de inge. ma. l. 3. ſ̃. diſt. proxi.

QVamus.] Hæc eſt ſecunda pars huius diſtin. in qua dicit, ꝙ illi errant, qui falſa ꝓ vero approbant, uel econtrario. Io. de Fã.

CASVS. Quidam ꝫ Aug. ita argumentabatur: non põt quis errare niſi ignorantia rerum: ſed omnis ignorantia eſt neſciẽtia: ergo quicunque neſcit errat. Dicit Auguſt ꝙ ignorantia eſt vitãda in maioribus: & in minoribus: non tamen ſequitur, ꝙ q-cunque neſcit, errat. Sed ille dicitur errare, qui putat ſe ſcire quod neſcit: & qui falſum pro uero aſſerit. Veruntamẽ multum refert in quibus rebus quis erret. Nã ſi in re honeſta, & quæ ad ſalutem animæ proficiat quis erret, ſciens præponitur neſcienti, & non errans erranti. In rebus autem diuerſis ſi ita ſint vtilia, illa inutilia & noxia: in noxijs neſciens præponitur ſcienti: quia talia melius eſt neſcire quàm ſcire.

d ¶Errare.] Errare enim eſt aliud pro alio putare, vt 22. q. 2. in quibus 2.

e ¶Eademque.] in his quæ ſpectant ad ſalutem animę nihil intereſt decipi uel decipere, vt 16. q. 1. ſi cupis.

f ¶Quàm ſcire] Hic videtur quòd bonũ ſit ignorare mala, vt 32. diſt. hoſpitiolum. Sed contra. omnis ſcientia à Deo eſt 3, vt 37. diſt. §. hinc. & bonum eſt ſcire mala, ut ea vitemus, vt ſ̃. diſt. proxi. qui de menſa. & c. ſi quid veri. Dic ꝙ omnis ſcientia bona eſt: ſed dicitur aliqua ſciẽtia mala, quia mala eſt illi, cui dat occaſionem peccandi: ſicut Adæ fuit malum pomum paradiſi, vt 2. q. 3. quid ergo & Iudæ buccella, ut 1. q. 1. §. opponitur. ver. nec mirum, de conſecra. diſt. 2. & ſancta.

1 Adde quę tenent ſcire Chriſtiani ad beatitudinem conſequẽdam. not. Bal. in gl. ſup rub. C. de ſum. trini. Inno. & Io. And. in c. 2. §. ꝓ defectu. de renuncia.

2 Adde qualiter errare, ignorare, neſcire titubare differunt, not. gl. ſup rubri. ff. de iur. & fac. igno. & in l. de ſtatu. ff. de teſta.

3 Arg. contra. 26. q. 2. qui fine. & q. 5. epi. in princ.

Scientia aliqua dicitur mala.

SED LICET. Supra dictum eſt, ꝙ presbyteri debent ignorantiam euitare: ſed licet quãdoq. per ignorantiam peccent in grammatica, non tñ propter hoc ſunt à grammaticis, id eſt, ſcholaſticis deſpiciẽdi: quoniam vitia ſunt magis præcauenda quàm verba.

SEDULO.] CASVS. Quidam prælati per ignorãtiã grãmaticæ lectionis Deum cum ſolœciſmo & barbariſmo inuocabãt: & ꝓp hoc à peritis ſcholaſticis deſpiciebant. quare q̃ſitũ fuit ab Auguſtino, an hoc deberẽt facere? Et rñdet ꝙ non. & hoc probatur tribus rõnibus. Prima eſt, quia deſerta lingua ſcholaſticorum caſto cordi nõ debet præponi. Secunda eſt, quia ſcientia præponitur uerbis, ſicut animus corpori: & ſicut prudens

¶Ignorantia ſcripturarum eſt ignorantia Chriſti. C. IX.

SI iuxta apoſtolum Paulum, Chriſtus Dei virtus eſt, Dei que ſapientia, & qui neſcit ſcripturas, neſcit Dei virtutem, eiuſque ſapientiam [a]; ignoratio ſcripturarum, ignoratio Chriſti eſt. 1. *Cor.* 1.

Item Gregorius in paſtorali, par. 1. c. 1.

¶A Domino ſciuntur, vel ignorantur, qui ea quæ Dei ſunt ſapiunt, uel ignorant. C. X.

QVi ea, quæ Dei ſunt α, ſapiunt, à Domino ſapiũtur [b]: & qui ea, quæ Dei ſunt, neſciunt, à Deo neſciuntur, Paulo atteſtante, qui ait, [Si quis ignorat [c], ignorabitur.] 1. *Cor.* 14.

Idem. Quicũq. ſtultus eſt in culpa, erit ſapiens in pęna. Lib. Moralium 15. c. 23. mutato verborum ordine.

α ¶Dei ſunt.] *In loco indicato legitur:* Qui ea, quæ ſunt Domini neſciunt, à Domino neſciuntur, Paulo atteſtante, &c.

Item Auguſtinus in Enchiridio ad Laurentium, c. 17.

¶Non qui aliquid neſcit, ſed qui putat ſe ſcire quod neſcit, errare probatur. C. XI. Senten. l. 3. diſ. 38. c. illud.

2 QVamuis errare † [d], quanta poſſumus cura, cauendum ſit, non ſolum in maioribus, uerumetiam in minoribus rebus, nec niſi rerum ignorantia poſſit errari; non tamen conſequens, ut continuo erret quiſquis aliquid neſcit, ſed quiſquis ſe exiſtimat ſcire quod neſcit. Pro vero quippe approbat falſum: quod eſt erroris proprium. Veruntamen in qua re quiſque erret, intereſt plurimum. Nam in vna eademque [e] re, & neſcienti ſciens, & erranti non errans recta ratione præponitur. In diuerſis autem rebus; id eſt, cum iſte ſcit alia, ille alia; & iſte vtiliora, ille minus vtilia, vel etiam noxia: quis non in eis, quæ ille ſcit, ei præferat neſcientem? ſunt enim quædam, quæ neſcire quàm ſcire [f] ſit melius.

† *al. error q. p. c. cauẽdus*] orig.

3 *Sed licet per ignorantiam grammaticæ artis aliquid vitioſum proferant epiſcopi, vel presbyteri, non tamen ideo à ſcholaſticis ſunt deſpiciendi; quia morũ vitia magis quàm verborum ſunt præcauenda.*

Vnde Auguſtinus in libro de catechizandis rudibus, cap. 9.

¶Non contemnant ſcholaſtici eccleſiaſticam ſimplicitatem. C. XII.

SEdulo monendi ſunt ſcholaſtici α, vt humilitate induti Iuo p. 6. c. 383.

Christiana, discant non contemnere, quos cognouerint morum vitia, quàm verborum amplius deuitare; & cordi casto linguam exercitatam nec conferre audeant; quàm etiam præferre consueuerant. *& infra.* His etiam maxime utile est nosse ita esse præponendas uerbis sententias [a], ut præponitur animus corpori. Ex quo fit, ut ita malle debeãt ueriores, quàm desertiores audire sermones; sicut malle debent prudentiores, quàm formosiores [b] habere amicos. Nouerint etiam non esse uocem ad aures Dei, nisi animi affectum. Ita enim non irridebunt, si aliquos antistites, & ministros ecclesiæ forte animaduerterint, uel cum barbarismis, et solœcismis Deum inuocare; uel eadem verba, quæ pronunciant non intelligere [c], perturbateque distinguere: non quia ista minime corrigenda sunt; ut populus ad id, quod plane intelligit, dicat [d], Amen [e]: sed quia † piè toleranda sunt ab eis, qui didicerunt, ut sono [f] in foro, sic uoto in ecclesia benedici. Itaque [g] forensis illa [h] nonnũquam forte bona dictio [i], nunquam tamen benedictio dici potest.

† *al. tamen*] orig.

a ¶Scholastici.] *Vox ista abest ab originali. Sed in eo hæc præcedunt.* Sunt item quidam de scholis usitatissimis grammaticorum, oratorumque uenientes; quos neque inter idiotas numerare audeas, neque inter illos doctissimos quorũ mens magnarum rerum est exercitata quæstionibus. His ergo, qui loquendi arte cæteris hominibus excellere videntur, cum veniunt, vt Christiani fiant, hoc amplius, quàm illiteratis impartire debemus; quòd sedulo admonendi sunt, ut humilitate, &c

Item Gregorius ad Leandrum episcopum Hispalensem, in præfat. Moral. ad finem.

¶De eodem. C. XIII.

INdignum uehementer existimo, ut uerba cęlestis oraculi restringam sub regulis Donati.

¶Hoc, & duo sequentia capita absunt à multis antiquis exemplaribus, neque glossam habent.

[*Item Augustinus de vera religione, c.49. & 50.*]

PALEA. C. XIIII.

LOcutio diuinarum scripturarum secundum cuiusque linguæ proprietatem accipienda est. Habet enim omnis lingua sua quædam propria genera locutionum; quæ cum in aliam linguam transferuntur, uidentur absurda.

[*Item Hieronymus ad Pammachium, epist. 52. cuius initium est Christiani interdum pudoris est.*]

PALEA. C. XV.

ECclesiastica interpretatio, etiam si habet eloquij uenustatem, dissimulare eam debet, & fugere †; ut non otiosis philosophorum scholis, paucisque discipulis; sed uniuerso loquatur hominum generi.

†*al. nõ fugere.*

Item Clemens Papa, epist. 3.

¶Propter opprobrium senectutis, à paruulis, et à minimis non erubescat discere episcopus. C. XVI.

NVllus episcopus † propter oppro-

†abest ab originali.

prudens amicus formoso præponit. Tertia est quia Deus magis inspicit affectũ q̃ vocem, ignorantia tñ talis est reprehendenda: sed ab his toleranda q̃ didicerunt. quia sicut sonus in foro, ita uotum in ecclesia benedicitur.

a ¶Sententias.] Nota q magis cõsideranda est sententia quã verba, ut 1. q. 1. marchion. 22. q. 5. humanæ. de consecr. dist. 4. retulerunt. & si non sanctificatur, & potius mens est consideranda quàm uerba, ut 23. q. 1 paratus. Argu. contra extra de sponsa. ex litteris. Sol. non est à uerbis recedendum, nisi ex uerbis prauus generet̃ intellectus: & tunc uerba sunt interpretãda.

Sententia potius quã verba atti di debet.

b ¶Quam formosiores.] Vnde Seneca. Infirmus nõ quærit medicũ eloquentem, sed curare scientem.

Seneca.

c ¶Intelligere.] Ar. q nõ est deponendus aliquis ppter imperitiam 2.ut 10. q. 1. placuit.

Imperitia num faciat quẽ deponi.

d ¶Dicat.] Argu. contra extra de fi. presbyte. proposuit. 7. q. 1. illud. sed nec hic populus respondet, Amen, officiando ecclesiam vel Missa. Et ita uidetur, q nec sine ministro p̃t presbyter Missam dicere, licet H. dixerit, quòd bñ possit cum populo tantum ecclesiam officiare.

2 Ad idem 73. dist. episcoparũ in fi. 25. q. 2. in Galliarũ in fin.

3 Presbyter an sine ministro possit celebrare.

e ¶Amen.] Videtur ergo sufficere, si populus rñdeat sacerdoti ĩ Missà 4. & sic est cõtra 7. q. 1. illud. Sed dic q nõ respõdet populus officiando Missam.

4 Dicit Hugo, q quidẽ vtrũ est, sed hoc nõ colligitur hic. nõ .n. dicit̃ q populus sic respondeat officiãdo, &c. ut seqtur. de hoc s̃. in glos. præceden. Archi.

f ¶Vt sono.] Hoc est dicere, sicut in cõcione laici cõpositos sermones & politos cõsiderãt: sic uiri ecclesiarũ uotũ & intentionẽ considerare debent sacerdotis.

g ¶Itaque.] i. q̃uis.

h ¶Illa.] Concio.

i ¶Bona dictio.] Nominet̃: nõ tñ p̃ot dici benedictio. 28. distin. presbyterum.

NVllus.] CASVS. Quidã episcopi de-

dedignabantur discere à iuuenibus vel ignobilibus ꝓpter opprobrium senectutis, uel nobilitatem generis: quos Clemēs reprehendit, dicēs ꝙ potius sunt mēbra diaboli quā Christi: & potius sunt infideles q̄ fideles. a ¶Opprobriū.] Et dicit Augustinus. Ego senex à puero nondum anniculo paratus sum edoceri, vt 24.quęst.3.si habes. & stultus est, q bona quę uidet discere contemnit, vt 22.distin.de Constātinopolitanæ, & si vnum pedem haberem in sepulchro, alium extra, adhuc uellem discere, ut ff.de fideicom.liber.apud Iulianum. Vnde Seneca, Nulla ætas sera est ad discendum.

Incitatio optima ad discēdum.

Seneca.


g Extrinseca.] Debet.n.cautus circa sua negotia esse, ut 23.dist.qui episcopus. & est simile 86.dist.fratrem. Ioannes.
Portet.] Hæc dist. diuiditur in sex partes, in quarum prima probat primo & principaliter,

brium[a] senectutis, vel nobilitatem generis à paruulis, vel minimis† eruditis, si quid fortè est vtilitatis, aut salutis, inquirere negligat. Qui enim rebelliter viuit, & discere, atque agere bona recusat; magis diaboli, quàm Christi membrum esse ostenditur; & potius infidelis, quàm fidelis monstratur.

† *al. minus.*


DISTINCTIO XXXIX.


Cce[b] plenariè monstratum est, quòd sacerdotes oportet litterarum tam sacrarum, quàm sæcularium esse peritos. Nunc quæritur, an sæcularium negotiorum oporteat eos habere peritiam[c]. Hanc prælatis esse necessariā multis rationibus probatur. Debent namq; prælati subditis non solum spiritualia, sed etiam carnalia subsidia ministrare, exemplo Christi, qui turbas sequentes non solum verbo docebat, sed etiam virtute sanabat, & corporalibus alimentis reficiebat. Vt autem prælati hæc omnia plenè possint perficere, sæcularium negotiorum oportet eos habere solertiam[d]: vt eorum cautela & ecclesiæ seruentur indemnes, & cuiq; necessaria pro suo modo[e], ministrentur. Vnde quidam in episcopum electus, à Beato Gregorio pro sua simplicitate repellitur, ne eius occasione res ecclesiæ dilapidarentur. Sic enim scribit Gregorius clero, & nobilibus Neapol. lib.8. epist.40.

¶Sęcularium negotiorum imperiti non sunt in episcopos ordinandi. C. I.

PEtrus diaconus, quem à uobis electum asseritis, omnino (vt dicitur) simplex est[f]: & nostis, quia talis hoc tempore in regiminis debet arce constitui, qui non solum de salute animarum, verum etiam de extrinseca[g] subiectorum vtilitate, & cautela sciat esse solicitus.


Ans.l.6.c.13. Poly.l.2. tit.1.

DISTINCTIO XL.

Portet[h] quoque episcopum esse ornatum, &

1. *Timoth.*


Cce.] Hęc distin. breuis est: & ideo non diuiditur.
b ¶Ecce.] In tribus superadictis dist. demonstratum est, epm debere esse prudentē in litteris, tam diuinis q̄ sæcularibus. Nunc uero in hac 39. distin. ostendit, ꝙ oportet epm esse prudentem in negotijs sæcularibus, ut sua cautela reddantur ecclesiæ indemnes, & cuique necessaria pro suo modulo ministrētur: & hoc exēplo Domini, q turbas sequētes non solum uerbis spiritualibus, sed etiā corporalibus alimentis reficiebat: quam peritiam quia Petrus diaconus non habuit, est à dignitate repulsus, ad quam fuerat electus, ut probat sequens c. quod per se patet.
c ¶Habere peritiā.] Et ita hoc est adhuc de illo capitulo, de quo tractatur 36.dist. ps scilicet, oportet episcopum esse prudentem. secundum Hugo. & Lau.
d ¶Solertiam.] Id est industriam, & solicitudinem. Solers enim antiquitus dicebatur qui erat omni bona arte instructus. Et dicit solers, quòd sit solicitus in arte & vtilis, secundum Papiam.
e ¶Pro suo modo.] Quia plus quandoque conferendum est uni quàm alteri, ut 1.q.2.clerici. 12.q.2. Vulteranæ. ext. de prębend. de multa. in fi.
f PEtrus. [Simplex est.] Quędā est simplicitas, quæ est contraria dolo: & alia est bona, vt 16.q.1.si cupis. sed hic uocat simplicitatem negligētiam siue stultitiam, vt 36.distin. in princi. illa enim impedit promouendum, vt hic. & arg. 74. dis. episcoporum. sed promotum non deiicit: sed datur ei coadiutor, vt 7.q.1.quia frater. & 12.q.2. vobis. tamen iste Petrus non tantum propter simplicitatem fuit remotus, sed etiam quia solidos dedit ad vsuram, ut 47.dist. de Petro.

Episcopus debet esse prudens in negotijs sæcularibus.

Simplicitas est duplex. 12.q.7. sancta quippe rusticitas, id est simplicitas. Aliquando est simplicitas contraria difficultati. C.de fu. l.vl. in prin. Institut. de fideicommis. hæredi. §. quia. Archi.

ter, quòd ornatus debet esse sacerdos, & omnes alii clerici, ut honorem faciāt suis cathedris & dignitatibus. & hoc probat per quatuor auctō. Secunda ibi, [Homo Christianus.] Tertia ibi, [Si Papa.] Quarta ibi. [Ante omnia.] Quinta ibi, [Illud.] Sexta ibi, [Multi,] Ioan. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur 40. dist. in qua prosequitur quintum cap. Apostolicæ regulę, scilicet, oportet epm esse ornatum, sed per ornamenta virtutes intelligūtur: & hoc probatur auctoritate Psal. & exemplo sacerdotum ueteris testamenti, q varijs vestibus vtebantur, q̄ designant uestes interiores, scilicet uirtutes & bonos mores, quibus suę cathedrę cōferant decorem, quem ab eo non accipiunt: nec intelligant sibi licentiam peccandi concessam ex dignitate sibi data, sed necessitatem bene uiuendi. quod probat seq cap.

h ¶Oportet.] Hic ꝓsequitur 5.cap. Apostolicę regulæ opor-

oportet episcopum esse ornatũ. Est autem duplex ornatus, exterior, & interior. Exterior ornatus cõsistit in grauitate, & in incessu, & in habitu, & in temperantia cibi & potus. de isto ornatu agit in proxima seq. dist. Interior ornatus est virtus & de hoc agitur hic: & ostẽdit tiæ, quam p bona opera acquisiuit: verumtamẽ nullus debet dubitare sanctum esse quẽ apex tantæ dignitatis attollit: in quo si bona propria desint, sufficiunt merita Petri, vt bonæ opinionis habeatur. Quæ sequuntur vsq. ad cap. si Papa. plana sunt.

Psal. 131. Exo. 28.

hospitalem. Ornamenta episcopalia virtutes debent intelligi, quæ a Domino eis repromittuntur, cum dicitur, [Sacerdotes eius induam salutari.] Vnde in veteri testamento uarijs vestibus ex præcepto Domini sacerdotes ornati leguntur: quia multimodis virtutibus debet splendere vita pontificis; vt gradui conferat decorem, quem ab eo non accepit. Non enim loca, sed vita, & mores sanctum faciunt sacerdotem. Vnde ex suscepto officio non licentiam peccandi, sed necessitatem bene viuendi se nouerint assecutos.

Vnde Symmachus Papa ait.

¶Officium sacerdotij non confert, sed adimit peccandi licentiam. C. I.

Poly. l. 3. tit. 7.

NOn nos beatum Petrum, sicut dicitis, à Domino cũ sedis priuilegijs, vel successores eius, peccandi iudicamus licentiam suscepisse. Ille perennem meritorum [a] dotem cum hæreditate [b] innocentiæ misit ad posteros. Quod illi concessum est pro actuum luce [c], ad illos pertinet, quos [d] par conuersationis splendor illuminat. Quis enim [e] sanctum dubitet esse, quem apex tantæ dignitatis attollit? In quo si desunt bona acquisita per meritũ, sufficiunt, quæ à loci decessore præstantur. Aut enim claros ad hæc fastigia erigit: aut, qui eriguntur illustrat [f].

¶*Caput hoc, quod citatur ex Symmacho, est in libro, quem pro Symmacho Ennodius diaconus scripsit: iureq. Symmachi nomine citatur, quòd eum librum Symmachus, & vniuersa quinta synodus pro causa Symmachi habita sic approbarunt, vt parem ei cum synodis, & Apostolicis decretis auctoritatem tribuerint.*

Item Hieronymus ad Heliodorum, epist. 1.

¶Filij sanctorum sunt, qui exercent opera eorum. C. II.

Infra 2. q. 7. c. non omnes. Poly. l. 3. tit. 8. Burc. l. 1. c. 207. Iuo p. 5. c. 321.

NOn est facile stare [g] loco Pauli, tenere gradum Petri iam cum Christo regnantium: quia hinc α dicitur; non sanctorum filij, qui tenent loca sanctorum; sed qui exercent opera eorum [h].

α ¶Quia hinc.] *Hæc usque ad finem non sunt inuenta apud B. Hieronymum, ex quo tamen, aut ex eius dictis, citant etiam cæteri collectores.*

Item Gregorius.

¶Morum nobilitas, non loci, uel generis, sacerdotes notificet. C. III.

Burc. l. 1. c. 208. Iuo p. 5. c. 322. Poly. l. 3. tit. 7.

NOs qui præsumus, non ex locorum [i], uel generis di-

a ¶Perennem meritorum.] Id est, apostolicam dignitatẽ per bona merita acquisitam 1.
b ¶Cum hæreditate.] Id est, ad hoc trãsmisit, vt essent hæredes bonitatis suæ.
c ¶Pro actuum luce.] Id est, per bonos actus.
d ¶Quos.] Id est, quia eos.
e Quis enim.] Quasi dicat, & si quandoq. forte Apostolici non essent boni; tñ semper præsumũtur esse boni. quis enim, &c. Sed nonne contrariũ est 19. distin. Anastasius 21. dist. nunc autem? Sed non dr hic, ꝙ sancti sunt: sed ꝙ sancti præsumuntur, donec contrariũ constet: quia hæreditatẽ innocentiæ recipiũt, vt hic dicitur. Sed q d si constet de ipso, ꝙ adulterium cõmisit, vel homicidium? Dicit Hug. ꝙ licet non possit accusari, inde tñ peccat: & quod hic dr, bene facere, intelligitur de his quę possunt æque retorqueri ad bonum vel ad malum: quia semper in dubio ꝓ ipsius facto præsumitur. Sed hoc certe idẽ est in quolibet sacerdote, vt 11. q. 3. absit. & 41. distin. cap. 1. & 16. q. 1. si clericatus? Respon. hoc verum est: sed tamen magis præsumitur ꝓ Papa, vt 93. distin. c. 1. vnde sacrilegij instar esset disputare de facto 2 suo, ut 17. q. 4. §. qui autem. Vel dic ꝙ facta Papæ accusantur, vt homicidia Sampsonis, & furta Hebræorum, & adulterium Iacob, vt extra de diuor. gaudemus. Ioan.

1 Arg. 14. q. 1. pudeda.

Papa siue Apostolicus ꝓ præsumitur bonus.

Papa de homicidio vel adulterio accusari nequit.

2 Ista fuit sñia Laur. dicentis, ꝙ qui de alijs ꝓsumit, vel dubitat, peccat venialiter: qui de Papa, mortaliter. argu. huius §. hic alleg. qui autem.

dit ꝙ locus non dat virtutem, nec dignitas: sed vitæ meritum. Ioan.

NOn nos.] CASVS. Quidam dicebant, ꝙ Petrus & successores eius licentiam peccãdi à Domino receperunt cũ priuilegio dignitatis. Symmachus autem Papa dicit, non esse verũ: quia Petrus transmisit ad posteros apostolicã dignitatem cum hæreditate innocen-

f ¶Illustrat.] Id est, dat eis occasionem bene viuendi, vt 81. dist. valet.
g NOn est.] ¶Stare.] Digne, sicut exigit eminentia dignitatis. Hug.
h ¶Opera eorum.] 35. dist. cap. ecclesiæ.
i NOs.] ¶Non ex locorum.] tantum. ne sit contra, 81. dist. valet.

a ¶Morum.] C.de episc.& cler. si quemquam.
b ¶Nobilitate.] Sic ĩ.1.q.1.vilissimus.
c NOn loca, vel ordines.] Tãtum: quia per ordines confertur gratia, vt 1.q.1.quidquid. & est simile 33.q.4.sicut 2.

sed licet iudicari non possit, nihilo minus punietur cum ipso diabolo in æternum.
e Taciturnus.] Taciturnitas mortalis est in prelato, vt 43.dist.c.1.
f ¶Mancipio.] Id est, diabolo, qui mãcipatus est gehennæ.

Prelati tacere nõ debent.
Papa iudicatur à nemine.

HOmo.] Hæc est secũda pars huius dist. in qua ꝓbat, ꝙ vnus in eodem genere peccati magis punit quàm alius: & hoc probat per istud c. Ioan. de Fan.
d ¶Cadit.] Id est, cadere vr̃ ab ecclesia. Ex hoc capitulo plurimi dicunt, ꝙ circũstantiæ loci & tpis & dignitatis & scientiæ aggrauãt peccatũ 1: vt magis peccet clericus, q̃ laicus in eodẽ genere delicti, & magis litteratus, q̃ non litteratus, & magis peccatur in loco sacro vel tẽpore q̃ extra. arg 19. dist. nulli. & 50. dist. quia tua. & 11.q.3. præcipuè. & 25.q.1. nulli. de pœn. dist. 5. consideret. & 32.q.5. qui uiderit. & augetur peccatũ dignitate peccãtis 2, vt ff. de re milit. omne. §. augetur. Alij dicũt ꝙ circũstantiæ cum sint bonæ & à Deo, non debẽt esse alicui occasio mali. vnde dicunt, ꝙ circũstantiæ non aggrauãt peccatum, sed solus contẽptus. si ergo laicus ex maiori contẽptu peccat, magis peccat q̃ clericus. Sed quia nõ constat ecclesiæ qualiter quis peccat, an ex cõtemptu uel alio modo, 24.q.3. Deus. ideo non potest iudicare de peccato ꝰm cõtemptum: & ideo iudicat per circũstantias, quasi ꝑ quasdã ꝑsumptiones: & magis punitur clericus quàm laicus: quia magis præsumitur ꝯ ipsum. & licet hic duæ causę tantum enumerentur. q̃ videntur aggrauare peccatum: tamen plures sunt. de poe. dist. 5. consideret.

Circũstantię peccata aggrauantes.

1 Adde ad hoc tex. gl. & Doct. in l. & facta. §. 1. ff. de pę. & de hoc satis not. Gof. in su. de pę. & re. §. cõfitetur quis, &c.

2 Ad hoc 5.q.6. presbyteri. C. đ episc. & cle. presbyteri.

gnitate; sed morum [a] nobilitate [b] innotescere debemus: nec urbium claritate, sed fidei puritate.

Item Gregorius ad Anastasium presbyterum, lib. 6. epist. 29. vel c. 193.

¶Non loca, uel ordines, sed merita nos Deo iungunt. C. IIII.

NOn loca, uel ordines [c] creatori nostro nos proximos faciunt: sed ei nos merita bona iungunt, aut mala disiungunt. Poly. ibidem.

Item Ioannes Chrysostomus, [Id est auctor operis imperfecti in Matthæum, homilia 40. ad c. 21.]

¶Magnitudo peccati, uel dignitatis quemque fortiter deijcit. C. V.

2 HOmo Christianus fortiter cadit [d] in peccato propter duas causas, aut propter magnitudinem peccati, aut propter altitudinem dignitatis †.

† Concor. tex. in l. nemo. C. de sum. trin. & l. omnes. §. q̃ manus. ff. de re milita.

Item ex dictis † Bonifacij a martyris. † *al. gestis*

¶Damnatur Apostolicus, qui suæ, & fraternæ salutis est negligens. C. VI.

3 SI Papa suæ & fraternæ salutis negligens deprehenditur inutilis, & remissus in operibus suis, & insuper à bono taciturnius, [e] quod magis officit sibi, & omnibus; nihilo minus innumerabiles populos cateruatim secum ducit, primo mancipio [f] gehennæ, cum ipso plagis multis in æternum uapulaturus †. Huius culpas istic redarguere præsumit mortaliũ nullus: quia cunctos ipse iudicaturus à nemine [g] est iudicandus; nisi deprehendatur à fide deuius [h]: pro cuius perpetuo statu uniuersitas fideliũ tanto instantius orat, quanto suam salutem post Deum ex illius incolumitate animaduertit propensius pendere. Iuo par. 5. c. 23

† *al. Vapulaturos.*

a ¶Dictis Bonifacijs.] *Nauclerus gen. 26. testatur hoc fuisse dictum Bonifacij martyris. Verum Deus dedit presbyter Cardinalis, tit. Apostolorum in Eudoxia, tempore Victoris Papæ iij. libros quatuor de rebus ecclesiasticis composuit, qui in bibliotheca Vaticana seruantur. Et libro primo cap. 231. ex gestis (sic habent etiam multi Grattani codices, & Iuo) Bonifacij martyris, & Archiepiscopi M.gũtini sedis Apostolicæ legati, hæc sanctissimi illius viri de Romano Pontifice, ac sede Apostolica verba refert, in*

SI Papa.] Hæc est tertia pars huius dist. in qua probat, ꝙ Papa magis punitur quàm alij, si male regit ecclesiam Dei. & hoc probat per hoc cap. Io. de Fan.
CASVS. Bonifacius martyr consultus fuit, an Papa ab aliquo possit iudicari, si inueniatur negligens & remissus in operibus suis, cum noceat sibi & ominb. subditis suis: & similiter multos secum trahit. Et rñdet ꝙ non, cum debeat omnes alios iudicare: nisi hæreticus deprehendatur, pro cuius salute, cum ipse sit caput ecclesię post Deũ, uniuersitas fidelium instantius orat.

hennæ. de pœn. dist. 1. mancipium.
g ¶A nemine.] Papa à nemine potest iudicari, vt 9.q.3. nemo. quod intellige nisi ipse se subijciat alij. 2.q.7. nos si incompetenter. Sed contra 24.q.2. sanè profertur. uersiculo, item Romanorum. ubi dicitur, quòd Dioscorus Papa Romanus fuit excommunicatus, quã uis in fide non peccauerat. Sed ibi appellat Papam patriarcham Constantinopolitanum. Item adhuc obstat 11.q.2. non liceat. ibi, vnus Papa iudicat de suo successore. Sed ibi non iudicat de ipso, sed dicit quòd non liceat ei alienare res ecclesię.
h ¶A fide deuius.] Quod intelligit Hugo, cum Papa non uult corrigi; si enim paratus esset corrigi, non

posset

quibus est hoc caput: & quidem ex antecedentibus, & sequentibus valde illustratur. Sancta Romana Ecclesia priuilegio speciales auctoritatis diuinitus, & humanitus caput omnium ecclesiarum post Christum Iesum effecta, secundum Antistitis, vel rectoris sui qualitatem, & valetudinem afficit totius Christianitatis membra, vt illius incolumitati sua respondeant incolumitate, & congaudeant: & nihilo minus eius languoribus suo languore consentiant: & sicut eius gloria iuxta Apostolum conglorificantur: sic eius deiectione deijciũtur, vt illud propheticum in eo præcipuè compleri deprehẽdatur: [Omne caput languidum, & omne cor mærens: à plãta pedis vsq; ad verticem non est in eo sanitas.] Et reuera tãta reuerentia apicem præfatæ Apostolicę sedis omnes suspiciunt, vt nõnullam sanctorum canonum disciplinam, & antiquam Christianæ religionis institutionem magis ab ore p̃cessoris eius, quàm à sacris paginis, & paternis traditionib. expetant: illius velle, illius nolle tantum explorant, ut ad eius arbitrium suam conuersationem & ipsi remittant, aut intendant. Quòd si, ut summmopere sibi, & omnibus expedit, zelo domus Dei sine intermissione tabescens, fidelis dispensator & prudens existens, Deo & hominibus, opere & sermone irreprehensibilem sese conseruare studuerit, vt verè fatear, vniuersum pene mundum secum attonitum, & solicitum post Deum currere facit; ex utroq; sexu populos diuersæ professionis, conditionis, & ætatis cateruatim Domino suo super omnia bona ipsius constituendus ducit. Si uero suæ, & fraternæ salutis negligens deprehenditur, inutilis, & remissus in operibus suis, & insuper à bono taciturnus (quod magis officit sibi & omnibus) nihilo minus innumerabiles populos cateruatim secum ducit, primo mãcipio gehennæ cum ipso plagis multis in æternum vapulaturus: cuius culpas istic redarguere præsumit mortalium nullus: q̃a cunctos ipse iudicaturus à nemine est iudicandus, nisi forte deprehẽdatur à fide deuius: pro cuius perpetuo statu vniuersitas fidelium tanto instantius orat; quanto suam salutẽ post Deum ex illius incolumitate animaduertunt propensius pendere. Saluo. n̄ diuinæ omnipotentiæ mysterio, ut dignum est, loco ab ipsa secundo illud B. Iob non incongrue aptari Sanctæ Romanæ Ecclesiæ potest: [Si destruxerit, nemo est qui ædificet: & si incluserit hominem, nullus est qui aperiat ei: si continuerit aquas omnia siccabuntur, & si emiserit eas: subuertent terram. nec immerito: cum ipsa specialius in Petro cœli terræq; retentet habenas. Hæc cum oĩum fidelium in Christo spiritalis sit mater, nemo debet renuere illius feriri disciplina, vel emendari censura, iuxta illa prouerbia Salomonis:] Ne dimittas legem matris tuæ, liga eam in corde tuo iugiter: qui. n. abijcit disciplinam, infęlix est, & stultus homo despicit matrem suam.] & rursus: [Est maledictus à Deo, qui exasperat matrem: & maledictio matris eradicat fundamenta;] illa vtiq; quæ arrogant †, diuisa a se de illius, cui dictum est: [Tu es Petrus, & super hanc petrã ædificabo ecclesiam meam.] & super arenam concupiscẽtiæ carnalis, seu humanæ præsumptionis probantur posita: cursus riui minime prosperatur, si a suo fonte diuidatur.

[Margin: 2. Cor. 1. — Esa. 1. — Iob. c. 12. — Prou. 1. 6. 18. — Eccle. 3. — † fortasse] arroganter. — Matth. 16.]

Item Augustinus ad Valerium, epist. 148.

¶Non ordines, sed vitæ merita nos Deo commendant.

C. VII.

4 ANte omnia peto, ut cogitet religiosa prudẽtia tua,

[Margin: Ansel. l. 6. c. 196 Iuo p. 6. c. 389.]

possit accusari, vt 24. q. 1. apertè. & cap. ait. & c. hęc est fides. & 2. q. 3. dixit Apostolus. Sed quare non potest accusari de alio crimine? ponamus quòd notorium sit crimen eius vel per confessionem, vel per facti euidentiam: quare non accusatur vel de crimine simoniæ, vel adulterij: etiam cum admonetur, incorrigibilis est, & scandalizatur ecclesia per factum eius? Certè credo ꝙ si notorium est crimen eius, quandocunque, & inde scandalizatur ecclesia, & incorrigibilis sit: ꝙ inde possit accusari. Nam contumacia dicitur hæresis 1. vt 81. dist. si qui presbyteri. & contumax dicitur infidelis, vt 38. distin. nullus. Hic tamen specialiter fit mentio de hæresi, ideo quia & si occulta esset hæresis de illa posset accusari: sed de alio occulto crimine non posset. Item nũquid potest denũciari crimen Papæ secundum regulam istam. Si peccauerit in te frater tuus 2. cum nomine fratris quilibet Christianus dicatur, vt 11. q. 3. ad mensam. Sed dico ꝙ nõ potest denunciari crimẽ de ipso, nisi inde posset accusari. nam inutilis esset denũciatio 3. Itẽ nunquid Papa posset statuere, ꝙ nõ posset accusari de hæresi? Rñd. ꝙ non: quia ex hoc periclitaretur tota ecclesia: q̃d non licèt. ỹ. 25. q. 1. sunt quidã. quia hoc fit in eo casu quo desinit esse caput ecclesiæ, & ita non tenet cõstitutio. Sed pro quo peccato potest Imperator deponi? pro quolibet: si est incorrigibilis. vñ deponit̃, si est minus vtilis. vt 15. q. 6. alios.

[Margin: Papa an de crimine accusari possit. — 1 Dic, ꝙ hæreticus dicitur plurib. modis, vt not. 24. q. 3. inter. & extra de hæret. firmissimè. — 2 Vt 2. q. 1. si peccauerit. — 3 Sub. nã denũciatio fit ad correctionẽ, ad quam compelli nõ potest: cum superiorẽ nõ habeat. Archidiac. — Imperator ꝓ quo peccato deponi potest.]

ANte omnia.] Hęc est quarta pars huius dist. in qua dicit, ꝙ difficilè est bñ regere sacros ordines & ecclesiasticas dignitates, sed facile est male rege-

le regere,& periculosum:& hoc probat per hoc c.& c. seq.Ioan.de Fan.

CASVS.Aug.factus fuit episcopus Hipponensis ecclesiæ.Vnde Valerius referebat gratias creatori. Aug.dicit,ꝙ si quis vtatur officio epi,presbyteri,diaconi trãsitoriè & semiplenè, nihil est leuius & facilius: sed nihil est ei dãnabilius apud Deũ. sed si quis militet eo modo quo Christus iubet, nihil est difficilius, sed nihil beatius apud Deum. Et ostendit, quòd ad tantam dignitatem eligi non debuit, cum minora officia non didicerit gubernare. Et hoc ꝓbat nauigantis exemplo,cui cura nauis cõmitti non dẽt,qui remũ tenere nõ nouit.

possset si gratiam non haberet: & hoc probatur per hoc c.& duo c.seq.Ioan.de Fan.

CASVS. Quidam nimis gloriabantur de loci nobilitate,sed Ambro.probat non esse gloriandum, quia in loco nobili potest esse malus, & in vili loco bonus inueniri,& niri, & hoc probat exemplo Adæ & Euæ. nam Adam creatus fuit in agro Damasceno, & tamen melior est inuentus Eua,quæ in Paradiso est creata.

nihil esse in hac vita, & maximè hoc tempore facilius, & lætius,& hominibus acceptabilius,episcopi,aut presbyteri,aut diaconi officio,si perfunctoriè [a] atq; adulatoriè res agatur;sed nihil apud Deum miserius, & tristius, & damnabilius.¶Item nihil esse in hac vita, & maximè hoc tẽpore difficilius,laboriosius,periculosius[b] episcopi aut p̄sbyteri,aut diaconi officio: sed apud Deum nihil beatius, si eo modo militetur, quo noster Imperator iubet. Quis autem iste sit modus, nec à pueritia, nec ab adolescentia mea didici;& eo tempore,quo discere cęperã, uis mihi [c] facta est merito peccatorum meorum.Nam quid aliud existimem nescio,vt secundus locus[d] gubernaculorum mihi traderetur,qui remum tenere non noueram. Ansel.l.6.c.186

Item Isidorus.

¶Corrumpitur, & ad terram sacerdotium trahitur,nisi legaliter,& iustè seruetur. C. VIII.

SIcut viri & mulieris digna coniunctio vnum facit matrimonium, & sicut duorum copulatio vnum perficit corpus;ita clericatus[e] & sacerdotium vnum faciunt presbyterum;& electio[f] & consecratio vnum faciunt episcopum:quæ omnia vnum efficiunt corpus: quod citius corrumpitur,& ad terram trahitur,nisi legaliter seruetur, nisi iustè viuendo laudetur.

Item Ambrosius lib. de Paradiso,c 4.

¶Gratia, non locus saluat animam. C. IX.

5 ILlud † autem animaduerte, quia extra Paradisum[g] vir factus est, & mulier intra Paradisum: vt aduertas, ꝙ non loci[h],non generis nobilitate, sed virtute vnusquisq; gratiam sibi comparat.¶Denique extra Paradisum factus, hoc est in inferiore loco, vir melior inuenitur:& illa, quæ in meliore loco,hoc est in Paradiso,,facta est,inferior reperitur. † *Quo loci illud aduerte*] orig.

Item Gregorius,lib.6.reg.epist.5.seu.c.169.

De eodem. C. X.

QVælibet † occulta [i] loca sine gratia Dei animam sal- †*al. Quamlibet*

a ¶Si perfunctoriè.] Id est,negligenter.

b ¶Periculosius.] Quia qui ep̄atum desiderat in terra, inueniet confusionem in cęlo.8.q.1.qui ep̄atũ. & infra ea.c.multi. Ep̄atum desiderare valde periculosum est.

c ¶Mihi.] Et sic aliq̄s potest cogi vt fiat ep̄s, quod verum est, si ab initio cogitur,vt fiat de nolẽte volens, vt 23.qõ. 4. displicet. sed si p̄seueraret ĩ voluntate,nõ esset cogẽdus.vt 74.dis.vbi ista.

d ¶Vt secundus locus.] Quia primus locus est Papatus,secundus locus est episcopatus. Vel ideo hoc dixit, quia factus est episcopus alteri, vt 7.q.1.non autem. Papatus est primus locus.

SIcut viri.] CASVS. In hoc c. notatur similitudo inter matrimonium carnale, & spirituale; quia sicut legitima coniunctio.s. animorũ, vnũ facit matrimoniũ; & sicut duorum commixtio vnũ facit corpus,ita clericatus, & sacerdotium vnum faciunt presbyterum,& electio & consecratio faciunt vnum episcopum. Et hæc omnia supradicta vnum corpus efficiunt, i. ecclesiam. quod cito rumpitur,nisi legaliter obseruetur.

e ¶Clericatus.] i.minor ordo. hic videtur,ꝙ si laicus promoueretur in sacerdotem,nullum reciperet characterem;sed si haberet aliquem minorem ordinem, & per saltum reciperet superiorem, bene reciperet characterem vt 52.dist.solicitudo.Alij dicunt,ꝙ laicus verum ordinem reciperet, dum tamen baptizatus fuerit.arg 1.q 1.ventum. Io.quod verum 1.credo B.

5 Idem no. 36. dist.c.1. in glo.

f ¶Electio.] Cõsueuit istud induci,ꝙ ex sola electione nõ cõsequit̃ aliq̄s ius,vt de hoc dixi 63.dist. quãto.

ILlud.] Hæc est quinta pars huius distin.in qua probatur, quòd non est ita magnus,quin cadere non

g ¶Extra Paradisum.] In agro Damasceno.

h ¶Nõ loci.] Arg.ꝙ rõne loci vel dignitatis,vel nobilitatis pro aliquo non præsumitur,vt 12.q.2.gloria.arg. ꝯ 24.dist.qñ. Et certè ꝓ nobilibus s̄p debet p̄sumi in ijs,quæ spectãt ad nobilitatem.ar.ff.de fid.inst.l. fi. Io.

QVęlibet.] CASVS.Quidam dicebant,ꝙ aliquis nõ poterat saluari,nisi in locis solitarijs:sed Greg.dicit hoc non esse verum, & hoc probat exemplo trium. Nam Loth in ipsa ciuitate fuit iustus, & in monte peccauit. Adam in Paradiso deliciarum peccauit,quo nihil est iucundius. Et angelus de cœlo p̄ peccatum descendit. Cap.quod sequitur,patet.

i ¶Occulta.] Arg.contra heremitas.

a ¶Erra-

a ¶Erratibus.] Id est peccatis vel delictis.
b ¶Peruersa ciuitate.] Arg. ꝙ non nocet bono malorum conuersatio, vel cohabitatio.
c ¶In monte.] 15.q.1.inebriauerunt.1.
d ¶Cecidit.] Nam ex varietate locorum nullum discrimen

Et 35.dis. ...xto die.

uare non possunt: quod aliquando in ipsis quoque conspicimus erratibus[a] electorum. Nam Loth in ipsa peruersa ciuitate[b] fuit iustus; in monte[c] peccauit. Sed ista cur dicimus, cum maiora nouerimus? Quid enim Paradiso iucundius; quid cęlo securius? & tamen homo ex Paradiso, & Angelus de cælo peccando cecidit[d].

Gen.19.

Idem.

De eodem. C. XI.

Burc.l.1.c.206. Iuo p.5. c. 320.

ADam primus homo pro peccato de Paradiso eiectus est[e]: hoc est, quia Dei nobilitatem à se deiecit, nobilitate loci priuatus est.

¶*Primo libro B.Gregorij in Ezechielem homil.9. leguntur hæc verba, quæ nonnihil ad hanc rem facere videntur:* Quia autem loca mentem non muniunt, ipse humani generis primus testatur parens, qui & in Paradiso cecidit.

Item Ioannes Chrysostomus, [id est auctor operis imperfecti, in Matthæum, hom.43. ad c.23.]

¶Non est verus sacerdos omnis, qui nominatur sacerdos. C. XII.

6 MVlti sacerdotes, & pauci sacerdotes; multi nomine, pauci opere. Videte ergo, quomodo sedetis super cathedrā; quia non cathedra facit sacerdotem, sed sacerdos cathedram; nō locus sanctificat hominem, sed homo locū[f]; non omnis sacerdos sanctus, sed omnis sanctus sacerdos. Qui bene sederit super cathedrā, honorē accipit ab illa; qui male sederit, iniuriā facit cathedræ; ideoq; malus sacerdos de sacerdotio suo crimē acquirit, nō dignitatē. In iudicio enim sedēs, si quidē bene vixeris, & bene docueris, omniū iudex es: si autē bene docueris, et male vixeris, tui solius condemnator eris. † Nam bene viuendo, & bene docendo, populū instruis, quomodo debeat uiuere: bene autem docēdo, et male uiuendo, Deum instruis, quomodo te debeat condemnare. *Idem.* ¶ Quicunque desiderauerit[g] † primatum in terra, inueniet confusionem in cælo, nec inter α seruos Christi computabitur, qui de primatu tractauerit[h]; nec vnusquisque eorum festinet, quomodo alijs maior appareat, sed quomodo omnibus inferior videatur: quoniam non qui maior fuerit in honore[i], ille est iustior: sed qui fuerit iustior, ille maior. Conuersatio ergo melior est desideranda, non dignior gradus.

1.Pet.3.

† al. es.

Ibidem homilia 35. ad c.20.
† al. desiderat

α ¶Nec inter.] *In hoc loco indicato legitur*, vt iam inter seruos Christi non sit de primatu certamen, nec vnusquisque, &c. *Sed obstitit glossa, ne mutaretur.*

...mō qua ...nos persequatur. De casu ...us habeē ...e pēn.dist. ...in princ. ...au.

scrimen inducitur. C. de tempo. in integ. restit. l. vlt. arg. contra. 32.q.5. qui uiderit.
d ¶Cecidit.2.] Et hæc est causa, quare nos persequitur, quia nos illuc debemus ascendere, unde ipse descendit. 16.quæst.2.c.1.

e ADam.] ¶Eiectus est.] Gen.4. de pēn. dist.1. Adam. & priuatus, vt de pœn. distin.1.c. serpens. & c. sicut primi.


MVlti.] Hæc est sexta pars huius distin. in qua dicit, ꝙ nomen sacerdotis debet consistere in re, & nō tantum in nomine, vt per hoc cap. probatur. Io. de Fan.

CASVS. Reprehenduntur hic quidam, qui erant presbyteri, vel sacerdotes nomine tantum, & non re vel uita, qui propter cathedram se sanctificatos putabant: sed male; quia locus non sanctificat hominem, sed homo locū. unde dicit Ioan. Chrysosto. ꝙ si bene docēt, & bene uiuunt, populum instruunt, & bene habebunt: & si bene docent & male uiuunt, seipsos condemnant.
f ¶Sed homo locū.] Sed res accedere debet hominibus, & nō homo rebus. ff. de ædil. edic. iustissimæ.

IDEM QVICVNQVE. CASVS. Quidam desiderabāt dignitatem, ut præessent tantum, & non vt prodessent sed dicit Ioan. Chrysosto. ꝙ tales inuenient confusionem in cęlo, nec inter seruos Christi computabuntur. Non enim debet aliquis festinare qualiter appareat maior alijs: nam qui iustior est, maior est; & non qui maior est dignitate, est iustior.
g ¶Desiderauerit.] Ad hoc ut præsit, non ut prosit, ne obstet. 8. quæst.1. qui episcopatum.
h ¶Tractauerit.] No. quòd eo solo quòd aliquis loquitur de episcopatu, punitur; sic eo ipso, quòd quis loquitur ambitiosè de minimis, peccat. 16. quæst.1. si cupis. & qui loquitur de mulieribus. vt 32. distin. hospitiolum.
i ¶In honore.] Quia non gradus elegantior, sed uitæ melioris actio comprobatur. 23. quæst.4. sicut hi. & 16. quest.1. sunt nonnulli. Et est hic argu ꝙ illa pars quæ iustiori rationi innititur, maior dicitur, licet sit minor. sic 31. dist. Nicęna. 19. distin. in canonicis. 4. q.3. §.2. extra de testib. in nostra 3. & 20. dist. §.1.

Peccat qui đ minimis ambitiose loquitur.
3 Extra de elect. ecclesia vestra 2. ibi uideas, & dixi plene 31. dist. Nicęna. Archidia.

Ecce.]


Ecce.] Supra in præcedenti dist. dictum est, ꝙ oportet episcopũ esse ornatũ moribus & uirtutibus. In hac vero 41. dist. dicitur, ꝙ oportet episcopum esse ornatum in exterioribus, & in habitu scilicet & incessu, in habitu, ne fulgidis vel sordibus vestibus se exornet: qđ probat auctoritate Hieronymi dicentis: Nec affectatæ sordes, nec exquisitæ deliciæ laudes pariunt, quod tã de vestibus q̃ de cibis est intelligẽdũ. Et ad hoc inducit sequens cap. De incessu autẽ dicet infra. ea. §. vlt.

Ornatus exterior clericorum.

a ¶Et incessu.] Vt grauitate itineris ostendat grauitatem mentis, vt ꝭ. ea. §. vlt.

Qvisquis.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte dr̃, ꝙ nullus debet vti rebus transitorijs strictius uel abundantius quàm socij cũ quibus viuit; quia remissus utendo aut hypocrisim significat, aut intemperantiam: abundantius utendo, uel laudem significat; uel quia est gulosus uel prodigus. In secunda parte quæ incipit ibi, [In omnibus.] ostendit viuum illorũ pretiosorum nõ esse repudiandũ, si trãquille, & sine turpitudine, uel uoracitate assumantur. Et hoc ꝓbatur exemplo Christi, qui cibũ delicatum, scilicet piscẽ comedit, & reprehenditur usus uilium ciborum, si nimis ardenter & cum uoracitate assumantur, quod ꝓbatur exẽplo Esau & iumẽtorum.

b ¶Viuit.] Nota ꝙ quilibet de se conforma bit socijs suis in cibo & in moribus, ut dist. 8. quæ contra. 12. dist. illa. Et est argu. ꝙ ratione societatis toleratur excõicatus, q.a excõicatus rõne contractus ad cõionem admittitur. extra de sent. excom. si uere.

Excommunicatus ratione societatis toleratur.

g ¶Sed libido.] q. d. potius considerabimus causam facti, quàm ipsum factum. sic 23. q. 8. occidit. & 29. dist. sciendum. arg. contra ꝭ. 32. q. 4. origo.

h ¶Flagitia.] Id est, nõ statim dicamus aliquid esse vitiosum. nam dubia in meliorem partem sunt interpretanda.

DISTINCTIO XLI.

I Ps


Ecce quibus oporteat sacerdotẽ esse ornatum moribus; sed præterea oportet illũ esse ornatum in exterioribus, habitu videlicet & incessu[a]; habitu, vt nec fulgidis, nec sordidis se vestibus ornet. Vt enim ait Hieronymus α, nec affectatæ sordes, nec exquisitæ deliciæ laudem pariunt; quod tam de vestibus, quàm de cibis intelligendum est.

α ¶Hieronymus.] *Ad Eustochium de custodia virg. sic scribit:* nec affectatæ sordes, nec exquisitæ munditiæ conueniunt Christiano. *Ad Nepotianum quoque in eãdem ferè sententiam,* vestes pullas æquè deuita, vt candidas; ornatus, vt sordes pari modo fugiendæ sunt, quia alterum delicias, alterum gloriam redolet.

Vnde Augustinus ait lib. 3. de doctrina Christiana, c. 12.

¶Pro moribus eorum, cum quibus viuimus, etiam uti debemus alimentis. C. I.

Qvisquis rebus prætereuntibus restrictius vtitur, quã sese habent mores eorum cum quibus viuit [b]; aut intemperans [c] α, aut superstitiosus [d] est. Quisquis vero sic eis utitur, ut metas consuetudinis bonorum, inter quos versatur, excedat; aut aliquid significat[e], aut flagitiosus[f] est. In omnibus enim talibus non vsus rerum, sed libi do[g] vtentis in culpa est. *& infra.* ¶Quid igitur locis, & tẽporibus, & personis conueniat, diligenter attendendum est, ne temere flagitia [h] reprehẽdamus. Fieri enim potest, vt sine aliquo uitio cupidinis, uel uoracitatis, pretiosissimo cibo sapiens utatur; insipiens autem fœdissima gulæ flamma in uilissimum olus ardescat, & sanius† quisque maluerit, more Domini, pisce uesci [i], quàm lenticula more Esau nepotis Abrahæ, aut ordeo, more iumentorum. Non enim propterea continentiores nobis sunt pleræque bestiæ; quia uilioribus aluntur escis. Nam in omnibus huiusmodi rebus non ex earum rerum natura, quibus utimur, sed ex causa [k] vtẽdi, & modo appetendi, uel probandum, uel improbandum quod facimus.

Iuo. p. 4. c. 24. Pann. l. 2. c. 195.

† *al. sanus.* *Luc. 24.* *Gen. 25.*

β ¶Intemperans.] *Apud sanctum Aug. & Iuonem legitur:* temperans. *Sed ob glossam est mutatum.*

Idem super epistolam Ioannis.

¶Non cibus, sed appetitus in culpa est. C. II.

Deliciæ quælibet, si absque desiderio percipiantur, non

c ¶Aut intẽperans.] Scilicet nolẽs cõformare se alijs.
d ¶Superstitiosus.] Id est, inanis gloriæ cupidus, uel hypocrita.
e ¶Significat.] Forte habet ventrem insatiabilem, vel causa infirmitatis hoc facit.
f ¶Aut flagitiosus.] Prodigus vel hypocrita.

i ¶Pisce vesci.] Hanc historiam habes de pœn. dist. 2. §. opponitur.
K ¶Sed ex causa.] Vt ꝭ. 21. q. 4. omnis iactantia.

Deliciæ.] CASVS. Dicitur in hoc cap. ꝙ si quis utitur cibo delicato sine immenso desiderio, non peccat

peccat, vt Helias, qui carnes comedit. Si quis autẽ uilẽ cibũ nimis ardenter appetit, reprehendit, vt Dauid, qui aquã de cisterna Bethleẽ cõcupiuit nimis ardẽter.

NOn cogantur.] CASVS. Quæsitum fuit ab Augus. quid debeat fieri de diuitibus, qui tempore pęnitentiæ non possunt uti cibis uilibus & aridis vt alij pęnitentes? Rñdet Aug. ꝙ non debent ad hoc cogi, sed vtantur pretiosis, & dent pauperibus uilia: quia si consuetudinem mutant, ægrotant: dolere tamen debent quod non possunt sicut alij abstinere.

a ¶Non cogantur.] Arg. ꝙ mitius agendum est cum diuitibus & nobilibus, quàm cum pauperibus 1. vt 86. dist. non satis. & 84. dist. peruenit. 50. dist. contumaces. 26. q. 7. t. pa. Arg. ꝯ 22. q. 5. qui compulsus. Dic ꝙ ignobiles magis puniuntur corporali pęna, q̃ nobiles: sed pecuniariter magis punitur nobilis q̃ ignobilis, vt 24. q. 1. qui contra. & ff. de poe. si quis aliquid. & l. quædam.

Nobiliũ & ignobiliũ pęna nõ est æqua.

b ¶Diuites.] Cum sunt in pœnitentia.

officiunt: & viles cibi appetenter accepti impediunt profectum abstinentiæ. Dauid enim aquam malè concupitam effudit, & Helias carnes comedit.

2. *Reg.* 23.
3. *Reg.* 17.

¶In operibus Beati Augustini aut impressis, aut manuscriptis, q̃ hactenus ad manus venerint, hæc non sunt inuẽta. Cæterum apud Prosperum de vita contemplatiua l. 2. c. 22. eadem ferè leguntur: Nec deliciæ quælibet, si absque desiderio percipiantur, officiunt: & viles cibi plerumque abstinentiæ profectum, si appetenter accipiantur, impediunt. Hinc est, quòd sanctus Dauid aquæ in se concupiscentiam castigauit, atque eam sibi à suis oblatam, ne desiderio suo ex ea satisfacere videretur, effudit: & Sancto Heliæ perceptio carnium non concupita non nocuit.

Idem de verbis Domini secundum Matthæum, serm. 5. †

† *ad illa verba* [petite. & dabitur vobis] *sed paulo aliter.*

¶Contra suæ infirmitatis consuetudinem, aliquibus cibis diuites vti non cogantur. C. III.

NOn cogantur[a] diuites[b] pauperum cibis vesci: vtantur consuetudine infirmitatis suæ; sed doleant aliter se non posse: si consuetudinem[c] mutant, ægrotant. Vtantur superfluis[d], dent inopibus necessaria. Vtantur pretiosis, dent pauperibus[e] vilia.

c ¶Si consuetudinem.] Arg. ꝙ commutationes pœnarũ possint fieri in spiritualibus. 82. dist. p̄sbyter.

Pœnæ ĩ spiritualibus possunt cõmutari.

d ¶Superfluis.] Id est pretiosis.

e ¶Pauperib. uilia.] Argu. contra inf. 49. dist. c. vlti. in fine.

Idem lib. 2. quæst. Euang. c. xi.

¶Aequanimitas tolerandi, non vsus vel abstinentia cibi iustitiam facit. C. II II.

Iuo par. 4. c. 23. *Matth. xi. & Luc. 7.*

QVod dicit Dominus in Euangelio[f]: [Iustificata est sapientia ab omnibus filijs suis.] ostendit filios sapientiæ intelligere nec in abstinendo, nec in manducando esse iustitiam, sed in æquanimitate tolerãdi inopiã, & in temperantia per abundantiam non se corrumpendi, atque opportunè sumendi, vel non sumendi ea, quorum non vsus, sed cõcupiscentia reprehendenda est. Non. n. interest omnino, quid alimentorum sumas, vt succurras necessitati corporis, dũmodo congruas in generibus alimentorum his, cum quibus tibi uiuendum est. Neque quãtum sumas interest multum: cum videamus aliorum stomachum citius saturari; & eos tamen illi ipsi[g] paruo quo satiantur, ardenter, & intolerabiliter, & omnino turpiter inhiare: alios autem plusculo quidem satiari, sed tolerabilius inopiã perpeti; & vel ante ora positas[h] epulas, si id in tempore[i] opus sit, cum tranquillitate aspicere, neque[k] tangere. Magis ergo interest, non quid, vel quantum ali-

QVod dicit.] CASVS. Aug. exponit hic illũ locum Euangelij sup Matth. venit Ioannes non manducans neq; bibens: & dicunt, dæmonium hẽt. Venit filius hominis manducans & bibens: & dũt Iudæi: Ecce hic homo vorator est, & potator vini. Sed iustificata est sapientia à filijs suis. i. Christus iustus est ostensus à suis Apostolis. Est ergo casus. Quęsitum fuit ab August. vtrum sit virtus in abstinendo vel manducando, & respondet quòd non: sed iustitia est in æquanimitate tolerandi inopiam, & temperandi, se in abundantia ciborum: & nõ se corrumpendi. Et hoc probat exemplo Apostoli dicẽtes: scio esurire, & scio abundare in cibis enim nõ multum interest siue parum siue multum sumat quis: cum ille q parum sumit, & ardẽter, reprehendatur: & is qui paulo plus & ante horam cũ oportet sumit sine auiditate, commendetur.

f ¶In Euangelio.] Tãgit hic quod Christus in Euãgelio Matth. xj. dicit de Iudęis: Venit Ioannes non manducãs carnes neque bibens vinum & dixistis, dæmonium habet venit Iesus mãducans, & bibens, & dixistis, ecce vorator & potator vini. sed licèt alij malè opinarent đ ipso: tñ iustificatus est ab Apostolis suis[2].

Abstinẽtia Chr̃i & Ioãnis Baptistę diuersa fuit

2 Id est Xp̄s iustus est ostensus à suis discipulis siue Apostolis scd̃m Barth. Brix. qui ipsum oĩa iustè facere intellexerunt.

1 Ad idem qđ legit & no. extra de vo. c. 1.

g ¶Ipsi.] Datiui casus.

h ¶Positas.] Coram alijs.

i ¶Si id in tempore.] Id est, pro tempore, scilicet cum coram aliquibus tempore necessitatis citius proponitur cibus.

K ¶Neq;.] Id est, non iõ debet quis statim comedere,

quod

mentorum pro congruētia hominum, atque personæ suæ & pro suæ valetudinis necessitate quis capiat; sed quanta facilitate, & serenitate animi careat cum [a] his [b] vel oportet, vel necesse est carere, vt illud in anima Christiani compleatur, quod Apostolus dicit: [Scio [c] & minus habere: *Philip.4.* scio & abundare: ubiq; & in omnibus imbutus sum, & satiari, & esurire, & abundare: & penuriam pati: omnia possum in eo, qui me confortat.]

Item ex concilio Gangrensi, c.ultimo.

¶Temperantia ciborum, & vestium, non dissolutio eorum laudatur. C. V.

PArsimoniam [d] cum veste humili non reprobamus: sicut *Iuo p.8.c.321.* etiam ornatum præter corporis α diligentiam [e] infucatum [f] laudamus. Dissolutos autem, & fractos in vestibus in cessus non recipimus, & domos Dei honoramus, & conuentus, qui in his fiunt, tanquam sanctos & vtiles recipimus: pietatem in priuatis [g] domibus non concludētes, sed omnem locum in nomine Dei ædificatum honorantes & congregationem in ecclesia factam ad vtilitatem communē recipimus, & bona opera, quæ supra [h] vires β in fratres pauperes exercentur, secundum ecclesiasticas traditiones beatificamus; & omnia, quæ conueniunt traditionibus Apostolicis, & sanctarum scripturarum præceptis, in ecclesia fieri exoptamus.

α ¶Præter corporis.] *Est ex prisca versione Gracè est:* δι' ἐπιμέλειαν μόνον τοῦ σώματος ἀπερίεργον, *id est:* propter corporis tantum curam minimè superuacaneam atque operosam. *sed ob glossam non est mutatum.*

β ¶Supra vires.] *In prisca illa versione est:* iuxta vires. *Dionysiana habet vt Grat. Gracè autem:* τὰς καθ' ὑπερβολὴν εὐποιίας τῶν ἀδελφῶν τὰς κατὰ τὰς παραδόσεις, διὰ τῆς ἐκκλησίας εἰς τοὺς πτωχοὺς γινομένας, *i.* eximias, atque excellentes fratrum beneficentias, quæ secundum traditiones per ecclesiam in pauperes fiunt.

Item Gregorius Ioanni Constantinopoliano, lib.1.reg.epistola 24.

¶Sub specie virtutis sæpè se vitia ingerunt. C. VI.

SÆpè se vitia [i] esse virtutes mentiuntur, vt tenacitas, parsimonia; effusio, largitas; crudelitas, zelus iustitiæ; remissio, pietas velit videri.

Item ex concilio Carthaginensi 4.c.15.

¶Meritis fidei, & vitæ, non diuitijs episcopalis auctoritas quæritur. C. VII.

EPiscopus vilem supellectilem [k], & mensam, ac victum pauperem habeat, & dignitatis suæ auctoritatem fide & vitæ meritis quærat. ¶Hospitium quoque non longe *Ibidem c.14.* ab ecclesia habeat.

Item ex eodem, c.45.

¶De eodem. C. VIII.

CLericus professionem suam & habitu, & incessu pro- *Burc.l.2.c.209. Iuo p.6.c.284. Ans.l.7.c.202.* bet: & ideo nec vestibus, nec calceamentis decorem quærat.

---

quòd videt alios necessitate exigente comedere, & proponitur cibus.

a ¶Cum.] Id est, quando.

b ¶His.] Id est, eis.

c ¶Scio.] Sic facient episcopi, cum veniēt ad pauperes ecclesias; ne breuis hora consumat uictum lōgi temporis. extra de censi. cum Apostolus.

Parsimonia

PArsimoniam.] CASVS. Octo enumerantur in cap. quorum sex commēdantur, & duo reprobātur. & scire debes, quod parsimonia est vsus rerum temporalium cum moderatione.

d ¶Parsimoniam.] Id est, temperatum usum.

e ¶Diligentiam.] Id est, voluptatem.

f ¶Infucatum.] Id est, pretiosum: vel infucatum, id est non pretiosè fucatum.

Orare publicè quàm clā melius est.

g ¶In priuatis.] Ar. contra illos, qui dicunt melius esse orādum in priuato loco, & non coram hominibus, quàm in ecclesia, ex illa auctoritate: Tu autem cum oraueris intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem: sed illud de cubiculo mentis intelligitur.

h ¶Quæ supra.] Nā quidquid supererogauerit, reddam tibi, sic 86.dist.non satis.

SÆpè.] CASVS. Dicit hic Grego. ꝙ vitia diligenter sunt p̄cauenda, q̄a sæpè sub specie virtutum vitia latenter subintrant.

i ¶Sæpè se vitia.] Stulti dum vitāt vitia in contraria currunt.

K EPiscopus. ¶Supellectilem.] Hoc hodie nō tenet; quia mō hn̄t amplas possessiones, vt 12.q.1.expedit.& sic nō est ꝫ.de consec.dist.1. vasa. & extra de censi. cum Apostolus. vbi dicitur quòd archiepiscopi quinquaginta equitaturas habebūt in visitationibus.

SICVT

SICVT ERGO. Concludit Gratianus ex supradictis, quod sicut mores eorum cũ quibus viuimus, seruadi sunt in cibis: sic etiam in indumẽtis. & in incessu etiam debet esse sacerdos ornatus, ut grauitate itineris mentis ostendat maturitatem. Si enim incomposite & non decenter incedit (ut dicit Aug.) mentis inæqualitas indicatur. Et hoc probatur exemplo Catilinæ, qui propter narium incessum fuit à Sallustio notatus.

a ¶Vnde historiographus.] Sallustius.

b ¶Mutabilitatem.] Catilinæ.




Ospitalem.] Hęc dist. diuiditur in quatuor partes; in quarum prima dicitur quod sacerdotes dẽnt esse hospitales, & recipere pauperes Christi, & hoc probatur per id quod sequitur usque ad cap. quiescamus. Secunda ibi, [Quiescamus.] Tertia ibi, [Sed licet.] Quarta ibi, [Nõ oportet.] Ioan. de Fan.

CASVS. In hac 42. distinct. prosequitur Gra. sextum cap. Apostolicæ regulæ: scilicet, oportet sacerdotẽ esse hospitalem. quod probat 8 rationibus. Prima est in principio. Secunda incipit ibi, [Qui enim Apostolum.] Tertia ibi, [Si eñ sacerdos.] Quarta & quinta incipiunt ibi, [Ordinandus itaque.] Sexta ibi, [Quomodo etiam secundum Hierony.] Septima ibi, [Vnde Apostolus.] Octaua ibi, [Si enim uidua.] Casus autem sequentis cap. planus est.

Sicut ergo in cibis mores eorum cum quibus viuimus, obseruare monemur; sic & de indumentis intelligendum est. Vt enim alibi dicitur; [Quisquis contemptis his, cũ quibus viuit, lautiora sibi, vel austeriora præ cæteris indumenta, vel alimenta quærit, aut intemperans sui, aut superstitiosus est.] In incessu autem debet esse sacerdos ornatus, vt grauitate itineris, mentis maturitatem ostendat. Incompositio enim corporis (vt Augustinus ait) inæqualitatem indicat mentis. Vnde historiographus[a] ille cum eius mutabilitatem[b] describeret cuius conscientia excita † curis mentem vastabat †; inter cætera hoc etiam notabile indicauit, dicens [Citus modo, & modo tardus incessus.]

Margin: ſ. ead. c. quisqu.s. — epi. 209. ad Monachas habetur sensus. — Sallustius de Catilina. — † al. excitatã. al. exagitatã. — † al. vexabat.

DISTINCTIO XLII.



I ps

Ospitalem[c] vero sacerdotem esse oportet, ne sit in numero eorum, quibus in iudicio dicetur [Hospes eram, & non suscepistis me.] Qui enim Apostolum secutus, alios ad hospitalitatem debet inuitare, quomodo hospitalitatis exhortator poterit esse, qui domum propriam hospitibus claudit? Si enim sacerdos primum à seipso[d], & à domestica ecclesia sua debet exigere quod postea populis imperet: si primum, imitando Christum, ipse debet facere, quæ postea populum doceat, necesse est, ut pauperes hospitio recipiat, quo ad hospitalitatem facilius suo exemplo subditos attrahat. ¶Ordinandus itaque sacerdos ad memoriam reuocet, quomodo Abrahã, & Loth per hospitalitatis opera, Deo placuere, & Angelos hospitio meruerunt recipere; quomodo Angeli Sodomis hospitalem domum ingressi, Loth cum familia sua liberauerunt; quomodo clausas domos cũ hospitibus ignis ingressus perdiderit; quomodo etiam secundum Hieronymũ, aliena[e] rapere conuincitur, qui vltra necessaria sibi retinere probatur: ac si per opera pietatis se instruat, vt & præsentis vitæ subsidia, & æternæ claritatis præmia à Deo percipiat; vtrumque enim pietati promittitur. ¶Vnde Apostolus scribens ad Timotheum ait: [Exerce teipsum ad pietatem. Nã corporalis[f] quidem exercitatio ad modicum vtilis est; pietas autem est vtilis ad omnia[g], habens promissionem vitæ, quæ nunc est, & futuræ.] Ab hac[h] quisquis alienus[i] fuerit, in sacerdotem ordinari non poterit. ¶Si enim vidua[k] in ecclesia recipi prohibetur, quæ pauperes non recipit hospitio, quæ pedes sanctorum non lauit, quæ omne opus bonũ

Margin: Matth. 25. — Gen. 18. et 19. Gloss. ord. gen. 19. ex Alcuino. In regula Monachorum c. de paupertate. — 1. Tim. 4. — 1. Tim. 5. 31. q. 1. quomodo.

c ¶Hospitalem.] In hac distinct. ostendit Gratianus, quod hospitalis erit ordinandus: quia non haberet frontem iuuandi alios ad hospitalitatem, si domum suã hospitibus clauderet: & quia hæc pietas remuneratur æternaliter & temporaliter. Item exemplo Abrahæ & Loth: qui quoniã hospitales erant, Angelos hospitio recipere meruerunt 1. Addit etiam quod in hospitalitate non erit electio uel delectus personarum 2. adiungit etiam de conuiuiis in ecclesia non faciendis 3. In fine breuiter tangit 7. cap. Apostolicæ regulæ scilicet, oportet episcopum esse pud. cum 4

Margin: 1 Vt ſ. §. 1. — 2 Et ſ. eadẽ, quiescamus. — 3 Vt ſ. c. nõ debet. & ca. seq. — 4 Scilicet in §. pudicus.

d ¶A seipso.] Si. ff. de negot. gest. si pupil i. §. vltim. ff. de fideiuss. tutor. ff. de pa. cum in eo. 47. distin. §. necesse in princ.

e ¶Aliena.] 47. distin. sicut ſ. 93 distinct. diaconi. infra 14. quæst. 4. quid dicam. sic extra de rest. spo. sępe. & 16. q. 1. decimæ.

f ¶Corporalis.] Sine operibus pietatis.

ADDITIO. Et quod dicit ad modicum, dicas respectu eorum per quæ habetur uita æterna: utilis tamen est, quia opportunitatem peccandi aufert. de consecr. distinctio. 5. nunquam. Laur.

g ¶Ad omnia.] Id est, ad temporalia & æterna, ut 16. q. 1. decimę.

h ¶Ab hac.] Hospitalitate.

i ¶Alienus.] Vt 85. dist. Archidiaconum.

K ¶ Vidua.] 31. q. 1. quomodo.

SI quis.] HINC ETIAM. Adhuc probat Gratianus hospitalitatem esse tenendam, & qui eam non habuit, abijcitur ab ecclesia, sicut Ioan. eiecit quendam Diotrephē, quia pauperes nō recipiebat. Et ostendit ēt ꝙ oībus indifferēter q̃bus possumus dēmus hospitalitatem exhibere: quod probat sequenti capitulo.

a ¶Diotrephē.] Proprium nomen. uel id est, sacerdotem.

QViescamus.] Hęc est secūda pars huius dis. in qua dicit, ꝙ in eleemosynis dandis non debet esse differentia cum petitur pro nutrimento. si autem peteretur causa prædicationis, tunc esset discernendum. Hoc autem intelligo de eleemosynis quotidianis, non autem de præmeditatis. aliās contradiceret Hierony. 16. q.1.c.fin. ubi dicit, ꝙ in paupere magis est attendenda religio, q̃ paupertas. Io. de Fan. CASVS. Quidam dicebāt, ꝙ in omnibus hospitibus recipiēdis facienda erat examinatio. sed dicit Ioan. Chryso. nō esse uerū. Nam si petat aliquis tanquam prælatus. facienda est examinatio, q̄a forte non recte petit, uel est intrusus, vel excommunicatus. Non enim datur tantum temporale, sed etiam accipitur spirituale. Si uero petit amore Dei, indifferenter est omnibus dandum, exemplo Abraham, qui meruit Angelos recipere: quod forte non fecisset, si distinxisset personas. Quæ sequuntur, patent usque ad distinctionem.

religio est attendēda, vt 16.q.1. quoniam quidquid. & Aug. dicit. Vtilius esuriēti panis tollit. quàm de cibo securus, &c. ut 5.q.5. nō omnis. 23.q.4. nimium. Distingue ergo: eorum qui petunt eleemosynā, alij sunt cogniti, alij nō. Item alij petunt quasi ex debito, vt prędicatores

non est executa; multo magis sunt prohibendi à sacerdotio, qui ab opere pietatis probantur alieni. Vnde † hospitalitatis opera despicientes, in Gangrensi concilio excommunicantur. Sic enim in eo statutum est, c.xi. — *† al. Vnde quidam.*

¶Non sunt despiciendi, qui conuiuia pauperibus exhibent. C. I.

SI quis despicit eos, qui fideliter agapas †, id est conuiuia pauperibus exhibent, & propter honorem Dei conuocant fratres, & noluerit communicare huiuscemodi vocationibus, parui pendens quod geritur, anathema sit. — Bur.l.19.c.124. Iuo p.15.c.136 Ans.l.5.c.76.

Hinc etiam Ioannes Euangelista in epistola sua quendam Diotrephem[a] excommunicat, qui nec pauperes recipiebat, & recipientes de ecclesia eyciebat. In hospitalitate autem non est habendus delectus personarum; sed indifferenter quibuscunque sufficimus, hospitales nos exhibere debemus. — *Epist. 3.*

Vnde Ioannes Chrysostomus in epist. ad Hebræos hom. xi. ad c.6.

¶In recipiendis hospitibus nulla debet esse distinctio. C. II.

2 QViescamus ab hac absurda curiositate[b], & diabolica, & peremptoria †. Si enim in clero se electum esse dicat, si sacerdotem se nominet, scrutare: non enim sine periculo in talibus indiscussa communicatio est: circa maiora periculum[c] vertitur; non enim das, sed accipis. Si vero pro nutrimento postulat[d], nihil in his examines. Inquire, quomodo Abraham hospitalem se circa omnes ostendebat. Si scrutator fuisset circa refugientes ad se, nunquam Angelos hospitio recepisset. Fortassis enim nō putans eos Angelos esse, cum reliquis & hos repulisset: Sed quoniam omnes[e] recipiebat, suscepit & Angelos. Non enim ex uita eorum, quos accipis, mercedem tibi retributurus est Deus; sed ex uoluntate tua, ex liberalitate, ex honorificentia multa, ex misericordia, ex bonitate. — *† al. perniciosa.*

b ¶Curiositate.] Nō enim semper erimus curiosi, nam multa sunt dissimulanda. ff. de noua. l. doli. in fin.

c ¶Periculum.] Si. n. in minoribus adhibēda st discretio, fortius ī maiorib. sic 7.q.2.c.ul. ff. ad Carb. l.1.§.2.

d ¶Postulat.] Ergo indistincte oībus est dāda eleemosyna, vt j. ea. c. ꝓxi. & s. §. prox. & 86.di. pasce. & 1.q.2. q̃ pio. & 11.q.3. qm̄ multos. & 16.q.1. si cupis: & 23.q.4. duo. alibi dicitur: omni petenti retribuit. Sed contra dn̄s dicit 1, Desudet eleemosyna in manu tua, donec inuenias iustum cui des. Et in Canticis, ubi dicitur: Ordinauit in me charitatē. Et dicit Ambro. Ordinata est charitas ut primo Deus, secundo parētes, deinde filij, postea domestici, vltimo extranei diligantur. Et alibi dicit Ambrosi. ꝙ delectus personarum debet eē in misericordia impendenda, vt 86. dist. non satis, & Hierony. dicit, ꝙ in pauperibus non tam paupertas quàm catores & p̄lati, alij pro sustentatione corporis. Si ergo quis petat ex debito, & ratione officij, quia dicit se ad hoc missum vt ibi prædicet, & tale officium constat ei commissum esse, recipiendus est si est incognitus, est examinandus an ita sit, vt in hoc cap. Si autē quis petit pro nutrimento, tunc indistincte omnibus est dāda, vt hic, & 1.q.1. quàm pro. & 11.q.3. quoniā. nisi quis per securitatem cibi negligat iustitiam: quia tunc subtrahenda est ei, vt 5.q.5. non omnis. nisi iam fame moratur, vt 86. distin. pasce. si autem non possumus omnibus sufficere, tunc danda est potius bono, quàm malo consanguineo, quàm extraneo, & sic loquitur illud, Desudet eleemosyna, &c. & illud, Ordinauit in me charitatem, ut 86. dist. non satis.

e ¶Sed quoniā omnes.] Arg. ꝙ ratione dubitationis melius est ex abundāti aliquid facere, q̃ aliquid dimittere.

Discretione maiore in maioribus opus est.

Eleemosyna quibus est danda.

1 H. dicit ꝙ hoc dixit ī Euangelio: sed nescio vbi, Sed potest sumi eccles. 12- vel hoc dixit secūdū interpretatio. lxx. interpretum, dicit Rod. ꝙ ista auctoritas: desudet, &c. sumitur ex c. præcedēti, ubi dicitur sic, benefeceris, scito cui benefeceris, & erit gratia in oculis tuis multa. Arch.

† Vide in hūc locum Alcia. libr. prætermissorum 1. in dict. one Agapes. Opinatur enim Alci. itap.. nas hic legēdum, nō Agapes.

vere, vt 11.q.3. nolite 13.q.2. non æstimamus 24.q.3. corripiantur. Et argum. ad quæstionem cum dubitatur quis ex duobus occiderit hominem, quòd potius ambo admittantur, ad ordines, q ambo repellantur 1. arg. contra 23.q.ult. si quatuor. Quid iuris sit de hoc notatur in quæstio-

& est contra episcopos qui nolunt prouincias visitare, & tñ petunt redimi procurationes, vt 10.q.1. relata.
b ¶ Propter iniuriam.] Idest, infamiam.
c Vlli.) ¶ Transeuntes.(Sic in tabernis possunt clerici comedere causa necessitatis, vt 44. distinct. clerici. de vi. & hon. cler. clerici.

Dubitatio notabilis. 1 Argum. ad hoc 23.q.4. quam magnum. Lau.

Sed licet ipsa conuiuia despicienda non sint, non tamen in ecclesiis celebrari, nec clericos ad ea conuocatos ex eis partes sibi tollere oportet.

Unde in Laodicensi concilio, c. 27.

¶ Clerici ad agapem vocati partes sibi non tollant. C. III.

† Vide q Ansel.l.5.c.77 Iuo p.3.ca.128

NOn oportet ministros altaris, vel quoslibet clericos α ad agapem † vocatos, partes [a] tollere propter iniuriam [b] ε, quæ ex hac occasione ecclesiastico ordini possit deputari.

α ¶ Clericos.) *In concilio Græco, & prisca etiam versione additur*, vel laicos.

ε ¶ Prpoter iniuriam,] *Græcè est.* διὰ τὸ τὴν ὕβριν τῇ τάξει προσφέρεσθαι τῇ ἐκκλησιαστικῇ, *idest*, eo quod ecclesiastico ordini iniuratur contumella.

no. And. Al cia. li. prætermissorũ 1 in dictione, agapes.

Item ex eodem, c. 28.

¶ In locis Deo sacratis nec comedere, nec accubitus sternere liceat. C. IIII.

Burc.l.3.c. 82. Iuo p 3. c. 32. Ansel.l.5.c.78.

4 NOn oportet in basilicis, seu in ecclesiis agapem facere, & intus γ manducare vel acubitus sternere.

γ ¶ Et intus.] *Græce est.* καὶ ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ θεοῦ; *quod Dionysius vertit*, nec intra domum Dei: *sed apud Balsamonem abest vox Dei*

Item ex concilio Carthag. 3. c. 30.

¶ Nisi necessitate coacti clerici in ecclesia non conuiuentur. C. V.

Burc.l.3. c.83. Iuo p.3.ca 74.

NVlli episcopi, vel clerici in ecclesia conuiuentur, nisi forte transeuntes [c] hospitiorum necessitate illic reficiantur. Populi etiam ab huiusmodi conuiuiis, quantum potest fieri, prohibeantur.

In reg. B. Benedicti, c 52.

(Item ex dictis B. Benedicti abbatis.)

De eodem. PALEA. C. VI.

Burch.l.3.c.81. Iuo p.3 cap.71

ORatorium [d] hoc sit, quod dicitur, nec ibi quidquam aliud [e] geratur, vel condatur, quam quod diuinis ministerijs † conueniat.

† *ad laudibus.*

sensus non uerba, Isidorus. Etymo.l.15.c.4 Smaragdus in reg. B. Benedicti, c.52. Burch.l.3.c.80.

Item Augustinus epist. 109. de regula monachorum.

De eodem. C. VII.

IN oratorio præter orandi, & psallendi cultum penitus nihil agatur, vt nomini huic & opera iugiter impensa concordent.

DISTINCTIO. XLIII.

ps 1.

Cant.5. ex glo. interlin. ibi.

P*Vdicus* [f] *quoque debet esse sacerdos, vt & moribus, & verbis pudorem indesinenter exhibeat. Unde in canticis canticorum genæ* [g] *sponsæ, idest prædicatores, turturi comparantur.* ¶ *Debet* [h] *etiam gratiam*

d ¶ Oratorium.) Ab orando quippe dicitur, vt in eo nihil aliud, quam oretur & psallatur. in f. ead. in oratorio.
e ¶ Quidq aliud.] Tñ ecclesiasticę causæ 2 possunt & debẽt tractari in ecclesia, vt 2.q.2. præceptum.
PVdicus quoq;] Hæc d. diuidit in quatuor partes, in quarum prima dicit quod rector ecclesiæ debet esse discretus in silentio, & vtilis in verbo, ne aut tacenda dicat aut dicenda subticeat. & ad hoc probandum inducit cap. seq. Secunda ibi.) In mãdatis) Tertia ibi (Scimus. autem·) Quarta ibi, (Pariter quoq;) Ioã. de Fan.
CASVS. In hac dist. 43. prosequitur Gratianus 7. c. Apostolicæ regulæ. s. oportet epm esse pudicum: qđ verum est non solũ factis, sed ẽt verbis, vt probatur per cantica canticorum.
f Pudicus.] Hic breuiter tangit 7.c. Apostolicæ regulę, oportet epm ẽe pudicum.
g ¶ Genę] Sicut eñi per genas cibi, sic per pdicationes ecclesiæ fideles incorporant, vt de consec. dist. 2. quia passus.
DEBET. In hoc §. prosequitur Gratianus c. 8. Apostolicæ regulæ. s. oportet episcopũ esse Doctorẽ. i. talẽ q sciat docere. Nam q̃tum prodest bonis per exẽpla bonę vitæ, tamen nocet malis si sileat. Nam prædicatione platorum mali sunt arcendi & corripiendi sed in sua prædicatione dẽt prælatus esse de scretus, ne vel tacida perat, vel dicenda taceat. Quod sequentibus cap, t. probatur.

Clerici in tabernis possunt qñque comedere.

2 Sed nõ seculares. ext. de immun. eccl. c. 1. vbi de hoc.

3 Scilicet masticant, & mastican do incorporantur, Hug.

a ¶ NOn oportet, &c.] ¶ Partes.) Et domum mittere, stionibus & est expressum de hom. significesti.

h ¶ Debet, &c.] Hic prosequitur viij. cap. Apostolicæ regu-

regulæ, oportet, ordinandum esse Doctorem: idest, talem, qui sciat docere & prædicare. considerabit autem prius quibus & quæ prædicare 1, quia non omnia omnibus sunt prædicanda: hereticis enim secreta fidei non sunt pandenda 2, nec nimis alta dicet minus capacibus & si subditi nō obediunt prædicanti, non ideo cessabit a doctrina & correctione eorum 3.

1 Vt inf. ea. dist. in mandatis.

2 11.b.3. nolite. in fine.

3 Vt inf. ea. d. sancimus. cum duobus c. seq.

a ¶ Silentio.] Expone negatiue. sic 2. q. 7. sancta.

b ¶ Nam latratu.] Idest prædicatione.

c ¶ Canum.] Infra 2. q. 7. qui nec.

d ¶ Et baculo.] Cōminationis.

SIt rector.] Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima parte dicitur, quod rector debet esse discretus, vt sileat, vel loquatur cum viderit expedire. Nam sicut incauta locutio ponit hominem in errorem, sic indiscrētum silentiū in errore relinquit. & hoc probatur ix. auctoritatib. In scđa parte, quæ incipit ibi, [Sed cum rectori] dr̄ prædicator debet esse vtilis in verbo, idest talia proferat, per quę corda audientium nō lædantur. & hoc probatur tribus auctoritatibus. In tertia quæ incipit ibi,] Prouidendum quoq; est.] dr̄ quod etiam vtilia non debet nimis effundere, quia loquacitas nimia leuis apud homines reputatur: & hoc probatur trib. auctoritatibus. CASVS. Primo dicit ꝙ p̄dicator, vel rector nec silēda proferet, nec proferenda silebit. & hoc probat ix. auctoritatibus. Secundo dicit, ꝙ talia ꝓponat, quæ non deducant homines in errorem: & hoc probat trib. auctoritatibus. Tertio ostendit. quod ēt vtilia non debet nimis effunde re. & hoc probat tribus auctoritatibus.

e ¶ Veniente.] Iuxta illud.
Nam siluisse nocet multosque silentia damnant.

f ¶ Latrare.] Propter pigritiam.

g ¶ Hinc rursus.] Primo conqueritur & primo ponit verba prophetæ, deinde ea exponit, & sic ꝓcedit p totum c.

h ¶ Dicere. Idest, dicitur.

i ¶ Tacendo.] Non ꝙ tacens & timēs fugere dicitur. vnde etiam tacens pro contumace habetur, vt 65. distin. si forte, & fi. de intero. act. de ætate §. qui tacuit.

k ¶ Qui dum fugitiua.] Idest transitoria.

l Quos.] Simplex relatio, non refert ad īmediate dictū

m ¶ Securitate.] Eo ip sō; ꝙ tacetur, promittitur securitas delinquentibus, vt 83 dist. error.

n ¶ Sermo.] Doctoris.

o ¶ Nescit.] Scilicet esse peccatum ille cui prædicatur, vel cum eius pœnitentia auditur, quæritur ab eo locus, &

docendi habere: quia, vt Hieronymus ait: (Innocens, & absque sermone conuersatio, quantum exemplu prodest, tantum silentio [a] *nocet. Nam latratu* [b] *canum* [c], *& baculo* [d] [α] *pastorum, lupi sunt arcendi.] In ipsa autem doctrina discretum oportet esse rectorem, ne aut tacenda proferat, aut proferenda taceat.*

α ¶ Baculo.] *In epistola C. Hieronymi legitur*, baculoque pastoris luporum rabies deterrenda est. *Sed glossa ordinaria cum Gratiano concordat.*

m ¶ Se-. Ad Oceanum 83. & glossa or. iu 1. Tim 3. in ver. Doctorem

Item Gregorius par. 2. sui pastoralis, c. 4. ait.

¶ De discretione prædicationis, & silentij. C. I.

SIt rector discretus in silentio, vtilis in verbo, ne aut tacenda proferat, aut proferenda reticescat. Nam, sicut incauta locutio in errorem pertrahit, ita indiscretum silentium eos, qui erudiri poterant, in errore derelinquit. Sæpe namque rectores improuidi humanam amittere gratiam formidantes loqui libere recta pertimescunt, & iuxta veritatis vocem nequaquam iam gregis custodiæ, pastorum studio, sed mercenariorum vice deseruiunt: quia veniente [e] lupo fugiunt, dum se sub silentio abscondunt. Hinc namque eos per prophetam Dominus increpat dicens, (Canes muti, non valentes latrare [f].) Hinc rursus [g] queritur, dicēs [Nō ascendistis ex aduerso, neque opposuistis murum pro domo Israel, vt staretis in prælio in die Domini.] Ex aduerso quippe ascendere, & pro defensione gregis, voce libera, huius mundi potestatibus contraire. Et in die Domini in prælio stare, est prauis decertantibus ex iustitiæ amore resistere. Pastorem enim recta timuisse dicere [h], quid est aliud, quam tacendo [i] tergra præbuisse? qui nimirum si pro grege se obijcit, murum pro domo Israel hostibus opponit. Hinc rursus delinquenti populo dicitur (Prophetæ tui viderunt tibi falsa, & stulta, nec aperiebāt iniquitatem tuā, vt te ad pœnitētiā prouocarēt.] Prophetæ quippe in sacro eloquio nonnūquam Doctores vocātur, qui dum fugitiua [k] esse præsentia indicāt, quæ sunt ventura manifestāt, quos [l] diuinus sermo falsa videre redarguit, quia dum culpas corripere metuunt, in cassum delinquentibus promissa securitate [m] blandiuntur, qui iniquitatem peccantium nequaquam aperiunt, quia ab increpationis voce conticescunt. Clauis quippe apertionis est sermo [n] correctionis, quia increpatio culpam detegit, quam sæpe nescit [o] ipse etiam, qui perpetrauit. Hinc Paulus ait, (Vt potens sit in doctrina sana exhortari, & eos, qui contradicunt, redarguere.) Hinc per Malachiam

Ioan. 10.

Esa. 56.

Ezech. 13.

Thren. 2.

Ad Ti, 1 18.

r Et de pœ. dist.3.c.1. in princ.

& tempus, & persona cum qua deliquit, quæ forte peccator propter verecundiam vult occultare, vt de pœnit. distinct. sexta, capit. primo, in fin. 1. Tamen in quæstionibus vbi fit præiudicium alij, non fient speciales interrogationes, vt ff. de quæstio. l. prima, §. qui quæstionem.

a Custodiunt.] Id est, custodire debent.

b Quia Angelus.] Id est, nuncius Domini.

Malach.2. dicitur: Labia sacerdotis custodiunt a scientiam, & legem requirunt ex ore eius; quia Angelus b Domini exercituū est:) Hinc per Esaiam Dominus admonet dicens: (Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam.) *Esa.58.* Præconis c quippe officium suscipit, quisquis ad sacerdotiū accedit, vt ante aduentum iudicis, qui terribiliter sequitur, ipse scilicet clamando gradiatur. Sacerdos ergo si prædicationis est nescius, quam clamoris vocem daturus est præco mutus? Hinc est enim, ꝙ *Act.2.* super pastores d primos in linguarum specie spiritus sanctus insedit; quia nimirum, quos repleuerit, de se protinus loquentes facit. *Exod.28.* Hinc Moysi præcipitur, vt tabernaculum sacerdos ingrediens tintinnabulis e ambiatur; vt videlicet prædicationis voces habeat: ne superni inspectoris iudicium ex silentio offendat: scriptum quippe est, (vt audiatur sonitus, quando ingreditur, vel egreditur sanctuarium in conspectu Domini; non moriatur f.) Sacerdos namque ingrediens, vel egrediens moritur, si de eo sonitus non auditur; quia iram contra se occulti iudicis exigit, si sine prædicationis sonitu incedit. Apte autem tintinnabula vestimentis illius describuntur inserta. Vestimenta enim sacerdotis quid aliud, *† al. si* quam recta opera debemus accipere? propheta testante, qui *Psal.131.* ait:) Sacerdotes tui induantur iustitia.) Vestimentis itaque illius tintinnabula inhærent; vt † vitæ viam cum linguæ sonitu ipsa quoque bona opera g sacerdotis clament. Sed cum rector se ad loquendum præparat, sub quanto cautelæ studio loquatur, attendat; ne si inordinate ad loquendum rapitur, erroris vulnere corda audientium feriantur; & cum fortasse sapiens videri desiderat, *Mar.9.* vnitatis compagem insipienter abscindat: Hinc namque veritas dicit (Habete sal in vobis, & pacem habete inter vos.) *Rom.12.* Per sal quippe, verbi sapientia designatur. Qui ergo loqui sapienter nititur, magnopere *Exod.28.* metuat, ne eius eloquio audientium vnitas confundatur. Hinc Paulus ait. (Non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere h ad sobrietatem i). Hinc in sacerdotis veste iuxta diuinam vocem tintinnabulis mala punica coniunguntur. Quid enim per mala punica, nisi fidei vnitas designatur? Nam sicut in malo punico, vno exterius cortice multa interius grana muniuntur; sic innumeros sanctę ecclesiæ populos vnitas fidei contegit, quos intus diuersitas meritorum tenet. *Mar.9.* Ne igitur rector incautus ad loquendum proruat: hoc quod iam præmisimus, per semetipsam veritas discipulis clamat. (Habere sal in vobis, & pacem habete inter vos.) ac si figurate per habitum sacerdotis dicat: mala punica tintinnabulis iungite, vt per omne, quod dicitis, vnitatem fidei cauta obseruatione teneatis. Prouidendum quoque est solicita intentione rectoribus, vt ab eis non solum praua nullo modo, sed ne recta quidem nimiè k & inordinate proferantur, quia sæpè dictorum virtus perditur, cum apud corda audientium loquacitatis incauta importunitate leuigatur l, & auctorem suum hæc eadem loquacitas

c Præconis.] Infra de consecration. distinctio. quarta, baptismus.

d Pastores.] Id est, Apostolos.

e Tintinnabulis.] Octoginta tintinnabula, & totidem mala punica in inferiori margine tunicę sacerdotali pendebāt.

f Non moriatur.] Anima, s. peccando, vel vt fama eius nō sit mortua.

g Opera.] Argum. ꝙ si in aliqua permiserit se desponsari, vel arrhari, licet expresse non consentiat, videtur ꝙ sponsalia sint contracta. argumen. 30. quæst. 5. fœmina. 27. q. 2. si quis desponsauerit, 32 quæstio. 2 honorantur. ff. de sponsa. Sed ea 2. Nam opera probant, vt 46. distinctio. cap. primo, 11. quæstio. 3. existimant, 22. quæst. 5. cauere, vt extra de his, quæ fiunt a ma. par. cap. ex ore. argumē. ff. de mino. si filius. ff. de moffic. testamen. l. vltim. ff. de ędil. edict. si tamen. §. qui. Ioann. Ego dico, quod si contrahentes possunt loqui, exprimere debent cōsensum suū: alioquin non iudicatur pro matrimonio, cum necessaria sint verba quātum ad ecclesiam, vt extra de spons. tuę fraternitatis, quia etiā mutus si contrahit, signis debet exprimere consensum, vt extra de spons. cum apud. Bar.

2 Dicas ꝙ si parentes cōtrahāt cum filiis, sufficit eorum taciturnitas, vt ī iurib. prædictis. & extra de despō. impub. accessit & c. de illis. Arch. Verba in cōtrahēdo matrimonio, an sint de necessitate.

h Sed sapere.] Ad hæc quę hic dicuntur, bene facit extra de hæret. cum ex iniunctio.

i Ad sobrietatem.] Id est, sine præsumptione.

k Nimiè.] Id est, in multiloquio.

l Leuigatur.] Id est, leuis, & inanis ab auditoribus iudicatur.

inquinat, quæ ſeruire auditoribus ad vſum profectus ignorat. Vnde bene per Moyſem dicitur. [Vir, qui fluxum ſeminis patitur, immundus eſt [a]]. In mente quippe audientium, ſemen ſecuturæ cogitationis eſt qualitas auditæ locutionis; quia dum per aurem ſermo concipitur, cogitatio in mente generatur. Vnde & ab huius mundi ſapientibus prædicator egregius ſeminiuerbius [b] eſt uocatus. Qui ergo fluxum ſeminis patitur, immundus aſſerirur, quia multiloquio ſubditus, ex eo ſe inquinat, quod ſi ordinate promeret, prolem rectæ cogitationi edere in audientium corda † potuiſſet: dumque incautus per loquacitatem defluit, non ad vſum generis, ſed ad immundiciam ſemen effundit. Vnde Paulus quoque, cum diſcipulum de inſtantia prædicationis admoneret, dixit. (Teſtificor coram Deo, & Chriſto Ieſu, qui iudicaturus eſt viuos & mortuos, per aduentum ipſius, & regnum eius prædica verbum, inſta opportune, importune:) dicturus (importune,) præmiſit [c] (opportune;) quia ſcilicet apud auditoris mentem ipſa ſua vtilitate ſe deſtruit, ſi habere importunitas [d] opportunitatem neſcit.

Leuit. 15.

Act. 17.

† al. cordi.

2. Timo. 4.

Item Clemens epiſt. 3. in extremo.

¶ Porcis, & canibus ſacra non ſunt committenda.

C. II.

2 IN mandatis [e] habemus, vt venientes ad ciuitatem diſcamus prius, quis in ea dignus ſit, vt apud eum cibum ſumamus, quanto magis noſſe cõuenit, quis, qualiſue ſit is, cui immortalitatis verba credenda ſunt? Soliciti. n. & valde ſoliciti eſſe debemus, ne margaritas noſtras mittamus ante porcos. Sed & ob alias cauſas vtile eſt viri huius habere me notitiam. Si enim ſciam, quia in his, de quibus non poteſt [f] dubitari, quod [g] bona ſint, emẽdatus eſt, & inculpabilis; hoc eſt, ſi ſobrius, ſi miſericors, ſi iuſtus, ſi mitis, & humanus (quæ vtique bona eſſe nullus ambigit) tunc conſequens videbitur, vt ei qui obtinet bona virtutum, [h] etiam quod deeſt fidei, & ſcientiæ, conferatur, & in quibus maculari eius vita videtur, quæ eſt in reliquis probabilis, emendetur. Si ve-

Matth. 10.
Mar. 7.

Matth. 7.

a Eſt.) Scilicet vſque ad veſperam, vt ſupra diſtin. 6. teſtamentum.

Seminiuerbius q̃s dicatur.

b Seminiuerbius.) A presbyteri Athenienſium dictum eſt de Apoſtolo, quid ſibi vult iſte ſeminator verborum? & ſecundum hoc erit hic ſeminiuerbius, ſed ſi habes ſemiuerbius, tunc dic ꝙ obſcurus erat, vel quia (vt dicitur) vitium linguæ habebant.

ADDITIO. Seminiuerbius, id eſt ſeminans verba, vel id eſt abbreuians verba, ſecundum Laur. Item Paulus in quadam ſequentia dicitur ſpermologus ſperma em̃ Græcè, Latinè dicit̃ ſemen, & logos ſermo, ſecundum Hug.

c Præmiſit.) Argu. ꝙ ab ordine [r] verborum eſt argumentandum 20. diſtin. §. 1. & 23. q. 4. diſplicet & 1. q̃o. 1. vt euidenter. & 3. q. 7. in grauibus. extra de reſcrip. cum dilecta. Et ſi pręcedens verbum eſt dubium, & ſequens manifeſtum, ſequens clauſula eſt ſequenda. ff. de petit. hæredit. vtrũ autem: quandoque etiam ſecundũ præcedentem exponitur ſequens. ff. de lega. 1. ſi ſeruus pluriũ. in fi.

Argũ ab ordine verborum ſumit̃. [r] Alias dr̃ ꝙ de ordine ſcripturę nõ eſt curandũ. ff. de ſol. nec enim. Arch.

d Importunitas.) Nota quod propter tria conuenit induci capit. ſcilicet quod tacens & timens videntur fugere. Item quod æque aliquid probatur factis vt dictis. Item ordinem verborum attendendum, vt per notata ſupra poſita patet.

IN mãdatis.) Hęc eſt ſecunda pars huius diſt. in qua dicitur, quod hæreticis & paganis non ſunt ſecreta noſtræ fidei manifeſtanda. & hoc capitu. ad hoc probandum inducitur. Si tu quæras quæ dicta Origenis recipiantur? Reſpõ. recipit eccleſia tanquam ſua ea, quæ de dictis eius Hieron. recipit. alias ſunt cum ſuo auctore damnata per Papam Gelaſium. 15. diſtin. Sancta Romana. verſicul. item Origenis. Io. de Fan.

CASVS. Quæſitum fuit ab Origene, vtrum indifferenter ſecreta fidei ſint cuilibet reſeruanda? & Reſpondit quod non duabus rationibus. prima eſt, quia Chriſtus p̃cepit vt intrantes ciuitatem examinemus, quis ſit in ea dignus, vt apud eum cibum ſumamus; multo fortius eſt hoc faciendum in cibo ſpirituali, cum nõ debeamus proiicere margaritas noſtras ante porcos. Secunda eſt: quia ſi fidelis eſt, & bonus paratus corrigi, reſerare ſibi debemus, vt quod in eo deficit, per nos ſuppleatur, vt ſi qua in eo macula fuerit, emendetur: ſi autem perfidus eſt incorrigibilis, nulla ſecreta fidei ei ſunt reuelanda, ſed monendus eſt, vt reſipiſcat. Si vero nos prouocet dicere, quod non decet ipſum audire, debemus eum prudenter eludere; ne ſi nil reſpondeamus, putent, auditores inopia reſponſionis nos declinare certamen.

e In mandatis.) Scilicet Euangelicis, Matth. 10 capit. & Matth. 7. vbi Dominus præcepit diſcipulis ſuis: In quamcunque ciuitatem intraueritis, interrogate quis in ea dignus ſit, & ſic ibi manete. Ex verbis illis arguitur hic a minori. Lau.

f Non poteſt.) Nam timor in dubiis deteriora canit. Et Lucanus. Peſſimus in dubiis aug. timor.

g Quod.) Id eſt, quia bona ſint.

h Virtutum.) Ergo videtur, quod qui non habet fidem poſſit habere virtutem, quod non eſt verum, vt 24. quæſt. 1.

a ¶Quæ palam.] Id est, dubitanter sunt mala.
b Permanet.] Sæpius admonitus.
c ¶De secretiorib.] Sed ea quæ spectant ad admonitionem, non autem secreta fidei: quia si illa sciret: facilius non inde impugnaret, ut 11.q.3.nolite.
d ¶Pru-

& à recta æmulatione, id est, dilectione: quia beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam.
g ¶Perdant.] Id est, confundant.
h ¶Aemulatione.] Id est dilectione. Vnde no. Versum, qui valet ad multas expositiones:

Aemulor inflatur, amat, inuidet, ac imitatur. Bar.

Aemulor varia significata habet.

¶ Mandant aliqua martyres g fieri: si iusta, si licita, si non contra ipsum Dominum a Dei sacerdote facienda; sit obtemperantis facilis, & prona confessio, si petẽtis fuerit religiosa moderatio. Mandant aliquid martyres fieri, sed si scripta non sunt in Domini lege, quæ mandant, ante, vt sciamus h illos de Deo impetrasse, quod postulant, tunc facere quod mandant. Neque enim statim videri i potest de diuina maiestate concessum, quod fuerit humana pollicitatione promissum. Nam & Moyses pro peccatis populi petiit nec tamen peccantibus veniam cum petijsset, accepit.

Item Isidorus ad Massanum † episcopum. † al. Massonẽ. al. Massenũ) orig.

¶ Qui sunt reparandi post lapsum, vel qui non. C. XXVIII.

DOmino sancto, meritisque beato fratri Massano episcopo salutem. Quod in epistolis k venerabilis fraternitas tua innotauit, videlicet, quod in canone x Ancyrano, ca. xix. † legitur, post lapsum corporalem restaurandũ honoris gradum post pęnitentiam, alibi uero legitur, post huiusmodi delictum nequaquam reparandum antiqui ordinis meritũ, hec diuersitas hoc modo soluitur. Illos enim ad pristinos gradus redire canones præcipiunt, quos pœ- Ansel. l. 8. ca. 37. Poly. l. 4. ti. 39. Iuo p. 6. c. 397. p. 15. 57. & 86. Burc. l. 19. c. 43. & 73. Pan. l. 3. c. 149. Rab. pę. l. 1. c. 1. Concil. Neocęsar. c. 1.

Sed & cadant.] Vlterius.
b Ruinæ.] Idest euersi & ruentes fratres.
c Properata.] Quia quæ committuntur in Deum, remitti non possunt sine pęnitentia, & quia facultas veniæ incentiuum tribuit delinquendi, vt infra. 23. qu. 4. si is qui. & c. est iniusta.
d Interceptã.) Idest dimissa.
SI quis.) CASVS. Cyprianus reprehendit hic quosdam presbyteros, qui ad mandatum aliquorũ martyrum, idest, eremitarum & religiosorum virorum etiã imponebant pęnam peccatorum, & dicit quod si quis hoc facit, prouocat Deum ad iracundiã contra delinquentes. Item ostẽdit, quod si martyres præcipiant ea, quæ scripta sunt, & licita facienda sunt: qa non sunt contra Deum, sed ut dispensetur cum eo qui vere pęnitet, & non ficte. Si vero præcipiãt ea, quæ scripta non sunt expectandum est donec probentur ea Deo placere: quoniam non statim concedit Deus quod postulat martyr, sicut Moyses non statim impetrauit veniam peccatorum populorum cum petijt.
e Remissionẽ peccatorum.] Quæ enim in nos delinquũtur, possumus remittere sine pęnitentia, sed non quæ in Deum. 23. q. 4. si is qui.
Delicta commissa ĩ Deũ remittere potest.
f Sententiã.] Qui ergo non seruat sententiã iudicis offendit iudicem, & iniuriam facit iudici, qui frustratorie appellat ab ipso. C. qñ prouo. non est necess. l. vl. in fi. & hæc potest esse causa, quare iudex debeat esse suspectus ei, qui appellauit ab ipso, vt extra de appell. ad hac,
Appellãs frustratorie iudicẽ offẽdit.
g Martyres.] i. Christi sacerdotes.
h Vt sciamus.] Per signa exteriora considerata in penitentibus.
i Videri.) Arg quod non statim tenetur quis credere ẽt bono viro, vt distinct ego solis. si. ff. quod cum ial. tuto. l. 2 immo imputatur alicui, quod nimis est credulus. 9. q. 3. non solum 86. dist. si quid vero, ff. de eo per quem fac. l. 1. §. 1. Non obstat 23. q. 1. quid culpatur. vbi in dubio obeditur: quia ibi loquitur dum prælatus præcepit quod est dubium: hic de martyribus, qui non erant prælati. 26. q. 5. nec mirum.
Credulus nõ dẽt quis esse

DOmino sancto.] CASVS. Massanus episcopus inuenerat in concilio Ancyrano, quod, lapsi in fornicationem post pniam poterant restitui. Albi inuenerat eos non esse restituendos: & ideo rogauit Isidorum vt hanc contrarietatem ei solueret. Et respondet quòd illi qui vere pęnitent, ad gradum pristinum restituuntur & honorem: qui vero ficte pęnitent, non restituuntur & hoc probat auctoritate Ezechielis & Io. Euangelistæ. In fine dicit, quod vbicunque inuenitur discors conciliorum sententia, illa suscipiatur, quæ est antiquior & potior pietate, idest, misericordior.
K In epistolis.] Massanus rogat Isido. ut solutionem cano-

canonum contrariorum circa restitutionem lapsorum ei rescriberet.
a ¶ Vendica e.] Id est, defendere, sic etiam econtra ponitur.
b Superstitiosa.) Contra. 8 d quo iure.
c Ne-

sat, vbi patet ratio dispensandi, vt 34. distinct. fraternitatis, arg. 2 quæst. 5. quando tamen cum superiore agi potest officio iudicis, vt fiat dispensatio, vt extra de iure patro. nullus. licet non possit peti iure actionis, sicut potest dici de eleemosyna pauperi debita. 47 distinct. sicut.

Epsq̃ si q̃ pec cat si nō dispēsat.

nitentiæ præcessit satisfactio, vel condigna peccatorum confessio. At contra hi: qui neque à vitio corruptionis † emendantur, atque hoc ipsum carnale delictum, quod admittunt vendicare a quadam superstitiosa b temeritate nituntur; nec gradum vtique honoris, nec gratiam communionis recipiunt. Ergo ita est determinanda sententia, vt necesse c sit illos restaurari in locum honoris, qui per pœnitentiam reconciliationem recepisse merentur diuinæ pietatis. Hi enim nō immerito consequuntur ademptæ † dignitatis statum; qui per emendationem pœnitentiæ recepisse noscuntur remediū vitæ. Id autem ne forte magis sit ambiguum, diuinæ auctoritatis sententia confirmetur. Ezechiel quidem propheta sub typo præuaricatricis Hierusalem ostendit post pœnitentię satisfactionem pristinum posse restaurari honorem: [Cōfundere, inquit, ò Iuda, & porta ignominiam tuam.) & post paululum: (Et tu, inquit, & filiæ tuæ reuertimini ad iniquitatem tuam.]

† al. corporis

† al. adepta

Ezech, 16.

¶ Quod dixit [Confundere.] ostendit post † peccati opus debere quenque erubescere, & post confessionem pro admissis sceleribus verecundam frontem humi prostratam demergere, pro eo quòd dignā confusione perpetrauerit opus. Deinde præcepit, vt post ignominiam, & deiectionem nominis sui, siue dignitatis reuertatur, ad suam antiquitaté. d Ergo dum quisque post opus cōfessionis suæ confunditur, atq. ignominiam e portans, depositionem f suam cū humilitate luget, reuocari secundum prophetam ad priorem statū poterit. Item Ioannes Euangelista Angelo Ephesi ecclesiæ inter cætera quædam similia scribit: (Memor esto vnde cecideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac; alioqui veniam tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco eius.] ¶ Ecce ę, in quātum valui, concilii Ancyrani antiquam plane, & plenam auctoritatē sacris testimoniis explanaui, ostendens eum posse restaurari in proprio gradu, qui per pœnitentiæ satisfactionem nouerit propria delicta deflere. Qui vero negligit, nec luget quæ gessit, & lugenda sine vllo pudore religionis vel timore iudicii diuini committit; eum nullo modo posse ad pristinum gradum restaurari cognoscas. In fine, autem huius epistolæ hoc adiiciendum putaui, vt quotiescumque in gestis conciliorum discors g sententia inuenitur, illius concilii magis teneatur sententia, cuius aut antiquior h, aut potior extat auctoritas.

† al. post confessionem. i. peccati.

Apo. 2.

Ad hoc īf. 3. q. 1. noli. bi de hoc, t inf. eod. si uis, ver. ꝙ .ubide hoc r. īf. c. cōsid̄ ādum. Arc.

inf. 33. c. 2. hoc ipsum.

a *Sic habet hoc caput in epistola quæ nuper vna cum alijs Isidori operibus est impressa Parisiis, & ea inscribitur*, Isidori Hispalensis archiepiscopi epistola ad Massanum episcopum. Domino sancto, meritisque beato, &c. *In epistola autem longiore, eodem argumento, & iisdem pene verbis, (quæ & ibidem & antea Antuerpiæ cum libris de summo bono impressa est] non fit hoc loco*

d ¶ Antiquitatem.) id est, mores antiquos.
e Atque ignomi-niam.) Ex hoc verbo & ex illo verbo, depositionem, est arg. quod episcopus pōt depositū & infamē restituere 2. quia ignominia idem est quod infamia, vt ff. de iis qui not. infa. l. 2. ignominiæ, & sic patet, ꝙ potest tollere infamiam, quod concedo 2. vbicunq; potest dispensare, vt dixi 2. q. 3. §. hinc colligitur:
f Depositionem.) id est, suspensionem sic 46. d. clericus.
g Discors.) Nonne illa sententia est potius sequenda, q̃ maiorem continet pietatem? vt 9. d. sana. licet enim canō Apostolorum potior sit, quia antiquior sit aliis canonibus: tamē præiudicatur 4. ei p posteriores, vt 82. d. presbyter. idem patet in canone Hierony. vt 26. d. deinde. & c. acutius. Item quandoq; prẹiudicat ille canon, qui nō est potior, vt 25. q. 1. contra statuta, quod ergo dicitur hic, intellige cū ambæ cōstitutiones sūt particulares, & locales: & de illis loquitur c. 19. dist. in canonicis sed si ambę sūt generales, semper posterior præiudicat, ut extra de cogna. spi. capit. 1. ff. de leg. nouum. Sed qualiter præfertur vnus canon alteri, cum omnes sint promulgati instinctu spiritus sācti. 16. q. 1. nemo. 5. Respō. quod duo canones possunt esse cōtrarii, & tamē vterque esse iuste institutus. quod enim vnus statuit & iuste, alter contrarium pōt statuere, & iuste 63. d. §. uerum. extra de consang. & affi. nō debet.
h Cuius aut antiquior.) Si ambo sunt ęqualis pietatis. 19. d. in canonicis.

Infamiā pōt eps tollere

2 De hoc lega, & no. su. e. cōtūaces.

3 Idē Io. de Fā. qui approbat illam tota gl.

Canō canoni an præiudicet.
4 Videas q̄ leg. & no 18. d. qm̄ quidē

5 Et melius 25. q. 1. uiolatores. x. ꝗ. c. prox. ī ptic. & ꝗ. eo. si ille Arch.

c ¶ Necesse.) Ex hoc verbo, necesse, & ex illo verbo, præcipiunt, quod supra ponitur, patet dispensationem quandoque esse debitam 2. vt supra ead vt constitueretur, & sic patet, quod episcopus peccat si non dispen-

QVICVMQVE. CASVS. Concludit Grat. ex supradictis breuiter epilogando solutionem, quæ est supra in §. quomodo. Sed huic solutioni obiicit c. sequens, & alia vsque ad §. sed illud.

SI quis.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte probat Hormisda, quod si aliquis clericus fuerit in adulterio deprehensus, vel conuictus, vel confessus: nō potest ad suum honorē redire. Et hoc probat per verba Nicæni concilii ccc. & xvij. eporū, & reprehendēdo deridet eos, qui dicebant rigorem nō eē seruandum circa delinquentes. In secunda parte, quæ incipit ibi: [Quod si eos.] dr̄, quod si clerici delinquentes, vere pœnitent, restitui possunt exemplo Dauid. Si vero non resipiscūt, non est eis indulgendum, cum Deus nō indulgeat, & si eis falso īdulgeamus, ī die iudicii dicturi sunt contra nos, quod non debuissemus eis indulsisse, nec permisisse eos in delictis p p blanditias permanere, vel minas eorum Et no. quod prima pars facit contra solutionem Gratiani: sed secunda pro eo, sequēs c. patet.

a Si quis diacon9.] Prima pars ca. facit contra solutionem Gratiani, idem facit pro ea in secūda parte, quæ incipit ibi, [Quod si eos.]

b Ecce,] Vsque ad hunc locum sunt verba Nicæni concilij.

c Cccxviij.] Ergo videtur, quod hoc sit statutum Nicæni cōcilii, cui tot interfuerunt, vt 15. distinct. canones, licet Damasus Papa de ccc. tantum loquatur. 10 quæst. 1. hanc cōsuetudinem sed minor numerus non excludit maiorem.

d Deprehensi.] Aliquo sequentium modorum. Videtur ergo, quod sola deprehensio sufficit, vt hic, & 81. distinct. presbyter, & habes infra ea. de his, sed non est ità, nisi sint conuicti vel confessi, vt sequitur inf. 2. q. 1. nos in quemquam, & 12. q. 1. si in d. caus. Vel intellige, deprehensi ita quod sit crimen notorium ex facti euidentia 1. vt extra de cohabi. cleri. & mulie. tua. tales enim qui in maleficio publice deprehenduntur, sine iudicio damnantur, vt C. de defens. ciui. l. defensores lex septima est.

e ¶ Non possunt.] De iure.

f Pietate.] Ironice loquitur.

g In sancto.] Supra ead. maior.

h ¶ Remedia.] i. pœnas contra illos, qui non seruāt statuta.

i Omnibus.) Argu. quod qui vni facto contradicit, omnibus contradicit sic supra, 4. di. denique. de pœn. d. 5 fratres. & extra de reg. iur. desieat. de consecr d. 2. comperimus.

k ¶ Et inimicos.) Not. quod eo ipso, quòd aliquis nō obedit prælato,

1 Sola deprehensio sufficit ad notā infamiæ inducendam. ff. de ri. nup. l. §. quæ ī adulterio. scd'm Goff. quita no ex t.a de ... nō ab hoīe Arch.

mentio concilii Ancyrani: sed tamen in editione Parisiensi titulus hic, est Isidori Hispalensis archiepiscopi epistola de restituendis in pristinam dignitatem clericis pœnitentibus *seu*, Explanatio canonum aliquot Ancyrani concilii. *Veruntamen in canone illo xix. versionis Dionysii (qui apud Græcos, & in aliis versionibus vigesimus est) vbi legitur*, perfectionem consequi secundum pristinos gradus. *Græce est* κατὰ τοὺς βαθμοὺς τοὺς προάγοντας. secundum gradus, qui eo deducunt. *& Balsamon longe aliam sententiam elicit, quam Isidorus.*

β Ecce.] *Hic in epistola longiore multa interijciuntur.*

γ In fine.] *Hæc cum leguntur in longiore epistola, non autem in alia, quam cætero qui Gratianus videtur secutus.*

Quicumque igitur pro criminibus suis digne Deo pœnitētiam obtulerint, auctoritate Gregorij, & Augustini, & Hieronymi, & Isidori gradum pristinæ dignitatis recipere possunt. Qui autem non odio criminis, sed timore vtilitatis, vel ambitione honoris falsas Deo pœnitentias offerunt, in pristini honoris gradum reparari minime poterunt.

Sed obijcitur illud Hormisdæ *Papæ, qui scribit omnibus episcopis per vniuersas prouincias.*

¶ Diaconus, aut presbyter in adulterio deprehensi reparari non possunt. C. XXIX.

SI quis α diaconus [a], aut presbyter post acceptam benedictionem leuiticam cum vxore sua incontinens inuenitur, ab officio suo deijciatur. † ¶ Ecce [b] manifeste constat, quia secundum titulos antiquorum Patrum sancto spiritu β suggerente conscriptos, & secundum sententias cccxviij. [c] episcoporum, quas etiā Gallicani canones continere vidētur, clerici in adulterio deprehensi [d], aut ipsi confessi, aut ab aliis conuicti ad honorem redire non possunt [e]. Sed quia forte non desunt, quibus pronimia pietate f suprascripta sanctorum patrū seueritas minime placeat; sciant se cccxviij. eporum, qui fuerunt congregati in cōcilio Nicæno, & reliquos statuerunt canones, inīas reprehēdere, vel dānare. Sed forte maior est in illis pietas, quam in suprascriptis trecentis decem, & octo episcopis? maior est in illis misericordia, quam in sancto g Ioānne apostolico Papa? maior charitas, quam in reliquis sanctis sacerdotibus, qui hoc † exemplo remedia h ecclesiarum suis definitionibus deliberauerunt? Et ideo aut prompta † voluntate præceptis illorum consentiāt; aut si non fecerint, omnibus i illis contrarios se, & inimicos k esse cognoscant. Quæ est ista iustitiæ inimica benignitas,

Arausicū, c. 23. & Aurel. 5. c. 4. Pann l. 3. c. 98. Ansl. l. 11. c. 87.

† Con cū hoc te in l. si ad rium. cū not-per ff. de adu

sup. c. miror.

† *al. pro exemplo & remedio Ans.*

† *al. prona*

Inobedi prælato ei inimi

prelato eius est inimicus, vt 25.q.j. quoniam vetus. sup. ea. si quis præpost. ra.
a Palpare.) Idest, adulari.
b Deberemus.] No. dispensationem esse debitam, vt supra ea. vt constitueretur. & 11.q.3. plerumque.

ADDITIO. Dicas breuiter, quòd vbicumque persona, res & locus eam exigit, debita est. 19.d.c.1. & 2. sup. ea. dist. duo ver. precipiunt & ver. necesse & inf. ea. cum considerandum. Quod dic vt plane not in Specu. de legato. §. genera autem: & not. ext. de sent. excom. pueris Arch.

AD-palpare [a] criminosos, & vulnera eorum vsque in diem iudicij incurata seruare? ¶ Quòd si eos durissimam pœnitentiam per plures annos videremus agere: tunc nos & saluti eorũ possemus consulere, & statuta canonum deberemus [b] temperare. Cum vero in aliquibus nec compunctio humilitatis, nec instantia orandi, vel plangendi appareat, nec beatum
Psal. 6. Dauid imitentur, qui dicit: (Lauabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo.) & illud:] Cinerem tanquam panem manducabam; & potum meum cum fletu miscebam.] nec eos ieiunijs, vel lectioni-
Psal. 101. bus vacare videamus, possumus agnoscere, si ad pristinos honores redirent, cum quanta negligentia, & cum quanto torpore, & animę suę inimica securitate permanerent; credentes, quòd sic eis, non acta pœnitentia digna [c], dimiserit [d] Deus, quomodo sacerdotes indulsisse videntur. Verè dico, quia illi ipsi, quibus cum periculosa, & falsa misericordia indulgere videmur, cum ante tribunal Christi pro tantis peccatis damnandi aduenerint, contra nos causam dicturi [e] sunt, dicentes, quòd dum aut asperitatem linguæ eorum expauimus, aut falsa blandimenta, & periculosas adulationes ipsorum libenter accepimus, in eisdem permanere peccatis, eis inutiliter indulgemus [f], aut ipsa peccata augere permittimus [g]; non recolentes illud, quod in vetere testamen-
Num. 16. to scriptum est est; quia vno [h] peccante, contra omnes ira Dei desæuijt.

α Si quis.] *Hinc vsque ad vers.* Ecce. *sunt ex c. 23. concilij Arausici, quod videtur citatum fuisse ab* Hormisda, *siue alio quisquis fuerit huius capitis auctor. Anselmus quidem & ipse Hormisdam citat.*
β Sancto spiritu.) *Apud Anselmum legitur*, a sancto Ioanne Papa transmissos, & cccxviij. episcoporũ sententias, *quod videtur cõuenire cum his, quæ paulo inferius habentur*, Maior est in illis misericordia, quàm in sancto Ioanne apostolico Papa.

† al. ex dictis Hieronymi.

Item Hieronimus †

¶ Difficile est post lapsum ad pristinum gradum redire. C. XXX.

Poly. l. 4. ti. 39.
Burc. l. 19. c. 78.
Iuo p. 15. c. 91.
† *post lapsum*] que sunt fere in omnib. exẽp.

QVicumque dignitatem diuini [i] gradus non custodiũt contenti fiant animam saluare. Reuerti enim in pristinum gradum (post lapsum † difficile [k] est.

¶ *Simile quoddam priori parte huius capitis habetur in can. 27. Basilij ad Amphilochium, & in Can. 26. synodi in Trullo.*

Item Basilius α.

¶ Lapsus post pęnitentiam altario tantum ministret. C. XXXI.

Bur. l. 19. c. 80.
Iuo p. 15. c. 93.
† *a suo gradu.*

QVi sub gradu [l] ceciderit, post pœnitentiam con-

c Digna.) Qđ nulli facit 24.q. legatur.
d Dimiserit] Non .n. tam cito dimittit Deus sicut saccerdos absoluit de pen. disti. 1. quam pœnitet.
e Dicturi.] Nunq̃d voce tunc loquentur, cũ Apostolus dicat, ꝙ tũc linguæ cessabunt licet propheta contrarium dicat. Exultationes Dei in gutture eorum. Sed q̃d quid sit, tunc nullus accusabit alium sed conscientia accusabit quemlibet. 9.q.4. aliorum. Conscientia sola damnandos accusabit.
f Indulgemus.] Idest, indulsimus.
g Permittimus.) Idest, permisimus.
h Quia vno.) Scilicet Achor. 8.q.1. audacter inf. j.q.4 §. ait peccato Achor. Ioã.
i QVicunque.] ¶ Diuini.] idest ecclesiastici.
k Difficile.] Tale difficile habes. 47. d. quantumlibet. aliàs ponit ꝓ nõ. 2. q. 6. §. biduum ver. si aduersus, & 47. dist. c. fin.
QVi sub gradu) CASVS. Aliq̃s existẽs in gradu sacerdotali mortaliter peccando cecidit, dr̃ ꝙ iste talis debet esse contentus baptizare; cõionem infirmis dare, & diuina officia celebrare: sed ad superiores ordines non ascendat, vel diuina officia celebrabit tãquam clericus, sed non sacrificabit. Alia littera habet: Qui ciciderit a gradu. & secundum hoc si pones casum: Aliquis sacerdos depositus fuit propter peccatum: qui acta penitentia volebat restitui, quæritur an possit? r̃ndet, ꝙ non: sed in necessitate potest baptizare, cõionem dare, & altario ministrare, non tamẽ Missam cantabit.
l sub gradu.) Idest, in gradu.

Baptizare so lenniter laicus nō pōt.
1 Etiam poterit ratione ordinis qđ non poterit laicus. Ioan. de Fan.
1 Dispensatiue, Hug.
3 Secundū hunc intellectū poterit conficere, & corpus Christi & alia facere, & ea sola pœna hic imponit in eū, quia non potest amplius promoueri, secundum hoc non est cōtra 1. quęs. 1. sicut Christus.

a Baptizare.] Sed nonne istud laico conceditur, vt 1. q. 1. quod quidam? Sed dic quod iste potest solenniter baptizare 1, quod laicus non potest, vt 81. distinct. si diaconus. Item obijcitur, quòd si iste potest baptizare, ergo & sacrificare, vt dicit Hie. 1. q. 1. sicut Christus. Sed ibi loquitur de adhuc tolerato.

b Ministrare.] non celebrare. Vel dic, qđ potest remanere 2 in officio sacerdotali 3: sed non potest esse episcopus.

Presbyteros.] CASUS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima parte loquitur de quibusdam presbyteris & diaconis, qui coacti coactione conditionali dæmonibus immolauerunt: de quibus quæsitum est quo modo debeant puniri. & respondet presbyteri & diaconi, q. coacti fuerunt coactione conditionali, si vere pœnitet eos fecisse, & postea fideliter non ficte paganos impugnauerunt, honorem suū retineant, sed in suis officiis nullo modo ministrent, nisi episcopus laboris eorū postea conscius, cū eis duxerit dispēsandum. In secunda parte, quæ incipit ibi, [Qui autē fugiētes.] dicitur, quòd illi qui fugientes comprehensi sunt, & coacti coactione violenta dæmonibus immolare, nec peccauerūt: & nullo modo sunt puniendi, nec laici propter hoc debent a promotione repelli. In tertia parte, q incipit ibi, [De his autem.] dicitur, q illi qui sponte hoc receperunt, sicut factū fuit sub tyranno Licino, admitti debēt ad pœnitentiam & communionem ecclesiæ.

ctionem non est eis licitum offerre. & sic non est contra 93. dist. peruenit.

k Penes.) Hic patet quòd episcopus dispensat in heresi, & cum schismatico, vt su. vt constitueretur. non tñ cum excommunicato ministrante, 11. q. 3. si quis episcopus.

tentus fiat baptizare [a] communionem infirmis dare, & altario tantummodo ministrare [b].

a Basilius.) *In quo citat ex dictis Augustini. Habetur nonnihil ad hanc rem faciens in epistola Basilii ad Amphilochium, can. 27. Sed propius etiam ad sententiam accedit Can. 14. concilij Aurelianensis primi, & canon nonus concilij Neocæsariensis (qui habetur infra 15. q. 8. qui admisit.) præcipue si hic legatur, quemadmodum in plerisque Gratiani codicibus*, communionem infirmis dare, non autem sacrificare, altario ministrare. *Similem quandam sententiam refert ex nouella Leonis Balsamon ad canonem 21. synodi in Trullo.*

Item ex concilio Ancyrano, c. 1. & sequentibus.

¶ De sacerdotibus, diaconis, & laicis, qui idolis thurificant. C. XXXII

Burc. l. 5. c. 40. & 41. Iuo pa. 2. c. 49. & 50. Poly. l. 6. ti. 12.

Presbyteros, qui immolauerunt [c], & postea certamen iterum inierunt [d], si non ex fide luctati sunt, & non ex compacto [e] ad ostentationem, vt caperentur, ipsi fecerunt: hos placuit honorem [f] quidem sedis propriæ retinere, offerre [g] autem illis, & sermonem ad populum facere, aut aliquibus sacerdotalibus officijs fungi [h] non liceat. ¶ Diaconi similiter, qui immolauerunt, postea vero iterum reluctati sunt, alias † quidem honorem habere oportet: cessare autem debent ab omni sacro ministerio, ita vt nec panem, nec calicem [i] offerant, nec Euangelium pronuncient: nisi forte aliqui episcoporum conscij sint laboris eorum, & humilitatis, & mansuetudinis, & voluerint eis aliquid amplius tribuere, vel adimere. Penes [k] ipsos ergo erit de his potestas. ¶ Qui autē fugientes comprehensi sunt, vel a domesticis traditi, vel ademptis facultatibus sustinuere tormenta, aut in custodiam trusi proclamauerunt se Christianos esse, & eousque adstricti sunt, vt manus eorum comprehendentes violenter attraherent, & funestis sacrificiis admouerent, aut aliquid polluti cibi per necessitatem [l] sumere cogerentur, confitentes iugiter se Christianos esse, & luctum rei, quæ contigit, incessabiliter ostendentes omni deiectione & habitu, & humilitate vitæ, hos velut extra delictum constitutos, a communionis gratia nō prohiberi decernimus. ¶ Si vero prohibiti sunt ab aliquibus propter ampliorem cautelam [m], vel propter quorundam ignorantiam, statim recipiantur. ¶ Hoc autem similiter, & de clericis, & de laicis cæteris obseruari conuenit. ¶ Perquisitum est autem & illud, si possunt etiam laici, qui in has necessitatis angustias inciderunt [r] ad clericatus

C. 2.

† *illum*] prisca versio.

Cap. 3.

4 Dic planius offerre. i. in altari conficere. q. d. beneficium retinebit, sed nō officium. 28 dist. presbyterū. ext. de cler. pugn. in du. Henricus. sic econtra retinet quis officium. sed nō beneficiū. 1. q. 5. c. 1. Ioā. de Fan.

c Qui immolauerunt) Coacti conditionaliter.

d Inierunt.) Scilicet superbię causa.

e Et non compacto.] .i. dest, figmēto.

f Honorem.] Scilicet beneficium.

g Offerre.] Idest omnium non retinent 4.

h Fungi.] Hic dispensatur in beneficio, sed non in officio, vt extra de cler. pugnā. in du. Henricus. & infra. ea. dis. studeat.

i Nec calicem.) Ante confectionem. quia post confe-

l Per necessitem.] Famis. imo potius debent mori fame, quā vesci idolothytis. 32. q. 4. sicut latius. & inf. 32. q. 5. ita ne. Vel vocat hic necessitatem coactionem.

m Ampliorem cautelam.) Quandoque enim ad cautelam imponitur alicui pœnitentia, vt 34. q. 2. in lectum.

l Per

a ¶ Com-

a ¶ Commodari.] Quia restituuntur ad communionem, non ad officium vel beneficium: tamen dabitur susten tatio eis, 16. q. 6 de lapsis. Io. de Fa. t.

ADDITIO. Sed videtur contra, quod nota. 1. q. 7. maximum. & 21. dist. §. non autem. in glo. sed videtur. in fi.

SED ILLVD. CASVS. Modo respondet Gratianus tribus c. supradictis, scilicet illis cap. si quis diaconus. & duobus sequentiqus; & cuilibet dat suam solutionem, & generalem solutionem ad omnes sup. adictas contrarietates, dicens quod ea, quæ prohibent restitutionem lapsorum, intelligēda sunt cū crimina sūt manifesta ante ordinationem, vel post: quæ vero permittunt, de occultis intelliguntur, quibus per occultam pœnitentiā purgatis in suis ordinibus remanere possūt. Et hoc probat duobus cap. seq.

b ¶ Sed illud Hormisdæ.] Supra ea. si quis diaconus.

c ¶ Hieronymi.] Su. ead. quicunque.

d ¶ Basilius.] Sup. ea. qui sub gradu.

SACerdotes.] CASVS. Carolus archiepiscopus quæsiuit a Papa vtrum sacerdotes quorū fornicatio est manifesta rei euidentia, vel per testes, possint habere honorē sacerdotii. Et rñdet, quod non, secūdū canonicam institutionē.

e ¶ non possunt.] Si ne dispensatione 2. sed si est occultū possunt sine dispensatio ne post pœnitentiam

DE his vero.] CASVS. Quidam in sacris ordinibus constituti fecerunt periurium, furtum vel fornicationem, vel huiusmodi: quæsiuit Heribaldus ab archiepiscopo in Cabano an tales de gradu debeant cadere a primo gradu. Et rñdet quod sic, si publica sunt eorum delicta quia scādalum est tales presse, & laici inde detrahūt sacrificio Dei sicut factum fuit per filios Heli. Si autem peccata eorū sunt occulta, & per occultā pœnitentiam deleātur, ad consilium sacerdotis in suis gradibus remanentes indulgentiam a Domino consequuntur.

g ¶ Qui deprehensi.] Et contra, vt 15. q. viii. cap. vlti. & extra de iudi. cum non ab homine. & aduocabit testes, per

2 Ad hoc & distin. ministri. extra de bigamia, quia, &c. & forte cū hoc potest dispēsare episcopus secūdū [illegible] extra de [illegible] in [illegible] in probatione.

1 Scilicet si digne pœniteant.

Cōc. Nicæ. aufi 1. c. 11.

ordinem promoueri. ¶ Placuit ergo & hos, tanquam qui nihil peccauerint, si & præcedens eorum vita probabilis sit, ad hoc officium prouehi. ¶ De his autem, qui negauerunt præter necessitatem, aut præter ablationem facultatum, aut præter periculum, vel aliquid huiuscemodi (quod factum est sub tyrannide Licinii) placuit sanctæ synodo, quamuis humanitate probentur indigni, tamen eis beneuolentiam commodari

α ¶ Si ex fide.] *Hic verba concilii sunt in compendium redacta: omnino autem versio Dionysii, quā attulerunt Burchardus & Iuo, propius accedit ad verba Græca. Sunt tamen nonnulla in hoc capite emendata, & locupletata ex versionibus, quas Gratianus videtur secutus.*

β ¶ Nec euangelium pronuncient.] *In versione antiquiore est,* nec pronuncient, *in alia quam Burchardus attulit,* vel prædicando, *Græce,* κηρύσσειν, *quod proprie significat Euangelium, & fidei doctrinam prædicare.*

Sed illud Hormisdæ [b] Papæ desidiosos, & negligentes non vere pœnitentes reparari prohibet. ¶ Illud autem Hieronymi [c] fatetur hoc esse difficile, non impossibile. ¶ Basilius [d] autem circa delinquentes rigorem iustitiæ seruādum ostendit, quem circa pœnitentes alii relaxandum misericorditer affirmant. Possunt & aliter distingui præmissæ auctoritates: Quorū enim crimina manifesta sunt ante vel post ordinationem à sacris ordinibus deiiciendi sunt, quorum autē peccata occulta sunt, & satisfactione secreta secundum sacerdotis edictum purgata; in propriis ordinibus remanere possunt. Vnde Nicolaus Papa Caroto archiepiscopo, & eis suffraganeis.

Raba. pœn. c. 1.

In gestis concilii Wormaciensis, c. 11. Vide Iuonem par. 10. c. 180.

¶ Non potest restitui in sacerdotem, cuius crimen fuerit manifestum. C. XXXIII.

† Adde ad hunc tex. quod not. Bart. in l. si adulterium. ff. de adul.

Pann. l. 3. c. 136 † al. aut.

SAcerdotes, si in fornicationis laqueum ciciderint, & † criminis manifestus [e], siue ostensus fuerit actus; sacerdotis non possunt [f] † habere honorem secundum canonicæ institutionis auctoritatem.

Item Rabanus archiepiscopus scribit ad Heribaldum, lib. pœn. c. 1.

Bur. l. 19. c. 160 Iuo p. 6. c. 400. Pann. l. 3. c. 152

¶ Qui valeant reparari post lapsum, vel non. C. XXXIIII.

DE his vero visum est nobis scribendum, qui sacros ordines habentes, ante vel post ordinationem contaminatos se esse in capitalibus criminibus confitentur. In quibus, vt mihi videtur, hæc distantia esse debet; vt hi, qui deprehensi [g], vel capti fuerint publice in periurio, furto atque fornicatione, & cæteris huiusmodi criminibus; secundum canonū sacrorū instituta, à proprio gradu decidant: quia scandalū est populo Dei tales personas supra † se positas habere quas vltra modū vitiosas esse constat. Nempe inde

† al. superpositas.

retrahuntur homines a ſacrificio Dei (ſicut quondã, Heli filijs peccantibus, feciſſe leguntur) & rebelles hinc atque contrarij exiſtentes, eorum prauis exemplis quotidie peiores fiunt. Qui autem de prædictis peccatis abſcondite à ſe admiſſis, per occultam confeſſionem coram oculis † Dei præſente etiam ſacerdote, qui eis indicturus eſt pænitentiã confitentur, & ſemetipſos grauiter deliquiſſe querantur; ſi ſe per ieiunia α, & eleemoſynas, vigiliaſque, & ſacras orationes purgare certauerint, his etiam gradu ſeruato [a], ſpes veniæ de miſericordia Dei promittenda eſt.

1 Reg. 2.

† al. angelis.

α ¶ Si ſe per ieiunia.] *Sic etiam in manuſcriptis. & apud Iuonem & Pannormiam. In originali autem legitur* ſi veraciter pœnituerint, & ſe per ieiunia. *Itemque Burchardus, qui cap. hoc citat ex concilio Ilerdenſi.*

4 *De lapſis etiam in hæreſim hoc obſeruandum eſt, vt ante ſententiam concilij nullus eis communicet.*

Vnde Cyprianus Papa Antoniano ait inter cætera, lib. 4. epiſt. 2.

¶ A communione abſtineant, qui lapſi ante reſtitutionem communicant. C. XXXV.

DE eo autẽ †, quod ſtatuendum eſſet circa cauſam lapſorum, diſtuli; vt cum quies, & tranquillitas data eſſet, & epiſcopis in vnum conuenire indulgentia diuina permitteret, tunc comunicato b, & liberato de omnium collatione conſilio, ſtatueremus, quid fieri oporteret. Si quis vero ante conſilium noſtrum, & ante ſententiam de omnium cõſilio ſtatutam lapſis temere communicare voluiſſet, ipſe à communicatione abſtineat.

Anſ. l. 7. c. 82.
† al. tamen

5 *Quod vero* [c] *ſupra de homicidis ſtatutum legitur, intelligendum eſt, quando facultas effugiẽdi datur, nec neceſſitate clauduntur obſidionis. Cæterum, cum neceſſitate anguſtati effugere non poſſunt, ſi tunc homicidium admiſerint purgati per pœnitentiam, & officio, & communioni reddentur.*

Vnde in concilio Ilerdenſi. c. 7. legitur.

Supra ea. c. clericum, &c. de his clericis, & c. miror.

per quos probabit ipſum in crimine deprehenſum, & detineat eum per viginti horas. ff. de adul. capite.

a ¶ Seruato.] Secundum quoſdam iure communi & promouetur, & manet in ordine ſuſcepto occultus peccator poſt peractam pænitentiam 1, vt etiam ſentit Gratianus. ſu. ea. §. ſed illud. niſi in ſimonia, vbi quis ordinẽ emit, qui quãtum ad ſe & ad alios eſt ſuſpẽſus vt 32. diſt. §. verum. & extra de ſi. tẽta. licet ſit argum. contra extra de ſi. ex tuæ. ſed ibi nõ dicit quod diſpẽſabatur cũ eo: ſed dr quod prohiberi non poteſt, cum ſit occultum. Sed obijcitur iſtis quod dicit in fi. de ſpe veniæ. ſed ipſi intelligũt de ſpe veniæ quantum ad peccatum. H. vero dicit, quod in occulto peccato non poteſt diſpenſari: quia de illo non poteſt quis accuſari vel puniri: quia occulta peccata nõ habent vindictam, vt 32. q. 2. Chriſtiana 2. Ad hoc ergo quod occultus peccator poſſit promoueri. confitebitur epõ crimẽ ſuum: & non ei ſoli, ſed coram aliquibus perſonis; & ſic poterit diſpenſare ſecum. ſed vt dixi ſup. 25 diſt. cap. vlti. peccatũ ſiue ſit occultum ſiue manifeſtum, dũ tamẽ ſit enorme ſẽper impedit ne poſſit ſine diſpẽſatione promoueri: licet poſſit exequi ſuſceptũ ordinem cum eſt occulũ peccatũ; & quod occultum peccatum impediat promouendum habes. extra de tẽp. ord. ex tenor. Io. Sed hæ opiniones hodie ſublatæ ſunt per decret. extra de tempo. ordi. c. vlt. B. Sed nunquid ſacerdos tempore pœnitentiæ poteſt exequi officium ſuum? vr quod non, vt ſ... diſtin. 6. teſtamentum. de conſec. diſtinct. 2. ſi non ſunt & capit. quotidie. & ſup. ea. quid eſt hoc; cum quilibet ſit ſuſpenſus quantum ad ſe propter mortale peccatum, vt 1. quæſ. 1. ſacerdotes. & facit ad hoc extra de celebra. miſſa. de homine. Dico quod melius eſt vt abſtineat, ſi credit ſe indignum. ſi autem contentur, dico quod poteſt 3. celebrare nõ obſt. ſupra diſt. 33. habuiſſe. quod eſt contra: ſed illud intelligitur de eo quem non pœnituit adhuc. de pœnit d. 3. inter hæc hircum.

DE LAPSIS. Hinc incipit quarta pars huius d. in qua loquitur de hæreticis, qui olim ſine concilijs non reconciliabantur. Ioan. de Fan.

CASVS. Supra dictum eſt de alijs lapſis, nunc vero de lapſis in hæreſim dicit, quod non eſt communicandum eis, & ante reconciliationem: quod probatur ſequenti capitulo

DE eo autem. CASVS. Quoſdam hæreticos debebat Cyprianus eccleſiæ reconciliare: ſed differebat. quæſiuit ergo Antonianus quare differret? Et rñdet, ideo, vt congregato concilio epiſcoporum de communi conſilio reconcilientur. ante vero reconciliationem nullus eis communicare debet.

b ¶ Communicato.] Olim enim epiſcopus ſolus non poterat ſine concilio reconciliare hæreticum, vt 1. q. 7. ſi quis epiſcopus ſed hodie ſecus 4. extra de hæreti. ad abolendã. § præſen.

QVOD VERO. Hæc eſt quinta pars huius diſtin. in qua ponitur quid iuris ſit de homicidis voluntarijs vel caſualibus, vel neceſſariis. Ioan. de Fan.

CASVS. Iſte §. reſpicit c. illa miror. clericum. & de his in quibus dicitur, quod clerici homicidæ carere debent officio percepto quod Gratianus dicit eſſe verum de illis, qui poterant homicidium euitare. Cæterum ſi neceſſitate obſidionis anguſtiati fecerunt homicidium pœnitentia purgati remaneant in officio, vt probatur ſequenti capitulo.

c ¶ Quod vero.] Supra eo. cap. clericum &c. de his clericis. &c. miror.

Deprehenſus in crimine poteſt per 20 horas detineri.

1 Hoc facit quod talis ſolum Deũ habet vltorem. 6. q. 1. ſi omnia, 32. quæſt. 1. apud. Et Deus non ſa natalique, niſi ex toto ſanet. de pœn. diſt. 3. ſunt plures. extra de bapti. maiores.

2 Concor. l. 3 §. mittantur. cũ not. ff. de ven. inſpic. lege ab Anaſtaſio. C. manda.

Sacerdos tempore pœnitentiæ an poſſit ſuum officiũ exercere.

3 Sub. niſi ſit tale peccatũ quod acta pnĩa nõ poſſit in ordine remanere. extra de tẽpo. ord. capitulo vlt. & ...

de act. inquiſitionis tamen de occulto peccato. non facies manifeſtum. Io. de Fant. & facit ad hãc materiam quod legi. & no. extra de temp. ord. ex tuarũ & de fur. ca. ſ. Archid.

Hæreticum reconciliare pōt epiſcopus hodie ſine concil.

4 Sub. & h pp peri lũ, quod ho ietiam ni inualuit. idẽ extra purga. c. ter. ſecun Hoſt.

De his clericis.] CASVS. Quidam sacerdotes Leuitæ, & subdiaconi in obsidione positi hostes interfecerunt. vnde quæsitum fuit de his, an possint in suis ordinibus remanere? Respon. consilium quod quilibet clericus, vitare debet sanguinis effusionem. sed si in hoc ante aduentum Paganorum, si enim esset ineuitabilis necessitas non imponeretur ei pœnitentia. vnde dicas, quod si est necessitas inuetabilis, sine omni dispensatione potest celebrare in ordine habito: sed non debet promoueri sine dispensatione, vt extra de ho. c. contin. datur. Sed ob. extra eod. latorem. vbi dicitur, quod licite potest promoueri ad superiores ordines. Sed illud est dispensatio. de hoc dixi supra e. c. de his. Sed melius dicas, quod ibi fuit casus fortuitus.

¶ Post duorum annorum pœnitentiam officio, & communioni restituantur clerici, qui in obsidionis positi necessitate sanguinem fuderunt.

C. XXXVI.

DE his clericis, qui in obsessionis necessitate positi fuerint, id statutum est, vt qui altario ministrant, & Christi corpus, & sanguinem tradunt, vel uasa sacro officio deputata contrectant, ab omni humano sanguine, etiam hostili se abstineant. Quod si in hoc[a] inciderint, duobus annis tam officio, quam communione corporis Domini priuentur[b], ita his duobus annis, vigiliis, ieiuniis, orationibus, & eleemosynis pro uiribus, quas Dominus donauerit, expientur, & ita demum officio, uel communioni reddantur: ea tamen ratione, ne vlterius ad officia potiora proueh antur. Quod si in definito tempore negligentiores circa salutem suam extiterint, protelandæ ipsius pœnitentiæ tempus in potestate maneat sacerdotis[c].

Casu quoque si clericus homicidium fecerit, in proprio gradu ex dispensatione remanere permittitur.

Unde Vrbanus II. scribit Guernerio Narbonensi episcopo.

¶ Qui casu homicidium facit, ex dispensatione in ordine suo permaneat. C. XXXVII.

Pann. l. 3. c. 25. CLerico[d] iacente lapidem puer dicitur interemptus: Nos pro amore[e] tuo in suo ordine eū permanere permittimus, vt tamen semper in pœnitentia[f] & timore permaneat.

Item Stephanus v. Sichiberto Corsicæ episcopo.

¶ De eodem. C. XXXVIII.

Pan. l. 3. c. 155. QVia te quasi obnoxium iudicas[g], eo quod a Sarracenis captus homines interfecisse videris; bene facis. Sed quoniam non tua sponte id fecisse cognosceris, inde canonice[h] nullo modo iudicaris.

Si uero ita presbyter commotus aliquem interfecerit, & si animum occidendi non habuerit, perpetuo tamen depositus erit.

Unde Nicolaus Papa scribit Hosbaldo chori episcopo[α] Quadrantino.

α Choriepiscopo.] *Antea legebatur*, coepiscopo. *emendatum est ex omnibus, quæ collata sunt, uetustis Gratiani exemplaribus, optimeque verbis Nicolai.*

Sacerdos plenā ptātē hēt circa canones pniales.

c Sacerdotis.] Vide quomodo circa canones pænitentiales habet ipse sacerdos plenam potestatem, vt 26. q. 7. tempora secundum leges duplicatur tempus pœnitentiæ eis qui non seruant pænam, & pœnitentiam iniuncta, vt ff de pę. aut damnum. §. inter eos.

2æ Ad idē de p d 1. mensuram. ibidem hoc.

d Clerico.] Si iste dedit operam rei licitæ expellendo porcos de agro suo: tunc intellige, quod minus diligenter fecerit: alias in nullo punietur, vt dixi supra ca. de his.

e Pro amore.] Spiritualitatis. n. amor no inducit innomiā, vt 1 q. 1. filium, & c. latorem & 35. q. 9. veniam.

f In pœnitentia.] Interiori: quia sacerdos non facit publicam pęnitentiā nisi pro enormi crimine vt de pœn. dist. 6. sacerdos, & 28. d. presbyter.

Sacerdos pt qn̄q; publicam pniam facere.

Quia te.] CASVS Sichibertus episcopus Corsicæ inter angustias & iaculatorum Saracenorum positus, vt periculum euita et quosdam interfecit ex illis. Super hoc consuluit dominum Papam: qui respondet, quod bene fecit: qui se obnoxium putat:

a In hoc.] Ex necessitate. de necessitate inciderit, officio & cōione corporis Christi duobus annis priuetur, in quibus pœnitentiam agat: qua peracta officio suo reddatur: ita tamen quod ad altiora no promoueatur. si autem in prædicto tempore negligenter pœniteat: in potestate episcopi erit prolongare tempus pęnitentiæ. sequens §. cum seq. c. patet.

Sic est antiqua glos. Io. quā ipsa pau. Arch. sic hoc habent.

b Priuentur.] Ad cautelam, secundum H. v. clerico in nulla necessitate licitum est occidere: immo potius det permittere se occidi: sed nos intelligimus illud de necessitate euitabili: quia poterat bene exiuisse castrum sed quia non sponte hoc fecit, secundum canones non condemnabitur

Occidere vtrum liceat clerico in necessitate.

g Iudicas.] Cum non sit.

h Inde canonice] i. non secundum rigorem canonum, quia tunc nullo modo, vt sup ca. n. not. nunc autem misericorditer toleratur. Vel intellige quando ineuitabili necessitate hoc fecerit.

SI VERO. CASVS. Dictum est sup. quod illi qui necessitate obsidionis vel casu aliquos occiderit, possunt in suis ordinibus remanere. Nunc vero dicit, quod si quis ita commotus aliquem occiderit, licet non habeat animum occiden-

Hic summam teneas: quia de ea intelligitur hoc ca. vt no. ext. de hom. infr. in c. vt cum in gl. not. dic etiam si. & supra ea. de his.

occidendi, perpetuo tamen depositus erit: quod seq. cap. probatur.

Studeat.] CASUS. Quidam presbyter percussit quendam diaconum equitantem: diaconus vero de equo cecidit, & fracta ceruice interiit. vnde Nicolaus Papa pcipit Hosbaldo choriepo. Quadrantino, vt suadeat epo suo associare sibi sex vicinos epos, qui insimul cum Hosbaldo cognoscant; & si inuenerint q diaconus a sacerdote non est percussus ad morte: nec ex percussione ipsius, sed ex ceruicis fractione mortuus est: iniuncta sacerdoti competenti poenitentia suspedatur ad tempus a celebratione Missarum, & postea ad sacerdotale redeat officiu. Si vero ex qualicumque presbyteri percussione diaconus mortuus est. licet non habuit animum occidendi, tamē deponetur: ita vt si obediens apparuerit, assignetur ei beneficium de ecclesia sua, de quo ipse & sui possint habere solatium sustentationis.

a Studeat.] Bart. intellexit hoc c. prout littera sonat, q licet ex percussione ceciderit, & confregerit ceruicē, non ideo est sacerdos deponēdus arg inf. ea. quātū: nā si seruum tuum vulneraui, & ille postea ex ictu alterius periit non teneor de occiso. ff. ad l. Aqui. huic scripturae. §. si seruus. & l. ita vulneratus. Et hanc regulam, Qui occasionem damni dat, damnū dedisse vr: intelligit de occasione proxima & sufficienti. Sed expsse est contra. extra. eo. presbyterū. & ff. ad leg. Cor. de sic. nihil interest. vnde intellige, q si non cecidit ex percussione, sed alio modo cecidit: tunc non tenetur de morte eius, sed de eo quod prius ipsum incaute percussit.

b Sex.] Quia tot non erant in prouincia illa 1.

c Cedens.] Postea.

d Interiit.] Non ex causa percussionis: sed ex alio casu, quia cecidit.

e Percussione.] Siue directa, siue occasionali.

f Et si voluntatem.] Directam.

g Prodiit.] Et sic pp vnum delictum imputantur omnia quae sequuntur ex illo. inf. ead. saepe, & su p. ea. clericum.

h Vt tale beneficium.] Hic dispensatur in beneficio, nō in officio, vt 28 d. presbyterum. d ebet autem de iure carere 2. vtroque: quia cui interdr vnum, interdr & reliquum: cum sint connexa, vt 81. d. si quis, nam male menti continua egestate laborare debent, vt ff. de posit. bona fides. Sed ideo dispensatur, ne propter necessitatem victus ad turpia lucra conuertatur, vt 81. ad reatum.

i Et sui.] Sui. n. filii & ipse eadem persona intelliguntur, vt 35 qō. 3. §. hac auctoritate. in princip. & vxor dicitur pars viri. 33. q. 2. admonere. vnde vr, q licet clericus sit suspensus ab homine, vel canone, quod tamen ei relinqui debeat vnde se & suos possit sustentare. & est si. argu. ff. de precar. l. penultim. ff. de vsu & habi. l. 2. maxime cum

1 Vel dic p uinciis, i. dioecesib. sicut econtra ponitur 11. q. 3. epi qui. secundu Lau. & Hug.

Dispensatur qñq; in beneficio, non in officio.

2 Per sententiam, non ipso iure. Arc.

¶ Perpetuo careat officio presbyter, qui ira commotus, licet extra animum, aliquem interfecerit.

C: XXXIX.

Iuo p. 10. c. 24.

Studeat a sanctitas tua persuadere episcopo tuo, sibi canonicum sociare numerum collegarum, id est sex b ex vicinis prouinciis fratres, & coepiscopos suos: quibus tecum iunctis, & decernentibus, diligenter inuestigare, & omni nisu scrutari procurare, quatenus inuenire valeatis, vtrum percussione iam nominati presbyteri, an ceruicis fractione idē diaconus, vt fertur, extinctus est. Et si quidem a saepefato presbytero non ad mortem percussus est, sed ex equo cadens c ceruice fracta interiit d, secundum arbitrium vestrum pro percussione, incaute agenti presbytero poenitentiam cōpetentem indicite, & aliquanto tempore a Missarum solenniis suspendatur, denuo post haec ad sacerdotale rediturus officium. † Quod si veraciter qualicumque percussione e istius presbyteri, ille mortuus est diaconus; nulla hunc ratione ministrare sacerdotis more decernimus, quoniam etsi voluntatem f occidendi non habuit, furor tamen, & indignatio, ex quibus motio illa mortifera prodiit g, in omnibus, sed praecipue in Dei ministris multipliciter inhibentur, atq; vbique damnantur. Verum si presbyter ideo vestro studio obnoxius † forte claruerit: praecipimus, vt tale beneficium h sibi ecclesiae suae concedatur, quo & ipse, & sui i sufficienter possint habere suae sustentationis solatium.

† al. noxsus. Iuo.

† Addeam excōicatus absolutus percipiat fructus medii tpis. arg. q nō, in l. 1. & l. si vt allegas. C. de test. milit. & in Authē. vt cum. de ap. cog §. si vero. coll. 8.

Item ex concilio Maticen. x *c. 6.*

x Maticensi.] *Burchardus, & Iuo citant ex concilio Moguntino, in illo tamen eorum, quae extant, habetur. Simile uero aliquid legitur in concilio Vormac. c. 27.*

¶ De eodem. PALEA. C. XL.

Burc. l. 6. ca. 33. Iuo p. 10. c. 162.

Qui veto odii meditatione, vel propter cupiditatem, Iudaeum, vel Paganum occiderit, quia imaginem Dei, & spem futurae conuersionis exterminat †, quadraginta dies in pane & aqua peniteat.

¶ al. extinxit.

¶ De eodem. PALEA. C. LXI.

Ansf. l. 11. c. 24.

Si quis homicidium fecerit, si episcopus est, xv. annos poeniteat, & deponatur, cunctos quoque dies vitae suae peregrinando finiat. presbiter xii. annis poeniteat, tres † ex his in pane & aqua; & deponatur superioris sententia. Diaconus x. annis poeniteat, tres ex his in pane, & aqua. clericus & laicus septem annis poeniteat, tres in pane

† al. quatuor.

Vxor & filii de bonis ecclesiae pasci possunt.

cum etiam vxor & filii de bonis ecclesię pasci possunt, vt 51.d.omnino. nec totum extorquendum est a debitore quod habet: sed habenda est ratio, ne egeat. ff. de re iudi. inter eos. in fin. ille autem qui excōicatur, nihil percipiet nomine ecclesiæ. extra de app. pastoralis.

talis minister Dei dicitur, vt 15.q.1.necis.

b Humana.] Ideo magis est tenenda, vt sup. 9.d. sana. Io. Quid iuris sit de hoc, notaui plene in quæstionibus. B.

SI qua.] CASVS. Quædam domina furore iracundiæ accensa, ita acriter ancillam suam flagellauit, ꝙ intra diem tertium expirauit: quæsitū fuit in concilio Eliberitano quando possit ad communionem admitti. & rñdet ꝙ si voluntarie fecit, post septem ann. pęnitentiam: si casu. post v. poterit ad cōionem admitti: & non ante, nisi intra hoc tempus fuerit infirmata. Sequentem casum [p]arte videbis.

c Ancillam.] Hic habes quod æquè punitur dñs occidens seruum suum sicut alienum, vt ff. de iis qui sunt sui vel alieni iu. l.1. in fin. modica tamen castigatio permittitur domino. ff. de iis qui sunt sui vel alie. iur. l.2. vñ secundum iura nostra seruus potest conqueri de domino, si sęuiat in ipsum, vt 23.q.4. si ecclesia. & c. qui peccat. ī fi. Et dic, vt no. super illo ca. si ecclesia. 2.q.7. quæritur.

Dominus non potest in seruū sæuire.

d SI quis] Semper. Id est, horis statutis, sic 22. quæstio. sacrosancta. & 26.d. si quis vult. & de cōsec. d.5. nunquam.

e In exitu.] Supple. si moritur añ finitū tempus pœnitentiæ: quia post tempus pænitentiæ licite communicat, vt 27.q 9. si quis de corpore.

ADDITIO. Hoc fit in quibusdam criminibus: & præsertim si quis pęniteat solenniter. 26. q. 7. si quis. secundum Hu.

QVi saccum.] CASVS. Quidam furatus fuit saccum cum pecunia. Quæsitum fuit an possit conueniri actione furti nomine sacci. Et respondet ꝙ sic: licet non habuit voluntatem furandi saccum principaliter.

Eos

& aqua; & ad gradum cuius libet sacerdotii accedere non præsumat.

Ex prisca versione. Et Tribur. c. 52

Item ex concilio Ancyrano, c 22. §. eos uero.

¶ Quinquennio a communione abstineant, qui casu homicidium faciunt. C. XLII.

Poly. l.6. tit. 10 Burc. l.6. c 15. Iuo p.10. c.25. & 144. †al. humanior.

EOs vero, qui non voluntate, sed casu [a] homicidium fecerint, prior quidem regula post septem annorum pęnitentiam communioni sociauit, secundum gradus constitutos: hęc vero ⍺ humana † [b] quinquennii tempus tribuit.

⍺ Hæc vero.] *Grece est.* ὁ δὲ δευ τερος τὸν πενταετῆ χρόνον πληρώσει, *id est*, Secunda vero quinquennii tempus explebit. *Atque ita fere Burchardus, & Iuo ex Dionysii uersione. & infra ea. cap. si quis uoluntate.*

Item ex concilio Eliberitano, c.5.

Et in cōc. Vormac. c.39.

¶ Quibus temporum spaciis a communione abstineat, quæ voluntate, uel casu ancillam suam interfecerit. C. XLIII.

Rab. pen. c.14. Burc. l.6. c. 19. Ans. 11. c.36. Iuo p.10. c. 22. & 148.

SI quis fœmina zeli furore accensa, flagellis verberauerit ancillam [c] suam, ita vt infra tertium diem animum cū cruciatu effundat, eo quod incertum sit, voluntate, an casu occiderit, si uoluntate, post septem annos, si casu, post quinque annorum tempora [acta legitima pęnitentia) ad communionem placuit. Quod si intra tempora constituta fuerit infirmata, accipiat communionem.

Item ex capitulis Martini Bracarensis episcopi, c. 78

Iuo p.10. c.36.

¶ De his, qui voluntate, vel casu homicidium faciunt. C. XLIIII.

SI quis [d] voluntarie homicidium fecerit, ad ianuam ecclesiæ catholicę semper subiaceat, & communionem in exitu [e] vitæ suę recipiat. Si autem non uuluntarie, sed casu aliquod homicidium fecerit, prior canon septem annis agere pęnitentiam iussit, secundus canon quinque mandauit.

Item ff. tit. de furtis. L. qui saccum.

Pandect. li. 47. tit. 2. le. 79.

¶ De eodem. C. XLV.

QVi saccum habentem pecuniam surripuerit, furti actione, etiam sacci nomine tenetur, quamuis non sit ei animus [f] sacci surripiendi.

1 Alias ei nō imputatur. arg. 15. q.1. si qs insaniés, & no. sup. ea. clerico dum tamen daret operam rei licitę, vt ī de cte. h.c, infr. alle. dilectus & eo. tit. Io. &c. Arch.

EOs vero.] CASVS. Quæsitum fuit in concilio Neocęsarien. quanta pœnitentia deberet iniungi eis, qui casu fecerunt homicidium. Et respondet ꝙ secundum antiquam regulam septem annorum pœnitentia iniungetur postquam reddetur communioni. Hæc vero est noua regula, quæ humaniorem imponit pęnitentiam quinq; annorum tantum.

c Ad sacerdotium.] Quicunque fuit accusator, aut aduocatus, aut iudex, aut testis, vel etiam notarius in causa sanguinis non potest promoueri, ut supra dist. proxi. si quis viduã. nam constat, quod 3. clericus nõ potest esse accusator in causa sanguinis, vt 2. q. 7. sicut. & c. sacerdotes 4. nec iudex. 23. q. vl. his à quib. nec testis. 11. q. 1. testimoniũ. nisi notarius 23. q. 4. illud & in extrauag. ne cleri. vel monachi. sententiã Balz. tñ intelligit hoc de aduocato accusatoris, nã cuilibet licitum ẽ defendere reũ. 23. q. 5. reos & C. de episc. audi. ad dictos. Et si obijciatur ei, nõne si accusator deficit, punietur pena talionis & sic videt hoc imponẽdum aduocato qui obtinẽdi pertinaciã suscepit? Sed ipse rñdet, q. a nõ ad hoc egit aduocatus, vt accusator puniret, sed vt reus absolueret 5. Item quia alio iudicio agendum est de calumnia accusatoris, & dicit clericum appellare posse pro conuicto in causa sanguinis: qui ibi quilibet auditur appellans, vt ff. de appellatio. l. non tantum. & sic causam appellationis potest exercere. Prior opinio est magis tuta vt nec pro accusatore, nec pro reo possit clericus aduocare 6. nec obstat 23. q. 5. reos. quia ibi non dicitur, quod aliquis possit patrocinari pro damnatis, sed possumus intercedere pro eis, licet enim aduocatus rei non intendat ad quod accusator puniatur: tamen per quandam consequẽtiam tendit ad hoc, 1. quæst. 1. merito. & arg. 1. quæst. 3. si quis obiecerit ad idem argu. opti. supra distin prox. clericum.

Causa sanguinis multos impedit promoueri.

3 Alias vt 2. q. 7. sicut sacerdotes. nec iudex, &c. alias, vt 2. q. 7. si quis & c. sacerdotes.

4. 11 q. 1. clericũ nullus.

5 Præterea, aduocatus nec agit, nec accusat, vt ff. de bon. lib. cũ maior §. penul.

Idem Fœlici episcopo Nuceriano, epist. 4. c. 3.

Poly. l. 2. ti. 31. Ansel. 7. c. 10. Iuo p. 6. c. 95.

¶ De quibus laicis aliqui ad clericatum non possunt peruenire. C. II.

DEsignata suut genera laicorum, de quib. ad clericatũ

Curiales qui dicuntur. 2 Sub. siue quodcunq; officiũ habentes honestum, vel inhonestum Quandoque vero stricte dicuntur curiales, qui honesta curiæ officia procurant, vt decuriones Quandoque strictius dicuntur curiales illi qui erunt officiales in causa sanguinis, a cruore dicti, secundũ Hug.

vt inf. ead. præterea Dicuntur autẽ large curiales omnes, quia aliquo modo sunt obligati curiæ siue milites, siue aduocati forenses, siue iudices, siue officiati, siue histriones 2: sed isti prohibentur à promotione, vt sequitur. nullus ergo officialis promoueatur, nisi prius absolutus a curia, postea sic, dum tamen sæua non exercuerit nec effuderit sanguinem humanum, nec turpia & inhonesta sit acta fecerit, ut histriones. De iudicibus autem & aduocatis est d. dicendum, quod si tantũ interfuerunt ciuilibus causis, non repelluntur, vt 51. dist. Ostius. & hoc est verum, si post baptismæ huiusmodi officium exercuerunt: secus si ante, vt inf. ea. c. si quis Palz. tamẽ dicit, quod si ante baptismum aliquis ex officio occidit hominem, talis post baptismum non põt promoueri: quia baptismus tm crimina tollit, 50 ut 26. di. i. & non ea. vna B. d. cit, ꝙ potest quia non debet esse meo ioi conditionis peccans, quam non peccans ad hoc c. ut ff. quod non clam. l. eius.

A Liquantos.] CASVS. Quatuor genera hominum nominantur in hoc capitulo, scilicet: aduocati, milites, curiales, id est, officiales, & histriones: qui postquam exercuerunt officia sua, sunt in sacerdotes ordinati ab episcopis Hispaniæ. Quidam etiam ex eis qui histriones fuerant, facti sunt episcopi. Scribit ergo Innocentius Papa cuidam arch episcopo, & dicit, quod tales non debuerunt promoueri, sed propter scandalum quod inde fieret in prouinciis Hispanorum, patenter tolerat eõs Verum.

p Ex militia.] Id est, milites.

e Ex curialibus.] Id est officiatis.

f Voluptates.] Id est, ludibria, quibus voluptatibus excitabantur homines.

g Et editiones.] Qui narrabantur uoluptatis causa, scilicet ea quæ edita erant ab hominibus: i. turpes fabulas vel cantus.

h Discutienda.] Id est, corrigenda.

i Remittenda.] Arg. ratione scandali aliquid tolerari. sic sup. dist. 4 deniq; 29. dist de Syracusana, & 1 quia 44. dist. comessationes 7. Item ꝙ aliquid prohibetur fieri, factum tamen toleratur 8. 7. qu. 1. episcopus in d. œcesi. supra dist. prox. quicunque. Ioan.

DEsignata.] CASVS. Quærebatur vtrum illi qui sæua exer-

6 Adde ad hoc text. in c. 1. & ibi Io. And. de post & in c. finã. ne cle. vel mo. Scandali rõne aliqua toleratur.

7 Concor. text. i 1. oleum ff. de don. & in l. æquissimũ ff. de vsuf

8 Ad hoc 45. distin. de Iudæis. Hugo.

exercuerunt iudicibus obtemperando, possint promoueri? Et respondet Innocentius, si hoc fecerunt postquam fideles sunt facti promoueri non possunt: idem dicit de curialibus, quorum quidam etsi de iure promoueri possint tamen quia ecclesiæ tribulationem sustinent, cum a curia repeteriuntur, promoueri non debent.

a Fidelis.] Idest, post baptismum.

b Administrauerit.] Curiæ in sæuis actibus.

c Qui debeant.] Ex merito vitæ. Et est argumentum hoc, quod si aliquid est pro me, & aliud contra me, magis nocet mihi, quod est contra me, quam prosit id quod est pro me. sic 56. distin. Ismael & ff. quibus ad liber. procla. nō licet. l. vlt. 1. & extra de offi. dele. super questionum. §. si vero. in fi. arg. contra ff. de iure fil. non intelligitur. §. 1. & extra de sentē. & re iudi. causam in fi. Sol. primum regulare propter promptitudinē ad malū. 12. q. 1. omnes: alia casualia propter restrictionē doli mal. extra de do. & cōtu. finem. & quia non est delegatus à principe.

1 Adidē ff. ad Sy. si quis in graui. & ita quod nocet præualet vt ibi, i potest dici quod valet præualet. ff. de scena. emancipatū. §. vlt. secundum Laur.

d Sępe.] Arg. aliquid statui propter cautelā futurorū, vt 27. d. de Syracusanæ. 45. dist. generalis. 23. disti. in nomine Domini.

do religionis ingressu, vt 19. q. 3. capit. 1. Sed contra videtur, quod etiam mortuus debitor non potest sepeliri in [illegible] [illegible] fore, nisi satisfaciat ei, vt extra de appel. quā frontē. Satis videtur quòd possit intrare. & quod monasterium nō in amplius tenetur, quā ad ipsum peruenire: nisi po-

peruenire non possunt, id est si quis fidelis[a] militauerit, si quis fidelis causas egerit, hoc est postulauerit, si quis fidelis administrauerit[b] De curialibus autem manifesta ratio est: quoniam & si inueniantur huiusmodi viri, qui debeant[c] clerici fieri: tamen quoniam sæpius à curia † repetuntur, cauendum ab his est propter tribulationem, quæ sæpè[d] de his ecclesiæ prouenit. † al. ad curiā.

Item Victricio episcopo Rothomagensi, epist. 2. c. xi.

¶ Non admittantur curiales ad clericale officium: C. III.

Iuo p. 6. c. 34.

PRæterea frequenter quidam ex fratribus nostris, curiales, vel quibuslibet publicis functionibus[e] occupatos, clericos facere contendunt, quibus postea maior tristitia, cū de reuocandis eis aliquid ab Imperatore præcipitur, quam gratia nascitur de accito †. ¶ Constat enim eos in ipsis muneribus[f] † etiam voluptates exhibere, quas ā diabolo inuentas esse non dubium est, & ludorum, & † mimorū apparatibus, præesse, aut forsitam interesse. Sit certè in exemplum sollicitudo, & tristitia fratrum, quam sæpe pertulimus Imperatore pręsente, cum pro his sæpius rogaremur, quam ipse nobiscum positus cognouisti, quibus † non solum inferiores clerici ex curialibus, verum etiam in sacerdotio constituti ingens molestia, vt redderentur, instabat[g].

† al. adscitis. † al. munijs. † al. vel munerum. † al. ex quibus) orig.

Item ex concilio Toletano primo, cap. octauo.

¶ Non promoueatur ad diaconatum, qui post baptismum ad fidelem necandum accinctus fuerit. C. IIII.

SI quis[h] post baptismum militauerit[i], & clamydem

PRæterea.] CASVS. Quidā volebāt promouere curiales consultus fuit Papa super hoc à quodam archiepō scilicet, an possent promoueri? Et respondet quòd non propter tres rationes. Prima est: quia maiorem tristitiam habet ecclesia de eis reuocandis quam habuit gaudium de aduentu eorum. Nam Imperator præsens quandoque institit supradicto archiepiscopo præsente. vt tales in minoribus non solum ordinibus ordinati, sed etiam ad sacerdotium promoti reducerentur. Secunda ratio est: quia tales in suis officiis voluntates turpes exercuerunt. Tertia ratio est quia præfuerunt, vel interfuerunt apparitoribus & ludis mimorum.

e Functionibus.] Id est, officiis. & intelligitur de his qui alicui officio obligati sunt vt tutores & curatores vel procuratores, qui finito officio suo licite promouentur, vt extra de obliga. ad ratioci. cap. vnico. Nam qui ex administratione aliqua est obligatus reipublicæ, non potest proueh[i] ad honores, vt ff. de mune. & hono. rescripto. §. debitores. secus si obligatus est pro aliquo debito, vt ibi dicitur, & C. de episco. & cleri. quisquis emer- [illegible] quid, si aliquis est obligatus ad reddendum aliquid, [illegible] [illegible] quid [illegible] potest conuerti in monasterium? Dicit Aug. quod [illegible] fit iniuria illi cui seruire tenetur: quia [illegible] spiritus sancti sit. 16. 14 quest. quin [illegible] [illegible] [illegible] voto, templum & extra [illegible] [illegible] [illegible] & capit. [illegible] [illegible] quæst. 2. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Obligatus ad aliquid faciendum non impediturı ingredi monasterium.

postea ratione sui ad pinguiorem fortunam perueniat per successionem aliquam vt, 19 quæst. ult. si qua 2. Vel dic quod in monasterio existens potest exequi tale officium, dum tamen non negligat diuinum obsequium, vt 91. d. [illegible] cus.

f Muneribus.] Idest officiis munerum minorum.

g Instabat.] Tamen facti sacerdotes non restituuntur 5[illegible] dist. ex antiquis.

SI quis post.] CASVS. Aliquis ex præcepto vel auctoritatem maioris post baptisma cingulum militare accepit ad vexandum fideles. & necandum: quæsitum fuit in concilio Toletano, an possit promoueri. Et respondet quod de iure promoueri non potest, & si non peccauerit, & dispensatiue ad minores ordines fuit promotus: diaconus tamen [illegible] non potest. Vel aliter. Aliquis accinxit gladium ad necandum fideles; non interfecit tamen, sed per eum non stetit: quæritur vtrum possit promoueri? & respondet quod non, nisi dispensatione in minoribus ordinibus: ita quod diaconus non fiat.

h Si quis.] Pone casum in f. de pęni. dist. 1. si quis cum telo. Alii ponunt casum de officiali.

i Militauerit.] Milites (vt videtur) non possunt promoueri sine licentia Papæ. 19 q. 3 monasterijs. sed [illegible] intelligo illud de his qui irregularitatem contraxerunt 3. vnde non concedo quod hoc [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] gladium assumpsit, & militiam: nisi talia facta exercuit, vt inf. 53.

2 Sub ve[illegible] aliquos libros [illegible] quod tame[n] intelligo [illegible] ductis exp[illegible] sis eiusdem 16. q. 6. de [illegible] psis, ff. de [illegible] cess. bon. h[illegible] qui bonis secundum Lau. Milit[illegible] an promo[illegible] ri possint.

3 Et in h[oc] casu loqu[i]tur hoc c. q. 3, vt no. 21. q. 3 pro[illegible] fens. in gl[illegible] arg. quod, &c.

Infra 53.dist.legem: si vero sæpe interfuit bellis, & per eum non stat quin occidat aliquem: licet non occidat, tamen propter ambiguum duplicitatis admitterem talem ad clerum. ...g.23.q.5.excommunicatorum.

a ¶ Aut cingulum.) Idest, characterem militarem, vt i. q.1.

ea consecretur auctoritate metropolitani: & vbi ipse elegerit. Metropolitanus vero in ciuitate metropoli ab episcopis suæ prouinciæ consecrabit. Et si ordinati vel ordinatores cōtra hoc egerint, honoris sui piculo subiacebunt

d ¶ Qui in aliquo.) Primo ponit 16. impedimenta quæ impediūt promouēdū epm. Scdo dicit q̄ eps ad min⁹ à tribus epis est cōsecrādus ibi,[Vbi metropolitano placuerit.] Metropolitanus tūc est consecrandus in ciuitate metropoli à suis suffraganeis.

sumpserit, aut cingulum a ad necandos fideles α, etiam sigrauia non admiserit, si ad clerum b admissus fuerit, c, diaconij non accipiat dignitatem.

α ¶ Ad necandos fideles.) *Verba hæc non sunt in codice Lucensi Regio.*

Item ex concilio Toletano 4. cap. 18.

A quibus debeat esse immunis, qui in episcopum ordinatur. C. V:

QVi in aliquo d crimine detecti sunt, qui infamiæ e nota asperſi sunt, qui scelera aliqua per publicam pœnitentiam se admisisse confessi sunt, qui in hæresim lapsi sunt, uel qui in hæresi baptizati aut rebaptizati esse noscuntur, qui semetipsos absciderunt, aut naturali defectu mēbrorū, aut decisione aliquid α minus habere noscuntur, qui secundę vxoris coniunctionē sortiti sunt, aut numerosa coniugia frequētauerunt, qui viduam, vel à marito relictam duxerunt, aut corruptarum mariti fuerunt, qui concubinas, f aut fornicarias habuerūt, qui seruili conditioni obnoxij sunt, qui ignoti sunt, qui neophyti, vel laici g sūt, qui sæculari militæ dediti sunt, qui curiæ nexibus obligati sunt, qui inscij litterarum sunt, qui nondum ad trignita annos peruenerunt, qui per gradus ecclesiasticos non ascenderunt qui ambitu honorem quærunt, qui muneribus honorem obtinere moliuntur, qui à decessorib, h in sacerdotium eliguntur. ¶ Sed nec ille deinceps sacerdos erit, quē nec clerus, nec populus propriæ ciuitatis elegit, vel auctoritas metropolitani, vel comprouincialium sacerdotum assensus non exquisiuit. Quicunque ergo deinceps ad ordinem sacerdotij postulatus, & in his, quæ predicta sunt, exquisitus, in nullo horum deprehēsus fuerit, & examinatus, probabili vita & doctrina extiterit; tunc secundum synodalia, vel decretalia constituta, cum omnium clericorum, vel ciuium voluntate ab vniuersis comprouincialibus episcopis, aut certè a tribus in sacerdotem die Dominica i consecrabitur; conuenientibus † cæteris, qui absentes sunt, litteris suis, & magis auctoritate, vel præsentia eius, qui est in metropoli constitutus. Episcopus autem comprouincialis ibi consecrandus est, vbi metropolitanus elegerit. Metropolitanus autem non nisi in ciuitate metropoli k, † comprouincialibus ibidem conuenientibus l. ¶ Si qui autem deinceps contra

† al. conuenientibus.

† al. à cōprouincialibus.

e Infamiæ] etiam de facto, vt dixi 2. q. 7. c. ipsi apostoli.

f ¶ Qui cōcubinas Ex hoc videtur q̄ eps ipso facto nō dispēsaret 1. si enim ipso facto dispensaret, quare hic puniretur promouens cōcubinarium, cum tamen cum ipso possit dispēsare ipso facto. vt extra de iud. at si clerici. & facit ad hoc 81. di. si qui. & extra de schismat. fraterni tatis. & extra de p̄b. referēte. Itē sm̄ hoc eps sp diceret se dispensasse, vt sic nō puniretur. Quod autē ipso facto dispenset, probatur ext. de fil. presbyti veniens. & 28. dist. diaconi. & extra qui matri accus. non pos. per tuas 54 dist. si seruus. & extra de restitu. spolia. litteras. §. opinioni vbi habes, q̄ ecclesiæ mādando vel dissimulando dispēsat. Et hoc credo, q̄ circa notum solo facto dispēsat, sed nō circa ignotū: q̄a noti examinatione nō egēt, vt 47. dist. de Petro. Consulo tamē q̄ testes vel litteras habeant super dispensatione facta sibi. Vel dic, q̄ hic redarguuntur illi qui ex cōtemptu ordinant aliquos non examinando eos, vt 81. d.

Episcopi & archiepiscopi, vbi & a quot quibusque sunt cōsecrandi.

Concubinarium pmouens, an uideatur cū ipso dispensare.

1 Ad hoc efficax argu. extra de fi. presbyt. ex taa iuxta fin vbi dicit, cū aliquibus clericis dispēsasti, &c. ergo à contrario cum quibus dispēsatū non est, possunt pcedere iudices illi secundum, q̄ eis datū est in mandatis extra de rescr. si qn̄ &c. cum dilecta. secundum Ho.

q.1. quod quidam. in fi.

b ¶ Si ad clerum.] Idest, subdiaconatum.

c Admissus fuerit.] Ex dispensatione.

QVi in aliquo.] CASVS. Hoc capitulum diuiditur in duas partes: In prima parte assignantur 26. impedimenta, quæ repellūt ab episcopatu, uel archiepiscopatu, vel etiam ab alia dignitate. In secunda parte, quæ incipit ibi, [Sed nec ille.) Dicitur quòd eps debet eligi à clero, & à populo ciuitatis auctoritate metropolitani: qui postea legitime examinatus ab omnibus epis de prouincijs, uel a trib. de consensu aliorum, die Domini

dictum. & c. quicunque. & tantum indiscreta dispensatio redarguitur hic, & in omnibus similibus, extra de præb. multa.

g Laici.] Non enim repente de laico fiet episcopus. 61. distinct. c. 1. & 2.

h Qui a decessoribus.] Nisi in hoc Papa dispensauerit, vt 7. q. 1. petisti.

i Dominica.] Hora tertia. 75. dist. quòd die.

K Metropoli.] In propria ciuitate consecrandus est metropolitanus, vt hic, & 63. dist. metropolitano.

l ¶ Conuenientibus] Hic habes quod metropolitanus con-

Metropolitanus in ppria ciuitate est consecrandus. Archiepiscopus a quib. est cōsecrandus.

consecrandus est à suffraganeis, vt 66. distin. cap. 1. extra de tempo. ordi. si archiepiscopus. & in Auth. de ecclesia. titu. §. 1. coll. 9. Argum. contra 24. quæstion. 1. pudenda, vbi dicit, ꝙ à Papa sit consecrandus, sed primum est de iure: Papa tamen iam præscripsit contra ius illud

tem habet, vt extra de cleric. per salu. promo. capitu. 1. & hoc dummodo sit baptizatus, necest. de ord. decretali a ex litteris. in aliquo contrad. ei: B. ab epo qui renunciauit episc. cap. 2.

Vriales autem.] CASVS. Assignatis supra quatuor rationibus in 51. distin. & in capitu. designa- Arcnid,



Vi vero CAS9 Sup. i px. capit. dicitur, ꝙ qui per gradus ecclesiasticos nō ascenderunt, nō debēt esse epi, cuius verbi occasione supponitur hic 25. d. i qua ostenditur ꝙ si quis ꝑtermisso ordine minori ascēderit ad maiores non superbia, sed negligentia abstinere debet a maioribus donec prætermissum ordinem suscipiat: quod probatur sequenti capitulo.

prædicta vetita canonum, ad gradum sacerdotij indignus aspirare contenderit, cum ordinatoribus suis adepti honoris periculo subiacebit.

α ¶ Aut decisione aliquid.] *Addita hæc sunt ex concilijs olim Coloniæ, ac Lutetiæ impressis, In nouissima vero Coloniensi editione legitur*, vel defectione, *pro*, vel defectione.

ϱ ¶ Aut fornicarias.] *In codice Lucensi Regio legitur*, ad fornicationes: *quod videtur intelligendum de concubinis ad tempus adhibitis, vt supra dist. 34. c. is qui, est adnotatum.*

DISTINCTIO LII.



Vi vero prætermissis aliquibus gradibus non superbia, sed negligentia ad maiorem ascenderit, tamdiu à maioribus abstineat, quousq; congruo tempore prætermissos accipiat.

Vnde Alexander secundus scribit † Grimaldo Constantiensi † episcopo. † *al. Rainaldo. al. Rumaldo.* † *al. Constantiensi*

¶ De eo, qui subdiaconatus ordine postposito, diaconus & presbyter est ordinatus. C. I. Iuo p. 6. c. 439.

Solicitudo dilectionis tuæ studuit consulere, vtrum portitor istarum litterarum, diaconatus, & presbyteratus officium idoneus sit peragere, nec ne; cum ad id præpostero † cursu, subdiaconatus a ordine postposito, negligentia potius quàm superbia cognoscatur ascendisse. Vnde nos consulendo charitati tuæ mandamus, vt ab officio sacerdotali eum prohibeas, donec proximo quatuor temporum ieiunio sub diaconatus ministerium sibi rite imponas; & sic deinceps ad maiora officia eum redire concedas. † *al præpostero.*

¶ *In libro peruetusto est epistola eiusdem Alexandri ad Geruasium Rhemensem archiepiscopum: cui hoc idem consilium dat, quod Rumaldo Constantiensi episcopo se dedisse narrat.*

Solicitudo.] CASVS Quidam clericus ordine subdiaconat9 prætermisso, nehligētia potius q̄ cōtemptu factus est diaconus & presbyter. quare quæsiuit Constantien. episcopus an posset in officio diaconi vel presbyteri ministrare? Et respōdet Alexan. Tādiu cesset ab officio sacerdotali, donec ꝓximo quatuor tēporū ieiunio recipiat subdiaconatū.

a ¶ subdiaconatus] Videtur ergo quod aliquis promouetur in sacerdotem, qui nullum habuit ordinem, vt laicus, 1 qui fit sacerdos secundū Hug. sed huic ob 40. distin. sicut r. & extra de presbyt. non bapti. veniens. Sed contra extra de cler. per sal. promo. capit. vnico. episcopus autem non potest esse nisi fuisset sacerdos 2, vt extra de exces. prælat. ex litteris. in fi. de hoc dixi 40. d. sicut. Si vero non baptizatus promoueretur vel chrismaretur nullum reciperet sacramentum: quia baptismus est ianua sacramentorum, vt 32. distinctio. §. verum. nisi enim positum sit fundamentum, nihil potest super ædificari, vt 1. q. 1. cum Paulus. Et est arg. ꝙ præposteratio facti non vitiat factum. Arg. contra 7. q. 1. nihil 23. dist. quorundam. de consec. dist 4. omnis. Ioan. Sol. dicas ꝙ laicus recipit ordinem sacerdoti, & etiam episcopatus 3. quia character imprimitur, si conferetur in forma ecclesiæ ab eo qui potestatem habet,

Sacerdos qs nō efficiunt sine aliis ordinibus.

1 Vbi cōtrario standum est secūdum H.

2 Idem sentit Hug. & Lau.

3 Si intelligas ꝙ primo recipiat sacerdotium, & post epato, verū dicit. Alias falsū est: quia nec in epato imprimit character secundū quosdā. Sed alii contra ar extra de renunc. post translationē. §. vlt. vbi de hoc

DISTINCTIO LIII.



Vriales b autem, vt supra scriptum est, ideo ordinari prohibētur, quia frequenter, dum ab ecclesia repetuntur, plurima incommoda ecclesiæ consequitur: vel quia iidem curiales non voto religionis, sed vt officiorum suorum ratiocinia fugiant, ad ecclesiam se transferunt. dist 51. designata.

signata. & in capit. præterea & in capitu. 1. quare curiales a promotione repelluntur: subiungit 53. distinct. in qua assignat quintam rationem: quia scilicet non voto religionis fiunt ecclesiastici, sed vt officiorum suorum ratiocinia fugiant. & hoc probatur sequenti capitulo.

b ¶ Curiales.] Hic assignat tertiam causam quare curiales non promouentur, Ioan.

a ¶ Leg. cu9

LEgem.] CASVS. Hoc capit. diuiditur in duas partes. In prima parte ostendit Gregor. quòd qui militiæ, vel qui rationibus sunt publicis obligati, nec in clero, nec in monasterio suscipi debent, quia vitam sæculi nolunt fugere, sed mutare, cum eodem modo viuant in ecclesia sicut in sæculo: & hoc probatur per legem Mauritij Imperatoris: sed si voluerit causa religionis intrare monasterium, non recipiantur, nisi prius a publicis ratiocinijs fuerint absoluti. In secunda parte, quæ incipit ibi, [Si qui vero.] Dicitur, quod milites non sunt proprie in monasterijs suscipiendi, nisi vita eorum subtiliter inuestigetur, & per triennium in habitu laicali fuerint probati.

Vnde Gregorius Papa scribit lib. 7. reg. epist. 11. episcopis Siciliæ de lege Mauritii Augusti.

¶ Quare sit constitutum, nec curiales ordinentur. C. I.

Iuo p. 10. c. 4

LEgem quam piissimus [a] Imperator dedit; ne fortasse hi, qui militiæ, vel rationibus sunt publicis obligati, dum causarum suarum periculum fugiunt, ad ecclesiasticum habitum veniant, vel in monasteriis conuertantur, vestræ studui fraternitati transmittere; hoc maxime exhortans, quod hi, qui sæculi actionib. implicati sunt, in clero ecclesiæ præpropere suscipiendi non sunt †, quia dum in ecclesiastico habitu non dissimiliter, quam vixerant, viuunt, nequaquam student sæculum fugere sed mutare. Quod si etiã tales quoque monasterium petunt; suscipiendi nullo modo sunt, nisi prius a ratiociniis † publicis absoluti fuerint. Si qui vero ex militaribus [b] viris [α] in monasteriis conuerti festinant; non sunt temere suscipiendi, nisi eorum vita fuerit subtiliter inquisita. Et iuxta normam regularem debent in suo [c] habitu per triennium [d] probari, & tunc monachicum habitum Deo auctore, suscipere.

† al. actionib.) orig.

α Viris.) In aliquot uetustis Gratiani exemplaribus, & apud Iuonem legitur, numeris, ut significentur milites in breuiculo, seu matricula descripti.

DISTINCTIO LIIII.



Erui e autem ordinari prohibentur, nisi a propriis dominis libertatem legitimam consequantur.

Vnde Leo episcopus scribit epist. 1. omnibus episcopis per Campaniam, &c.

Poly. 2. tit. 31. Ansel. l. 7. c. 28.

¶ Seruus ad clericatus officium non promoueatur. C. I.

NVllus [e] episcoporum seruum alterius ad clericatus

a Legem quam piissimus. No. qualiter ex sequenti facto, & præcedenti probatur medium, vt 27. 28. d. quia. Nam ex bona vita præcedente & sequente præsumitur mediũ, s. φ bono zelo petierit habitum monachalem.

ADDITIO. Ad idem 33. q. 1. c. 1. secundum Hug 18. dis. peruenit. Laur.

b Ex militaribus.] Milites non impedit religio sacramenti; Quia clerici sacramento tenentur episcopis, vt 25. dist. quamquam & tamen eis inuitis possunt intrare religionem, 19. q. 2. duæ.


c In suo.] Not. quod in suo habitu quisque probandus est, vt hic, & 54. distin. multos. & extra de reg. super eo: & 17. q. 2. si quis incognitus. Dicunt tamen quidã, quod potius in monachali habitu probandus sit, quia nõ solum alii ipsum probabunt, sed etiam ipse probabit asperitatem ordinis & habitus ipsorum, quod non potest facere in sua veste. Ioan. Sed certe licet iura quædam dicant, φ in proprio habitu sit probandus quis, consuetudo tamẽ se in contrarium habet, & decret. etiam contradicit extra de reg. statuimus.

d Per triennium.] incognitus probabitur per triennium, vt hic & 17. qõ. 2. si quis incognitus. sed laicus cognitus vel clericus ignotus per biennium. 19. q. 3. monasteriis. clericus notus per annum 14. quæst. 2. Gonsaldus 1. vel forte notus statim potest recipi. extra de reg. ad apostolicam. Sed hodie nõ debet per decret. Alexand. iiij. extra eod. non solum. In cruce signatis statuitur dimidius annus extra de regu. cap. 1. 2.

Probari quis quanto tempore debet.

1 Vbi d̃ hoc videas.

Religionis causa in suo habitu probanda est.



Erui.] Hæc distinctio diuiditur in quinq; partes.

In prima principaliter tractatur de de seruis non ordinandis, quod probatur per decem auctoritates sanctorum. Secunda ibi,] Hoc tũc] Tertia ibi, [Si seruus absente] Quarta ibi, [De seruis.] Quinta ibi, [Quod autẽ.] Io. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur 54. d. in qua dicitur, φ serui ordinari non debẽt nisi prius a dominis suis plenam libertatem fuerint consecuti. Ostenditur secundo quid iuris sit si serui fuerint promoti non adepta libertate. Tertio qualiter serui Iudæorum, siue pagani, siue Christiani ab eorum domino debeant liberari.

e Serui.] Primo ostendit, quod nec priuatorum, nec ecclesiarum, serui sunt promouendi, nisi libertatem sint cõsecuti. Secundo ostendit quid iuris sit si aliter sint ordinati. Tertio qualiter serui Iudæorum a domino ipsorum valeant liberari. Nota ergo, φ nunquam seruus priuati est promouendus nisi plenam libertatem sit consecutus, ita quod nihil iuris retineat in eo dominus, vt inf. ea. quicunque & in c. nullus. Si vero sunt ecclesiarum nõ possunt similiter promoueri nisi primo consequantur libertatem. inf. ead. cap. 3. ecclesia tamen non potest manumittere seruos suos pleno iure, nisi det prælatus duos eiusdem meriti. 12. q. 2. episcopus. qui nec tunc pleno iure manumittit, vt ibidem colligitur. De hoc distingue vt extra de ser. non ordin. eo. libentius. & de rebus eccles. non alienan. consensus.

2 No. Ho. φ dicit H φ si vita & conditio hoĩs sit nota probatur per annũ, & sic loquitur præce. c. Gõsaldus. Si vero conditio no. est, sed vita ignota, tunc per bieñium. & sic loquitur p̃cè. c. monasteriis φ si vtraque, s. cõditio & vita sit ignota vel saltẽ cõditio, tunc trienniũ est spectãdum. & sic loquitur præce. c. si q̃s ignotus, & istud l. legẽ. & inf. dis. p. xi. multos. Arch.

Seruꝰ priuati sine libertate non p̃t promoueri.

NVllus.] CASVS. Prohibet hic Leo Papa ne quis episcopus ordinet seruum aliquem, nisi prius eorum

rum voluntas accesserit, qui in eo sertio sibi aliquid vendicant potestatis, ne postea in seruitutem redigatur, cum immunis esse debeat ab omni vinculo, qui castris dominicis applicatur.

a Eorum petitio.] Id est, istius vel illius, distributiue. sufficit enim vnius volūtas si plures sunt domini, vt instit. de donat §. erat olim. C. de communi ser. manu. l. 1. §. autem. t

b Aut voluntas.] Etiam si tacita, vt infr. ead. si seruus.

c Qui aliquid.] Argumentum, quod omnium consensus est requirendus, quorū iuri in aliquo detrahitur, vt hic & 85. d. archidiaconū. & extra de off. dele. super eo. C. de auctor. præstan. l. vlt. & ff. de aq. pluuia arc. l. in concedendo. 66. distinc. archiepiscopus. 8. q. 1. licet.

NVlli.] CASVS. Quæsitum fuit in concilio Triburiensi, vtrū seruus sit promouendus? Et respōdet quod non, nisi prius a domino plenam libertatem consequatur chartula cuius libertatis prius in publico legatur, & si nullus contradixerit ordinetur. Si vero aliquis seruus, per obreptionem fuerit ordinatus, deponatur & eiusdem sit conditionis cuius ipse ante fuit.

Publice factis nemo cōtradicere pt.

d Cuius & c. in ambone publice legatus.] Argumentum, quod si aliqua sunt publice facta, nemo postea auditur contradictor. 8. quæst. 1. licet. & 16. dist. quod dicitis. & 12. q. 2. qui & humanis. sim. extra qui ma. accusare poss. cap. vlt. argum. contra 15. quæstio. 6. c. 1. in fi.

e Ciderit.] Ita sit seruus sicut prius, nisi sit presbyter, vel diaconus. vt inf. ead. ex antiquis. Sed nūquid gaudebit talis priuilegio clericali quantum ad canonē si quis suadente. 17. q. 4 arg. qui non extra de foro comp. c. 2. & 17. quæst. 4. si quis deinceps. argu. contra. ff. de decur. l. 6. Ad hoc dico, quod iste in omnibus caret priuilegio clericali, præterquam in eo solo, quod nō potest verberari sine sacrilegio, quia illud priuilegium datum est clericis non tantum fauore piscorum, sed etiam odio laicorum; vnde in odiū laicorum vtitur eo, vt extra de sent. excom. contingit. & c. vniuersitatis, sed alias accusari potest a bigamis, & iudicari a laico, 1. licet secus sit in clerico deposito 81. distin. dictum. & hoc ideo est, quia iste fecit furtū corporis sui. & C. de seru. fugit. l. Item nunquid potest contrahere matrimonium? Non, quia noluit quod facere potuit. extra de conuer. coniug. quidam. Io. non credo excommunicatum qui depositum percutit, cum sit priuatus omni dignitate, & priuilegio quod habebat, arg. ad hoc 84. dist. quisquis. B.

1 Et est rō, qa ista priuilegia data sunt, & in sui fauorem quilibet renunciare pōt. & quib. fecit in dignum. argu. C. de pa. l. si quis. Io. de Fant.

officiū promouere præsumat, nisi forte eorū petitio [a] aut voluntas [b] accesserit, qui aliquid [c] sibi in eo vendicant potestatis. Debet enim esse immunis ab aliis, qui diuinæ militiæ est aggregandus, vt a castris dominicis, quibus nomen eius adscribitur, nullis necessitatis vinculis abstrahatur.

Burc. l. 2. ca. 22. in fine. Iuo p. 6. c. 64.

ℓ Nullus.) Caput hoc uidetur confectum ex titulo, qui in codice canonū præponitur primo decreto Leonis primi, & ex parte posteriore ipsius decreti, in qua exceptio eorum quæ prius statuit continetur, prior autē pars quæ hic deest, habetur infra ead. c. admittuntur.

Item ex concilio Triburiensi. a

¶ De seruili conditione nullus ad sacros ordines deueniat. C. II.

NVlli de seruili cōditione ad sacros ordines promoueantur, nisi prius a proprijs dominis legitimam libertatem consequantur: cuius libertatis charta ante ordinationem in ambone publice legatur [d], & si nullus contradixerit, rite consecrabuntur. Porro seruus non canonice consecratus, postquam de gradu ciciderit, [e] eius conditionis sit, cuius fuerat ante gradum.

Poly. ibidem. Burc. l. 2. c. 21. Iuo p. 6. c. 41. Pan. l. 3. c. 48.

a Concilio Triburiensi.] *Huius capitis in conc. Tribur. c. 29. sententia potius habetur, quam verba quæ aliqua ex parte uidentur cōuenire cum ijs, quæ scribuntur primo libro capitularium, c. 88. de ordinatione seruorum. uers. & quandocunque.*

(Ex concilio Carthaginensi ℓ primo, c. 8.

PALEA. C. III.

MAgnus episcopus Astiagensis dixit, quid dilectioni vestræ videtur, procuratores, actores, & executores, seu curatores pupillorum si debeant ordinari? Gratus episcopus dixit, si post deposita vniuersa, & reddita ratiocinia, actus vitæ ipsorum fuerint comprobati in omnibus, debent, & cum laude, cleri, si postulati fuerint honore munerari. Si enim ante libertatem negotiorum, vel officiorum ab aliquo sine consideratione fuerint ordinati, ecclesia infamatur γ Vniuersi dixerunt, recte omnia statuit sanctitas tua, ideoque ita est, & nostra ista quoque sententia.

Extra de oblig. ad ratioc. nō ordin. c. magnus. Burc. l. 2. ca. 39. Iuo p. 6. c. 137.

ℓ Cartag.) *In codicibus impressis citatur ex Moguntinensi Emendatum vero ex Burchardo, & Iuone, decretali, c. uni. de oblig. ad ratioc.*

γ Ecclesia infamatur.] *Sic emendatum est ex concilio, & decretal. & Burchardo, & Iuone. Ante a legebatur.* ab ecclesia infirmentur.

Qui

QVi ex.] CASVS. Hoc capitulo loquitur de ſeruis eccleſiarum, qui ordinari non debẽt, niſi prius libertatem ab epis conſequantur. & ſi honeſte in clericatu vixerint, poterunt ad minores ordines promoueri: ſi vero ingrati extiterint, in ſeruitutem redigantur. a ¶ Re-

tur remittere. vnde non poſſunt reuocare in ſeruitutem nec tenet lex. C. de eps & cleri. ſeruus. vbi habes, quod domino redditur ſeruus ſi deſerit monaſterium, per id, quod habes extra de cond. app. ca. 2. ſed ſi vult tranſire ad aliud monaſterium, tunc diſtinguitur, vt extra de ſer. non ordi. eo. libẽtius. & 2. C. de ſi. & poſth. & Auth. vt cũ. de ap. cog §. aliud quoq. coll. 8. & Spec. in tit. de iuriſ. om. iud. §. 1.

Item ex concilio Toletano nono, cap. 11.

¶ Poſt donum libertatis famuli eccleſiæ reuocentur in clerum. C. IIII.

Iuo p.6.c.373.
† al. famulis.

QVi ex familijs † eccleſiæ ſeruituri deuocantur in clerum, ab epiſcopis ſuis neceſſe eſt, vt libertatis percipiant donum: & ſi honeſtæ vitę claruerint meritis; tunc demum maioribus fungantur officijs. Quos vero flagitij ſordidauerit incorrigibilis noxa, perpetua ſeruitus conditionis religet [a] in catenam.

Qui autem ordinandi, à dominis ſuis libertatem conſequuntur, ab eorum patrocinio penitus debẽt eſſe alieni, vt in nullo eorum obſequijs inueniantur obnoxij.

Vnde in concilio Toletano quarto, cap. 72. legitur.

¶ Ad clericatum ſuſcipiuntur qui nullo obſequio retento a dominis ſuis libertatem percipiunt. C. V.

Poly. l. 2. tit. 31.
Burc. l. 2. c. 25.
Iuo p. 9. c. 126.
Pann. l. 3. c. 46.
† al. crimine capitali] orig.

QVicunque libertatem à dominis ſuis ita percipiunt, vt nullum ſibi in eis obſequium [b] patronus retineat iſti ſi ſine crimine † ſunt; ad clericatus ordinem liberi ſuſcipiantur: quia directa manumiſſione abſoluti noſcũtur. Qui vero retento obſequio, manumiſſi ſunt; pro eo, quòd adhuc patroni ſeruitute tenentur obnoxij, nullatenus ſunt ad eccleſiaſticum ordinem promouendi; ne, quã do voluerint eorum Domini, fiant ex clericis [c] ſerui.

[*Ex concilio Toletano 4, 82. cap.*]

Capit. l 1. c. 88.
Extra de ſeru. non ordi. cap. 2.
Burc. l. 2. ca. 31.
Ioo p. 6. c. 132.
Pann. l. 3. c. 163.
† *indiſcrete promouebantur.*] capitul.
† *aut latitãs*] capitul.
† *ignorauerit*] capitul.

PALEA. C. VI.

DE ſeruorum ordinatione qui paſſim ad gradus eccleſiaſticos promouentur †, placuit omnibus cum ſacris canonibus concordari debere: & ſtatutum eſt, vt nullus epiſcoporum deinceps eos ad ſacros ordines promouere præſumat niſi prius à dominis proprijs libertatem conſecuti fuerint. Et ſi quilibet ſeruus dominum ſuum fugiẽs, aut † per litteras, aut adhibitis teſtibus munere conductis, vel corruptis, aut qualibet calliditate, vel fraude ad gradus eccleſiaſticos peruenerit; decretum eſt, vt deponatur: & dominus eius eum recipiat. Si vero auus vel pater ab alia patria in aliam migrans in eadem prouincia filium genuerit, & ipſe filius ibidem educatus, & ad gradus eccleſiaſticos promotus fuerit, & vtrum ſeruus ſit, ignotum † ſit; & poſtea veniens dominus illius legibus eum acquiſierit; ſancitum eſt, vt ſi dominus eius illi libertatem dare voluerit, in gradu ſuo permaneat. ¶ Si vero eum catena ſeruitutis à caſtris dominicis abſtrahere

QVI AVTEM. CASVS. Dicitur in hoc §. quod illi ſerui qui promoueri debent, à dominis ſuis plenam debent conſequi libertatem, ita quod ipſi, in nullo teneantur ſuis dominis obnoxij.

QVicũque.] CASVS. Statutum fuit in concilio Toletano, quod illi liberti ordinẽtur, qui a dominis ſuis directa manumiſſiõe ſũt dati libertati: ita ꝙ nullum in eis obſequium domini ſui retineant, & illi ſine crimine appareãt. ſi vero in eis obſequiu retineatur, ordinari non debent, ne poſſint ſm voluntatem dominorum in ſeruitutem reuocari.

b ¶ Nullum ſibi in eis obſequium.] Dĩt quidam, quod obſequium, quod conſiſtit in non faciendo, ſcilicet de non vocando in ius, vel quod in reuerentia conſiſtit, vt de aſſurgẽdo, non poteſt patronus remittere quia illud naturaliter debetur, vt C. de bo. lib. l. vlt. C. de in ius voc. l. 2. Sed hoc non eſt verum: quia ſuper eo poteſt libertus tranſigere. ff. de condi. in debi. l. ſi non ſortẽ, §. libertus. & bene concedo, quod generali remiſſione non tollitur (vt ibi dicit) ſed ſpeciali [2] poteſt. Nec tenet quod eſt extra de ſer. non or. cap. nullus. Nõ enim in eo retineri poteſt aliqd iuris, licet ſit arg. contra infr. ead. frequentes. in fi. Ioã. Vel melius dic, quod honeſta cõditio fuit ibi appoſita, quam quia non ſeruabat, degradari iubetur in

Patronus q̃ iura poteſt libertis remittere.

2 Vt ff. de cõdi. & demon. nonnunquã in fine.

Serui ordinati poſſunt quandoque propter ingratitudinẽ in ſeruitutẽ reuocari.

1 Concor. text. in l. 1.

a ¶ Religet.] Hoc obtinet in ſeruis eccleſiæ tantum, vt propter ingratitudinem reuocentur in ſeruitutẽ. 12. q. 2. octaua 1. ẽt ſi presbyter ſit, q. 1. diaconi. ſed in laicis ſecus. nam illi omne ius quod habent in ſeruo, tenen- illa decreta. nullus. Bãr.

c ¶ Ex clericis.] Quod tamen facere non poſſunt, niſi probata cauſa ingratitudinis, vt 15. quæſt. 7. epiſcopus ſacerdotibus.

SI quis.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ neque adscriptitius, neque originarius, neque libertus ordinari debet: nisi probatę vitæ fuerit, & consensus patroni accesserit.

DE rebus. CÆTERVM CASVS. Dicitur hic, ꝙ si serui sine libertate ad ecclesiasticos honores irrepserint, presbyter amissione peculij mulctetur, diaconus det vicarium, vel in seruitutem reuocetur. Cęteri vero ab istis ĩ seruitutem reuocentur: quod probatur: seq. cap. Et est iste secundus articulus huius distinctionis.

a ¶ Cæterum si.] Hic agitur quid iuris sit si seruus ordinatur non adepta libertate. Vnde not. quod si sciente, & contradicente domino ordinatur, reuocatur in seruitutem, etiam si sacerdos factus sit secũdum quosdam, licet Hugo hoc neget [1], vt inf. eo. quis aut. Si sciente & non cõtradicente domino in clerum fuerit ordinatus ex hoc ipse liber sit, & ingenuus vt inf. eo. si seruus secũdo. Si autem Domino nesciẽte distinguitur: aut episcopo sciente, aut ignorante. Si sciẽte episcopo vel eo qui præsentat ipsum ordinetur, duplum restituet domino episcopus vel pręsentas. ĩf. eo. si seruus absente. Si vero episcopo & præsentatore ignorãte, tunc locum habet hoc cap. proxi. infra.

Serui sine libertate ordinati, an sint in seruitutem reuocandi.

[1] Infra c. ꝓxi. de hoc extra de ser. non ordi. cap. 2.

EX antiq's.] CASVS. Quidã episcopus seruos Amãdi eo inscio, & ignorãte ordinauit quosdã in clericos quosdã in diaconos, quos idẽ Amandus in seruitutẽ reuocare volebat: & sic quæstio delata est ad sedem Apostolicam: quare Dominus Papa committit causam istam duobus episcopis, scilicet Martino, & Iusto, redarguẽdo episcopos, qui tales odinant cõtra canones, & cõcilia cũ ex hoc plurimæ quęstiones ad sedẽ Apostolicã deferãtur. Postea pręcipit eis, vt si pręfati Amãdi procuratores ꝓbauerint aliquos de seruis suis non canonice ꝓmotos sic hac forma procedant, vt si presbyter est, amissione peculij mulctetur, & in suo remaneat ordine: Diaconus vero det vicariũ, vel reuocetur in seruitutem: cęteri vero reddantur dño, & nulla gaudebunt defensione

a ¶ Ante

voluerit, gradum amittat: qui iuxta sacros canones, vilis persona manens sacerdotij dignitate fungi non potest.

α ¶ Toletano.] *Sic etiam citatur apud Burchardum, & I uonem. In Panormia vero a vers.* vt quilibet seruus. *citatur ex primo libro capitularium, vbi integrum extat hoc caput, atque etiam caput post hoc, secundum,* De rebus vero illorum.

Item ex concilio Martini Papæ [*.i. ex cap. Mart. episcopi Bracarensis, c. 46.*] — Ex conc. Tolet. 1. c. 10.

¶ Sine patroni consensu non ordinetur, qui patrocinio cuiuslibet est obligatus. C. VII.

SI quis obligatus est tributo seruili, vel aliqua conditione, vel patrocinio cuiuslibet domus non est ordinandus clericus: nisi probatæ vitæ fuerit, & patroni consensus accesserit.

[*Ex concilio Toletano α capitulo secundo.*]

PALEA. C. VIII.

DE rebus vero illorum, vel peculiari †, qui à proprijs dominis libertate donantur vt ad gradus ecclesiasticos iure promoueantur, statutum est, vt in potestate dominorum consistat quidquid ante libertatem habuerunt, vtrum illis concedere, an sibi retinere † voluerint.

Burc. l. 2. c. 231. Iuo p. 6. c. 38. † *al. peculio.*

† *vendicare*] capit.

α ¶ Toletano.] *Hæc palea in capitularibus habetur coniunctè cum palea antecedente.* De seruorũ, *sed apud Burchardum, & Iuonem ex eodem Toletano separatim referuntur.*

Cæterũ si [a] *à Dominis suis libertatem consecuti nõ fuerint, & ad ecclesiasticos ordines aliquo modo irrepserint; presbyter peculij amissione mulctetur; diaconus vero, aut vicarium pro se præstabit, aut in seruitutem reuocabitur: cæteri vero gradus non possunt quenquam à nexu seruitutis absoluere.*

Vnde Gelasius scribit Martino †, & Iusto episcopis.

† *al. Martyrio.*

¶ Seruus si latenter irrepserit ad sacerdotium peculij amissione mulctetur. C. IX.

Sensus in epist. ad episcopos ꝑ Lucaniam, &c. c. 16. Polyc. l. 1. ti. 31. Ansl. l. 7. c 29.

EX antiquis regulis, & nouella synodali explanatione comprehensum est, personas obnoxias seruituti, cingulo cælestis militiæ non præcingi †. Sed nescio, vtrum ignorantia, an voluntate rapiamini, vt ex hac causa † nullus pœne episcoporum videatur extorris. Ita enim nos frequens, & plurimorum querela circumstrepit, vt ex hac parte nihil penitus putetur constitutum. ¶ Actores si quidem illustris viri filij nostri Amandi grauiter cõ queruntur homines suo iuri debitos, alios iam clericos, alios iam diaconos ordinatos, cum non solum post modernum cõcilium (quod tantorum collectione † Pontificum sub omnium salauberrimæ prouisionis assensu constat esse perfectum) huiuscemodi personę suscipi non deberent; verum etiam

† *al. culpa.*

† Adde an omissio dñi seruitio possit religionẽ ingredi. not. in Authen. demo. §. cum aut. coll. 1. in glos. in ver. nec seru⁹ in sum. 19. q. 2.

Iuo p. 6. c. 352. Pann l. 3. c. 164.

† *al. collatione*

3 Adde, an & quando id fiat, no. in l. iubemus. C. de test. vbi vide no. in addi. c. fi. de constit. text. est. & Bar. in l. leges. C. de legibus.

3 De hoc not. sup. ead. c. 2. Ad hoc facit. sup. 50. dist. vt cōsti tueretur. in prin. & c. accedens. Archi.

a ¶Ante fuerint.] Arguitur constitutionem extendi ad præterita 1. 3. q. 4. omnes. & 10. q. 1. sic quædam. arg. contra extra de constitutio. cognoscentes 2.

b Religioso priuilegio.] Ergo vr, ꝙ auferatur ei priuilegium clericale. de hoc arg. 84. dist. quisquis.

c ¶Pecu.

FRequens.] CASVS. Sabinus Marcelianensis vrbis eps ordinauit duos seruos Placidæ, s. Antiochū in presbyterum, & Leontium in clericum. Conquesta est Placida Papæ per suos procuratores. Papa vero reprehendēdo eos, qui talia faciunt, cōmittit causam tribus episcopis, s. Herculētio, Stephano, & Iusto, sub hac forma, vt Leontiū omnino dominæ suæ reddant, si iuste nō poterant refragari: Antiochum vero, qui iā gaudet sacerdotij prerogatiua, si domina vult eū in sua ecclesia collocare, habeat illū nō velut seruū, sed pro ministerio rū celebratione susceptum.

si qui forte in diuinæ cultu militiæ ante fuerint [a] ignorantia faciente, suscepti, eliminati prorsus, & exuti religioso priuilegio [b] ad dominorum suorum possessiones iusta debuerint admonitione compelli. Et ideo fratres charissimi, eos, quos supradicti viri auctores in clericatus officio monstrauerint detineri, discussos, & obnoxios approbatos, custodito legum tramite, sine intermissione restituite: ita vt si quis iam ex his presbyter, reperitur, in eodem gradu peculij [c] sui † amissione mulctatus maneat. Diaconus vero aut vicarium [d] præstet, aut si non habuerit, ipse reddatur. Reliqua vero officia sciant neminem posse ab hac obnoxietate, si conuincitur, vendicari; quatenus hoc ordine custodito, nec dominorum iura, nec priuilegia vlla ratione turbentur.

† al. sui sola.

Item Herculentio, Stephano, & Iusto episcopis.

¶Seruus, clericus factus, seruituti obnoxius maneat. C. X.

Polyc. ibidem. Ansel. l. 7. c. 30.

FRequens equidem, & assidua non querela circumstrepit de his pōtificibus, qui nec antiquis regulas, nec decreta nostra nouiter directa cogitantes, obnoxias possessionibus †, obligatasque personas venientes ad clericalis officij cingulū non refutant.† Nuper enim actores [e] illustris fœminæ Placidæ, petitorij oblatione conquesti sunt, Sabinum Marcellianēses, siue Clusitanæ † vrbis antistitē, Antiochum seruum iuris patronæ suæ (absentis dominæ occasione captata) ad presbyterij honorem vsque perduxisse, eiusque fratrem Leontium clericalis officij priuilegio decorásse. Et ideo, fratres charissimi, inter supradictos actores, & eos, qui extremæ cōditionis repetūtur obiectu, cognitionem vobis nostra auctoritate deputamus, vt omni veritate discussa, si reuera obiectā sibi maculā, iustæ refragationis non poterit ratione diluere [f], Leontiū clericum, quem gradus præfinitus legib. non defendit, ad sequendam conditionis suæ necessitatem modis omnibus reddi [g] iubeatis ✱: Antiochum vero, quia propter sacer-

† al. possessoribus.

Iuo p. 6. c. 354. Pann. l. 3. c. 165.

† al. Cusilli natis.

e ¶Actores.] Id est, procuratores. & sic in causa liberali interuenit procurator, cōtra id 2. qō 6. si qū. Sed ibi loquitur de eo qui impetitur: hic de eo q impetit hic habes, ꝙ ciuiliter agitur, & tñ ad depositionem, sic 47. dist. qm. cōtra regulā illā ff. de mu. & hon. rescripto. & extra de accusatio. qualiter. Sed hoc ideo est, q aliter non posset restitui domino, nisi deponeretur.

Procurator in causa liberali interuenit.

f ¶Diluere,] Hic habes, ꝙ incūbit onus probationis 3 reo, cōtra id 6. q. vlt. ca. vlt. Præterea ei, q est in possessione libertatis. probatio incūbit. Sed dic, ꝙ nō hēt iō cōmoda possessoris, quia uitiose fuit in possessione, vt C. de probatio. l. vis eius. Vel dic, ꝙ ideo probat, quia seruus non pōt interuertere possessionem suam, licet sit fugitiuus. ff. de acquirend. possession. rem quæ nobis.

Probatio quandoque reo incumbit.

3 Potest dici, ꝙ non fuit diu in possessione libertatis, aliàs contra diceret. infr. ea. si seruus sciente, & intelligitur de clerico sæculari, secus de monacho, ut ibi not. secundū Pet.

c ¶Peculij.] Sed nonne peculium domini est? 13. q. 2. illud. quæ ergo est hęc pœnā? Dic peculij, id est, rerum quas post sacerdotium est lucratus, uel forte habuit vnum peculij, & ille auferetur ei.

d ¶Aut vicarium.] Sed vnde dabit, cum nihil habeat? Sed dic, ꝙ suum videtur esse quod inuenitur apud ipsum, & lucratur conniuentibus oculis domini. ff. de ma. l. 3. Dominus enim recipiendo rem à seruo, ipsius videtur approbare dationem. vt C. de conditioni. ob turpem causam. l. ultima similiter seruus reipublicæ cū manumittitur, dabit vicarium pro se, vt C. de serui. reipub. ma. l. 1.

d ¶Vicarium.] Arg. ꝙ quis dando vicarium liberat se. sic 36. qō. 1. de raptoribus. Sed quid si ad præsens non potest habere vicarium, nunquid postea dando pretiū liberat se? Satis credo, quòd sic. arg. C. de patri. qui fil. distra. l. secunda.

Sed quare non conuenit istos coram sæculari iudice, cum seruus fugitiuus, & gerens se pro libero, remittendus sit ad forum domini, licet alibi inueniatur? vt C. vbi & apud quem causa sta. l. 1. Sed hoc facit priuilegium ordinis.

ADDITIO. Dicas, ꝙ in spiritualibus, nec incidenter, nec principaliter pōt laicus iudex cognoscere. extra de ordin. cogn. tuam qui fil. sint leg. lator. cognoscet tamē summatenus an sit vxor, an non: & huiusmodi, qđ dic vt extra de sent. excom. si iudex. lib. 6. ibi videas. Arch.

g ¶Reddi.] Quæri consueuit quare seruus alienus cōsecratus domino reddatur, & non res aliena consecrata, vt 14. q. vlt. comperimus? Rñdeo; quia in rebus inanimatis nullus perpenditur dolus. sic 7. q. 1. episcopus Itē quia ibi est consecratio in superficie, sed in homine est in anima, & lex dicit, ꝙ alia est ratio in homine, quā in alia re. ff. de leg. 1. si domus. §. cum alicui. in fin.

Cōsecratio rei animatæ & inanimatæ est diuersa.

QVis.] CASVS. Maxima illustris fœmina conquesta est domino Papæ per procuratores suos, quod Lucerinus episcopus duos seruos originarios, Siluestrũ. s. & Candidum contra canones, & ea contradicente, in diacones ordinauit. de quo Papa eum reprehendit, & præcipit Rufino, & Aprili epis, vt si vera sint, à sacris officijs repellantur, cũ non sint legitimè ordinati.

a ¶Repellãtur.] Id est, restituatur ei. Et sic habes hic quod plus valet cõtra dictio, quam absentia. cõtra regulam extra de elec. quod sicut 1. Item habes hic, quod id quod post probabile contradictionẽ factũ est, cassatur, nunquid eodẽ modo eo ipso quod aliquid post probabilẽ appellationẽ factum est cassandum est statim; quod vr, vt 2.q.6. quoties, in fi. Dico quod nõ, nisi probetur causa appellationis, vt extra de te sti. ex parte Adæ. ex tra de restit. spo. audita. cum distinctione. extra de appe. interposita, vel dicut ibi, vel hoc est in optione petẽtis, quod maluerit. 2.q.1. i primis. Sed nonne est contrariũ? inf. ea. si seruus ibi. n. episcopus sciens condẽnatur in duplũ. Sed potest esse, quod episcopus condemnetur, & seruus restituatur.

1 Et c.bonę me. 2. dicũt quidam istã regulam locum habere in his quorũ psentia, vel contradictio nõ potest per totum quod agitur cõfirmare, vel infirmare seu infringere, a. liàs secus. vt hic Archid.

GEneralis querelæ.] CASVS. Multi conquesti sũt Papæ Gelasio de epis & abbatib. qui ordinauerant, vel receperãt seruos suos originarios in monasterijs suis: & eos indifferenter ad clericatum admittebãt, quos & reddere cõtradicebant, propter quod clericalis dignitas obfuscatur, & ideo pręcipit Papa epis, vt tales de cætero non ordinẽt; & abbatib. ne eos in monasterijs suis recipiãt, nisi de volũtate dominorũ episcoporũ, & si quos habẽt ordinatos vel in monasterijs receptos, restituant, uel legitimè cum dominis transigant. Nam nihil ecclesiæ deperit si ea quæ sunt aliena reddantur. Si vero contra fecerint, pœnam depositionis & excommunicationis subibant.

LAtor pręsentiū.] CASVS. Flauius cleric9 captus a Normānis amisit digitū sinistræ manus: & propter hoc Robertus episcopus suus misit eum ad Papam cum litteris suis & quæsiuit si posset promoueri. Et tñ. Papa se vidisse qđ acciderat. Vnde commendans epm de sua solicitudine dicit, q si a barbaris sectus fuerit, & alias dignus est, poterit promoueri: cū canones in similib. casibus idem dicant.

Normanni feroces sūt.

h ¶ A Normannis.] de istorū ferocitate habes infra. 7. q. 1. sciscitaris 1.

1 De Vngaris habes de consec. dist. 1 concedimus Arch.

i ¶ Sinistræ.] Idē si

dextræ dum tamen non ſit deformitas magna. extra eod.cap.1.& extra de cleric ægrot in presbyterum. maxime ſi non amiſit aliquem de illis, per quos fit ſignum crucis.

oculum eius eruit. Ideo Rufinus epiſcopus priuauit eum officio presbyterij, poſt hoc factū poſtulabat diaconus in ſacerdotem promoueri duabus rationibus. Tum quia inuitus oculum amiſerat. Tum quia in recompenſationem ſuæ iniuriæ. quod totum Rufinus epiſco-

abſciſſum: ſciſcitans ſi ob hoc ad eccleſiaſticum ordinem valeat promoueri, an non. ¶ Quod & nos reperiētes, quia ſolertia tua magis ſi per hoc ſolicita à ſede Apoſtolica doceri flagitat, normam iuſtitiæ ſemper ſequi exoptans, ſtudium tuæ ſanctitatis merito collaudamus, reuerentiam tuam ſcire volentes, quoniam ſi ita eſt quod à Normānis digitum ipſum habeat abſciſſum, ad promouendum (ſi aliàs dignus fuerit) nil ei nocebit, eo, quod quid de his, qui à dominis vel medicis, ſine à paganis non ſponte tale quid patiuntur, ſacris cēſeant canones, dilectionem tuam latere non credimus.

Item Gelaſius Papa Palladio epiſcopo.

¶ Tempore ſinceritatis dignitas accepta ſequente debilitate non amittitur. C. XII.

Anſel.l.7.c.39. Iuo p.6.c.107. Pann.l.3.c.55. Poly.l.2.tit.31.

PRæcepta canonum, quibus eccleſiaſtica regitur diſciplina, ſicut ad ſacerdotium debiles [a] corpore non patiuntur venire; ita & ſi quis in † eo fuerit conſtitutus, ac tunc fuerit ſauciatus, amittere non poteſt, quod tempore ſuæ ſinceritatis accepit. ¶ Stephanus ſi quidem presbyter petitorio nobis defleuit oblato, quod habetur γ in ſubditis, [Olim ſibi ante annos plurimos collatam presbyterij dignitatem, quam re vera immaculari corporis iudicio † ſuſcepiſſet; ſed nuper propter prouinciæ vaſtitatem (quam Thuſciæ præ omnibus, Barbarorum † feritas diuerſas ſectantium, & ambiguitas inuexerit animorum) dū imminē tes gladios euadere fugæ præſidio niteretur, acutis ſudibus occurrentia ſibi ſepta tranſiliens, inferiores [b] partes corporis inſeruiſſe ſugeſſit, quæ vix adhibita curatione biennio potuiſſent abſtergi †.] Et ideo frater chariſſime ſupradicto locum ſuum, dignitatemque reſtitue, quatenus ſacroſancta myſteria, ſicut conſueuit, exerceat. Neq; enim conuenit, ob hoc auferri ante ſuſceptum ordinem, in quo poſtmodum [c] in inualitudinem corporis caſu probatur racente collapſus.

† in eo actu] Iuo.

† al. iudicio.

† Adde qu[...] de iure di[...] cantur bar[...] bari. no. g[...] in proæ. in[...] ſti. §. quo[...] rum. verb[...] barbaricæ gentes.

† al. abſtringi.

γ Quod habetur.] *Sic eſt emēdatum ex Anſelmo & antiquis codicibus Gratiani. Nam hæc eſt vſitata forma in epiſtolis Romanorum Pontificum, vbi propria verba petitionem ſubiungunt. Antea legebatur:* quod habetur.

2 *Hoc autem non de omnibus membris intelligendum eſt. Qui enim oculum caſu amiſerit licet deſit voluntas; tamē ſacerdotium adipiſci non poteſt.*

Unde Gelaſius † ſcribit Rufino epiſcopo.

† al. Pelagius.

¶ Non ſunt præſtanda iura ſacerdotij cui oculus erutus eſt. C. XIII.

Polyc. ibidem. Anſ.l.11.c.169. *Matt.5.*

SI euangelica admonitio iracundiā nec vſque ad verbū furētem proſilire permittit, ne ſi Racha fratri ſuo quis dixerit, reus ſit gehēnę ignis: quali putamus pœna plectē-

PRæcepta.] CASVS. Presbyter Stephanus inter acutas ſudes amiſit burſam teſticulorū, dum præſidio fugæ niteret euadere imminētes gladios Barbarorū qui Thuſciā præ omnibus prouincijs deuaſtabant: & propter hoc Palladius, eps priuauit eū officio & beneficio. Stephanus vero conqueſtus eſt Papæ de facto epiſcopi. præcepit ergo Gelaſius Palladio epiſcopo, vt ſibi reſtituat vniuerſa quia ſicut canones non patiuntur debilitatos per culpam ſuam in magnis mēbris promoueri: ita promoti per caſum fortuitum debilitati in membris, non debent repelli.

a ¶ Debiles.] Scilicet voluntate, non caſu.

Miles eſſe non poteſt qui caret teſticulis.

b ¶ Inferiores.] Videbatur quod iſte non poſſet eſſe ſacerdos: quia, nec miles eſſe poſſet niſi haberet ad minus vnum teſticulū. ff. de re mil. qui cum vno.

c ¶ Poſtmodū.] Arg. quod licet quis perueniat ad ſtatū à quo nō poteſt incipere, tamē toleratur. 29.q.2. perlatū. 30 q.1. ad limina. 32.q.7. hi, qui &c. neq; Arg. cōtra extra de ætat. & qual. c.1. Solu. hic non fuit in culpa: ibi ſic. 15.q.1.c.fi.

1 Adde hoc quod le. & not. 1. q. 1. cap. 1. in fi. in gl. in ea. eccleſia. Archid.

HOC AVTEM. Hæc eſt ſecūda pars diſt. in qua dr quod in prox. cōtinetur. Ioā. de Fan. & ſic cōtinuatur. dictum eſt ſupra in pluribus capitulis quod non repellitur à promotione qui caſu vel ægritudine vel perſecutione perdidit membrū. Nunc vero dicit Gratianus quod hoc non intelligitur de quolibet membro. Nam qui oculum qualitercunque amiſit, promoueri non debet ad ſacerdotium.

SI euangelica.] CASVS. Quidam diaconus ad tantā iracundiam quendam ſacerdotē prouocauit, quod ille ſacerdos non ſolum percuſſit diaconū fuſte, ſed etiam epiſcopus Papæ ſignificauit. præcipit ergo Gelaſius Papa, vt presbyterum [illegible], & loco eius alium ordinet, nec diaconum in ſacerdotem promoueat.

quia sacri canones nullum casum in monoculo excipiunt, ut promoueri possit, nec ei prodest, quod oculum inuitus amisit: maxime cum ad tantam iracundiam facere [illegible] uerit, ut ille officium, & iste promouendi facultatem amitteret.

bijs uel canonia regulari, & hoc probat per ca. Vrbani, quod solum. cap. continet ius commune. Secunda ibi, [Sed hoc.] Tertia ibi. [Contra.] Ioan. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur. 56. dist. in qua agit Gratianus de filiis presbyterorum, & ostendit qui eorum promoueri possunt, & qui non, allegando pro vtraque parte, & solutionem ponendo.

a ¶ Inuidum esse, qui nõ solum pugno impie percussit in leuitici hominem officio ministerio seruientem; sed quasi nõ sufficeret ad cædem manus, ita (instigante se diabolo) raptus est ad iracundiam, vt fuste non solum percuteret, sed etiã erueret oculum fratris? Et quamuis huiusmodi excessus grauiori esset pęna plectendus; bene tamen fraternitas tua facit ab officio eum presbyterij remouere. Hoc tamẽ solicitudinis tuæ sit, vt locum ei pœnitentiæ cõstituas, & in aliquo eum monasterio retrudas, laica tantummodo sibi communione concessa. In loco autem illius alium te necesse est ordinare presbyterum. Nam illi, cui erutus est oculus, non possunt secundum canones sacerdotii iura concedi. Neque enim aliquid ei prodest, quòd oculum inuitus [a] amisit; cum nec volens quisquam oculum amisisse credẽdus est; nec sanctissimos canones aliquem casum in amissione oculi, qui ad sacerdotium adipiscendum non impediret, suis excepisse [b] regulis inuenimus: sed hoc tantummodo ad prohibitionem sufficisse videmus patribus, vt qui careret oculo, sacerdotii officium adipisci nõ possit. Sed nec illi vllatenus quasi in compensationem iniuriæ [c] sacratus ordo concedi poterit; qui ad tantam sacerdotem proprium potuit iracundiam prouocare [d], vt & ille officium, in quo erat, amitteret, & iste prouectus sui perderet facultatem.

Iuo p. 6. c. 111.

DISTINCTIO LVI.

Presbyterorum [e] etiam filij ad sacra officia non sunt admittendi.

Unde Vrbanus Papa secundus, ait.

¶ Filij presbyterorum à sacris prohibentur officijs. C. I.

Presbyterorum [f] filios [g] à sacris altaris ministerijs remouemus; nisi aut in cœnobijs [h], aut in canonijs † religiose probati, fuerint conuersati.

In concilio Claramõtẽsi, c. 25. & Melphitẽsi, & in cõcilio Inno. 2. c. 19. Setẽtia est in conc. Lateran. sub Alex. iij. p. 19. c. 2.
Ex decret. Gregor. 7. & Vrbani 2.
Ansl. 6. c. 150.
Iuo p. 6. c. 41 st.
Pann. l. 3. c. 51.

† al. canonicis, al. canonicis regularib.

e ¶ Presbyterorũ.] de legitimis filiis nõ est dubium quia licite promoueantur. infra ead. §. cum ergo. sed illegitimi non: si tamẽ sint in monasterijs, vel canonijs regularib. licitè promouentur, vt inf. ea. c. 1. & ext. eo. c. 1. & c. ad abolẽdam. quia ingressus monasterij tollit irregularitatẽ 2, ut 16. q. 1. legi. 19. q. vlt. ca. vlt. & in auth. de monachis. in prin. coll. 1. Licet quidã cõtrariũ dicant, & dñt, quod religio circa eos nõ plus operatur, nisi quod facilius cũ eis dispẽsatur. arg. pro eis. 55. dist. c. præcis. & 50. distin. c. si ille. Et dico epm posse dispensare circa tales, vt ext. eo. veniens. & ca. ex transmissa 3. sed solus Papa dispẽsat cũ eis in epatu, vt extra de el. c. innotuit. Dicunt tñ quidã, quod circa patenas ecclesias immediate habẽdas solus papa possit dispẽsare, arg. ex. eo. ex tua 4. quod non credo, per illã decr. veniens 10. Sed certe solus Papa dispensat in hoc casu, ut extra eod. c. dilectus filius. & extra eod. c. [illegible] vlt. vbi de hoc traditur B.

Filii presbyterorum duplices sunt.

2 Arg. contra extra quod cler. uel uouentes, ca. 2. & de apost. ca. 2. vbi de hoc: & ibi videas.

3 Innoc. intelligit istã decr. de dispensatione Papæ. Aliquod cõtra. eo. ti. conquerẽte. Archid.

4 Dicas secundũ Rayne. & Host. quod in talib. ecclesiis potest episcopus dispẽsare cum filio illegitimo, ut probatur in hac decr. ex tua. cum ibi respondeat ad consultationẽ. Arch.

a ¶ Inuitus.] Arg. est ad qõnẽ, quod si sponsa est oppressa à sponso, nõ posset 1 intrare religionẽ, quia non prodest ei, quod inuita est passa. Quid de hoc fit, in quæstionibus dixi B. Dic, quod ingredi poterit non obstante corruptela: quia non debet esse melioris conditionis malus quàm bonus. nam nemo ex suo delicto, &c. vt ff. de reg. iur. non fraudatur. tamen qui oculum amiserit, remanet tutor, ut C. de excusa. tuto. frater tuus.

† al. Arg. contra 1. 5. dist. eius, secundũ H.

b ¶ Excepisse.] Arg. quòd vbi canon non excipit, nec nos excipere debeamus 2. q. 5. consuluisti.

c ¶ Iniuriæ.] Quia pęna vnius non debet conuerti in præmium alterius. ff. ad Sylla. l. si sequens. ff. quod met. cau. sicut in exceptione. § Pedius.

† pena vnius non debet [illegible] pmiũ [illegible] terius.

d ¶ Prouocare.] Grauius delinquit qui me ad iracundiam prouocat, quàm ego. C. ad l. Iul. de vi priua. quoniam. & 23. q. 5. c. si homo.

Presbyterorum.] Hęc dist. diuidit in tres partes. In prima parte probat quod nullus illegitime natus promouetur, nisi in cęnobijs uel canonia regulari, & hoc probat per ca. Vrbani...

Presbyterorum. CASVS. Quæsitũ fuit an filij presbyterorum sint promouendi? Et rñdet, quod non, nisi in monasterio vel regulari canonia fuerint conuersati.

f ¶ Presbyterorum.] Idem de diaconis & subdiaconis, quia non est alia causa prohibitionis, nisi quia timentur in eis exempla paterni criminis. vt 6. q. 1. si quis cũ. & etiam propter odium paternum, ut 15. q. vlt. c. cũ multæ. & 24. dist. quando.

g ¶ Filios.] Sed nunquid hoc ad nepotes extenditur? & videtur quod sic: quia nomine filiorum nepotes continentur. ff. de verb. sign. liberorum. & argu. ff. ad Maced. filium. Sed non est ita: quia odia sunt restringenda, ut de pęn. dist. 1. pœnæ. ff. de liber. & posthu. cum quidam. tollitur enim vitium per successionem, ut infr. ead. dñs. & licet senator non possit ducere illam cuius pater vel mater artem ludicram fecit: tamen potest illam ducere cuius auus, uel auia artem ludicram fecit, ut ff. de ritu nup. l. lege Iulia §. 1.

Filiorũ appellatione nepotes cõtinentur.

h ¶ Cęnobijs.] Sed ad facilitatem dispositionis referas, ut

Locus non sanctificat.

tas, ut quidam dicunt. Idem est vbicunque conuersentur religiosi: quia locus non sanctificat hominem, vt 40. dist. nō loca. nam conuersati in monasterijs sæpe deteriores sunt alijs, vt 47. dist. quantumlibet.

SED HOC. Hæc est secunda pars huius distinctionis in qua probare vult, quod si boni fuerint, non nocent illis natales parentum. & hoc vult probare per 8. auctoritates. Ioā. de Fan.

CASVS. Dicit Gratianus, quòd supradicta intelliguntur de filijs sacerdotum, qui paternam incontinentiam imitantur. Sed si sunt bonæ vitæ, non solum sacerdotes, sed etiam Papæ fieri possunt. Quod probatur exemplo Bonifacij, Fęlicis, & Agapiti, & multorum aliorum, qui fuerunt filij sacerdotum, & tamen ad summum sacerdotium sunt prouecti.

a ¶Sed hoc intelligendum est.] Istud spectat ad principium capituli.

OSius.] Aliàs Orosius. Omnia ista exempla intellige de his, qui laicali statu, vel minoribus ordinibus orationibus parentum suscepti sunt: quādo suis parentibus licebat vti vxoribus suis. infra eo. cum ergo. Archi.

VNdecunq.] CASVS. Ab hoc loco usque ad §. Contra.] Probat Gratianus peccata parentum filijs nō imputari. est ergo casus istius capituli. Duæ quæstiones factæ fuerunt August. Prima fuit, an peccata parentum filijs imputentur. Et respondet, quod non, si paterna vitia non sequantur. Semen enim hominis ex quocunque homine bonum est, & Dei creatura est. Secunda fuit, an mali filij coniugatorum nuptias vituperent, & respondet quod nō: sicut nec boni filij adulterorum eos ab adulterio excusant.

b ¶Nulla est.] Similis locutio: Vestes quas geritis, sordida lana fuit.

a ¶Sic

2 *Sed hoc intelligendum est* [a] *de illis, qui paternæ incōtinentiæ imitatores fuerint. Verum si morum honestas eos commendabiles fecerit; exemplis & auctoritatibus nō solum sacerdotes, sed etiam summi sacerdotes fieri possunt.* In Pontificali.

[*Vnde Damasus Papa scribit.*]

PALEA C. II.

OSius Papa fuit filius Stephani subdiaconi. Bonifacius Papa fuit filius Iucūdi presbyteri. Fęlix Papa filius Fęlicis presbyteri de titulo fasciolæ. Agapitus Papa filius Gratiani presbyteri. Theodorus Papa filius Theodori episcopi de ciuitate Hierosolyma. Siluerius Papa filius Siluerij † episcopi Romæ. Deusdedit Papa filius Stephani subdiaconi. Fęlix enim tertius, natione Romanus, ex patre Fęlice presbytero fuit. Itē Gelasius natione Afer, ex patre episcopo Valerio natus est. Item Agapitus natione Romanus, ex patre Gordiano presbytero originē duxit. Complures etiam alij inueniuntur, qui de sacerdotibus nati Apostolicæ sedi præfuerunt.

†al. *Hormisdæ.*

Ivo in prologo. Pann. in prologo. c. 30. & lib. 3. c. 62.

¶In nullo vetusto Gratiani codice ascribitur hic nomen Paleæ. In decimo Vaticano, & alijs quibusdam habetur coniunctè cum verbis superioribus Gratiani, à vers. Fælix enim tertius, *vsque ad finem. In alio autem satis etiam emendato ista eadem cohærent cum superioribus: sed post illa verba,* ex patre Gordiano presbytero originē duxit, *sequitur:* vnde Damasus Papa scribit. Deusdedit Papa filius Stephani subdiaconi, Bonifacius Papa filius Iucundi presbyteri, Fęlix Papa filius Fęlicis presbyteri de titulo fasciolæ, Agapitus Papa filius Gordiani presbyteri, Theodorus Papa filius Theodori episcopi de ciuitate Hierosolyma, Siluerius Papa filius Hormisdæ episcopi Romæ. Complures etiam, &c. *Nec vero magnopere mirandum est hæc omnia ex Damaso citari, qui vixit ante istos, qui hic enumerantur. Liber enim qui Pontificalis dicitur, vbi hæc scripta suis locis leguntur, à Damaso cœptus est scribi: ideoque licet ab alijs multa deinde sint addita, retinuit tamen primi auctoris nomen: Iuo quidem etiā fere ista refert ex Gestis Romanorum Pontificum. Omnino partem aliquam huius capitis, saltem illam, quæ in decimo Vaticano habetur, ab ipso Gratiano scriptam esse constat ex verbis Gratiani in extrema præcedente capite, & capite penultimo huius distinctionis. Auctor vero Paleæ, dum vnum per se caput conficere voluit, ordinem perturbauit, præsertim in repetitione Fælicis tertij, & illud Osio temere adiunxit, quod nulli Romanorum Pontificum nomen fuit.*

Hinc Augustinus ait libro de bono coniug. cap. 16.

¶Vitia parentum filijs non imputantur. C. III.

VNdecunque homines nascantur, si parentū vitia nō sectentur, & Deū rectè colant; honesti & salui erūt. Semen enim hominis ex qualicunque homine, Dei creatura est; & eo male vtentibus male erit, nō ipsum aliquando malum erit. Sicut autē boni filij adulterorū, nulla [b] est

Sent. 4 dist. 33. in fine 32 q. 4. sicut, §. vndecunque. Iuo in prologo. & p. 6 c. 415. Pann. in prologo. c. 29.

Patris delictũ an noceat filio.

a ¶ Sic mali filij.] Nota ꝙ bonũ pcedens non excusat malum sequens: nec bonũ sequens purgat malum præcedens, vt 23 q.5. relegentes. & 14. q.5. forte. & cap. neque. Sed verum est, ꝙ non nocet delictum patris filio quantum ad vitam æternam, nocet tñ quo ad ordines item quo ad successionem, vt 6. q. 1. si quis cum. item quo ad alias pœnas, vt 1. q.4. §. item peccato. Mitius tamen loquitur lex de illis, qui spurij sunt, ꝙ non obstet eis hoc, quin possint eligi ad decurionatum, quia non est impedienda dignitas eius, qui nihil admisit 1, vt ff. de decu. spurij. in prin. & l. generaliter. §. spurios. & Boetius; quid genus aut proauos, &c. & Iuuenalis,

Tolletuum Hannibalem. Malo pater ibi Tersiter, dummodo tu sis Æacidæ similis, Vulcaniaque arma capessas: Quam te Tersicæ similem producat Achilles.

† al. adulteriorum] orig. Ad illa verba, Iudas autem genuit, &c.

defensio adulterij †; sic mali filij [a] coniugatorum nullum est crimen nuptiarum.

Itẽ Joannes Chrysostomus homilia tertia in Matthæũ.

¶ De eodem. C. IIII.

Sent. ibidem. Iuo p.6.c.414.

NVnquam de vitijs erubescamus parentum; sed vnũ illud quæramus α, & amplectamur, virtutem videlicet. Huiusmodi enim etiam si alienigenam quis habeat matrem, etiam si fornicatione pollutam, vel quolibet eiusmodi decore sordidatam; nihil tamen de eius aut vilitate fuscabitur, aut crimine polluetur. Quod si fornicatorem ipsum ad meliora conuersum nequaquam prior vita cómaculat, multo magis ex meretrice natus, & adultera si propria virtute decoretur, parentum suorum non de decoratur opprobrijs. *Item infra.* ¶ Non est omnino nec de virtute, nec vitio parentum aut laudandus aliquis, aut culpandus: nemo inde vere aut obscurus aut clarus est: immo etiam (si quiddam à communi β opinione abhorrens dicẽdum est) nescio [b] quomodo ille magis resplendet qui ex parentibus [c] a virtutibus prorsus alienis, ipse tamen fuerit de virtute mirabilis.

α ¶ Quæramus] *In versione, quæ nunc vulgata est legitur*, atq; omnibus studijs assequamur nobilitari propriarum honore virtutum. *Græce integer locus ita habet*, παιδεύων καὶ ἡμᾶς διὰ τούτων μηδέποτε ἐγκαλύπτεσθαι ἐπὶ τῇ τῶν προγόνων κακίᾳ, ἀλλ᾽ ἓν μόνον ἐπιζητεῖν τὴν ἀρετήν.

β ¶ Si quiddam à communi.] *Sic est emendatum ex Græco* εἰ δὲ χρή τι καὶ παράδοξον εἰπεῖν. *Antea legebatur, quemadmodum fere & in vulgata versione, & apud Iuonem*, vt consideratius aliquid dicamus, aut expressius.

Item Hieronymus in epistola ad Pammachium contra errores Joannis Hierosolymitani.

¶ Non parentum, sed propria culpa quemque condemnat. C. V.

Iuo p.6. c. 413.

NAsci de adulterio, non est eius culpa, qui nascitur; sed illius qui generat. Quomodo in seminibus non peccat terra, quę fouet; non semen, quod in sulcis iacitur, non humor & calor, quibus temperata frumenta in germen pullulant; sed verbi gratia, fur & latro, qui fraude, & vi eripit semina; sic in generatione hominum recipit terra, id est vulua, quod suum est [d], receptum confouet, confotum corporat, corporatum in mẽbra distinguit, & inter illas secretas ventris angustias Dei manus semp operatur idemq; est corporis creator & animæ. Noli despicere bonitatem figuli tui, qui te plasmauit, & fecit, vt voluit. Ipse est Dei virtus, & Dei sapiẽtia, qui in vtero virginis ædificauit

1 Nã mala parentum filijs non imputantur. ff. de decu. l.2. §.2. & vlt. & filius fugitiui fugitiuus filius nõ est. ff. de fug. l.1. secũdum Laur.

Eccle. 33. 1. Cor. 1. 2. Iud. 11.

NVnquam.] CASVS. Dicit Ioã. Chryso. quod nunquã filius debet erubescere de vitijs parentum, dummodo sit virtuosus. Nam quantumcũque quis matrem habeat vilẽ & pollutam, nunquã de eius vilitate obfuscabitur vel polluetur: quia si fornicatrix, vel fornicator post pęnitentiã ex vita nõ maculatur, multo minus maculatur filius de meretrice natus, si virtute propria decoratur: immo magis laudandus est quam natus ex bonis & nobilibus parẽtibus, si malitiam sequatur, & malus sit.

b ¶ Nescio.] Hoc vult dicere, ꝙ ille, q natus est ex parentibus prorsus alienis a virtutibus, dum tamen ipse sit bonus, melior est quam ille q natus est de bonis parentibus, licet ipse etiam sit bonus 2.

c ¶ Parentib.] Id est ratione parentum.

NAsci] CASVS. Rufinus natus fuit ex adulterio, & iõ despiciebat creatorem, qui sic eũ formauerat, & culpabilem & peccatorẽ se propter hoc reputabat. Sed Io. Chrysostomus, scribit cõtra eum, & docet, ꝙ propter hoc non debet despicere Dominũ, nec se peccatorem reputare quia nõ ipse, sed qui eum de adulterio generauit, peccauit, semine abutẽdo: sicut nec peccat semẽ, quod in sulcis nascitur, sed peccat fur qui rapit. & consolatur eum duobus exemplis s. Iepte, qui licet fuerit filius meretricis, tñ sãctus fuit. Et exẽplo Esau, qui licet natus fuerit de legitimo coniugio, tamen malus fuit & pessimus.

d ¶ Quod suum est.] Mulieres enim ad hoc natura genuit, vt partus ederent 3, vt C. de indict. vidui. l. 2. & pudor est fœminis nuptiarum præmia non habere, vt 32. q. 2. pudor.

2 Magis. n. admirabilis est, qui exẽplar non habuit, & bonus est: quã qui habuit, & bonus est. arg. 96. dist. in scripturis. Archid.

Mulieres ad quid producuntur.

3 Et est maximum in mulieribus concipere, &c. ff. de ædil. edic. quęritur. §.1.

a ¶ Sanctos.] Tamen in hoc non fuit sanctus, q temerarium iurām voluit seruare, vt 22.q.4. vnusquisque. ADDITIO. Ibi inuenies hanc historiam, secundū Hu.
b ¶ Triticum.] 24.q.1. quoniam vetus.
SPonsus.] CASVS. Dī in hoc c. q Christus, qui quotidie vocat bonos & malos ad nuptias suas nasci voluit ex bonis & malis parētib. ut eius exemplo discamus, vitia parentum nobis non obesse.

bat exemplo Christi, qui nasci voluit de adulterinis commistionibus & alienigenis. dans nobis fiduciam vt vndecunque nascamur, si boni erimus, quod non repellimur a sacerdotio, & quòd Christus natus fuerit de adulterinis commistionibus probat per genealogiam, inci-

dito la tua patria col. 7. Gem. cap. vt commissi. de hæ. in 6. Pa. c. cum secularis. de iu. pa. sed Io. Imol. in prin. so. mat. Phi. Fran. c. Felicis. §. si quis. in glo. ver. Pontificalem, de pœnis in 6. & Præpos. hic dicunt gl. esse veram in maiestate temporali. secus in ecclesiastica. idē Heri. Bohic. in ca. vergentis. de hæret.

sibi domum Iepte inter viros sanctos [a] Apostoli voce numeratus meretricis est filius. Sed audi. Esau de Rebecca, et Isaac genitus hispidus tam mente, quàm corpore, quasi bonum triticum [b] in lolium, auenasque degenerat: quia non in seminibus, sed in voluntate nascentis causa vitiorum est atque virtutum.

Item Augustinus contra Faustum, lib. 22. c. 64.

¶ Iniquitates parentum filijs obesse non possunt. C. VI.

SPonsus [c] ille, qui vocaturus erat ad nuptias bonos & malos, suis cōgruēs inuitatis, nasci etiam uoluit de bonis & malis: quo exemplo discant fideles parentum suorum iniquitates sibi obesse non posse. *Matt. 22.*

¶ *Apud B. Augustinum, lib. 22. contra Faustum, ca. 64. sic legitur.* Fideles enim eius venturi ex omnibus gentibus, etiam exēplo carnis ipsius discere debuerūt, parentum suorum iniquitates sibi obesse non posse. Proinde sponsus ille suis congruēs inuitatis, qui vocaturus erat ad nuptias bonos & malos, etiā nasci voluit de bonis, & malis. *Et ex his compositum est hoc caput.*

Item Gregorius ad Columbum episcopum Numidiæ, lib. 10. epist. 8.

¶ Non aliena culpa, sed propria aliquem ab eo, quo fungitur, deijcit gradu. C. VII.

SAtis peruersum [d], & contra ecclesiasticam probatur esse censuram, ut frustra pro quorūdam voluntatibus quis priuetur, quem sua culpa, vel facinus ab officij, quo fungitur gradu, non deijcit.

Item Hieronymus.

¶ Ex adulterinis nati coniunctionibus a sacerdotio non prohibentur. C. VIII.

DOminus noster Iesus Christus voluit non solum de alienigenis, sed etiam de adulterinis commistionib. nasci nobis magnam fiduciam præstans, vt qualicunque modo nascamur dum tamē eius vestigia imitemur, ab ipsius corpore non separemur, cuius per fidem membra effecti sumus. Et sicut ille verus est pontifex ex adulterinis natus coniunctionibus, ita qualicunque ordine natus sit aliquis tantum † vt perfectam fidem habeat, & quod fide tenet, operibus impleat, sitque litteratus, & vir vnius vxoris, nequaquam a sacerdotio [e] repellitur [f]. Iudas enim

Ans. l. 6. c. 149. Poly. l. 2. tit. 31.

† *al. tamen.*

Ecclesia est Christi sponsa, & non vxor.

c ¶ Sponsus.] Ecclesia vocatur sponsa Christi: quia adhuc per delictum separari * potest ab ipso, sicut spōsa a sponso ante cōsummatum matrimonium, sed in futuro sæculo dicetur vxor, quæ modo sponsa dicitur. 7. q. 1. sicut vir.

* *Non tota, sed ī partib.*

SAtis.] CASVS. Quidam episcopus volebat priuare quosdā clericos officio & beneficio ꝓpter peccata parentum. Sed dicit Greg. satis esse puersum, vt deijciatur ab officijs vel gradu, quē propriū facinus, vel culpa non deijcit.

d ¶ Satis puersū.] Istud c. intelligitur de iā promoto, talis enim pp delictum alterius nō priuatur iure suo. non enim priuādus est quis iure suo, nisi pro grauissimo delicto, ut 16. q. 7. inuentum. & 74. distin. gesta. e cci piūt quidam casum in eo, qui ignoranter adeptus est beneficium pecunia patris, vt 1. q. 5. ca. 1. Sed illud ideo pdit quia furtiua est. Sed quid si pater cōmisit crimē læsæ maiestatis, non ne filius priuandus est beneficio, cū sit infamis factus? vt 6. q. 1. si qs cum. & infames ꝓmoti etiam deijciūtur, vt 6. q. 1. īfames. Non, quia cum clericus sit, est a iurisdictione principis exemptus † vt 96. dist. duo. 1. q. 4. §. ecōtra. in fi. Itē fallit illud extra de eccle. ædi. adi. ad audientiam 2. & ext. de cle. ægro. c. 2. vbi quis sine culpa, priuatur iure suo: hoc tamen scias, q multoties quis punitur sine culpa, sed non sine causa, vt extra vt lit. nō contest. quoniam. supra 34 dist. si cuius vxorem.

Patris delictum etiam grauissimū non tollit filio beneficiū

† Exēptus. Idē Aloe. l. quisquis. C. ad leg. Iul. maiest. Lud. Ro. sin. 686. Ang. tracta. male. verbo. ehe hai tra.

DOminus noster.] CASVS. Hiero. fuit interrogatus an ille qui nascitur de adulterio, repellatur a sacerdotio. Et respōdet q nō, si est bonæ vitæ. & hoc probat exemplo Christi ...

incipiens a Iuda Patriarcha, qui cum Thamar nuru sua incestum & adulterium commisit, & ex illa generatione plures nati sunt, post quos Dauid, ex quibus Christus originem duxit.

e ¶ A sacerdotio.] Nō intelligas, q ipso iure possit promoueri: sed hoc ideo dicit: quia eps tenetur in hoc casu dispensare, quia dispensatio quandoque est debita, vt dixi 50. dist. vt constitueretur.

Filij sacerdotum an sint serui ecclesiæ.

f ¶ Repellitur.] Sed nonne filij sacerdotum serui sunt eccle-

ecclesiæ? vt q. 15. q. vlt. cū multæ. qualiter ergo promouentur non adepta libertate? Sed dic, quòd illud loquitur de his, qui quasi legitimè & solenniter ducunt 1, vel derogatum est ei contraria consuetudine. 4. dist. §. leges.

reas imagines, & aliàs sibi nocendo.

a ¶ Fraterna discordia.] Quam habuit contra Isaac. 32. q. 4. recurrat.

b ¶ Potestas.] Hanc olim habuerunt potestatem mulieres, vt de licētia, vel ptāte ipsarū viri possent accedere ad ancillas suas 2, & filij ita nati dicebātur potius filij dñæ q̃ ancillæ: sed erat legalis filius dominæ, & carnalis filius ancillæ. ita secundū legem Mosaicā mulieres poterant adoptare filios 3: sed secundum legem Iustiniani non possunt, nisi filij eius sint in acie admissi, vt Inst. de adop. §. fœminæ.

1 Scilicet vt vxores, non vt concubinas, & ita ēt intelligitur. 8. d. quidā secundam Vinc. Goff. & Inno. qui ita no. extra de cohabi. cler. & cap. 2. De hoc not. 23. dist. eos, Arch.

2 Vt 32. q. 3. dixit.

3 Adde sacerdotes habere idē ius cum mulieribus. nota. in l. 2. §. lud. & in l. si pater. §. fi. & in l. si arrogator, penul. ff. de adop.

Ismael Gen. 38. Ruth. 4.

patriarcha concubuit cum Thamar nuru sua, & ex illo concubitu nati sunt Phares, & Zaran. inde postea Salmó, q̃ fuit dux in deserto: inde Obeth α; inde quoq; Booz, inde postea Iesse, qui fuit pater Dauid. Ex illa ergo progenie origo ducitur Christi, qui verus sacerdos est: ideoque si filij eius sumus; quæ ipse fecit, nos imitari debemus.

α ¶ Inde Obeth.] *In primo capite Euangelij S. Matthæi, Booz dicitur genuisse Obeth.*

Item Augustinus de vnico baptismo contra Donatistas; lib. 1. c. 15.

¶ A populo Dei non separat aliquem materna conditio, sed propria culpa. C. IX.

Iuo p. 8. c. 61. Panu l. 6. c. 47.

ISmael, vt separaretur à populo Dei, non obfuit mater ancilla, sed obfuit fraterna discordia: [a] nec profuit potestas [b] vxoris, cuius magis filius erat; quia per ipsius iura coniugalia, & in ancilla seminatus erat, & ex ancilla susceptus.

CONTRA. Hæc est tertia pars huius distin. in qua probat contrariū eius quod præmittitur. Ioan. de Fan.

CASVS. Hactenus probauit q̃ peccata parentū filijs nō imputantur. Nunc vult probare cōtrarium per sequens cap.

3 *Contra Bonifacius martyr scribens Echeldcbaldo Regi Anglorum.*

¶ Vitia parentum etiam ad posteros transferuntur.

C. X.

Iuo p. 8 c. 224.

SI gens Anglorum (sicut per istas prouincias diuulgatum est, & nobis in Francia, & Italia improperatur, & ab ipsis paganis improperium est) spretis legalibus connubijs, adulterando, & luxuriando ad instar Sodomiticæ gentis fœdam vitam duxerit; de tali commistione meretricum æstimandum est degeneres [c] populos, & ignobiles, & furentes libidine fore procreandos, & ad extremum vniuersam plebem ad deteriora, & ignobiliora vergentem, & nouissimè nec in bello sæculari fortem, nec in fide stabilem: & nec honorabilem hominibus, nec Deo amabilem esse venturā: sicut alijs gentibus Hispaniæ, & Prouincię, & Burgundionum populis contigit: quę sic à Deo recedentes fornicatæ sunt, donec iudex † omnipotens talium criminum vltrices pœnas per ignorantes β legem Dei, id est † per Saracenos venire, & sæuire promisit [d].

† al. vindex

† al. etiam

SI gēs. CASVS Improperabātur Bonifacio in Italia & Frācia, & ēt ab ipsis paganis, q̃ gēs Anglorum ducebat fędam vitā adulterando & fornicādo ad ad īstar Sodomiticæ gētis. Scribit ergo Bonifacius martyr Regi Anglorū, dicēs non esse mirum, si nuper fuit in bello deuictus: cū ex tali cōmistione vilis gēs oriat, & libidinosa, nec Deo amabilis: & hoc probat exemplo Hispanorum & Prouincialiū & Burgūdionū, qui tā diu fornicati sūt donec per Saracenos puniti & deuicti fuerunt.

c ¶ Degeneres.] Quo ad fortitudinē & nobilitatem, vt 35. q. 3. quædam.

β ¶ Per ignorantes.] *In epistola B. Bonifacij martyris, (quæ vnà cum multis alijs extat manuscripta in codice sæpe memorato bibliothecæ Dominicanæ) legitur*: per ignorantiam legis Dei, & per Saracenos; &c: *cum qua lectione concordant aliquot vetusta Gratiani exemplaria, & fere etiam Iuo.*

d ¶ Permisit.] Not. q̃ pp delictū pmittit: Deus iferri 4 pœnas vt 5. q. 5. non omnis. 16. q. 1. & tēporis. & c. reuertimini. & 7. q. 1. sciscitaris.

4 Ad hoc 23. q. 5. remittitur. & §. hinc notandum. & quæst. 4 si quos. Arch.

sup. ead. c. presbyterorum.

Vnde [e] Vrbanus in fine superioris capitis distinguendo subiunxit.

VNDE. Illud vnde, ita continuatur: peccata parentum nocent filijs: vnde non possunt promoueri: nisi in cœnobijs: vel nisi dispensetur cū eis. Quod sequitur, planum est vsque ad cap. apostolica.

ISmael. CASVS. Abraham auctoritate & licentia vxoris suæ, scilicet Saræ cognouit Agar ancillā, & ex ea genuit Ismaelem, qui repulsus fuit à populo Dei. non ideo quia natus fuerat de ancilla sed quia faciebat iniuriam fratri suo Isaac, compellendo ipsum adorare ter-

e ¶ Vnde.] Illud vnde, continuatur ei quod dixi supra in illo. §. sed hoc. in prin.

APostolica] CASVS. In quadam ecclesia episcopali duo fuerunt clerici: vnus fuit electus ab ecclesia, & canonicè, qui dignior erat, altero electo ab ecclesia: & digniori obijciebatur, quod erat filius sacerdotis. Super hoc fuit consultus Papa, qui mandat electum canonicè consecrandũ, nõ obstante eo quod dicitur filius sacerdotis: si aliàs dignus inueniatur.

gitimi sine dispensatione promouerentur.

QVOD AVTEM. CASVS. Obijcit Gratianus sibi in hoc §. & postea soluit dicens, quod illud quod dictum est sup. in c. vndecumque, quod vitium originis non imputatur semini: videtur contrariũ ei, quod dicitur in Ecclesiastico,

¶Si religiosi inuenti fuerint filij sacerdotum, ordinentur. C. XI.

¶Rubrica huius capitis abest ab aliquot vetustis (neque enim est vlla capitis distinctio) & praeponitur sequenti capiti, apostolica.

NIsi aut in cœnobijs; aut in canonijs † religiosè probati fuerint conuersari. †al. canonicis.

Item Alexander II.

¶De eodem. C. XII.

APostolica auctoritate præcipimus vobis, vt si eum, qui ab ecclesia [a] electus est, altero digniorem esse, canonicamq; eius electionem probaueritis; fulti nostra auctoritate consecretis. Nam pro eo, quòd filius sacerdotis dicitur, si cæteræ [b] virtutes in eum conueniant, nõ reijcimus; sed suffragantibus meritis conniuendo eum recipimus. Ansel. l. 6. c. 29.

Hoc autem, quod de filiis sacerdotum dicitur, ex dispensatione ecclesiæ introductum videtur, & quod ex dispensatione introducitur, ad consequentiam regulæ trahi non poterit.

Vnde Vrbanus Papa II. scribit Bartholomeo Turon. archiepiscopo.

¶Filij sacerdotum non prohibentur ab episcopatu, si cæteræ virtutes in eis inueniantur. C. XIII.

COenomanensem electum [c] pro eo, quòd filius sacerdotis dicitur, si cæteræ virtutes in eum conueniunt, non reijcimus; sed suffragantibus meritis patienter suscipimus: non tamen, vt hoc pro regula in posterum assumatur: sed ad tempus [d] ecclesiæ periculo consulitur. Ansel. l. 6. c. 29. Pann. l. 3. c. 53.

Cum ergo [e] ex sacerdotibus nati, in summos Pontifices supra leguntur esse promoti, non sunt intelligendi de fornicatione [f], sed de legitimis coniugijs nati: quæ sacerdotibus ante prohibitionem vbique licita erant, & in orientali ecclesia vsque hodie eis licere probatur. supra c. Osius.

Quòd autem uitium originis semini imputari negatur [g], videtur esse contrarium illi sententiæ: [Adulterorum filii abominatio sunt Domino.] Sed sicut supra dictum est de presbyterorum filiis; ita & hoc de filiis adulterorũ intelligendum videtur, vt illi dicantur esse abominatio Domino, ad quos paterna flagitia hæreditaria successione descẽdunt. Similiter & illud Vrbani intelligendum est, quod ipse scribit Petronio Legionen. episcopo. Sapien. 3. sed paulo aliter.

a ¶Ab ecclesia.] No. quòd dicitur ab ecclesia electus, qui à maiori parte capituli est electus, vt extra de elect. cum nobis. & ad munici. quod maior. extr. de elec. cum inter. in prin.

Electus à maiori parte capituli dicitur electus ab ecclesia.

b ¶Cæteræ.] Impropriè ponitur, sic 26. dist. deinde 1. vel nomine cæterorũ, omnes 2. comprehẽduntur, vt ff. de verb. sig. cæterorum.

1 Sic infra c. proxi.
2 De hoc ẽt leg. & not. 50. dis. ut cõstitueretur. & secundũ hoc dic. cæteræ, id est, si omnes. Arch.

HOC AVTEM. Dicit Gratianus, quod supradicta cap. in quibus dictum est quod filij presbyterorũ possunt promoueri, ex dispensatione loquũtur, nec faciunt regulam generalẽ, quod probat seq. cap.

COenomanensẽ.] CASVS. In ecclesia Cœnomanen. electus fuit in episcopum quidam filius sacerdotis: quare quæsiuit Barth. Turonẽ. archiepiscopus, an propter hoc eum deberent repellere. Et respondet Papa, quod non, si aliàs bonus est: non tamen volumus vt in posterum hæc regula recipiatur, sed vt ad tempus necessitati ecclesiæ consulatur.

c ¶Electum.] Hodie non sunt tales eligẽdi, sed postulãdi a solo Papa quia metropolitanus cum electo in episcopũ non posset dispensare, vt extra de electio. innotuit.

Illegitimi sunt postulandi.

d ¶Sed ad tempus.] inf. 1. q. 8. tali Ioan.

CVM ERGO. Iste §. respicit illum §. sup. sed hoc intelligẽdũ: Et dicit Gratianus, quod illi qui dicantur ibi esse promoti in summos pontifices intelliguntur esse nati non de fornicatione, sed de coniugio legitimo: quod olim fuit licitum omnibus sacerdotibus: nunc autem licet tantum orientalibus.

e ¶Cum ergo.] Respicit primum §. huius dist.

f ¶De fornicatione.] Non dicit bene: quia si essent legitimi sine dispensatione promouerentur.

QVOD AVTEM. (cont.) sialtico, quod adulterorum filij abominatio sunt Domino: Sed dicit illud sic esse intelligendum, sicut intelligitur quod supra dictum est de filiis presbyterorum, ut illi tantum dicantur abominatio esse Domino, qui paterna uitia uel flagitia eorum sequantur.

g ¶Negatur.] Supra ead. vndecumque.

Quia.] CASVS. Hoc c. intelligitur ex dispensatione, sicut illud cap. Cœnomã. Petronius qui de adulterio natus est, fuit in epm Legion. electus qui post electionem ad Apostolicum veniens humiliter est confessus: Papa vero audiens ipsum esse bonæ famæ, & bonæ

a ¶Sacerdotibus.] *Hic ostendit aperte Gratianus, se in ea fuisse opinione, aliquando in Latina ecclesia presbyteris etiam licuisse vti coniugio, quod in ecclesia Græcorum & olim, & nunc permissum est. Id uero minimè ita esse superius initio dist. 31. est ad notatum. De illis uero, quos antea narrauit creatos fuisse summos Pontifices, dicendum est eos, antequam patres ipsorum vllo sacro ordine essent decorati, fuisse generatos.*

¶De eodem. C. XIIII.

Pann.l.3. c.54.

tal. dicitur.

QVia simpliciter ad sedem Apostolicam veniens humiliter peccatum confessus es, quod pontificij tui videbatur officium impedire; videlicet, quòd ex matre non legitima procreatus sis, quam viuente propria vxore pater tuus cognouisse dignoscitur † [a]: Nos Apostolicæ mansuetudinis gratia admonëte, à cæteris, quæ sacerdotium impediunt, criminibus, tam tui professione, quàm fratrum testimonio, qui tecum sunt, immunem te agnoscëtes, & vitam [b] tuam religiosam audientes, ab huius te peccati vinculo absolutum in suscepto sacerdotali officio cõfirmamus [c].

DISTINCTIO LVII.



Item, qui in ægritudine [d] constitutus baptizatur, presbyter ordinari non debet.

Unde in Neocæsariensi concilio, cap. 12. legitur.

¶Non ordinetur presbyter, qui in ægritudine constitutus baptizatur. C. I.

Poly.l.2.tit.31. Burch.l.4.c.43. Iuo p.1. c.237. & p.6. c.101. tal. &

SI quis [e] in ægritudine constitutus, fuerit baptizatus, presbyter ordinari non debet. Non enim fides illius voluntaria, sed ex necessitate est [f]: nisi fortè postea [g] ipsius studium, & fides probabilis fuerit, aut † hominũ raritas [h] exegerit.

¶*Quod canon hic statuit, videtur multo ante in Romana ecclesia obseruatum, quemadmodum ex epistola Cornelij Papæ de Nouatiano patet, cuius verba relata ab Eusebio Historiæ Eccles. lib. 6. c.35. istuc spectantia hæc sunt:* Qui quidem, ubi exorcistarum præsidio, spiritu illo malo esset liberatus, & post in tam grauem morbum, ut iam fermè mori putaretur, incidisset: in lecto, in quo decumbebat, aqua circumfusus baptismum accepit: *& paulo post, cum de ipsius ordinatione agit, adiungit:* Qui quidem episcopus, non solum ab vniuerso clero: sed etiam à



Tẽ qui in ægritudine.] CASVS. Hic intitulatur 57. dist. in qua dr homine in ægritudine baptizatum non promouendum.

d ¶Aegritudine.] In hac dist. traditur, quod qui baptizat in egritudine, nõ est promouendus: & est intelligendum de tali, q cũ sanus esset, distulit baptizari: sed timore mortis petiit baptismũ, causa aũt huius cõstitutionis est, quia præsumitur nõ verè pœnitens, qui mortis causa est pœnitẽs, & sic psumantur peccata non esse ei dimissa: si tñ statim moreretur, psumeret ecclesia peccata ei dimissa esse, vt de pen. dist. 7. nullus. & sic ecclesia circa idem factũ habet cõtrarias præsumptiones, sed diuerso respectu de consecr. di stin. 4. perlatum.

SI quis.] CASVS. Quæsitum fuit in cõcilio Neocæsarië. an ille, q est in ęgritudine baptizatus debeat ordinari presbyter. Et rñ quòd non; quia fides illius non præsumitur voluntaria, sed metu mortis facta: si tamẽ postea bonę vitæ appareerit, aut raritas hominum exegerit, poterit promoueri.

e ¶Si quis.] Intellige adultus. nam pueri ab hęreticis baptizati promouentur, vt 1.q.4. placuit.

f ¶Sed ex necessitate est.] Præsumitur. & sic canõ præsumit hoc in deteriorẽ partem 2. similiter 30.q. 5. alter. Sed cum hęc irregularitas p ouenit à peccato & baptismus tollat peccatum: quare nõ tollit irregularitatẽ ipsi? Rñ. quia baptismus inducit hanc irregularitatẽ: de nõ potest eã tollere: quia eadẽ res nõ põt hre contrarios effectus, arg. extra de bap. m ...

Baptizatus in ęgritudine non est promouendus.

Baptismus, an tollat irregularitatem.

a Scilicet, q peccata nõ sunt ei dimissa: & hęc p sũmptio nõ põt tolli per baptismũ: cũ sm Lau & Ioã. eã inducat: sed tollitur per aliã præsumptionẽ. s. per sequentem bonam conuersatio nem, ut in c. continetur. Arch.

bonæ uitæ ab his qui secum erant, ipsum confirmauit in dignitate ex dispensatione.

a ¶Dignoscitur.] Arg. contra. ff. de acq. hæred. sed & si de sua.

Vbi de hoc. Sed si aliqd est pro me, &c. ut not. 51. dist. c.2.

b ¶Et uitam.] Ex quo plura fecerunt pro ipso, & tantum unum faciebat contra ipsum, & non debuit impediri eius promocio. 28. dist. de syracusanæ. & 13. dist. duo mala r.

c ¶Confirmamus.] Et hoc fit ex dispensatione. Ioan. ipres. ult a med. ... sic & hæc tãq tã inooff. ... fic sup. 25. dist. ... sic eadẽ causa nõ ... obligatione & liberatione, ut ff. de sol. ... hom ...

g ¶Postea.] Et ita per sequens ... eliditur præcedens præsumptio. sic de consecr. dist. 4. ... 34. q 1. cum per bellicam. sic quandoque præsumptio sequens elidit præcedentem, ut ff. de in integ. restit. ...

h ¶Raritas.] Arg. q propter raritatem hominum aliqua concedantur, vt 55. dist. cap. priscis. 1. q. 7. talis: item.



Tem ex monachali.] CASVS. Supra in 54. dist. dictum fuit, quod serui ordinari non debent, nisi voluntas dominorum accesserit. Sed quia in quibusdam locis monachi seruis comparantur, cum non habeant propriū, nec sint suę voluntatis, vt 12. q. 2. nō dicatis. idō Gratia. ponit hanc 58. dist. in qua ostēdit monachū ad ecclesiasticū officiū non promoueri nisi de volūtate proprij abbatis, & etiam de consensu cōuentus.

Clericus sine sui prælati licentia non est trāsferendus.

a ¶ Item ex monachali.] Supra 55. d. c. priscis. dixerat, quòd monachi possunt fieri paroch alibus ecclesijs: sed ne crederet aliqs, quod hoc posset fieri sine licentia abbatis: ideo ponit hanc dist. &c.

NVll⁹.] CASVS. Quæsitū fuit a Gregorio, an episcopus possit monachū promouere ad officiū clericatus, vel ad dignitatem. Et respondet, quod non, nisi eum abbas obtulerit propria voluntate sibi. Quod sequitur, planū est, vbi dr̄, quod fit ex dispensatione, ad consequentiā trahi nō debet ad quod inducit sequen. cap.

b ¶ Abbas.] Nota, quod nullus monachus potest promoueri ad ecclesiasticos honores, nisi cū licētia abbatis, vt 16. q. 1. si qs monachus. &c. cum pro vtilitate. idē intellige de quolibet clerico, vt sine licentia prælati sui nō possit ab episcopo transferri 1. ad alium locū, cum nec clericus episcopi ab archiepiscopo, quia omnium consensus est requirendus quorum ius læditur, vt 54 distin. nullus. 9. q. 3. per singulas. Et non solum voluntas abbatis est requirenda, sed ēt monachorum, vt 19. q. 3. statuimus. Nam hæc est quædam alienatio. vnde non potest fieri sine consensu omnium, vt 12. q. 2. sine. Io. & quod dicitur de episcopo, credo falsum si causa subest. extra de excess. præla. sicut.

1 Idem no. hic Hug. & Lau. in vtroque dicto. Ad qđ facit quod leg. & not. 7. q. 1. eps de loco. & idē sentit hic Ioan. de Fant.

q. 1. monachos. & c. in parochia. Itē quod canonicus sæcularis possit esse, vr̄ 74 dist. quorundā. Itē quod vice dn̄s epi possit esse, vr̄ quia eps debet habere testimoniū à monachis, vt 2. q. 7. cū pastoris. sed œconomū debet hr̄e eps, vt sit ei testis, vt 16. q. 7. qm̄ in quibusdam. ergo potest esse

multi, laicis vetitus; quoniam minimè licebat quenquam in lecto propter morbum baptizatum, sicut huic contigerat, in clerum assumi; magnopere postulabat, sibi potestatem dari, huic soli manus in sortem presbyterij imponendi.

DISTINCTIO LVIII.



Tem ex monachali [a] *habitu nullus assumitur ad ecclesiasticum officium, nisi fuerit oblatus voluntate proprij abbatis.*

Vnde Gregorius scribit Mariniano episcopo Rauennati, lib. 7. epistola 18. paulo aliter

¶ Monachus non ordinetur clericus, nisi voluntate abbatis episcopo fuerit oblatus. C. I.

NVllus ad ecclesiasticum officium ex monasterio producatur monachus; nisi quem abbas [b] loci admonitus propria voluntate obtulerit episcopo. & in Afri. c. 475

Item ex concilio Carthaginensi 5. c. 13.

¶ De eodem. C. II.

SI quis de alterius monasterio repertum α, vel ad clericatum promouere voluerit, vel in suo monasterio maiorem [c] monasterij constituere β: episcopus, qui hoc fecerit, a cæterorum communione seiunctus, suæ [d] tantum plebis communione contentus sit; & ille neque clericus γ, neque præpositus perseueret.

α ¶ Repertū.] *Græcè legitur,* ἐάν τις ἀπ' ἀλλοτρίου μοναστηρίου ὑποδέξηται τινα, i. si quis ab alieno monasterio receperit aliquē.
β ¶ Constituere.] *Antea sequebatur,* sine licentia abbatis, & monachorum: *quæ verba sunt expuncta: quia absunt à concilio Carthag. & Africano, & plerisque vetustis Gratiani codicibus.*
γ ¶ Clericus.] *Sequebatur,* neque canonicus, *quæ ob easdem causas sunt sublata.*

DISTINCTIO LIX.



Tem [e], *qui ecclesiasticis disciplinis imbuti, & temporum approbatione discussi non sunt, ad summum sacerdotium non aspirent.*

Vnde ait Zozimus Papa ad Isichium Salonitanum episcopum. epist. 1.

SI quis.] CASVS. Dicitur in hoc c. quod eps non potest alienum monachum promouere ad clericatum, vel facere abbatem in suo monasterio, nisi de voluntate proprij abbatis: quod si fecerit, coione suæ plebis sit cōtentus, & promotus remouebitur ab eo qđ accepit.

Monachus potest in ecclesia sæculari esse prælatus.

c ¶ Maior ē.] Ex hoc loco vr̄, quod monachus possit esse prælatus in ecclesia sæculari. quod eps possit esse, nō est dubiū, vt 18. q. 1. statutum. Itē quod plebanus possit esse, habes 16.

esse œconomus, vel vicedominus epi. & istud H ad mit tit. arg. contra 19. q. 1. de præsentium. De hac materia notaui 16. q. 7. in nona. pōt tn̄ intelligi 2. quod hic dicitur, de ecclesia monachali, quæ episcopalis etiam fuit.

d ¶ Suæ.] Si. supra dist. 18. placuit. Sed contra infra 4. q. 5 c. 3. Dic vt in dicto c. placuit.

2 Et verè secundum Laur. secundum quem iste intellectus, qui sequitur est verus: sic etiā intellig i 74 d. quorundā. secundum Lau.

Tem qui.] CASVS Supra dist. 51. in aliquo fecit mentionē de illiteratis & promotis sine interstitijs temporum, & inde sumpta occasione specialem ponit Gratianus tractatū de his, docēs tales nō esse promouendos. Casus istius c. hr̄ sup. 36. dist. qui ecclesiasticis.

e ¶ Itē.] Dictum fuit sup. dist. 50. non confidat. & 55. d. priscis.

1 Vel aliter ...su.51.di. quæ ...in aliquo te... ...itmentionē ...de illiteratis, ...& de promo... ...is sine inter... ...itijs tēpo... ...ū, inde sum... ...ta occasio... ...e specialem ...onit Grat. ...ractatū de ...is, docens ...ales nō esse ...romouen... ...los s̄m B.

priscis, ꝙ nullus ordinandus est nisi seruatis interstitijs temporū, ideo ostendit hic ꝙ ad instar sæcularium dignitatem nullus per saltum est ordinandus 1.

SI officia.] CASVS. Quæsitum fuit in episcopi debeant promouere aliquos in episcopos vel presbyteros, gradatim aliquis promouetur. Et reprehendit quosdam episcopos qui quærentes pompam in multitudine presbyterorum ordinabāt eos in locis solitarijs, vt eis ordines conferrent, quibus aliud conferre non possunt.

a ¶ Si officia sæcularia.] Idest, sæculares non deferunt principem locum ingressis, &c.

b ¶ Quis.] Nota modum argumētandi, ex quo ita est apud sæculares iudices, eodē modo erit apud ecclesiam. si. 31. dist. tenere. & c. si laicus. 3. q. 5. quia. 19. q. 3. monasterijs. sic. 12. q. 2. cū deuotissimā. Et est argu. ad quæstionem illā, q si aliquis est legitimatus a principe, ꝙ apud ecclesiam est legitimus, qđ non credo, arg. ad hoc ext. q. fi. sint legi. per venerabilem. de hoc not. 10. di. c. 1. ibi videas. Arch.

Legitimatus a principe n̄ est apud ecclesiā legitimatus.

c Saltu.] Gradatim .n. deferēdi sunt honores, vt 93. dist. legimus. & in fi. & ff. de mu. & ho. vt gradatī. nā casum appetit q ꝑ abrupta ascensum quærit, vt 48. d. si at.

Gradatim ascenditur ad honores.

d ¶ Stipēdia.] Nota ꝙ magis præsumit̄ pro illo qui plura stipendia hēt in ecclesia: q. i. is gradus cæteros antecedit, quē labor prolixior & stipēdia longiora fecerunt anteire, vt C. de off. ma. off. nemo. & 61. dist. miramur.

Præsumitur plus pro illo qui plura habet stipēdia

e ¶ Rarum.] Sic infra 93. di. legimus 2.

2 Et 2. q. 7. in sancta, & sub hoc, & ideo cum hoc nō sit rarum, nō est magnum. Laur.

HOc.] CASVS. Quidā ex laicis honoris desiderio inflāmati repēte fiebāt sacerdotes, & epi: qui licet nondū didicissent in ecclesiastica militia famulari, tamē duces esse volebant, & locum regiminis obtinere: qđ reprehēdit Gregorius, & prohibet ne fiat.

f ¶ Tōsurant.] Arg. ꝙ nullus debet tōsurari ad hoc, vt dignitatē cōsequatur 3, ut 16 q. 7. placuit. Qui d iuris sit de hoc, ibi notaui: licet sit arg. contra 63. di. bene. Io. H. dicit ꝙ ipsa spes non inducit simoniam, dum tñ non interueniat pactio: quia sola animi destinatio non inducit simoniā, vt extra. vt ecclesia, bene. vt nostrum. Alij contrarium dicunt, vt arg. 8. q. 3. Artaldus. Io. & certe decretalis vr̄ dicere, ꝙ sola spes inducat symoniam, extra de symon. c. vlt.

3 Ad hoc ex. de elec. cum ad nostram. Spes verum inducat simoniam.

¶ Non aspiret ad summum sacerdotium, qui ecclesiasticis disciplinis non est imbutus. C. I.

Ansel. l. 6. c. 28. Iuo p. 5. c. 102. † tēpus] orig. † al. ordinatores eius careāt

QVi ecclesiasticis disciplinis imbutus per ordinē non est, & temporum † approbatione diuinis stipendijs eruditus, nequaquam ad summum ecclesiæ sacerdotium aspirare præsumat: & non solū in eo ambitio inefficax habeatur, verum etiam in † ordinatores eius: vt careant eo ordine, quem sine ordine contra præcepta Patrū crediderant præsumendum.

Idem α *eadem epistola.*

Studij. CASVS. Neapolitani elegerũt Petrum in episcopũ: sed quia dicebatur simplex & vsurarius, mãdat Gregorius, vt alium eligant cũ illo de eadem ciuitate, vt si ille fuerit reprobatus, secundus confirmetᷓ, sic dixit H. in summa. Beneuen. sic dixit: Neapolitani elegerunt Petrum minus idoneum: quia idoneus non inuenitur, præcipit Greg. vt alium inueniant de eadem ciuitate, in quem electio eorum valeat declinare, quẽ si non inuenerint, graue ipsius cleri erit opprobrium. Potest tamen dici, ꝙ antequam inuentus esset minus Idoneus, mandauit eis, vt alium inuenirent in eadem ciuitate, & hoc videtur melius literæ consonare.

a ¶Declinare.] Argu. ꝙ ecclesia põt in duos consentire, vt si vnus non obtineat, alter saltem obtineat. arg. 85. dist. archidiaconum, & 8. q. 1. in scripturis maximè vbi diffidũt de iure suo, vt extra de postu. bonæ Sed nõ ne priuati debẽt esse iure suo, Vt extra. de elec. cũ in cũctis? Sed hæc & similia loquunᷓ in eo casu, qñ eligẽtes latebat vitiũ electi. sic 28. dist. de Syracusanæ ẜm alios secũdus põt eligi sub cõditione, vt si primus non obtineat, secundus maneat, vt 85. dist. archidiaconum Florentinum, si extra de electio. cũ terra. sic 7 q. 1. quamuis. & ca. pastoralis. Hodie euacuatur totum per cap. Inno. 4. quod incipit, in electionibus. de elec. lib. 6.

Ecclesia potest in duos consentire.

1 Dicas ꝙ hic non dr̃ quod alium debeat eligere antequã Petrus reprobetur: dicitᷓ, vt ꝓuideant alium quem Petro reprobato eligant & hoc planum est. Archid.

α ¶Palea.] *Hæc palea abest ab omnibus vetustis exemplaribus Gratiani, quæ sunt collata. Extat autem in regul. S. Benedicti, ex qua nonnulla sunt emendata.*

Item Gregorius clero, & nobilibus ciuibus Neapolitanis lib. 8. reg. epist. 48.

¶De eodem. Cap. XV.

Ansel. l. 6. c. 13.

† quo] orig.

† *vt si forte huic ordini hic non videatur idoneus.*] orig.

STudij vetusti, sit etiam alium, qui aptus sit, prouidere, vt † si forte Petrus, quem à vobis electum asseritis, huic ordini non videatur idoneus; sit in quem † se vestra declinare [a] possit, electio. Nam graue cleri illius erit opprobrium, vt si hic fortasse approbatus non fuerit, alium se dicant, qui eligi debeant, non habere.

Item Gregorius Barbaro episcopo, lib. 11. epist. 16.

¶De eodem. Cap. XVI.

Io. dia. l. 3. c. 21.
Deusdedit p. 1.

OBitum Victoris Panormitanæ ciuitatis antistitis directa relatio patefecit. Quapropter visitationis destitutæ ecclesiæ fraternitati tuæ operam solenniter [b] delegamus. Quam ita te conuenit exhibere, vt nihil de prouentib. clericorum, redditu, ornatu, ministerijsque, vel quidquid est in patrimonio eiusdem a quoquam præsumatur, ecclesiæ. Et ideo dilectio tua ad prædictam ecclesiam properabit, & assiduis adhortationibus clerum, plebemque eiusdem ecclesiæ admonere festinet, vt remoto studio [c], vno eodemque consensu talem sibi præficiẽdum expetant sacerdotem, qui tanto ministerio dignus valeat reperiri, & à venerandis canonibus nullatenus respuatur. Qui dum fuerit postulatus, cum solennitate decreti omnium subscriptionibus roborati, & dilectionis tuæ testimonio literarum ad nos sacrandus occurrat. ¶Commonemus etiam fraternitatem tuam, vt nullum de altera eligi permittas ecclesia; (nisi forte inter clericos ipsius ciuitatis, in qua visitationis impendis officium, nullus ad episcopatum dignus, quod euenire non credimus, potuerit inueniri) prouisurus ante omnia; ne ad hoc α, cuiuslibet conuersationis, vel meriti laicæ personæ aspirare præsumant; ne & conatus eorum habeatur inefficax, & periculum [d] ordinis tui (quod absit) incurras. Monasteria autẽ, si qua sunt in ipsius constituta parochia [e], sub tua cura, dispositioneque, quousque illic proprius fuerit ordinatus episcopus, esse concedimus.

Polyc. ibidem.

α ¶Ne ad hoc.] *Similis clausula est etiam eodem lib proxima epistola 17. & lib. 2. indict. 10. epist. 19. Benenato episcopo, &*

OBitũ.] CASVS. Mortuo epõ Panormitano Gregorius posuit ibi quendam visitatorẽ, cui quatuor commisit, vt admoneat clerũ & plebem dignã ꝑsonã in episcopum eligere: & vt de alia ecclesia nullũ ibi eligi patiatur, nisi ĩ ea non inueniretur idoneus. Nec aliquis laĩcus ad hoc officium aspirare ꝓ̄sumat: & vt omnia monasteria eius dispositione regãtur, quousque illis ꝓprius episcopꝰ fuerit ordinatus.

b ¶Solenniter.] Idest ita plene quasi episcopus omnia disponet, vt 12. q. 1. quoniam Velina.

c ¶Studio.] Idẽ, dissẽsione, vel inuidia.

d ¶Et in periculũ.] Et ita videtᷓ ꝙ si vitiosa sit electio, imputatᷓ visitatori. Et per hoc. c. dicit Hu. visitatorem habere ius ĩ electione, vt ĩ. c. proximo. & 63. d. plebs. alias non vr̃ quare pateretur pœnam Sed dico, ꝙ nõ plus habet iuris, q̃ ꝑ canonem exprimatᷓ. argu 18 q. 2. hoc tantum. vnde non dico ipsum posse eligere, vt 63. di. §. ex his. ea autem facit visitator, quæ per sacerdotes non possunt expediri, vt 7. q. 1. pontifices. Item nisi intra annũ procuret, ꝙ sit ibi eps ipse remouetur. 8. q. 1. constitutum. & viuet de rebus ecclesiæ. 12. q. 2. charitatem, &c. ecclesiasticis. Item visitator dare potest prębẽdas & ecclesias vacantes. vt hic inuenitᷓ in fi. c. & 12 q. 2. nõ liceat.

Visitator an ius habeat ĩ electione.

e ¶Parochia.] In tota diœcesi habebit iste ꝓuisionem vt 12 q. 1. quoniam Velina, vt patet in fine capituli.

Catinẽsis ecclesiæ.] CASVS. Defuncto episcopo Catinesi Pelagius commisit Eucarpo episcopo illius ecclesiæ visitationem, & negotia gubernanda donec ibi per ipsum pastor dignus eligatur: præcipit ergo ei vt illuc pergat, & de eodem clero talem eligi faciat, qui nec vxorem habeat, nec filios, & qui non sit criminosus: & eo electo Romam veniat consecrandus.

ne pro defectu. nã non currit præscriptio contra illum, qui non poterat eligere, vt extra de concess. præben. & eccle. non vacan quia diuersitatem. & argu. C. de anna. excep l. 1. in fi. C. de inoffi. test. contra. ff. ex quibus cau sis ma. l. quod quidam 4.

epist. 26. Ioanni episcopo Scyllaceno, & lib. 7. indict. 2. epist. 25. Fortunato episcopo Neapolitano. Ex quibus locis, collatis veteribus codicibus harum epistolarum emendatus est hic locus, ut nõ multùm discrepet ab antiqua lectione Gratiani. Verùm in recentioribus editionibus epistolarum. B. Gregorij in epistola hic citata legitur. ne ad id cuiuslibet conuersationis, vel meriti laicam personam aspirare permittas.

Item Pelagius Papa Eucarpo Messanensi episcopo.

¶De eodem Cap. XVII.

Catinensis ecclesiæ visitationem tibi iniungimus, cuius episcopum de hac luce transisse suscepta cleri relatione didicimus. Impossibile [a] enim est, vt nos in prouincia illa duntaxat in Syracusanis partibus alij cuilibet causas, quę ad Deum pertinent, committamus, nisi fortè talem per te Deus nunc in Catinensi ecclesia eligere voluerit; de cuius conscientia possimus esse securi, vt à te labores istos paululum remouere possimus. Mox ergo dilectio tua ad supradictam Catinensem ecclesiam pergat, & hominem de clero, qui nec vxorẽ habeat, nec filios [b], nec crimen aliquod canonibus inimicum, eligi cum auxilio Dei compellat [c], atque suadeat: & statim eum ad vrbẽ Romam cum decreto, & testificatione relationis tuę transmitte.

Polyc. ibidem. Ansel. l. 6. c. 44.

Item Gregorius Passiuo episcopo, lib. 10. epist. 13.

¶Qui in episcopum eligitur, non sit reus criminum, quæ sacra lex morte punit. Cap. XVIII.

Bene nouit fraternitas vestra, quàm longo sit tempore Aprutium † pastorali solicitudine destitutum †: vbi diu [d] quæsiuimus, qui ordinari debuisset, & nequaquã potuimus inuenire. Sed quia Opportunus mihi in moribus suis, in psalmodiæ studio, in amore orationis valde laudatur, & religiosam vitam omnimodo agere dicitur; hunc volumus, vt fraternitas vestra ad se faciat venire, & de anima sua admoneat, quatenus in nobis studijs crescat. Et si nulla ei crimina, quæ per legis sacræ regulam morte mulctanda sunt, obuiant, tunc hortandus est, vt vel monachus [e] vel a vobis subdiaconus fiat: & post aliquantum temporis, si Deo placuerit ipse ad pastoralem curam debeat promoueri.

† *Aprutium ciuitas.*] orig. † *destituta.*] orig.

Cui autem visitatio iniungitur, nihil de rebus eiusdem ecclesiæ a quoquam præsumi patiatur.

Vnde Gregorius Gaudentio episcopo, lib. 4. epist. 12. seu cap. 56.

a ¶Impossibile.] id est, non cõmode aliter fieri potuit: quia iste erat vicinus 1. sic sumit. ff. de ver. sign. nepos proculo. Item dicitur impossibile quod non est honestum. ff. de con di. institu. filius. Itẽ quod non instè fit. 24. q. 2. sane. 22. q. 2. faciat homo.

Impossibile multipliciter dicitur.
1 Ad hoc C. de cur. fur. l. penu. ff. de ele. & effu. cum sane. ff. locati. cum plures. §. 2.

b ¶Nec filios] Tamen alias quãtũ ad sæculares honores ꝓsunt filii, vbi filius pro anno cõputatur ff. de miuor. l. 2. Sed nunquid istud est cõtra præceptum Apostoli, qui dixit vnius vxoris virum? Solu. hic loquitur quãdo pręsumptio est, ꝙ ꝓpter filios dilapidet bona ecclesię. sic 28. distinct. de Syracusanæ. & tũc dabit cautionẽ, & faciet inuẽtarium 12. quæst. 1. sint manifestæ. Idẽ dico đ nepotibus, vt in authe. quomodo oportet episcopos. § 1. coll. 1.

Filius q̃nq; facit quem præsumi maiorem.

c ¶Compellat.] Ergo aliquis potest cogi ad episcopatũ 2. sicut ad alios ordines; vt 40. dist. ante omnia. 92. distinct. si quis episcopus per manus. 74. dist. placuit Ioan.

Episcopatũ suscipere potest quis cogi.
2 Hoc non habetur hic sed potius clerici sunt compellendi ad faciendam electionem secundum Hug. & sic nõ bene arguit glo. Arch.

Bene nouit] CASVS. Aprutiana ecclesia diu fuit destituta pastore, & lõgo tẽpore quæsiuit Gregorius, nec ibi dignũ potuit inueniri. Tandem inuentus est ibi quidã Opportunus laudabilis vitæ quare præcipit Gregorius Passiuo epõ, vt illũ Opportunum moneat, vt in bonis studiis crescat: & si nulla crimina ei obstant, monachus vel diaconus fiat: & demum episcopus consecretur.

d ¶Vbi diu.] Argumentum, quòd differri potest electio 3. cum non inuenitur idoneus & licet aliqui intra tempus statutum iusto impedimento detenti non eligant, non priuantur electione, vt extra de electione

Electio ex causa potest differri.
3 Etiã cuiuscunq; beneficii. Laur. Et p hoc vide quod leg. & [illegible]

e ¶Vel monachus.] Sed quare monachus? forte quia erat monasterium cui deerat prælatus. Vel ideo quia si est monachus, citius potest promoueri ad sacros ordines, vt 77. distinctio. monachus. Sed nonne hic diutius expectabitur, quã m per tres menses quod esse non debet, vt 50. dist. postquam. sic su. eod. Osius, & 7. quæst. 1. constitutum.

e ¶Vel 4 Ex pdictis patet, ꝙ tẽpus deputatum ad electionem celebrandam est vtile non continuum: nam nõ currit iusto impedimento detẽtis: nec etiam ignorantibus. Archi.

Quoniam

Quoniam Festus.] CASVS. Capuanus archiepiscopus Romæ defunctus est, & ideo Papa præcipit cuidam episcopo, vt illuc visitator accedat, & nil de rebus ecclesiæ minui patiatur, sed & clerum & plebē illius loci moneat, vt in vigilijs mortuorum, & in obsequio

¶ Non patiatur à quoquam præsumi de rebus ecclesiæ, cui eius fuerit iniuncta visitatio. Cap. XIX.

Ansl.1.5.c.12.

Quoniam Festus Capuanæ ecclesiæ episcopus in Romana ciuitate positus de hac luce migrauit; curæ nobis fuit (quæ vniuersis ecclesijs à nobis impenditur) ad fraternitatem tuam præsentia scripta dirigere, vt memoratæ ecclesiæ visitator [a] accedas; sic tamen, ut nihil de prouentionibus† clericorũ, redditu [b], ornatu, ministerijsque, vel quidquid præfati loci esse patuerit, à quoquam præsumi patiaris; sed omnem vigilantiam, atque cautelam circa clerum, plebemque eiusdem ecclesiæ exhibere conuenit, vt in vigilijs, obsequioque ecclesiastico sedulò, ac deuotè debeant deseruire.

† al. prouectionibus.

DISTINCTIO LXII.

Breuiter [c] *monstratum est, ex quibus ordinibus in quos gradus sunt eligendi. Nũc videndum est, à quibus sunt eligendi, & cõsecrãdi. Electio, clericorũ est* a: *petitio plebis. Vnde Leo Papa Rustico Narbonensi episcopo, epist. 90. al. 92. c. 1.*

a ¶ Est.] *In vulgatis codicibus sequebatur*; consensus principis. *In manu scriptis uerò partim legitur*, consensus plebis, *partim*, petitio plebis.

¶ Non sunt habendi inter episcopos, qui nec à clericis eliguntur, nec à plebibus expetuntur. Cap. I.

Poly. l. 2. tit. 1.
Burch. l. 1. c. 2.
Ansl. l. 6. c. 74.
Iuo p. 5. c. 65.
† al. comprouincialibus.
† al. non.
infra 1. qõ. 1. si qui.

Nvlla ratio sinit, vt inter episcopos habeãtur, qui nec à clericis sunt electi; nec à plebibus [d] expetiti, nec à prouincialibus † episcopis cum metropolitani iudicio consecrati. Vnde cum sæpe quæstio de malè accepto honore nascatur, quis ambigat nequaquam istis esse tribuẽdum [e], quod nec† docetur [f] fuisse collatum? Si qui [g] autem clerici ab istis pseudo episcopis in eis ecclesijs ordinati sunt, *&c. vt infra in causa simoniacorum.*

Item Cœlestinus, Papa ad episcopos Appuliæ, & Calabriæ, epist. c. 3.

Polyc. l. 6 tit. 1.
Burc. l. 15. c. 13.
Iuo p. 16. c. 14.
Deusdedit p. 1.

¶ Populus non debet præire, sed subsequi. C. II.

Docendus est populus non sequendus: nosque, si ne-

quio diuino sedulè seruiat & deuotè.

a Visitator.] Hic habes, ꝙ Papa visitationis committit officium. Sed an metropolitanus possit visitatorem constituere, sicut præses curatorem, ut Institu. de curat. §. ult. Non credo. Ioan. Ego dico, quod sic, cum non inueniam prohibitum argumentum. extra de sent. excom. nuper. B.

Visitatorē quis cõstituere põt.

b ¶ Redditu.] A quo custodiri debent, bona uacantis ecclesiæ, notaui infra 2. q. 2. charitatem, & c illud.

Breuiter.] CASVS. Supra dictum est, ex quo ordine, & in quem debeat quis promoueri, & ꝙ laici non debeant in epōs eligi. Nunc vero docet, quod clericorum est eligere. & populi consentire.

c ¶ Breuiter.] Nunc hic ostendit, ꝙ clericorum sit eligere, populi cõsentire. Ostēdit ēt ꝙ si aliqs fuerit cõsecratus sine auctoritate metropolitani, deponit. 51. dist. q in aliquo. ver. si.

Nvlla rõ.] CASVS. Quidã episcopi non fuerunt electi à clericis, nec à populo expetiti: nec metropolitani iudicio consecrati. Quæritur de istis talibus episcopis, & de ordinatis ab eis, an debeant inter episcopos, & ordinatos reputari? Et rñ. Leo Papa ꝙ non: potest tñ dispensari cũ clericis ab eis ordinatis, vt infra 1. q. 1. si qs à pseudo epis.

d ¶ Nec a plebib.] Consensus plebis requirit in electione, & eo ipso cõsentiũt, ꝙ perhibent ei testimonium, quia testimonium plebis æqualet electioni, ut 24. dist. c. 1 & 67. di. reliqui. Sed qd si aliqs est cõsecratus, qui non habuit cõsensũ plebis, nunquid cassabitur consecratio? vr ꝙ sic, in odium consecrantium & eligentium cũ contẽptus est: licet ex gratia populus sit reqrendus vel vocãdus, vt 16. qõ. 7. decernimus. 31. q. 2. cap. 1. & 70. dis. c. 1. Nã semp consensus plebis est requirendus, vt 8. q. 1. licet. Item quia laicus potest excipere cõtra electũ, & dicere ꝙ ei inuito nõ est dandus eps, ut infra 63 di. c. si fortè. &c. Hadrianus. H. dicit si oritur scandalum ex hoc, ꝙ cassanda sit electio, & consecratio, sed dico 1 nõ iõ cassandã, licet nõ affuerit, quia plura exiguntur, quæ tñ omissa non vitiant factum. argum. 30. qõ. 5. nostrates, quia huiusmodi, leuia omissa non vitiant rem, vt ff. de ventre inspicien. l. 1. in fin. eo ipso autem intelligitur laicus consentire, si non dissentit, vt 54. dist. si seruus. ff. solut. matr. l. 2. §. ult.

Consensus plebis est in electione requirendus.

1 Et benesecundũ Lau. & Io. de Fã.

e ¶ Tribuendum.] Isti tamen dant ordinem, & habent eum: sed nõ iustè, vt inf. de consec. dist. 4. nullus autem.

f ¶ Nec docetur.] Si extra de iure pat. quòd autem.

g ¶ Si qui.] 1 qõ. 1. sacerdotes, & cap. si qui à pseudo episcopis.

Docendus.] CASVS. Quidam populus nolebat episcopum eligere, nec ꝑmittebat eligere clericos, quasi-

quæsitum fuit à Cœlestino quid in hoc casu sit faciendum. Et respondet, populum esse docendnm, vt prohibita non attentet: qui si non corrigitur, punietur ecclesiastica seueritate, scilicet excommunicatione.

a ¶ Per seueritatem.] Scilicet excommunicationem. ferro.n.resecāda sūt vulnera, & c. vt 16.q.1.in canonibus.

quicunque laicus canonicam electionem voluerit disturbare. debet Anathematizare donec obediat.

d ¶ Communem] Cum ergo hæc tria requiruntur .s. communis, consonans, & canonica, si vnum istorum de est, vitiosa est electio, vt arg. 38. dist. quæ ipsis. non. n. sufficit

Electio sit cōis, consonans, & canonica.

sciunt eos quid liceat, quidve non liceat, commonere, nō his consensum prębere debemus. Quisquis verò conatus fuerit tentare prohibita: sentiet censuram sedis Apostolicæ minimè defuturam. Quæ enim sola admonitionis auctoritate nō corrigimus, necesse est, vt per seueritatem [a] congruentem regulis vindicemus. Per totas ergo hoc, quæ proprijs rectoribus carent, ecclesias, volumus innotescat, vt nullus sibi aliqua spe forsitan blanditus illudat.

Nisi autem canonicè electus fuerit, cōsecrari non dēt. Vnde Calixtus Papa secundus.

¶ Non consecretur in episcopum, nisi canonicè electus. Cap. III.

NVllus [b] in episcopum, nisi canonicè electum consecret. Quod si præsumptum fuerit, & consecrans & consecratus absque recuperationis spe deponatur.

In Pontificali est mentio huius decreti.

DISTINCTIO LXIII.

LAici [c] verò nullo modo se debent inserere electioni.

Vnde Hadrianus Papa in octaua synodo Constantinopoli sub ipso celebrata.

¶ Laici electioni Pontificum non se inserant. Cap. I.

NVllus laicorum principum, vel potentum semet inserat electioni, aut ꝓmotioni Patriarchę, metropolitę, aut cuiuslibet episcopi, ne videlicet inordinata hinc, & incongrua fiat confusio, vel contentio; pręsertim cum nullam in talibus potestatem quenquam potestatiuorū, vel cæterorum laicorum habere conueniat. *& infra.*

Ansl. 6.c.23. & 72. Iuo p.5.c.222. Pann. l.3.c.8. Deusdedit p.1.

¶ Quisquis autem sæcularium principum, & potentium, vel alterius dignitatis laicus aduersus communem [d] & consonantem, atque canonicam electionem ecclesiastici ordinis agere tentauerit: anathema sit, donec obediat, & cōsentiat, quidquid ecclesia [e] de electione, & ordinatione proprij præsulis se velle monstrauerit.

inf.c.proximo. Poly.l.2, tit.1.

NISI. CASVS. In hoc. §. & seq. c. dr̄, ꝙ episcopus cōsecrari nō debet, nisi fuerit canonicè electus. & casum ꝑ te videbis.

b NVllus.] ¶ Deponatur] 1. q.1. si quis episcop⁹ &c. si qui episcopi. sup. dist. 50. ex pęnitētib. sup 36. distin. qui ecclesiasticis.

LAici.] Hęc dist. diuiditur in quatuor partes. In prima ꝓbat ꝑ 8. auctoritates sanctorum, quòd laici non debent eligere, nec electioni interesse nisi vocati. Secunda ibi, [Cōtra.] Tertia ibi, [Principib⁹.] Quarta ibi, [Verum qa.] Ioan. de Fan.

CASVS. Supra dictū est, ꝙ electio est clericorū Sed quia laici volebāt interesse electionib⁹ clericorum, ideo supponit hanc 63. dist. in qua primo ostendit, ꝙ laici non debent interesse electionibus vsque ad §. [His omnibus.] Deinde probatur contrarium. Deinde in §. [Electiones] ponit solutionem.

c ¶ Laici] In precedenti dist. ostensum est, quòd laici tantū debent cōsentire electioni plenius hic ꝓsequitur, ꝙ nullo modo debent interesse 1. & hoc facit usque ad illum §. [His omnibus.] deinde probat cōtrarium vsque ad illum §. [Electiones.] & ibi soluit, deinde ostēdit q̄ priuilegia fuerunt Imperatoribus data circa electiones, quæ postmodum fuerunt eis ex causa ablata. Vltimo dicit, ꝙ religiosi viri nō sunt excludēdi ab electionibus. ergo hęc veritas, ꝙ nullus laicus debet interesse electioni, ēt in cōuentuali ecclesia, nisi hoc habeat ex cōsuetudine præscripta, vt extra de iure pat. nobis 2. licèt. H. dixerit, ꝙ ibi potest bene patronus interesse, ut 18.q.2 abbatem, & hoc c. dicit intelligi de non patronis: æqualiter autem est patronus, qui minus dat, sicut qui plus, qa vnus pōt supplere per operam, quod ei deest in patrimonio. ff pro. solut. l.5 & plenius no. 16.q.7 pie.

1 Vel facias continuationem non ad proximā distin. sed ad 61. dist. ubi dicit, ꝙ laici non debent eligi, sic nec eligere, vt in hac dist. Io. de Fan.

Electione nullus laic⁹ debet interesse.

2 Idem not. infra ea. dis. lectura.

NVllus.] CASVS. Hadrianus Papa prohibet in hoc c. vt nullus laicus, etiam in maxima positus dignitate se inserat electioni Patriarchæ, & archiepiscopi; &

sufficit electionem esse communem, nisi sit canonica, vt hic. & 79. dist. c. 1. & c. antepen. 3. Item est hic arg ꝙ si aliqui separatim cōsenserunt in aliquem, quod talis consensus non valet, quia nominationem citra concilium publicum factæ non valent, vt 2. qō. 6. nominationes, & priuata conuenticula in electionibus prohibentur, vt 79. dist. c. 1. & c. nullus. H. arg. contra 63. dist. quanto. extra de electio. quod sicut, & extra de postu. bonæ 2. io fi. & seruitus separatim conceditur. ff. de serui. rustico. prædi. per fundum. Dico nulla talem esse electionem, cum sit clandestina, vt extra de electio. quia propter. ad finem. Ioan. Hoc hodie determinatum est extra de elect. in Genesi. vbi dicitur, quòd singulares electiones non valent. Bar.

5 Argu. ad hoc 92. dist. ca. pe. & ibi de hoc. arg ad hoc 18. qō 2. si quis abbas.

e ¶ Ecclesia.] Ecclesiam hic vocat viros ecclesiasticos; quandoque vocatur congregatio fidelium, vt infra de consecra. dist. 1. ecclesia. De hoc dixi. 7. q. scire.

Hadria-

Hadrianus.] CASVS. Ignatius Patriarcha Constantinopolitanus iniustè fuit depositus, & Photius loco eius substitutus quam præsumptionem Nicolaus voluit remouere, sed morte præuentus non potuit, sed Hadrianus successor eius misit nuncios tres Constantinopolim ad Basilium Imperatorem, & ad filios eius, cũ quibus fuit Cancellarius Romanæ sedis, & ibi octaua synodus congregata, duo fecit. Primo Photium deposuit, & Ignatium restituit. Secundo constituit, ut clericorum sit electio tantũ, & ꝙ nullus laicus interat se electioni Patriarchæ metropolitani vel episcopi, sed silere debet, & attendere quid clerus faciat, nisi à clericis inuitaretur ad remouendos, & impugnandos malos.

a ¶Disposuerat.] Arg. successorem debere consummare quod antecessor inchoatur, ut hic 1. & 12. q. 2. hęc huius & q. 5. quia. 1 Et 1ª. q. 1. dudum.

ADDITIO. Adidẽ extra de rescrip. litteris. ubi de hoc & 11. q. 3. si episcopus ante damnati. Papa tamen non tenebatur ad hoc, nec hoc dicitur quòd teneretur: bene tamen fecit. B.

b ¶Augustos.] No. ꝙ filij Imperatorum dicuntur etiã Augusti, quia sperabatur, ꝙ essent futuri Imperatores, & quasi ꝑ augurium hoc sperabatur. Vel sicut Imperator dicitur Augustus, q̃a illius propositi debet esse, ꝙ augeat; sic & filius pôt dici Augustus, quia & hoc propositũ debet hr̃e, cũ habebit imperium 2.

Imperator quare dicatur Augustus.

c ¶Bibliothecarius] .i. cãcellarius, supra 21. dist. submittitur.

2 Hoc valet ad solutionẽ eius q̃d habetur 21. dis. nũc autem. 7. q. 1. in apibus. L.

d ¶Cõsecrationes.] hæc sunt verba concilij

e ¶Laicorum.] infra 96. dist. bene quidẽ.

f ¶Ad contractandum.] idest, simul tractandum.

g ¶Inuitatur.] Hinc inuitantur laici ad electionem, alibi ad sermonẽ faciendũ, vt 23. distin. mulier. quandoq; ad causas mr̃imoniales, vt 35. q. 5. ad sedem causis autem fidei intererunt etiam nõ uocati, vt 96. di. vbi nam. Sed nunquid subscribent laici? arg ꝙ sic 7. q. 1. eps de loco. 3.

Laici ad aliqua spũalia inuitantur.

3 Ad idem quod leg & no. inf. ead. quanto in gl. ex hoc loco. in fi. &c.

¶Hic citantur partes quædam vigesimi secundi canonis octauæ synodi sub Hadriano Papa II. habitæ, & ab Anastasio Bibliothecario latinitate donata.

Item ex octaua synodo, actione prima.

¶De eodem. Cap. II.

Ansl. li. 6. c. 23. Iuo p. 5. c. 122. Pann. li. 3. c. 8. Deusdedit p. 1.

Hadrianus Papa secundus (quod Nicolaus prædecessor eius disposuerat [a]) missos suos, Donatum s. Hostiensem episcopum, & Stephanum Nephesinum episcopum, & Marinum diaconum sanctæ Romanæ ecclesiæ ad Basilium Imperatorẽ, & ad filios eius Constantinũ & Leonem Augustos [b] Constantinopolim direxit, cum quibus & Anastasius bibliothecarius [c] Romanæ sedis, vtriusq; linguæ Græcę & Latinę peritus perrexit, & synodo congregata (quam octauam vniuersalem synodum illuc conuenientes appellauerunt) exortũ schisma de Ignatij depositione, & Photij ordinatione sedauerunt, Photium anathematizantes, & Ignatium restituentes. In qua sic statutum est: Consecrationes † [d], & promotiones episcoporum concordans prioribus cõcilijs clericorum electione, ac decreto episcoporum collegij fieri sancta hæc & uniuersalis synodus deffinit & statuit: atque iure promulgat, neminem laicorum [e] principum, vel potentum semet inserere electioni, vel promotioni Patriarchæ, vel metropolitæ, aut cuiuslibet episcopi; ne videlicet inordinata hic, & incongrua fiat confusio, vel contentio; prędsertim cum in talibus nullam potestatem quemquam potestatiuorum, vel cęterorum laicorum habere cõueniat, sed silere, & attendere sibi vsquequo regulariter à collegio ecclesiæ suscipiat finem electio futuri pontificis. Si vero quisquam laicorum ad contractandum † [f], & cooperandum inuitatur [g] ab ecclesia, licet huiusmodi, cum reuerentia, si fortè voluerit, obtemperare se asciscentibus. Taliter enim dignum pastorem sibi regulariter ad suam ecclesia † salutem promouet *a*.

Cap. 22.

Poly. li. 2. tit. 1.
† *Promotiones & consecrationes.*] orig.

† *al. concertandum*] orig. & alij collect.

† *al. & Ecclesia.*

a ¶Promouet.] *Si hic additur ver.* Quisquis. *ex capite antecedente, erit integer 22. canon 8 synodi. In vulgatis sequebatur vox,* clerus, *quæ in vetustioribus est glossa interlinearis.*

Caput rest collectoris arbitratu compositum.

Item ex historia Tripartita, lib. 7. c. 8.

¶Electioni episcoporum Imperator interesse non debet. Cap. III.

Valentinianus Imperator veniẽs ab oriẽte ad Hesperias partes (vt refert historia ecclesiastica) mortuo. Auxẽtio Arrianæ perfidiæ magistro, qui Mediolanensem

Valentinianus.] CASVS. Cũ ecclesia Mediolan. vacaret pastore, mortuo Auxentio hæretico, qui Mediolan. ecclesiã, vt lupus diluniarat, venit ab Oriente Valentinianus Imperator, & suasit epis cõgregatis, vt talẽ in archiepiscopũ eligerẽt. cui etiã ipse Imperator se syncere submittere possit: episcopi verò cum rogarent Imperatorem, vt eligeret, ipse noluit assentiri. demum Ambrosium elegerunt nondũ baptizatum. vnde Imperator gratias referens, quod electus esset ad saluandas animas: cui curam corporum commiserat, confortauit cum

ecclesiam vt lupus dilaniauerat, cũ vellet catholicũ, Deo ordinante, ibi consecrare episcopum, euocãs episcopos α hæc eis locutus est. Nostis apertè, eruditi quippe diuinis eloquijs, qualem oporteat esse pontificem, & quòd non deceat eum verbo solo [b], sed etiam conuersatione gubernare subiectos, & totius semetipsum imitatorem virtutis ostendere, testemque [c] doctrinæ conuersationem bonam habere. Talem itaque in pontificali cõstituite sede, cui & nos, qui gubernamus imperium, sincerè nostra capita submittamus [d], & eius monita, dum tanquam homines delinqueremus necessariò, velut curãtis medicamenta suscipiamus. Hæc cum dixisset Imperator, petijt synodus, vt magis ipse decerneret sapiens, & pius existens. At ille, super vos α [e] est, inquit, talis electio. vos enim gratia diuina potiti, & illo splendore fulgentes, melius poteritis eligere. Tunc sacerdotes egressi de episcopali sede tractabant. *& infra.* ¶Cum autem ordinatione diuina Ambrosius nondũ baptizatus, electus [f] fuisset; exultans Imperator ait. Gratias ago tibi domine Deus omnipotens, & saluator noster, quoniam huic viro ego quidem cõmiseram corpora [g]; tu autem animas, & meam sententiam ostendisti tuæ iustitiæ conuenire. Cumque S. Ambrosius contristaretur de hoc quod acciderat (vt idem in suis epistolis scribit) confortauit eum Imperator, & ait: Noli timere, quia Deus, qui te elegit, semper te adiuuabit, & ego adiutor, & defensor tuus (vt meum ordinem [h] decet) semper existam. In epist. ad Vercellense.

α ¶ Super vos.] *Vera lectio est,* supra nos: μεῖζον ἢ καθ' ἡμᾶς. *Sed ob glossam non est restituta.*

Item Nicolaus Papa I. Lothario Regi.

¶ Auctoritate apostolica, non Regio fauore episcopus est eligendus. Cap. IV.

PORrò scias, quia relatum est nobis, quòd quicunque ad episcopatum in regno tuo prouehendus est; nõ nisi fauentem [i] tibi permittas eligi [k]. Idcirco Apostolica auctoritate sub diuini iudicij obtestatione iniungimus tibi, vt in Treuerensi vrbe, & in Agrippina Colonia nullũ eligi patiaris antequam relatum super hoc, nostro Apostolatui fiat. Iuo p.5.c.357.

Item ex concilio Parisiensi, c.8.

eum vt non timeret, dicens; Deus te adiuuabit, & ego te semper defendam, & pro te pugnabo.

a ¶Episcopos.] Ergo electioni metropolitani interfuerunt omnes epi comprouinciales, vt inf. eo. metropolitano, & 66. dist. c. 1. Io. sed in his non attendo r. nisi cõsuetudinem, vt extra de cle. cum ecclesia. & extra de postu. bone. Io. De iure cõmuni omnis electio spectat ad capitulũ, ut extra de cau. poss. & ppric. cũ ecclesia. B.

b ¶Solo.] Sic magistri moribus, & facũdia alios dẽnt pcedere, vt C. de pfes. & me. magistros. li. 10.

c ¶Testemq;.] Nota, ꝙ conuersatio pbet alicui testimonium, vt 1. q. 7. cum pastoris.

d ¶Submittamus.] Arg. ꝙ Imperator est minor quolibet episcopo, & excõicari põt ab epo, vt hic innuitur, & 18. dis. qm quidem. 96 dist duo tñ. Imperator est maior in tpalibus illis, qui ab eo recipiunt temporalia, sed minor est in spiritualibus. extra de ma. & obed. solitæ. 2. q. 7. §. item cum Dauid.

e ¶Sup vos.] Idest, ad uos spectat. sic respõdit Theodoricus 17. distin. §. hinc. vel ideo hĩc dicit, super uos; quia electio est periculo eligentiũ 2. si quis enim malum nominat, tenetur de omni damno, & dispẽdio, quod per eũ acciderit. C. de periculo noĩatorum l. 1. lib. 11. Item si inhabilẽ nominat, & appellatur, tenetur dare sumptus, quos fecerant aduersarij. C. de decur. l. 2. li. 10. 3.

f ¶Electus.] Et ita maledicit G. ꝙ fuerit postulatus. §. 61. di. §. his oĩb. & §. sic btũs. in fi. Sed potes dicere, ꝙ fuit elect⁹ in postulãdũ 4. vt extra de renunc. post translationem. Io & dicit T. ꝙ clericus alterius ecclesiæ in sacris ordinibus constitutus eligi potest. Ita not. in illa decre. post translationẽ. nisi sit eps, vt vr dicere dec. ext. de ele. cũ inter canonicos. & postea dẽt postulari B.

g ¶Corpora.] Et ita fuit curialis, sed absolutus fuerat, nec ex officio contraxerat irregularitatem, alioquin non promoueretur. 51. dist si quis post.

h ¶Ordinem.] Ex hoc verbo dixerunt quidã, ꝙ Imperator debet habere ordinem subdiaconalem. sed non est verũ 5. quia habet militarẽ characterẽ, vt 1. q. 1. qd quidã. gerit tñ officium subdiaconi cum ministrat epo.

PORro.] CASVS. Lotharius Rex non permittebat aliquẽ ad episcopatum eligi in regno suo, nisi fauentẽ sibi, idest, nisi esset amicus suus, vel nisi sibi iuraret ideo præcipit ei Nicolaus, vt in ecclesia Treuerẽsi, & in Agrippina Colonia nullum eligi patiatur in episcopũ; nisi prius sedi Apostolicæ referatur.

i ¶Fauentem.] In crimine adulterij cum Gualdrada. Vel fortè fecit eos iurare ei fidelitatẽ quod clerici non debent facere 1 ico. 22. q vlt. c. vlt. nisi habeant ab ipso regalia 22 q. 5. de forma.

K ¶Eligi.] Videtur ergo, ꝙ in illis duabus ecclesijs non possit fieri electio, nisi voluntas Papæ requiratur. sicut est. in ecclesia Rauennate, vel istud pro tempore fuit statutum. Vel dic eligi, idest, consecrari 6. vel institui.

Electio ad quẽ spectat de iure cõi, 1

1 Vt est ecclesia Rauẽnas.

Imperator põt ab episcopo excõmunicari.

Electio est periculo eligentium.

2 Vt 61. dist. quid prod - rit. & c. obitum.

3 Et de sũp. recu. l. vna. lib. 10. Arch.

4 Sic ẽt no. inf. c. quãto. in glo. 1. Ad idem ext. de elec. in causis.

Electiõ tñ sic celebrata non est initialis, sed pparatoria ad electionẽ faciẽdam ẽm Io. & Goff.

5 Adde Bal. plenè hoc examinãtẽ, & tenentem pro opinione gl. in pe. G. & doc. in c. venerabilem. ext. de elec. & Spec. in tit. de leg. §. nũc ostendendũ. vers. 39.

6 Sic ẽt exponitur 8. q. 1. episcopo 2. in fine.

Ecclesiã recipiens a la co, est excõicandus.

¶Non recipiatur à comprouincialibus, qui regia ordinatione, episcopale culmen est adeptus. Cap. V.

Iuo p.5.c.123. Pann.l.3.c.9. † al. episcopus.

SI per ordinationem regiam honoris istius culmen peruadere aliquis nimia temeritate præsumpserit, a comprouincialib. loci ipsius episcopis † recipi [a] nullatenus mereatur, quem indebitè ordinatum cognoscunt. Si quis de comprouincialibus recipere eum contra interdicta † præsumpserit, sit a fratribus omnibus segregatus, & ab ipsorum omnium charitate semotus.

† al. indicta.] orig.

Item ex concilio Laodicensi, c. 13.

¶De eodem. Cap. VI.

Burc.l.2.c.8. Iuo p.6 c.28. Ansel.l.6.c.38.al.45. Deusdedit par.1.& 4

NOn est permittendum turbis, electionem eorum facere, qui sunt ad sacerdotium promouendi.

Item ex septima α *synodo quæ est secunda Nicæna, eccl. episcoporum.*

¶Irrita sit electio episcopi, vel presbyteri, vel diaconi a principibus facta. Cap. VII.

Can.Apost.31.inf.16 q.7.c.si quis. Iuo p 5.c.120. Ansel.l 6.c.8. Burc.l.3.c.109. Deusdedit ibidem.

OMnis electio episcopi, vel presbyteri, vel diaconi a principibus facta, irrita maneat, secundum regulam [b], quæ dicit: [Si quis episcopus sæcularibus potestatib. vsus ecclesiam per ipsos obtinuerit, deponatur; segregentur β ab ecclesia omnes, qui illi communicant.

α ¶Ex septima.] *Citabatur antea ex secunda actione sextæ synodi. Restitutus est locus ex Iuone.*

β ¶Et segregentur.] *In aliquot vetustis Gratiani exemplaribus est*: segregetur. *Sed plerisque cum vulgata lectione conuenit. In canone 31. Apostolorum Græcè sic legitur.* καθαιρείσθω καὶ ἀφοριζέσθω, καὶ κοινωνοῦντες αὐτῷ πάντες, *& infra 16 q.7. cap. si quis epus vbi hic idem canon ex alia refertur versione, legitur*: & segregetur, omnesque, qui illi communicāt *eodemq; modo est apud Anselmum, verum in versione Anastasij bibliothecarij legitur quemadmodum apud Gratianum, & conuenit cum uersione prisca, ac Dionysiana.*

Apud Martinum. Bracarensem, c.1.

Item ex concilio Martini Papæ, c. 1.

¶Non eligantur à populo, qui sunt promouendi ad clerum. Cap. VIII.

su.d.24.epi & d.61. episcopum. Burch.l.1.c.10. Iuo p.5.c.64. Ansel.l.6.c.8.al.12.

NOn licet populo electionem facere eorum, qui ad sacerdotium promouentur: sed in iudicio episcoporum sit, vt ipsi eum probent, si in sermone, & fide, & spirituali vita edoctus sit.

His omnibus auctoritatibus laici excluduntur ab electione sacerdotum, atq; iniungitur eis necessitas obediendi, non libertas imperandi.

2 *Contra [c] verò scribit B. Gregorius Ioanni episcopo primæ [d] Iustinianæ † Illyricæ, lib. 4. epist. 15. sen c. 59.*

† Et prīa Iustiniani magni, qui est Tauresio natali solo vili Dalmatiæ pago metropolim fecit, & de suo nomine nuncupauit, vt in nouel. constit. 131. de ecclesiasti. cano. ī princ.

¶Voluntas principis in ordinatione Pontificis desideratur. Cap. IX.

Ansel.l.6.c.95.

QVia igitur suscepta fratrum, & coepiscoporū nostrorum relatio ad locum vos sacerdotij, totius

SI per ordinationem.] CASVS. Statutum fuit in concilio Parisiensi, vt nullus per regiam potestatem ad honorem ascendat prælaturæ: & si quis præsumpserit, ab alijs episcopis non recipiatur & qui eum receperit, ab aliorum epōrū cōione segregabit. Sequentia tria cap per se patent.

a ¶Recipi.] tñ ille q recipit ecclesiā a laico, non est excōmunicatus, sed est excōi cādus vt extra de iure pat. præterea nisi a sacramentis. 16. q. vl. c. quoniā, & c. si quis deinceps. si tñ post dñiū laici. accesserit consensus epi, cōfirmatur donatio 1, vt extra d iure pat. cura pastoralis. Ioā. hodie etiam talis intelligibilis sit, vt extra de electio. quisquis. Bar.

1 Scilicet facta ab ipso laico, vt donatario, ñ vt a prælato pu ta quia ius dat patronatus nō enim intelligo, qđ pscribat ecclesia quam quis habeat a laico, vt a prælato: secundū Laur,

b OMnis electio.] ¶Regulā] 16. q. 7. quis deinceps.

NOn licet.] his.] CASVS Hactenus probauit, ꝙ laicus nō debet interesse electioni. Modò vult Gratianus probare contrarium. CONTRA. Hæc est secunda pars dist. in qua probat sophisticè, ꝙ laici possunt & debent interesse electioni episcopi & archidiaco Ioā. đ Fan. dicit c. ad hoc inducta esse intelligenda quòd tantum debēt consentire, non autē eligere, nisi hoc habeant ex priuilegio speciali: vel sunt vocandi ad tempus ex causa.

c ¶Cōtra.] Tu dicas, ꝙ laici debent interesse nō ad eligendum sed ad continendum inf. ead. nosse 2.

2 Vt inf. ea. §. electionis.

d ¶ Primæ Iustinianæ.] idest, Salonitanæ, quæ sic dicta est quia Iustinianus ibi natus est. Alij dicūt đ auēna, q a vtraq; est Illyrica, vel adiacet Illyrico mari.

QVia.] CASVS. Ioannes de cōmūni voluntate

luntate totius concilij & principis electus est in episcopum primæ Iustinianæ: quod cum audisset Grego. retulit gratias Deo, & confirmauit eundem: & rogauit Deū, vt ipsum custodiret.

concilij [a] vnito consensu, & serenissimi principis voluntate declarat accersiri, gratias omnipotenti Deo creatori nostro magna cum exultatione retulimus, qui vitam actusq; vestros ita de præteritis fecit esse probabiles, vt oīum vos; quod est valde laudabile, faceret placere iudicio. Quibus nos quoq; in personam fraternitatis tuæ per omnia consentimus [b]; atq; omnipotentem Dominū deprecamur, vt charitatem vestram, sicut sua gratia elegit, ita in omnibus sua protectione custodiat.

Idem Gregorius Ioanni subdiacono, lib. 2. Indict. 11. epist. 30. seu c. 69.

¶Clerus, & populus Pontificis electioni intersint. Cap. X.

Ansel. l. 6. c. 26. Polyc. l. 1. tit. 5.

QVantò Apostolica sedes, Deo auctore, cūctis prælata cōstat ecclesijs: tantò inter multiplices curas & illa nos valde solicitat, vbi ad consecrandum antistitem, nostrum expectatur arbitriū. Defuncto igitur Laurentio ecclesię Mediolanensi episcopo, sua nobis relatione clerus innotuit, in electione de filij nostri Cōstantini diaconi sui vnanimiter consensisse. Sed quoniam eadem non fuit subscripta relatio [c], ne quid, quòd ad cautelam pertinet omittamus; huius idcirco præcepti auctoritate suffultum Genuā [d] te proficisci necesse est. Et quia multi

Metropolitanos confirmare ad quē pertinet.

a ¶Concilij.] idest collegij.

b ¶Consentimus.] confirmando electionem tuam: & ita Papa confirmat omnes metropolitanos, vt infra. ead. quanto, & c. Salonitanæ, & 100. distincti. quoniam, quod verum est, cum non habent primatem sed ei nullo medio subsūt, vt inf. ea. cum longe, & infra. dist. proxim. quia per ambitiones. nisi velis dicere, ꝙ eo ipso ꝙ qs recipit palliū a Papa intelligitur cōfirmari ab ipso. imò & plerique archiepiscopi non confirmantur. nec cōsecrantur, nisi a suis subditis: nec petitur cōfirmatio a Papa, sed tantū pallium, vt dixi. De hoc 51. distin. qui in aliquo.

QVantò] CASVS. Laurentio Mediolanensium archiepiscopo sublato dē medio, Cōstātinus diaconus electus est in eius locum vnanimi consensu a clericis, qui supplicauerunt Papæ, vt ipsum confirmaret. Sed quia in petitione eorum non continebantur clericorū subscriptiones, ideo Gregorius præcipit Ioanni subdiacono, vt Genuam proficisceretur: & voluntates Mediolanensiū, qui illic coacti barbarica seueritate detinebantur inuestigaret, & si omnium voluntatis in electione eius perdurare cognosceret, auctoritate apostolica faceret a suffraganeis consecrari.

c ¶Relatio.] Ex hoc loco quidam dixerunt, ꝙ electio posset variari vsque ad subscriptionem: sed post non. argu. 1. q. 7. saluberrimum, & 27. q. 1. omnes feminæ, & argu. pro eis extra de cen. olim. Alij dicunt vsque ad cōfirmationem esse ambulatoriā voluntatem eligentium, vt extra de prebē. cū non ignores, & ex eo ꝙ dicit hic, perdurare. inf. ea. Salonitanæ. 28 dist. de Syracusanæ 71. dist. studij, vnde & propria stipēdia retinet electus vsq; ad confirmationem, vt extra de electio. cum in cunctis. nec cogitur inscribere qui excipit contra electum non confirmatum, quia non deijcitur ab obtento, sed ab obtinendo, vt extra de accusā. super his. Item quia ante cōfirmationem non renunciat electus episcopatui, cum adhuc nihil iuris sit consecutus, vt extra de transla. inter. Sed tu dicas, ꝙ per consensum eligentiū ius est acquisitum electo: dum tamen ipse consentiat 1, vel consentire velit, vt extra de electio. cum inter canonicos. in fine. Ioan. nec possunt post electionem variare: sed ante publicationem scrutinij possunt, vt extra de elec. publicato. B. Si q̄ras quale ius acquiritur electo per electionem, dico ꝙ ius prælaturæ, & ius administrandi: sed nō exercitium prælaturæ vel administrationis. per confirmationem enim nihil iuris non acquiritur, sed tantum exercitium: extra de rescript. pastoralis in fine. 16. q. 1. §. ecce. electio enim facit Imperatorem, vt 93. dist. legimus. Sed quæritur vtrum per nominationem aliquid iuris acquiratur nominate? videtur ꝙ sic. vt 16. q. 7. contra sanctorum, & 2. q. 6. nominationes, & 72. distin. placuit, & extra de elec. auditis. Arg. cōtra extra de elec. ꝙ sicut, & cap. innotuit Dico ꝙ 2. si nominatio est tractatus præcedens electionē, per nominationem nihil iuris acquiritur:

Electo ius acquiritur p consensum eligentium.

1 Intellige s'm id quod habetur extra lib. 6. de elect. quam sit. Greg. 10.

Electus qd ius habet.

Nominatio an tribuat aliqnod ius nominato.

2 Ista etiam fuit hic sententia H. q̄ fouet Goffr. extra de trāslatio.

acquiritur: nam per talem nominationem exprimitur consensus de futuro, & est sensus; nomino talem, idest, nomino eum eligendum sicut etiam aliquis eligitur in postulandū, vt extra de reuun. post trāslationē. & su ea. Valentinianus. sicut non contrahitur matrimoniū carnale per hæc verba; nomino te in mulierem, sed si per denominationem exprimitur consensus de præsenti, tunc denominato ius est acquisitum: quia non refert quibus verbis quis exprimat consensum. vt 22. q. 5. humanæ: maxime. si consuetudo est alicuius ecclesiæ, ꝙ p talia verba celebretur electio: tunc in talibus ad communem intelligentiam verborum est recurrendum, vt extra de spon. ex litteris 1. Quid de postulatione iuris sit, dixi. su. 61. dist. §. sed aliud. Sed quare reprobatur hic electio propter defectū subscriptionis? sed intellige ꝙ hic non erant duæ partes præsentes 3. quæ ad minus debent esse in electione, & ideo in fraudem nolebant subscribere, ne eorum paucitas reprehenderetur. vnde cum ab initio non fuerit consensus eorum legitimus, bene dicit Papa si perdurat sic su. 28. d de Syracusanæ & 39. d. Petrus. Sed videtur, ꝙ non esset denuo requirendus eorum consensus, vt ff. de ser. rub. præd. per fundum, sed illud non est simile: quia seruitus concedi potest separatim, sed electio debet esse communis, vt hic dicitur, & su. ead. c. 1. sed cum Gratianus intelligat hoc c. ꝙ consensus laizorum hic requirebatur. quare ergo dicit subscripta relatione, cūm laici non subscribant? Videtur ꝙ subscribant, vt 7. q. 1. episcopus de loco, & 1. q. 6. si quis autā episcopatum. Item subscriptio non est de electione, sed de solennitate, vt 61. dist. episcopus.

3 Vel eligāt indignū: secundum Vincen. & B. qd dic vt not. extra de postu. bonæ 2. glo. ideo dicit, &c.

d ¶Genuā.] Not. ꝙ vocantur absentes a Mediolano vsque ad Genoam: sed non vsque ad 12. dietas, vt extra de elect. cum inter. Quid de hoc iuris sit, dixi 8. q. 1. factus. extra de elect. in genesi.

Absentes vnde vocantur ad electionem.

a ¶Bar-

a ¶ Barbarica.] Propter hoc verbum inducit magister cap. vt etiam consensus laicorum requiratur.
b ¶ Perdurare.] Arg. quod non est consensus, nisi duret, ut de pen. dist. 1. diuortium. extra de verb. sign. nam & ego ff. de in rem ver. si pro patre. §. versum.
c ¶ Ass.

tatores illius ecclesiæ reprobauerunt; quod cum audisset Gelasius, præcepit visitatoribus, ut omni turba clericorum, & laicorum conuocata moneant eos talem personam eligere in prælatum, quæ non posset pati repulsam.

illic Mediolanensiũ coacti barbarica [a] feritate consistũt, eorum te voluntates oportet cõuocatis eis in commune perscrutari. Et si nulla eos diuersitas ab electionis unitate disterminat, siquidem in prædicto filio nostro Constantino omnium voluntates, atque consensum perdurare [b] cognoscis; tunc eum a proprijs episcopis, sicut antiquitatis mos exigit, cum nostræ auctoritatis assensu [c] solatiante & auxiliante Domino, facias consecrari, quatenus huiusmodi seruata consuetudine, & Apostolica sedes proprium uigorem retineat, & à se concessa alijs sua iura nõ minuat.

† al. Gerontio.

Item Gelasius Papa Philippo, & Geruntino † episcopis.

¶ In electione episcopi populus debet adesse. C. XI.

Ansl. 5. c. 50.

PLebs Diotrensis data nobis petitione defleuit diu se sine rectoris proprij gubernatione dispergi. Ac sicut asseritur, is qui à uobis iam probatus dicitur, à paucis, & tenuibus [d] putatur electus, cum ad uos † pertineat, vniuersos assidua admonitione cõpellere, ut omnes in unũ, quem dignum sacerdotio viderint, & sine aliqua reprehensione, consentiant. Et ideo fratres charissimi diuersos ex omnibus [e] sæpè dicti loci parochijs presbyteros, diaconos, & vniuersam turbam vos [f] oportet sæpius conuocare, quatenus non, prout cuilibet libuerit, sed concordantibus animis talem, vobis admonentibus [g], si quærant sola diuinitatis attentione personam, quam nulla contrarietas, à constitutis possit reuocare præscriptis.

† al. nos.

Item Stephanus episcopus seruus seruorum Dei Romano archiepiscopo Rauennati.

¶ De eodem. C. XII.

Ansl. 6. c. 36.

NOsse tuam fraternitatem volumus ad nostras aures fore peruentum, Imolensem [h] episcopum ab hac luce migrasse, in cuius successoris electione, populi diuisionem prouenisse audiuimus. Quod quia sæpè [i] contingere solet (quærentibus singulis, quæ sua sunt, non quę Iesu Christi) non adeo miramur. Veruntamen in hoc tuam plurimum oportet adhiberi solicitudinem, ut conuocato clero [k] & populo, talis ibi eligatur per Dei misericordiam; cui sacri non obuient canones. Sacerdotum quippe est electio, & fidelis populi consensus adhibendus est; quia docendus est populus, non sequendus.

Philip. 2.

sup. 62. dist. c. docendus.

Item Nicolaus Papa Ioanni Rauennati archiepiscopo.

¶ De eodem. C. XIII.

EPiscopos per Aemiliam [l] non consecres, nisi post electionem cleri, & populi.

d ¶ Et tenuibus.] Id est, modicę auctoritatis. & sic non tantum numerus, sed etiam auctoritas eligentium consideratur. argum. 19. distinctio. in canonicis. Argum. contra extra de elect. dudum.
e ¶ Ex omnibus.] Ergo in electione episcopi totus clerus ciuitatis intererit, ut hic, & inf. ea. obeuntibus. & 8. q. 1. licèt. sed verum est, quod interferunt ad consentiendum, non ad eligendũ, uel intersunt si est consuetudo lõga. extra de cau. pos. & proprie. cum ecclesia.
f ¶ Turbam.] Hoc c. & omnia quæ dñt laicos vocari ad electionẽ, intelligit H. de patronis. Dic ut sup. in prin. hui⁹ di.
g Admonentibus.] Ergo patet hic, quod visitator non eligit, vt dixi 61. dist. obitum.

Electioni episcopi qui debeant interesse.

NOsse.] CASVS. Defuncto Imolensi episcopo vota populi se diuiserunt in partes in electione successoris. Vnde præcipit Stephanus archiepo Rauẽnati, vt clero, & populo conuocato monente eo talis in epm eligatur, cui non possint canones obuiare. Dicit ēt quod clericorũ est eligere: populi verò consentire. Sequens cap. patet.
h ¶ Imolensem.* Tñ tẽpore Stephani non erat Imola sedes episcopalis. sed iuxta, ĩ castro sãcti Cassiani 1. Et sic est arg. quod non uitiatur rescriptum, licèt quis nominet episcopus nõ nomine cathedræ, sed hoc ideo fecit, quia locus ille celebrior erat.

1 Tpe⁹ Imperatoris Friderici antiqui. & Othonis quarti episcop⁹ Imolensis. appellabatur episcopus Corneliensis. sic uidi contineri in priuilegio prędicti Othonis, qđ est ipsios episcopi Imolẽsis. & ecclesia uocabatur ecclesia Cornelien. Arch.

c ¶ Assensu.] Hic habes, quòd Papa confirmat electionem metropolitani, ut dixi supra cap. proximo.
PLebs. CASVS. Vacante ecclesia Diotrensi, electus est ibi quidam a paucis, & tenuibus, cæteris discordantibus, cuius electionem Philippus, & Geruntius visi

i ¶ Sæpè.] Infra ea. cap. vlt. & infra 8. q. 1. nec nouum.
K ¶ Clero & populo.] Et nota uerbum semel hic positum, æquiuocè poni: sic 28. dist. presbyterorum.
l EPiscopos per Aemiliam.] Aemilia dicitur a Rauenna usque ad Placentiam.

Lite-

LIteras. CASVS. Iulianus episcopus Grumentinus signa iit Pelagio, ꝙ clerus, & populus Marcellian. ecclesiæ postulabat in episcopum Latinum diaconum suum. Papa verò rescribit, quod si gaudet, si vult ipsum concedere. & deinde si potest electus occurrat ante Pascha, ut & tunc in sabbato immediatè post Pascha ordinet.

a ¶ Omnes.] Hic colligitur, ꝙ omnes cō sentire debent in postulatione extranei, vt dixi sup. 61. dist. nullus. & ideo dicit decret. ꝙ postulatio nō admittitur in discordia, ut ext. de postul. præ. bonæ. quod tamen uerum est secundum distinctionem eius, quod legitur extra de electio. scriptum est.

SI quis in metropolitana ciuitate non fuerit [b] epifcopus ordinatus, poftquam fufcepta benedictione per metropolitani literas honorem fuerit epifcopi adeptus: id optimum effe decreuimus, vt poftmodum ftatuto tẽpore, ideft impletis [c] duobus [d] menfibus, fe metropolitani fui repræfentet afpectibus; vt ab illo monitis ecclefiafticis inftructus plenius, quod obferuare debeat, recognofcat. Quòd fi forte hoc implere neglexerit, in fynodo increpatus a fratribus corrigatur. Et fi forte infirmitate [e] aliqua, ne hoc impleat, fuerit præpeditus, hoc fuis literis metropolitano indicare procuret.

3 *His auctoritatibus datur intelligi, quòd epifcopi a cõprouincialibus fuis debeant ordinari. Sed quæritur, fi in prouincia plurimi epifcopi fuerint † & contigerit forte vnum remanere epifcopum, quid fieri debeat. ille, quia folus eft, ordinare non poteft epifcopum: comprouinciales enim non habet, cum quibus epifcopum confecrare valeat. Cum ergo talis neceffitas fuerit, quid faciendũ fit, in Sardicenfi concilio definitur; in quo cap. quinto fic ftatutum legitur.* † *al. non fuerint.*

¶Si forte vnus tantum in prouincia remanferit epifcopus; ad confecrationem epifcopi de vicina prouincia conuocentur. Cap. IX.

SI forte [f] in prouincia vnũ tantum cõtigerit remanere epifcopum; fuperftes [g] eps conuocet [h] epifcopos Burc.l.1.c.26. Iuo p.5.c.137.

QVI VERO. CASVS. Hic eft tertius articulus, vbi dicit, ꝙ eps cõfecratus de metropolitani licentia abfente, tamẽ eius fe cõfpectui pſentet intra tres menfes.

SI quis.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ fi eps in fede metropolitana non fuerit ordinatus, intra tres menfes a tẽpore ordinationis cõfpectui metropolitani fe repræfentet, vt ab illo doceat qd debeat obferuare: ꝙ fi negligat epifcopus, in fynodo corrigatur. Si verò ire non poteft, hoc fuis literis ftudeat indicare.

b ¶Non fuerit.] Vbi enim vult metropolitanus, ibi ordinãdus eft epifcopus, vt 51.d. qui in aliquo.

c ¶Impletis.] Sic ergo eps cõfecratus pter cõfciẽtiã 1 metropolitani eius confpectui debet præfentari intra tres menfes, vt fu.d.63.cum lõge, fed ordinati a Papa dẽnt fe pſentare confpectui eius fingulis annis 93.d iuxta fanctorum.

d ¶Duobus.] fupra d.63.cum longe. contra: fed potius confonat; quia ibi & hic intra tertium menfem hoc facit.

e ¶Et fi forte infirmitate.] Simile fu.d.18 epifcopus ad fynodum 5.q.3.c.1. vbi de hoc tractaui, & ff.de leg.1. fi grege.§ fi.idem eft in aliis impedimentis. & hoc ponitur gratia exempli.

HIS AVCTORITATIBVS. CASVS Supra dictum eft, ꝙ epifcopi a comprouincialibus epifcopis debent ordinari: fed nunc quæritur quid fieri debeat, fi tantũ vnus epifcopus in prouincia remanferit cæteris defunctis. Et de hoc quid fieri debeat, in fequen. cap. dicetur.

SI forte.] CASVS Quæfitũ fuit in concilio Sardicenfi fi cõtingat, ꝙ omnes epifcopi prouinciæ fint defuncti præter vnum, & aliquis velit in epifcopum promoueri fiue ordinari, a quibus fit ordinandus. Et refpondet ꝙ ille fuperftes debet epifcopos vicinæ prouinciæ conuocare, & cum ipfis ordinet. Si autem hoc negligat facere. populi conueniant epifcopos vicinæ prouinciæ & illum folum epifcopum, qui in prouincia remanfit, ipfi epifcopi citabunt, vt veniat. Si vero non venerit ipfi nihilo minus eum ordinabunt.

f ¶Si forte.] Hoc ca. femper ad hoc confueuit induci, linquant in eligendo præter vnum, ꝙ ille folus non põt eligere, cum non conftet in eo ius vniuerfitatis. Io.qđ credo falfum, vt ff.quod cuiufq; vniuer.l.ficut municipij, in fi. & extra de elect.bonæ memoriæ 2. Vnde dico ꝙ fi omnes peccent præter vnum, ꝙ ille folus poteft eligere per iura fuperius pofita.

g ¶Superftes.] Et ita ius vniuerfitatis deuoluitur ad vnum.infti. de leg. §. fi præt.ff. qđ cuiufq; vniuer.ficut. §.in decurionibus. B. Sed quis dabit ipfis epifcopis expenfas? Ecclefia quæ vacat.arg.4 q. 3.vẽturis, & 10.q.3. cauendũ, & 12.q 2.charitatẽ. fi eft tenuis, comedent de fuo, vt extra de vita & honefta.cler.cum ab omni.

h ¶Conuocet.] Sed nũquid tenẽtur illi conuenire ad cõuocationem illius? Tenentur quidem, & nifi venirent peccarent, arg. 11.q.1.ficut enim arg d.90.præcipimus. & debent tunc cogi.ab ipforum prælato. Vel Papa.H.dicit ꝙ ab ifto compelli poffunt auctoritate huius canonis nam quandoque par in parem, 2 habet imperium, vt 2 q.6 placuit 2.q.6.q.4.c. i.

h ¶Cõuocet.] Arg. ꝙ vacãte ecclefia clerici poffunt vicinos

Epifcopi in-fcio metropolitano cõfecrati quid facere dẽnt. 1 Quidam dicũt, ꝙ hoc dictum non eft verum, qa hic non loquitur, de eo, qui præter confcientiã eft pmotus ad ordines, fed loqtur qñ ordinat ex mãdato archiepifcopi confirmati nõ cõfecrati. & fic eft fimile extra de elec. fuffraganeis & hoc hic tenebat Io.de Alu. Arch. tñ contra.

Ius eligend[i] põt in vn[o] remanere. Par. in pare[m] qñq; impe[rium] habet. 2 Certe in hoc cafu ifte epifcopus n[on] eft par. imò eft fuperior quoad vocationem auctoritate huius canonis.

vicinæ prouinciæ, & cum eis ordinet comprouinciales sibi episcopos. Quod si facere neglexerit [a], populi [b] conueniant episcopos prouinciæ vicinæ, & illi prius commoneant episcopum, qui in eadem prouincia commoratur, & ostendant, quòd populi petant sibi episcopum rectorem, & doceant iustum esse, vt veniat ipse α, & cũ eis ordinet episcopum. Quòd si literis conuentus tacuerit [c], & dissimulauerit, nihilq; rescripserit; tunc satisfaciendũ est populis, vt conueniant ex vicina prouincia episcopi, & ordinent episcopum.

¶ *Capitulum hoc, quomodo refertur à Gratiano, præcipuè in priore parte, neque cum Latino, quod geminum est in tomis conciliorum, multoque minus cum Græco canone conuenit: quinetiam apud Burchardum, & Iuonem varie legitur. Huius verò cõcilij canones à Latinis Latinè, & à Græcis Græcè à principio scriptos fuisse Nicolaus Papa Photio scribens in epistola, qua incipit*, Innumerabilium, *his verbis indicat.* Quomodo autem non esse apud vos Sardicenses canones, tu solus adstruere poteris, quãdo non solum à Latinæ, verum etiam cum alijs à Græcæ linguæ hominibus statuti sunt, & promulgati? Qua de re credibile non est, quòd ibi diffinitum est, vnumquemque ipsorum minimè propriæ linguæ tradidisse. *Dionysius quoque exiguus in epistola ad Stephanum episcopum, qua ei suam Græcorum canonum interpretetionem obtulit, Sardicense concilium à principio inter Latinos Latinè editum fuisse his verbis significat:* Tunc sancti Chalcedonensis concilij decreta subdentes, in his Græcorum canonum finem esse declaramus, ne quid præterea notitiæ vestræ credamur velle subtrahere. Statuta quoque Sardicensis concilij, atque Africani quæ Latinè sunt edita, suis à se numeris cernuntur esse distincta.

cinos episcopos conuocare, vt 7. q. 1. Pontifices.
a ¶ Neglexerit.] Argum. quod si subditi negligũt facere quæ debent, ea debeant suppleri à maiori, vel per se, vel per alium, & econuerso. arg. 9. q. 3. cũ simus arg. 89. d. volumus. 8. q. 3. Artaldus.
b ¶ Populi.] Largè sumitur hic populus quia causa cõis est, & ita nõ est contra. 9. q. 3. cum simus
c ¶ Tacuerit.] Hic tacens pro contumace hr. Alibi pro fugiente. 63. dis. sit rector. Alibi pro contradicente, ut ff. de proc. filius familias. §. inuitus. 86. dist. tanta. Alibi pro consentiẽte. 54. d. si seruus. ff. de interrog. act. de ætate. §. qui tacuit. Alibi pro neutro, ff. de regul. iur. qui tacet.
At-

Præsumitur in multis cõtra tacentẽ.

α ¶ Vt veniat ipse.] *Tam in concilio, quod est in codice canonum, quàm, quod in collectione Isidori, & apud Burchardum, & Iuonem legitur*, vt & ipsi veniant, & cum ipso ordinent episcopum. *Græcus autem canon ita habet.*

Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπεν· ἐὰν συμβῇ ἐν μιᾷ ἐπαρχίᾳ, ἐν ᾗ πλεῖστοι ἐπίσκοποι τυγχάνουσιν ἕνα ἐπίσκοπον ἀπομεῖναι, κἀκεῖνος κατά τινα ἀμέλειαν μὴ βουληθῇ συνελθεῖν καὶ συναινέσαι τῇ καταστάσει τῶν ἐπισκόπων, τὰ δὲ πλήθη συναθροισθέντα παρακαλοῖεν γίγνεσθαι τὴν κατάστασιν τοῦ παρ' αὐτῶν ἐπιζητουμένου ἐπισκόπου, χρὴ πρότερον ἐκεῖνον τὸν ἀπομείναντα ἐπίσκοπον ὑπομιμνήσκεσθαι γραμμάτων τοῦ ἐξάρχου τῆς ἐπαρχίας (λέγω δὴ τοῦ ἐπισκόπου τῆς μητροπόλεως) ὅτι ἀξιοῖ τὰ πλήθη ποιμένα αὐτοῖς δοθῆναι, ἡγοῦμαι καλῶς ἔχειν καὶ τοῦτον ἐκδέχεσθαι ἵνα παραγένηται. εἰ δὲ μὴ διὰ γραμμάτων ἀξιωθεὶς παραγένηται, μήτε μὴν ἀντιγράφοι, τὸ ἱκανὸν τῇ βουλήσει τοῦ πλήθους χρὴ γενέσθαι. χρὴ δὲ καὶ μετακαλεῖσθαι καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς πλησιοχώρου ἐπαρχίας ἐπισκόπους, πρὸς τὴν κατάστασιν τοῦ τῆς μητροπόλεως ἐπισκόπου.

Idest, Osius; episcopus dixit. Si qua in prouincia, in qua plurimi sunt epi, contigerit, vnũ episcopũ morari absentem, neque is propter negligentiam quandã conuenire voluerit, neque episcoporũ creationi consentire: populi vero congregati postulent eum, quem ipsi expetũt, episcopum cõstitui: primũ oportet episcopũ illum, qui absens moratur, admoneri literis primatis prouinciæ (nimirum episcopi metropolitani) de populorũ postulato, pastorem sibi dari petentium: rectè autem se habere puto, eum quoque, vt inter-



Rchiepiſcopus.] Hæc diſt. diuiditur in duas partes. Secunda ibi.] De epiſcopis.] Ioan. de Fant.

CASVS. Supra in duab. proximis diſt. dictum eſt de ordinib. epiſcoporum: nunc vero dicit Gratianus de ordinatione archiepiſcoporum in hac 66. diſt. in qua dicitur, quòd debet ab omnibus epiſcopis prouinciæ ordinari, & repetit de ordinatione epiſcoporum.

Conſecratio epi, & archiepi differūt.

a ¶ Archiepiſcop⁹.] Hic depingitur 66. diſt. in qua oſtendit magiſter duo: ſcilicet q debeāt intereſſe in conſecratione metropolitani: quia omnes ſuffraganei, & q nullus debeat conſecrari in epiſcopum à paucioribus, quam à tribus. Dicit ergo Hu. hoc referre inter conſecrationem epiſcopi, & archiepiſcopi; quia in cōſecratione archiepiſcopi omnes epiſcopi intererūt niſi eſſet vrgētiſſima neceſſitas, in conſecratione epiſcopi etiā ſi non ſit grauis, dū tamen aliqua ſit neceſſitas, ſufficit per literas conſentire. 51. diſt. c. fi.

Archiepiſcopus ab omnibus.] CASVS. Anicetus Papa ſtatuit in hoc ca. vt archiepiſcopus ordinetur ab omnibus epiſcopis ſuę ꝓuinciæ: nec debet hoc mutari: qa qui omnibus epiſcopis debet præeſſe, dēt ab omnibus approbari & conſtitui: quod ſi aliter factum eſt, vel fuerit, irritum erit. Sequens. §. patet. in quo dicitur, quòd epiſcopus debet ordinari, ſaltem à tribus epiſcopis.

b ¶ Archiepiſcopus.] Arg. quod ſi eligitur abbas alicuius monaſterij, qui præeſt alijs monaſterijs, omnes abbates illorum monaſteriorum debent conſentire, & electioni intereſſe.

Electioni abbatis qs conſentire dēt.

c ¶ Ab omnibus.] Arg. quòd omnes tangit, ab omnibus debet approbari, vt 8. quæſ. 1. licet C. de auctoritate præſtan. l. vlt. & 54. diſt. c. 1.

d ¶ Irrita.] Quo ad officij executionem.

e ¶ Quàm tribus.] Sed quare tres epiſcopi debent intereſſe? quia in tribus eſt fidei fundamentum: quàm puris & ſimplicibus verbis confiteri tenentur. 23. diſt. qui epiſcopus, & 24. diſt. quando.

Orrò. CASVS. Quæſitum fuit ab Anacleto vtrum epiſcopus poſſet ordinari à paucioribus quàm à tribus epiſcopis. Et reſpondet quòd non, & hoc exemplo Iacobi Hieroſolymitani archiepiſcopi, qui fuit ordinatus à tribus: ſcilicet à Petro, Iacobo, & Ioanne. Et in hoc dederunt formam ſuis ſucceſſoribus, vt ad minus à tribus epiſcopis cæteris conſentientibus conſecretur epiſcopus.

Iacobus fuit primus archiepꝰs. Iacobus frater Dñi nūcupabatur.

ſit, expectari †. Quòd ſi neque per literas rogatus affuerit, ac ne reſcripſerit quidem; ſatisfaciendū populi voluntati eſt. Cōuocari autem oportet ex vicina etiam prouincia epiſcopos ad metropolitani epiſcopi creationem.

† al. admitti.

DISTINCTIO. LXVI.



Rchiepiſcopus [a] autem ab omnibus ſuæ prouinciæ epiſcopis debet ordinari. †

† Sic Iuſtin. nouell. 131. in prin.

Vnde Anicetus Papa in epiſt. ad epiſcopos Galliæ.

¶ Ab omnibus ſuffraganeis ſuis archiepiſcopus ordinetur. Cap. I.

Rchiepiſcopus [b] α ab omnibus ſuæ prouinciæ epiſcopis ordinetur, *& infra.* β ¶ Illud tamen, quod de archiepiſcopi conſecratione prædictum eſt, atque præceptum, ideſt, vt omnes ſuffraganei eum ordinent, nullatenus immutari licet: quia qui illis præeſt, ab omnib. [c] epiſcopis, quibus præeſt, debet conſtitui. Sin aliter præſumptum fuerit; viribus carere non dubium eſt; quia irrita [d] erit eius ſecus acta ordinatio.

Ext. de temp. ord. c. ſi archiepiſcopus. Poly. l. 2. tit. 8. Anſ. l. 6. c. 39. Burch. l. 1. c. 28. Iuo p. 5. c. 139. Pann. l. 3. c. 10.

α ¶ Archiepiſcopus.] *Hæc prior pars in epiſtola ipſa, & apud cæteros collectores fuſius exponitur.*

β ¶ *Hic in epiſtola cum multa alia ſunt interiecta, cum cap.* comprouinciales *ſupra diſt.* 64.

De epiſcopis autem non ordinandis à paucioribus quā tribus [e] epiſcopis; Anacletus epiſt. 2. ad epiſcopos Italiæ ſcribit, dicens.

¶ Epiſcopus non minus, quàm à tribus epiſcopis ordinatur. Cap. II.

Orrò, & Hieroſolymitarum primus archiepiſcopus [f] beatus Iacobus, qui iuſtus dicebatur, & ſecūdùm carnem Domini nuncupatus [g] eſt frater, à Petro, Iacobo, & Ioāne Apoſtolis eſt ordinatus [h], ſucceſſoribus videlicet.

Idem repetitur in epi. Aniceti. Poly. ibidem. Anſ. l. 6. c. 53. Burc. l. 1. c. 15. Iuo p. 5. c. 139. Pann. l. 3. c. 17.

f ¶ Archiepiſcopus.] Supra 21. diſt. cleros, contra. Sed Matthias fuit primus ordinatus in clericum; iſte prim⁹ in archiepiſcopum.

1 Ar. 22. q. 2 quæritur. Apoſtoli oēs vtrū fuerunt epiſcopi. 2 Et 24. q. 1 loquit. iuxta princ.

g ¶ Nuncupatus.] Quia filius fuit ſororis matris Domini: vel quia fuit ei ſimilis prorſus in perſona: vel qa mater ſua fuit filia fratris Ioſeph, qui putabatur pater Domini 1. 27. q. 2. coniunx.

h ¶ Ordinatus.] Ideſt, ad certi loci adminiſtrationem electus: vel ordinatus ſimpliciter. Sed nōne omnes apoſtoli erant epiſcopi? Videtur quòd ſic: quia Petro primò fuit datus pontificatus: & omnes alij fuerunt pari poteſtate præditi, vt 21. diſt. in nouo 2. Item epiſcopi ſucceſſerunt in locum apoſtolorum, vt 68. diſtin. quorum ergo Apoſtoli fuerunt epiſcopi. Item legitur de Iuda, quod epiſcopatum eius accipiat alter. Ad hoc dicunt quidam, quòd omnes apoſtoli erant ſimplices ſacerdotes, & tamen conſecrare poterant, nam Moyſes ſimplex fa-

1 Ad hoc vſ facere quod dt Pſ. Moyſes & Aaron in ſaccrdotibus eius. Dic ſecundũ d. Hu. Cardi. ꝙ reuera nõ legitur quod Moyſes fuerit ſacerdos niſi qa aliqua fecit q̃ pertinent ad ſacerdotem, iõ Pſal. dicit Moyſes & Aaron, &c.

ſacerdos erat. 1 & tamen conſecrauit Aaron, ut 32. diſt. §. 1. nec tunc differentia erat inter epiſcopum & ſacerdotem, vt 95. diſt. olim. Vel dic ꝙ tantum viſibile unctione hi tres conſecrauerũt eum: ſed prius erat inuiſibiliter vnctus à Domino, vel dic, ꝙ non ordinauerunt eum: ordinatio à ieiunantibus fiat. In ordinatione verò cæterorũ ſufficiũt tres teſtes, & epiſcopi approbatio. Quod ſequitur planum eſt.

b ¶ Vt ciues.] Quibus debent præeſſe.

c ¶ Sacerdotes.] Quibus dẽt aſſociari: vel de quorum collegio eſt. Vel de clericis maioris eccleſię dicit ſine quorũ cõſẽſu epiſcopus clericos ordinare ñ debet, vt dixi 24. d. epiſcopus.

ſuis dantibus formam, ut non minus, quàm à tribus epiſcopis, reliquiſq; omnibus aſſenſum præbentibus, vllatenus epiſcopus ordinetur, & communi uoto ordinatio celebretur.

DISTINCTIO LXVII.



Resbyteri [a] *vero, & chorepiſcopi ab vno epiſcopo ordinari poſſunt.*

Vnde Anacletus epiſ. 2. ad epiſcopos Italiæ

Polyc. ibidem. Anſel. l. 6. c. 53.

¶Sacerdotes ab vno epiſcopo poſſunt ordinari. Cap. I.

Reliqui ſacerdotes a proprio ordinẽtur epiſcopo, ita vt ciues [b] & alij ſacerdotes [c] aſſenſum prębeãt, & ieiunantes [d] ordinationem celebrent. Similiter & diaconi [e] ordinẽtur. Cęterorum autem gradum diſtributioni trium [f] veracium teſtimonium, cum epiſcopi ſcilicet approbatione, ſufficere poteſt.

15. q. 7. c. ſexta. & c. epiſcopus.

Item in Hiſpalenſi concilio ſecundo capite 6. legitur.

¶De eodem. Cap. II.

Epiſcopus ſacerdotibus, ac miniſtris ſolus [g] honorem dare poteſt, ſolus auferre [h] non poteſt.

DISTNCTIO LXVIII.

Quæritur [i] *de illis, qui ordinantur ab his, quos non conſtat fuiſſe epiſcopos, an ſint iterum conſecrandi, an non. Quòd verò conſecrandi non ſint, probatur auctoritate Gregorij, qui ſcribens Ioanni Rauennati epiſcopo, lib. 2. epiſt. 32. ait.*

d ¶ Ieiunantes.] Tã ordinãtes, quàm ordinati, vt inf. de cõſecr. diſ. 5. vt epiſcopi. inf. d. 75. quod a patribus.

e ¶ Diaconi.] Nam eccleſię pręcipue cõmittũtur presbyteris & diaconis. 12. q. 2. diaconi.

f ¶ Trium.] infra 1. q. 1. placuit vt de ordinatione ver. multorũ. cõtra. Sed ibi multi poſſunt dici tres. inſti. de iure ꝑſo. §. vlt. ſup. diſ. 23. epiſcopus. cõtra, ſupra d. 23. lector. contra. Sed hoc de notis intelligitur: illud de ignotis. Vel hic, cũ occultè ordinat, & ſine ſolemnitate: illud cũ publicè, &c.

Tres dicuntur multi.

Epiſcopus &c.] Hæc eſt ſecunda pars diſtinctionis. & habes hoc 15. q. 7. capitu. 1. Ioan. de Fan.

g ¶ Solus.] ideſt, ſine alijs epiſcopis poteſt ordinare aliquos: ſed ſine alijs epiſcopis nõ põt deponere, vt 14. q. 7. fę lix. nõ autem excluduntur clerici: quia nec ſine illis poteſt beneficia conferre, niſi hoc habeat ex conſuetudine, vt extra de his, quæ fiunt à maiori parte cap. ea noſcitur.

Epiſcopus ſolus beneficia conferre non poteſt ceſſante conſuetudine.

h ¶ Auferre.] Inf. 21. q. 3. epiſcopus & 15. q. 7. c. vlt.

eum: ſed tantum formam ordinandi alijs oſtenderunt: Vel dic, ꝙ non in epiſcopum, ſed in archiepiſcopum eũ ordinauerũt. Vel dic, ordinauerunt, ideſt, inthronizauerunt eum ad adminiſtrationem certi loci. prius enim erat epiſcopus ſine titulo.



Resbyteri.] Hæc diſt. diuiditur in duas partes. Secunda ibi, Epiſcopus.] Ioan. de Fan. CASVS. Expedito tractatu de ordinatione epiſcoporum & archiepiſcoporum: nunc in hac 67. diſt. oſtẽdit Gratianus a quib. presbyteri, chorepiſcopi, & reliqui clerici ſunt ordinandi. Et quod ab vno epiſcopo ſunt ordinandi, & non à pluribus.

a ¶ Presbyteri.] Hic depingitur 67. diſtin. oſtenſo quòd epiſcopus non poteſt ordinari niſi à pluribus: oſtendit hic quod reliq̃ ſacerdotes & clerici ordinari poſſunt ab uno ſolo epiſcopo. In ordinatione tamen ſacerdotum & diaconorum alij ſacerdotes & ciues aſſenſum debent pręſtare. In reliquorum ordinatione ſufficit teſtimonium trium.

Reliqui.] CASVS. Dicitur hic. quòd reliqui ſacerdotes & diaconi à proprio epiſcopo ſunt ordinandi: ità quod ciues & alij ſacerdotes conſentiant: ita quod

Quæritur.] Hæc diſtin. diuiditur in quatuor partes, in quarum prima quæritur ſi aliq̃s fuerit ordinatus ab eo, de quo dubitatur, an eſſet epiſcopus, vtrum debeat iterum ordinari, & primo probatur quod non, ſuperficialiter. Secunda ibi, [Inter epiſcopos.] Tertia ibi, [Hi verò.] Quarta ibi, (Quod autem.) Io. de Fant.

CASVS. Supra oſtendit Grat. de ordinatione eorum, quos conſtat eſſe epiſcopos, in hac vero 68. diſt. quæritur, an illi ſint recõſecrãdi qui ordinãtur ab illis, quos non conſtat eſſe epiſcopos. Et primo probat, ꝙ nõ ſunt reconſecrandi qui ordinãtur ab illis, quos cõſtat nõ eſſe epiſcopos. Poſtea probat contra. Tandem dat ſolutionem inf. in §. (Quod ergo.)

i ¶ Quæritur.] Hic depingitur 68. diſt. in qua magiſter oſtendit quid iuris ſit de clericis, qui ordinantur ab eis, quos non conſtat eſſe ẽpos: & quę dĩa ſit inter ẽpos & chorepſ. 2 & quare chorepĩ receſſerunt ab aula domini. quartò oſtendit, qui ſucceſſerũt in loco Apoſtolorũ.

2 Quia magiſter. ſu. diſtin. pxi. in prin. fecerat mentionem đ chorepĩs: ideo de ipſis interſerit in hac diſtinctione: ſecũdum H.

SIcut.] CASVS. Ioan. archieps Rauennæ de duobus quæsiuit. Primò vtrum sacerdotes semel consecrati essent iterum consecrandi. Et rñt ꝙ non: sicut non sunt rebaptizandi. Secundo vtrum illi, qui cum leui culpa sunt ordinati presbyteri, debeāt deponi. Et rñdet quod nō sed, eis debet pęnitentia imponi.

a ¶ Sicut.] Hoc ca. nō facit ad propositum Gra. qui hoc c. loquitur, de illis, q̃ sūt ordinati à talib. quos cōstat esse episcopos: & illud cōt. qđ sequit̃, similiter male inducitur: q̃a nullo mō est cōtrariū: & ita superficialis est argumentatio magistri.

b ¶ Consecratus.] Prima q. 1. si q̃s cōfugerit. cōt. & 1. q. 7. Daibertū cōt. ibi dr̃ ꝙ ordinatus male vel baptizatus, iterū ordinat̃. Sed illud verū est, cū ext. formā ecclesiæ ē ordinat⁹ vel baptizatus: aliàs secus. de cōsec. dist. 4. ostenditur. ver. si. & c. quomodo.

c ¶ Cum leui culpa.] Dicūt quidam, veniali. arg. 25. dist. §. criminis. Alii leui, idest, mortali pręcū te, non tñ permanente: nā peccauit, sed pænituit. Sed quia post talē culpā se p̱misit p̱moueri, aliā culpam cōtraxit, cū qua p̱motus est: de qua hic loquit̃. Tu dic, ꝙ promoueri pt cum culpa existēte & manēte mortali, dū tñ leui. De hmōi culpis collige exempla 5. q̄ō. 4. in loco. 21. q. 4. c. vlt. 18. dist. cap. vlt. de cōsecr. dist. 2. relatū. Sed hic nota, quòd omnes concordantiæ istę de promotis loquūtur, sed si enorme peccatum tacuisset, secus esset, vt 50. dist. ex penitentibus. Io. nisi esset occultum peccatū, vt extra de temp. ordin. quæsitum nisi in homicidio, ut ibi. B.

Ordinatus semel, an possit iterū ordinari.

1 Hæc fuit sñia H. & L. & hic videas quod no. 15. q. vlt. in summa & quòd quædā mortalia sint grauiora, q̃dam leuiora, habetur de cō se. d. 3. de pęnitētib. Ar.

tis: quare in sacramēto matrimonij potius præsumitur, p̱ ipso, q̃ cont. ipsū vt 33. q. 1. si quis acceperit? Rñ. sine omni periculo est, si sacramenta illa iterentur. Sed periculum esset, si iudicaretur nō esse matrimoniū vbi est. item quare nō creditur hic verbo illius, qui se, dicit ordinatum:

Baptizatum sed dicēti creditur.

¶ Semel consecratus iterum consecrari non debet. Cap. I.

SIcut[a] semel baptizatus iterum baptizari nō debet; ita qui consecratus[b] est semel, in eodem iterum ordine nō debet cōsecrari. Sed si quis forsitan cum leui culpa[c] ad sacerdotium venit, pro culpa, pænitentia indici debet, & tamen ordo seruari.

4. sent. dist. 25. Poly. l. 2. tit. 36. Ans. l. 7. c. 104. Pann. l. 3. c. 76. Iuo par. 6. c. 82.

Contra Gregorius tertius ad Bonifacium episcopum, epistola 2. scribens testatur.

¶ De presbyteris, qui ordinantur ab eis, quos constat, episcopos nōn fuisse, Cap. II.

PResbyteri, quos ibidē repperisti, si incogniti fuerint illi, q̃ † ordināt,[d] & dubiū est; eos episcopos fuisse, an nō, qui eos ordinauerūt; si bonę actionis, & catholici uiri sunt ipsi presbyteri, & in ministerio Christi, omnique lege sācta edocti, ab episcopo suo benedictionem presbyteratus suscipiant, & consecrentur:[e] & sic ministerio sacro fungantur.

Ans. l. 7. c. 115. Iuo p. 6. c. 117. † *à quibus fuerint ordinati.* orig.

Quòd ergo consecratus, in eodem ordine iterum consecrari prohibetur, de eo intelligendū est, q̃ cōsecratus est ab illo, quem certum erat consecrandi ius habere. Qui autem ab illo consecratur, quem nō constat ius consecrādi habuisse, iterum consecrandus est; quia si ille consecrādi ius nō habuit, iste ex olei effusione nil cōsecrationis accepit. Et quia in ipso ordine consecratus nō erat, nūc quasi primum ad cōsecrationē veniens ab episcopo sacerdotalem benedictionem, & consecrationē consequitur. Si autem ius consecrādi habuit, in prima vnctione cōsecutus est consecrationē: in secūda verò non reiteratur[f] cōsecratio, sed sola vnctio: sicut, de quo dubiū est, an sit baptizatus, vel nō, dēt baptizari: q̃ si prius baptizat⁹ nō fuerat,

ECONTRA. CASVS. Modo vult probare contrarium scilicet, quod sunt reconsecrandi.

PResbyteri.] CASVS. Quidam cum putarentur ep̄i, quosdam presbyteros ordinauerunt: sed postea dubitabatur, vtrum fuerint ep̄i in veritate, aut non: unde fuit quæsitum à Gregorio, utrum illi sint iterum à proprio episcopo ordinandi & consecrandi. Et rñdetur ꝙ sic, ex quo scilicet dubitabatur: si tamen sint bonæ uitæ, & eruditi in ministerio Christi, & in lege diuina.

d ¶ Qui ordinant. Vera litera est ordinant, ad hoc facit 3. q. 4. omnes quos.

e ¶ Et Consecrentur.] Hic in dubio potius præsumitur non ordinatus q̃ ordinatus, similiter in dubio præsumitur potius non baptizatus, q̃ baptizatus ut de consecr. dist. 4. paruulos & in dubio. potius præsumitur ecclesia nō consecrata q̃ consecrata, ut de consecrati: dist. 1. solēnitates. Sed cum ita præsumitur in his sacramentis ordinatū. sicut creditur ei q̃ se dicit baptizatū, ut de potius consecra. dist. 4. placuit. & cap. de infantibus? Respon. q̃a sola fides confert alicui sacramentū baptismi, ut ext. de presbv. nō bapt. l. potius c. 2. sed sola fides nō dat ordinē: ad hoc facit 1. q. 1. ca. spiritus sanctus. 2 §. ecce. qñ que. Item licèt in viuo p̃sumatur aliquis potius nō baptizatus, tñ in mortuo præsumitur. 3 baptizatus, ut de conse. dist. 4. c. si eos. supple ut suffragis ecclesię ei proficiant. 13. q. 2. non estimemus. & cap. animæ.

Sacramenta non præsumuntur, excepto matrimonio.

QVOD ERGO. Soluit Gratianus contrarietatē prędictam, dicens ꝙ illud c. sicut. intelligitur de eo quem constabat esse ep̄m. & ideo nō deberet reordinari ordinatus ab eo. Illud aūt c. p̃sbyteri, intelligitur de eo, quē non constabat fuisse episcopum: & ideo ab eo ordinati reordinātur: qui si prius non fuerint ordinati secunda ordinatione uerè recipiunt ordines: si uerò in prima ordinatione ordines receperūt, in secūda nihil recipiūt nisi solā unctionem. Et hoc probat ad instar baptismi. & idem dicit esse faciendum de ecclesijs.

f ¶ Non reiteratur.] Hæc solutio est canonica. dixit tñ G. ꝙ si miles ordinatur presbyter, tot presbyterales ordines recipit quot recipit sacerdotia. Idē dicit de baptismo. aliter. n. quomodo fieret iniuria sacramento, vt inf. de

2 al. 1. q. 1. § cū honoris
3 In hoc pūcto uideas qđ not. 3. q. 4. consanguineorum. & extra de præsum. illud. in glos. sed quare, & extra qui fil. sint legi. lator, in gl. sed vr̃. Arch.

Baptizatus vel ordinatus pluries, an plures recipiat characteres.

vt inf. de consecra. dist. 4. ostenditur. vel quo diceretur quis bis baptizari, vt inf. de consecrat. dist. 4. qui bis. ca. eos. Item cum dicatur, accedat verbū ad clementū, &c. 1. quæst. 1. detrahe. ergo quoties dicuntur verba illa, & apponitur elementum, fit nouum sacramentum. 1 Nam

b ¶ Semine.] Fornicatio. nam dicit G. ꝙ etiam in ecclesia vir vxori tenetur debitum reddere, sed male. arg. ff. de sol. quod dicimus.

c ¶ Propter eas.] Adde aliū casū de cōse. dis. 1. si motum.

INTER EPISCOPOS. Hæc est secunda pars distinctionis, i qua ponit differentiam inter episcopos, & chorepiscopos. Io. de Fan.

1 Dicas ꝙ sacia. dicuntur iterari quò ad opinionē uel quò ad facti speciē. arg. C. de adult. eū qui. Nam ibi secundū matrimoniū nullū est, & dicit lex, ꝙ res mea nō pōt amplius esse mea. Institu. de act. §. sic itaque. extra de fi. instru. inter dilectos. Arch.

consequitur gratiam baptismi; si autem baptizatus erat, nihil accipit in secūda vnctione; †nec pertinet hoc ad reiterationem baptismi, sed ad cautelam salutis. Hoc & de ecclesiis consecrandis similiter obseruandum est.

† latione.

Vnde in Nicano concilio legitur.

¶Non debet iterum consecrari ecclesia semel consecrata. Cap. III.

De consecr. disti. 1. c. ecclesijs.

Ecclesijs [a] semel consecratis Deo, non iterū debet cōsecratio adhiberi, nisi aut ab igne exustæ, aut sanguinis effusione, aut cuiuscunque semine [b] fuerint pollutę: qa sicut infans à qualicūq; sacerdote in nomine patris, & filij, & spiritus sancti semel baptizatus, non debet iterum baptizari; ita nec locus Deo dicatus est iterū consecrandus, nisi propter eas [c] causas, quas superius nominauimus, si tamen fidem sanctæ Trinitatis tenuerunt, qui eum consecrauerunt.

2 *Inter episcopos [d] & chorepiscopos autem hac est differentia, quòd episcopi non nisi in ciuitatib. chorepiscopi et in vicis ordinari possunt: episcopi formatas [e] tribuunt; chorepiscopi non nisi commēdatitias, [f] & pacificas dare valēt. Episcopi ius consecrandi habent, chorepiscopis tātum minores ordines tribuunt; leuiticam [g] autem & sacerdotalem benedictionem non valēt præstare de his ita scribit Leo I. ad episcopos Germaniæ, & Galliæ, ep st. 86. al. 88.*

¶In quibus chorepiscopi ab episcopis differant. Cap. IIII.

Iuo p. 6. cap. 72. Ans. l. 7. cap. 122. Poly. l. 4. tit. 26.

Qvamuis chorepiscopis, & presbyteris plurima [h] cū episcopis ministeriorum communis sit dispēsatio, quædam tamen auctoritate veteris legis, quę in nouellis, & ecclesiasticis regulis sibi prohibita nouerint: sicut est presbyterorū & diaconorum, aut virginum consecratio, sicut constitutio altaris, ac benedictio, vel vnctio. Si quidem nec erigere [i] eis altaria, nec ecclesias: vel altaria

CASVS. In hoc §. assignat Gratian⁹ differētiam triplicem inter epos & chorepiscopos, qa epi ponuntur tantum in ciuitatib. chorepiscopi in vicis. episcopi formatas tribuunt literas chorepiscopi commendatitias siue pacificas tantū. Item episcopi conferunt sacros ordines. chorepiscopi tantū minores.

d ¶ Inter epos.] Ponit tres differentias inter episcopos, & chorepiscopos. Isti autem chorepiscopi aliquid habebant supra presbyteros, sed non bene determinat quid.

Chorepī aliquid habebant ultra p̄sbyteros.

e ¶ Formatas.] Formatæ siue dimissoriæ dicunt literæ, qbus qs eximitur a iurisdictione sui episcopi, quæ olim cū solemnitate magna fiebant, ut 73. dist. c. 1. Commendatitię siue pacificę dicūtur, quæ dantur clerico viatori, quib. comēdatur vt pacificè possit exq ofi cū suum. Et licet Gratianus dicat, ꝙ hor episcopi dare tales poterant; illud non credo. 2 sed solus episcopus, ut de cōsecr. dist. 5. nō oportet. 71. di. extraneo.

Formatæ siue dimissoriæ.

2 Et bene Io. de Fan. & ita est arg. ꝙ chor. p̄s no possit dare licētiam clericis, uel laicis, ut eāt in peregrinationem, quia non possunt formatas dare secundum L. & Hug.

Nam & sæpius sumit aliqs corpus Christi: & sæpius ex cōicat aliqs, & ex plurib. causis aliquis possidet rē aliquā, ut ff. de acq. pos. possideri, §. ex plurib. Sed certè secundum hoc si centies aliqs contraheret cū aliqua. tot essent matrimonia, ꝙ falsum est. 81. q. 1. quō: Item posset secundum hoc deponi ab vno sacerdotio, & retinere aliud. Dicas ergo ꝙ nō iterat nisi vnctio exterior, & sicut facta manumissio nihil adijcit primæ, vt C. de manumis. uindi. l. 2. sic in sacro. Vltima opinio verior est.

Ecclesijs.] CASVS. Quæsitum est in Nicæno concilio, vtrum ecclesiæ semel consecratæ sint iterum reconsecrandæ. Respondetur, ꝙ non, si in forma ecclesiæ sint consecratæ, nisi alicuius semine, vel sanguinis effusione sint pollutæ. uel combustæ Nam sicut semel baptizatus non debet iterum baptizari, sic locus in forma ecclesiæ consecratus non debet iterum consecrari, nisi propter supradictas causas.

a ¶ Ecclesijs.] Quid iuris sit de hac materia, notaui de consecr. dist. 1. ecclesijs.

Quòd archidiaconus eas dare non possit, habes extra de offic. arch. significasti.

f ¶ Commendatitias.] Arg. contra 71. dist. extraneo.

g ¶ Leuiticam. Nec subdiaconalem, nisi tantum lectoratum, vt infra prox. dist. c. 1. in fi. Sed G. fuit deceptus ex c. seq. ubi non dicitur nisi de duob. ordinibus tantum. Ioan. de Fan.

Qvamuis. CASVS. In hoc cap. to. enumerantur, quæ pertinent ad officium episcoporum, quæ chorepiscopi sibi vsurpare non debent, licèt multa sint communia chorepiscoporum, & presbyterorum cum episcopis.

h ¶ Plurima.] Quo ad minores ordines conferendos, quò ad prædicationem, quo ad confessionem, ita tamē quod nō possit conferre nisi lectoratum, & inferiores, & ostiariatum, & psalmistatum.

Altaria ante consecrationem erigi possunt.

i ¶ Erigere.] In ecclesia consecrata, nam ante consecrationē licet presbyteris cōstituere altaria, sed post non nisi de consensu episcopi: quòd si fecerit, deportatur,

arg. inf. de consec. dis. 1. nullus presbyter. hæc expositio est illius verbi, constitutio altaris.
a ¶ Fidelibus baptizatis.] Hugo. intelligit literam sic, baptizatis, scilicet extra ecclesiam, & redeuntibus ad eã, vt de consec. dis. 4. ab antiqua. quod postea sequitur, de hæreticis intelligit. in ecclesia baptizatis. Vel dic, ꝙ idẽ reperit ĩ seq. litera. Alij intelligunt de insolemniter baptizatis. in necessitate à patre, vel à matre. 30. qõ. 1. ad limina, quibus postea episcopus in confirmatione debet ea conferre. quæ collata eis non fuerunt, vt hic 1. q. §. ecce. sequens verò litera ĩ intelligitur de baptizatis nõ in necessitate, & ita non repetit idem. 1
b ¶ Hæreticis.] inf. de consec. distin. 4. quamuis.
c ¶ Nec publice.] ꝙ solus episcopus potest. 50. dis. in ea. nisi in necessitate, vt 26. q. 6. c. vlt. & c. 1.
HI VERO. Hæc est tertia pars dis. in qua probat, ꝙ chorepiscopi recesserũt ab aula. Io. de Fant.
CASVS. Dicitur in hoc §. ꝙ chorepiscopi episcoporum officia vsurpabant, & ideo ordo eorũ est hodie extirpatus.
d ¶ Vnde Damasus.] Sed tamẽ hũc Nicolaus est secut⁹, & sic est contra di. 50. studeat; sed iã tempore Nicolai aboleuerat constitutio Damasi, vel fuerunt prohibiti, nõ q̃n essent, sed ne essent, ut prius.
CHorepi.] CASVS. Quæsitum fuit à Damaso Papa quare ordo chorieporũ sit hodie ꝓhibitus. Et r̃ndet ꝑ duas rõnes. Prima est, quia sibi improbe vsurpabãt officia epõrum. Secunda est: quia tantum duos fuisse ordines legitur inter discipulos Christi. s. duodecim Apostolorum, & septuaginta duorum discipulorum, & cũ non possit ratio reddi, vnde iste tertius ordo processerit, ideo merito extirpari debet. Et illud quod postea sequitur, est pars c. ut dicit Hug. Alij tamen dicunt, quod est. §. Casus patet per se.
e ¶ Vnde.] id est, ex qua causa.
f ¶ Processerit.] Quo ad talem præsumptionem.
g ¶ Ignoramus.] Sed nonne per totum orbem fuerunt chorepiscopi, ergo præsumendum est, ꝙ fuerũt ab apostolis vel concilijs instituti. ut 12. dist. illa. Sed hic non negat illos ab apostolis institutos, sed causam institutionis ignorat. Et est hic argu. ꝙ à quocunque auctore aliquid fit institutum, & quantumcumque diu obtentum, si nõ subest causa, vel si onerosum est, extirpandũ est, vt 12. dist. omnia. inf. de consec. dist. 1. placuit. 10. q. 1. hanc, & 63. dist. §. verum. extra de censi. peruenit.
h ¶ Et quod ratione.] Institutionis. Et est argumentũ. pro ratione reddenda. 2 ut extra de censi. peruenit, & C. de codicillis. l. pen. ff. sol. mat. dotem.
QVOD AVTEM. Hæc est quarta pars dist. in qua probat, ꝙ filij ecclesiæ possunt fieri patres scilicet possunt fieri episcopi loco Apostolorum. Io. de Fan.
i ¶ Nomen non habent.] Argu. 3 Si re priueris, nec nomen. 3 habere mereris.] 32. q. 4. dicat. in fin. C. de fer. à nullo. arg. 86. dist. fratrem. 16. q. 1. si cupis.
QVorum vices.] CASVS. Quæsitum fuit ab Vrbano quorum locum episcopi hodie teneant in ecclesia, & quorum vice fungantur. Et respondet, quod locum tenent apostolorum, & eorum vice funguntur. Et hoc probatur auctoritate Augustini dicentis; Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, &c. quę auctoritas durat vsq; in finem.
K ¶ Quorum vices.] infra 12. q. 1. videntes. sup. dist. 21. in nouo.

1 Hoc dicit La. sed litera hoc non patitur, qa aperte loquitur de hæreticis Ioan. de Fant.

2 Ad idem extra de præscrip. si quãdo vbi de hoc. & 23. q. 4. de tyrijs

3 Vide Nicol. Euerar. de loc. leg. ab etymologia, coll. vlt.

Chorepi an fuerint ab Apostolis instituti.

consecrare licet, nec per impositionem manuum, fidelibus baptizatis, a † vel conuersis hæreticis † b paracletum Spiritumsanctum tradere, nec chrisma cõficere, nec chrismate baptizatorum frontes signare, nec publice c quidẽ in missa quenquam pœnitentem recõciliare, nec formatas cuilibet epistolas mittere. Hæc enim oĩa illicita sunt chorepiscopis, qui ad exemplum, & formã 72. † discipulorum esse noscũtur, vel presbyteris, qui eandem gestãt figuram: quoniam quamquam consecrationem habeant, pontificatus tamen apicem non habent.

† baptizandis. orig. & Iuo.
† ex hæresi.] orig.
† al. 70.

3 *Hi verò propter insolentiam suam, qua officia episcoporum sibi vsurpabant: ab ecclesia hodie prohibiti sunt. Vnde Damasus* d *Papa ait ad episcopos Africæ, epist.* 4.

¶Ordo chorepiscoporum à sacra sede reprobatur.
Cap. V.

CHoriepiscopi tam ab hac sacra sede, quàm à totius orbis fuerãt episcopis prohibiti. Nimis ergo eorum institutio improba, nimis est praua, quia: vt hi de sũmo sacerdotis ministerio aliquid præsumat, omni auctoritate caret. *& infra* ¶ Nã non amplius, quàm duos ordines inter discipulos Domini esse cognouimus, id est duodecim Apostolorum, & septuagintaj discipulorum. Vnde e iste tertius processerit, f funditus ignoramus. g Et quod ratione, h caret, extirpari necesse est.
4 ¶ Quòd autem † episcopi non sint, qui minus, quàm à tribus sũt ordinati episcopis, & omnibus patet: quoniã, vt bene nostris, prohibitum à sanctis est patribus, vt qui ab vno, vel à duobus sunt ordinati episcopis, nec nominentur episcopi. Si nomen non habent, i qualiter officiũ habebunt?

Polyc. ibidem. Ans. l. 7. c. 123.
† al. 72.
† al. enim.

Item Vrbanus secundus.

Apostolorum in ecclesia locum episcopi teneant.
Cap. VI.

QVorũ vices k in ecclesia habeant episcopi, & quis eis hanc dignitatẽ dare debeat, sanctus Augustinus ostendit, inquiens:] Pro patribus tuis nati sunt tibi filij.

In psal. 44.

a ¶ Ecclesia.] Ergo est ecclesia mater, & filia. Item ecclesia quandoque dr uxor. 7.q.2. sicut, & 21. qō 2. sicut, quandoque mater. 12.q.1. qui obstulerit, quandoque dicitur filia, vt de consec. distin. 1. ecclesia, nam catholicorum collectio, quæ est ecclesia, per episcoporum prædicationem

Ecclesia est mater, vxor, & filia.

CASVS. Hic intitulatur 69. dist. in qua ostendit, quod non solum episcopi possunt conferre minores ordines, sed etiam abbates in proprijs monasterijs possunt conferre lectoratum: quibus abbatibus ab episcopo manus impositio facta est.

Quid est pro patribus tuis nati sunt tibi filij? Patres missi sunt Apostoli: pro Apostolis filij nati sunt tibi, cōstituti sunt episcopi. Hodie enim episcopi, qui sunt per totū mūdum, vnde nati sunt? Ipsa ecclesia [a] patres [b] illos appellat, ipsa illos genuit[c], & ipsa illos [d] constituit in sedib. patrum. Non ergo te putes desertam, quia non vides Petrū quia non vides Paulum; quia non vides illos, per quos [e] nata es [f], de prole tua tibi creuit paternitas. Pro patribus tui nati sunt tibi filij; constitues eos principes super omnem terram, & infra [filios genuit ecclesia; constituit eos pro patribus suis Principes super omnem terram.]

g ¶ Tonsura verò.] in hac 69. d. tractat de collatione minorū ordinū vsque ad lectoratū. Et nomine tonsuræ, accipe hic tres minores ordines, psalmistarū, ostiariatū, & lectoratum, & hoc licet abbati tantùm in suo monasterio exorcistam tamen facere, vel acolythum non licet. inf. ea. c. vlt.

Tonsura quandoque tres ordines comprehendit.

DISTINCTIO. LXIX.



Onsura verò [g] clerici de manu abbatis suscipi potest, si eidem abbati manus impositio ab episcopo facta noscatur.

Vnde in septima synodo cap. quartodecimo legitur.

Quoniam.] Hoc capitulum diuiditur in duas partes. In prima parte prohibetur ne aliquis super pulpito ī ecclesia. vel monasterio legat epistolā vel lectionem, nisi primo fuerit ordinatus, & tonsuram habeat ad modū clerici. In secunda parte dicitur, quod abbates & sacerdotes, quib. ab episcopo manus imponitur iuxta morē præficiendorum abbatum conferre possunt in suis monasterijs lectoratum Id. licebat quondam chorepiscopis. Et nota, quod legere epistolam pertinet ad subdiaconum, legere lectiones ad lectorem pertinet.

¶ Abbates, quibus ab episcopo manus imponitur, aliquos tonsurare possunt. Cap. I.

Iuo 1. p. 5. c. 376.

QVoniam videmus sine manus impositione à paruula ætate tonsurā[h] cleri, quosdam accipientes, nōdū q; ab episcopo manus impositione pcepta super ambonē irregulariter in collecta legentes, præcipimus a modò id minime fieri Idipsum quoque obseruandum est etiam inter monachos. 2. ¶ Lectoris [i] autem manus impositione † [k] licentia est abbati solummodo in proprio monasterio [l] faciendi; si duntaxat eidē abbati manus impositio [m] facta noscatur ab episcopo, [secundum † morem [n] præficiendorum abbatum dum constet illum esse præsbyterum. 3. ¶ Simili etiam modo secundum antiquam consuetudinem, chorepiscopos præceptione [o] oportet episcopi promouere lectores.

† al. impositionem.
† Hæc non sunt in Græco canone.

h ¶ Tonsuram.] id est coronam. nā aliā tonsuram posset, femina dare.

i ¶ Lectoris.] Vel etiam ostiarij nō autem 1. exorcistæ. uel acolythi faciendi ius habet: licèt sit, arg. contra. ext. de or. ab episcopo, qui renū. epis. c. 1. sed & si abbas ex priuilegio habeat, ut oēs minores cōferat bene potest. Sed nunquid hodie abbas potest conferre istos ordines? Credo 2. quod sic, si tñ manus ei est imposita extra de æta. & qualit. ord. cum contingat. Ioan. Ego nō credo, quod possint conferre tales ordines abbates, nisi lectoratum, ut ur dicere hoc cap. & decre. cum cōtingat. Si autem esset sacerdos, abbas posset et conferre psalmistatum ut 23. dist. psalmista, quia psalmistatum dat simplex sacerdos, ut 23. dist. psalmista.

K Manus impositione.] sup. 23. d. subdiaconus. cōtra 3.

l ¶ Monasterio.] Sed & monachos alterius monasterij pōt ordinare, si inuitatus fuit. 9. q. 2. Lugudunensis.

m ¶ Impositio.] Quæ non est, nisi benedictio, ut 1. q. 1. manus.

n ¶ Secundū morē.] De quo habes 12. qō. 2. alienationes, nec hoc postulabit à superiore, nā sufficit semel à iure concedi. ff. de condi. instri. l. quæ sub conditione. §. fi.

o ¶ Præceptione.] Generali, arg. 16. q. 1. cunctis. 64. distin. ordinationes, & 75. dist. ordinationes.

1 Hæc fuit sētētia H. & Lau. qui dicunt idem quod prox. sequit.
2 Credo. An. Clauas. uer. ordo. 2. §. 1. semper requirit iurisdictionē quasi episcopalem in omni ordine conferendo.
3 Hoc c. nō obstat, quia hic loquitur de impositione manus ordinaria, sed contrarium de consecratoria, sm H. & idem sentit Gof. extr. de ætat. & qual. cum contingat. Arch.

nem generatur, vt 23. q. 4. recurrat. Item ecclesia etiam dicitur locus, vbi Deum timentes veniam postulant. in Auth. vt liceat ma. & auiæ. §. quia verò. coll. 8.

b ¶ Patres.] Quia eam protegunt, & defendunt.

c ¶ Genuit.] Per baptismum, & ita ecclesiæ filius datur ei curator, quod etiam lex dicit. ff. de tuto. & curat. datis ab his qui. dic vt notatur 12. q. 1. c. ult.

Episcopus patri, & ecclesia filio cōparatur.

d ¶ Illos. In hoc comparatur patri episcopus, & ecclesia filio, quia sicut filius non pōt sine auctoritate patris litigare, ut C. de bonis, quæ lib. l. ul. sic. ecclesia sine auctoritate prælati, ut extra de iud. causam, & 16. qō. 1. monachi. Item sicut filius non cōuenit sed pr nomine filij, Vt C. de bo. mat. l. 1. C. de anna. excep. l. 1. sic ipse platus est cōueniēdus, non ecclesia, nisi negotia ecclesiæ distincta sint à negotijs prælati, ut ext. de rescr. c. edoceri.

e ¶ Per quos.] Per eos pullulauit, & creuit, cum nulla esset tunc temporis.

f ¶ Nata ex.] idest, augmentata.



Onsura.] Hæc dist. diuiditur in tres partes. Secunda ibi, [Lectoris,] Tertia ibi, [Simili modo.] Ioan. de Fan.

NOn oportet.] CASVS. Dicitur hic, quod non debent exorcizare in ecclesijs, vel in domibus priuatorum qui non sunt ab episcopis consecrati. Et nota, quòd vnum vel duo, neque superabundant.
a ¶ Exorcizare.] Id est, legere exorcismos.
b ¶ Promoti.] Ad ordinem exorcistæ.
c ¶ In domibus.] Id est in ecclesijs nō sacratis. Superfluunt, duo, neque. Ioan.

h ¶ Absolutè.] Id est, sine titulo.
i ¶ Ciuitatis.] Hoc ideo dixit, quia potius est pstandus clericus, qui est de ciuitate, quàm extraneus, vt infra dist. proxi. hortamur. C. de episc. & cler. in ecclesijs. — Clericus ciuitatensis est extraneo p̄ferendus.
K ¶ Siue possessionis.] Id est, si ordinatur ad titulum patrimo-

Item ex Concilio Laodicensi, cap. 26.

¶ Non exorcizent, qui ab episcopo prouecti non sunt. Cap. II.

NOn oportet exorcizare [a] eos, qui necdum ab episcopis sunt promoti † [b], neque in ecclesijs, neque in domibus [c]. — † al. prouecti.

DISTINCTIO. LXX.

AB episcopis [d] alterius [e] ciuitatis clericus ordinari nō poterit, nec etiam a proprio [f] absolute ordinandus est; absoluta enim ordinatio Chalcedonensi concilio prohibetur, & vacuam habere manus impositionem præcipitur.

In quo sic statutum est can. 6.

¶ Nemo ordinandus est absolute. Cap. I.

NEminem [g] absolute [h] ordinari presbyterū, vel diaconū, vel quemlibet in ecclesiastica ordinatione cōstitutū, nisi manifeste α in ecclesia ciuitatis [i], siue possessionis [k], aut in martyrio [l] aut in monasterio, qui ordinatur, mereatur ordinationis publicatæ vocabulū. Eos autem, qui absolutè ordinatur, decreuit sancta synodus vacuam [m] habere manus impositionem, & nullum tale factum β valere ad iniuriam [n] ipsius, qui eum ordinauit.

Ansl. l. 7. c. 105. Poly. l. 2. tit. 31. Burch. l. 2. c. 6. Iuo p. 6. c. 26. Pann. l. 3. c. 27.

α ¶ Nisi manifeste.] *Græce legitur.* εἰ μὴ ἰδικῶς ἐν ἐκκλησίᾳ πόλεως, ἢ κώμης ἢ μαρτυρίῳ, ἢ μοναστηρίῳ ὁ χειροτονούμενος ἐπικηρύττοιτο *hoc est*: nisi proprie in ecclesia ciuitatis, vel pagi, aut martyrio, aut monasterio, qui ordinatur, pronūcietur. *In ordine autem Romano fit mentio talis pronunciationis, episcopi nomine per archidiaconum factæ.* De titulo S. Stephani eligimus Petrum ad lectorem ad eundem titulum.

β ¶ Nullum tale esse factum.] *Græcè*: μηδαμοῦ δύνασθαι ἐνεργεῖν, *id est*, nunquam posse operari.

Item ex concilio Vrbani XI. habito Placentiæ.

¶ Irrita sit ordinatio sine titulo facta. Cap. II.

SAnctorum canonum statutis consona sanctione decernimus, vt sine titulo facta ordinatio irrita habea- — S. Antoninus p. 2. c. 1. §. 22.

AB episcopis.] CASVS. Supra ostensum est, quod clerici sunt a proprio episcopo ordinandi, nunc autē vult ostēdere Gratianus, quod nullus episcopus debet ordinare clericū alterius, sine eius licentia, quod ostendit, inf. 71. distin. Et ostēdit, quòd nullus debet ordinari, sine titulo: & si ordinetur irrita erit talis ordinatio quo ad executionem: qđ ostendit in hac 70. distinctio. in ca. 1. & 2. Io. de Fant. — Ordinatus sine titulo deponi debet.
d ¶ Ab episcopis.] Hic depingitur. 70. distin. Quia dixerat presbyteros, & reliquos clericos ab episcopo debere ordinari: vñ sumpta occasione ostēdit, quod nullus ordinandus est sine titulo, i. sine ecclesia, vel ecclesiastico bñficio, & si fuerit ordinatus, dēt deponi tam in iniuriā ordinanti quam ordinati; quia pmisit se sic promoueri. 16. q. 7 decernimus 21. q. 2. cap. 1. sed qm̄ episcopi hanc pęnam nullam reputabant, hodie prouisum est, ut remaneant promoti & eps, vel etiā eius successor eis prouideat. extra de præb. episcopus extra eod. tit. cum secundum.
e ¶ Alterius.] Hoc exequitur in dist. sequenti.
f ¶ A Proprio.] Hoc exequitur in dist. &c.
NEminem.] CASVS. Statutum fuit in Nicæno concilio, ut nullus eps ordinet aliquem clericum, sine certo titulo alicuius ecclesiæ in ciuitate uel extra ciuitatem, & si ordinauerit aliquem clericum, sine titulo, in opprobrium ordinantis officij executione carebit.
g ¶ Neminem.] Etiam in minoribus ordinibus non debet ordinari. arg. 12. q. 1. videntes. 32. distin. si qui verò, eum enim habeat officium in ecclesia, ergo, & beneficium debet habere extra de præben. dilectus. extra de fil. presbyt. proposuit ne dicatur. Mendicat in plateis infelix clericus, vt 93. dist. diaconi. — Clericus infelix esurit in plateis.

trimonij sui, vt extra de præben. c. tuis. Vel hoc ideo dicit, quia potius sunt illi clerici instituendi, de quorū bonis fundata 1. est ecclesia, ut extra de rescrip. cum adeo. — 1 Fundata. Idem Arch. Præpos. hic vide Rochū Curt. de iure patr. ver. honorificum q. 18.
l ¶ In martyrio. Vbi sunt reliquiæ martyrū. vel loquit de regulari ecclesia. Colligitur ēt hic ex eo, quod dicit siue possessionis, arg. quod si quis habet patrimonium sufficiēs, ordinari potest sine titulo, extra de præben. episcopus.
m ¶ Vacuam.] Quo ad executionem.
n ¶ Ad iniuriam.] Et etiam suum delictum: quia se sic permisit promoueri, alias alterius odio non debet alius prægrauari. C. de inoffic. testam. si quis in suo. extra de his quæ fiunt a maio. parte capit. c. quæsiuit. in fine.
SAnctorum.] CASVS. In hoc cap. quinque per concilium

tur, & in qua ecclesia quilibet titulatus est, in ea perpetuò [a] perseueret.

¶ Omnino autẽ in duabus [b] aliquem titulari non liceat, sed vnusquisq; in qua titulatus est in ea tantũ canonicus habeatur. Licet em̃ episcopi dispositione vnus diuersis [c] præesse possit ecclesijs, canonicus tamen præbendarius, nisi vnius ecclesiæ, in qua conscriptus est, esse nõ debet.

¶ Si quæ tamẽ capellæ sunt, quæ suis redditibus clericos sustentare nõ possunt; ea cura [d] ac dispositio præposito [e] maioris ecclesiæ, cui capellæ subditæ esse videntur, immineat; & tam de possessionibus [f], quàm de ecclesiasticis capellarum officijs ipse prouideat [g].

In eodem etiã concilio antiquis nouem [h] præfationib. decima addita est, quæ ita se habet; [Aequũ, & salutare & te in ven. vel assumptione B. Mariæ collaudare, benedi. & prædi. quæ, & vnigenitum tuum S.S. obumb. concep. & virginitatis gloria permanente lumen æter. mundo effudit; Iesum Christum Dominum nostrum.]

DISTINCTIO LXXI.



E clericis [i] verò non ordinandis ab episcopo alterius ciuitatis, in Sardicensi cõcilio, c. 18. & 19. statutum est.

In quo Ianuarius ep̃us dixisse legitur.

cilium Vrbani statuuntur. Primum est, vt ordinatio sine titulo facta irrita habeatur. Secundum est, vt clericus perpetuo perseueret in ecclesia, in qua est intitulatus. Tertium est, vt clericus non intituletur in duab. ecclesijs: q̃a licèt ex dispẽsatione episcopi clericus possit duabus

duabus ecclesijs præsidere, canonicus tamen præbendarius in duabus ecclesijs esse non potest. Quartum est, vt præpositus maioris ecclesiæ curam habeat de ecclesijs pauperibus, quæ clericos suos sustentare non possunt. Quintum est, vt præter nouem præfationes decima dicatur, quæ incipit: Aequum & salutare.

a ¶ Perpetuo.] Idest, dum viuit 1. ff. pro so. l. 1. filius. n. non debet esse temporalis, nec hæres. ff. de adop. quæsitum 2. & Instit. de hære. insti. §. hæres.

NVllus vnquam laicorum, neque ex alio ordine pręsumat, nisi per distinctos, gradus ascendens, diaconus, aut presbyter Cardinalis factus fuerit, ad sacri Pontificatus honorem promoueri.

¶ *In Põtificalibus manuscriptis vno vaticano, & altero Cardinalis Sirleti in vita Stephani Papæ III. referendo synodum ipsius tempore habitam, hæc leguntur ad caput hoc pertinẽtia.* Tunc à latis sacratissimis canonibus, eisque liquido perscrutatis, prolata est sententia ab eodem sacerdotali concilio, sub anathemate interdicẽtes, ne vllus vnquam præsumat laicorũ, neq; ex alio ordine, nisi per distinctos gradus ascẽdens, diaconus, aut presbyter Cardinalis factus fuerit, ad sacri Pontificatus honorem promoueri: & alia plura, quæ canonica indigebãt correctione, in eodem concilio statuerunt emendanda.

Item ex eodem.

¶ Anathematizetur episcopus, monachus, vel laicus Romanam ecclesiam inuadens & in gradum filiorum eius prorumpens. Cap. V.

Deusdedit ibi. Ansf. l. 6. c. 26. & 27. In Pontificali Roma. manusc.

3 SI quis ex episcopis, vel presbyteris, vel monachis, vel laicis contra canonũ, & sanctorũ patrum statuta prorumpẽs, in gradum filiorũ sanctæ Romanæ ecclesiæ, idest presbyterorum [a] Cardinalium, & diaconorum ire præsumpserit, & hanc Apostolicã sedem inuadere quilibet ex supradictis tẽtauerit, & ad summum Pontificalem honorem ascendere voluerit; ipsi, & sibi fauentibus fiat perpetuum [b] anathema. ¶ *& infra.* ¶ Si quis resistere præsumpserit sacerdotibus, atq; primatib. ecclesię, vel cuncto clero ad eligendum sibi Romanum Pontificẽ secundum canonicam † traditionem, anathema sit.

† al. hanc canonicam.

¶ *Deusdedit presbyter Cardinalis tituli Apostolorum in Eudoxia, par. 2. c. 131. refert multa ex synodo habita à Stephano tertio; in quibus caput integrum continetur.*

Item ex Concilio Leonis Papæ IIII.

¶ Anathema sit, qui canonicę electioni Romani Pontificis contradicere presumpserint. Cap. VI.

Deusdedit ibi. Ansf. l. 6. c. 28.

4 SI quis ex sacerdotibus, seu primatibus [c] nobilibus, seu cuncto clero sanctę Romanę ecclesię, electioni Romani Pontificis contradicere præsumpserit, sicut in concilio Bonifacij, & Stephani Papæ legitur statutum, anathema sit.

Item ex Concilio Bonifacij Papæ III.

OPortebat.] CASVS. Hoc ca. & sequẽs idem dicunt: scilicet quod nullus debet eligi in Papã nisi de Cardinalibus presbyteris vel diaconis, dummodo inter eos idoneus inueniatur.

SI quis ex episcopis.] CASVS. Hoc c. & sequẽs ferè eũdem habent casum. Dicit enim hic, quod si quis clericus, vel laicus electioni Cardinalium contradixerit, vel sedẽ apostolicam voluerit vsurpare, anathema sit: & nõ solũ ipse, sed etiam oẽs ei fauentes. In sequẽti c. dicitur, quod si quis cõtra dixerit eligentibus Romanum Pontificem, anathema sit.

a Presbyterorum.] Arg. Cardinales presbyteros maiores esse diaconis. 1 & ex illis primo debere eligi, & postea ex diaconis, si in illis nõ inuenitur idoneus arg. sup. d. 23. in nomine. Arg. cõtra sup. cap. proxi. quia ibi prius dicit diaconus, &c. Sed ordini literę nõ est standum. ff. de solu. l. ... [illegible]

1 Adde no. per Albe. de Ros. in rub. C. de sum. trin. Spe. infra. de li. cõte. §. iã nunc videndum. ver. si uero omnia.

ADDITIO. Et videas, quæ de hac materia not. ... [illegible] ... metropolitano. A. ... [illegible]

b Perpetuum.] Donec peniteat. 10. q. 1 quia sacerdotes. ... [illegible] ... extra de ... [illegible] literis. & in ... [illegible] §. adeo. ... [illegible] ff. ... [illegible] 10. q. 2. pꝑetua. ext. de iureiu. veritatis.

ADDITIO. De hoc no. ... [illegible] ... sancto rum ... [illegible] gl. & 1. q. 1. reperiuntur. in fi. Archid.

c SI qs.] c Seu primatibus.] Primates appellat quosdam fortè nobiles, qui intersunt, vt populum arceãt, 2. qui si iuste mouerẽtur, exaudirentur.

2 Ad hoc ar. 73. dist. quia sancta. 64. d. quia p ambitiones. Archid.

Nullus.

NVllus.] CASVS. Mortuo Apostolico, vel epo aliquo, Cardinales, vel Canonici in tantũ festinabãt, q nihil curabant de sepultura defuncti: quare statutũ fuit, quòd nec Papa, nec episcopo viuente, nec etiam eo defuncto, electio fiat successoris, nisi tertia die post sepulturam.

a ¶ Viuente.] Idem dicit extra de elec. bonæ. Sed nunquid mortuo Papa, ecclesia erit mõstrũ sine capite, vel nunquid vniuersitas Cardinalium erit caput? Si hoc dicas Cardinales tũc tẽpris possũt deponere episcopũ: eadem ratione canonici mortuo episcopo possũt deponere clericũ aliquẽ: Dic ergo & ecclesiam tũc viuere, & tamen carere capite. Arg. tamẽ q Cardinales suppleãt defectũ mortui Papę inf. e. li q. Io. melius ext. de maior. & obedient. his, quæ. & c. cum olim. B.

Cardinales an suppleãt defectũ mortui Papæ.

SED QVÆRITVR. CASVS. Hic est secundus articulus, vbi queritur qd iuris sit, si duo Apostolici eligantur temeritate certãtiũ: et qs alteri sit præferẽdus: & qd de hoc sit, legit sequẽti c.

b ¶ Honorius.] Sed quid spectat ad Imperatorem statuere aliqd de electionib. contra id 96. dis. bene? Sed istud fecit rogatu ecclesiæ. Et est ar. ad quæstionẽ illam, q laicus de rebus ecclesiasticis vel spiritualib. possit iudicare. Arg. contra su. dist. 96. denique. sed ibi intelligitur prẹter auctoritatem ecclesiastici prẹlati. De hoc dixi extra de arbi. contingit.

Laicus an possit de rebus ecclesiæ iudicare.

SI duo.] CASVS. Bonifacius Papa rogauit Imperatorẽ Honoriũ, vt concederet legem, qua doceretur qd esset faciendum si duo Apostolici temeritate certantiũ eligantur. Constituit ergo Honorius, quod neuter illorum duorum sit Papa. sed noua electione communi consensu tertius eligatur.

c ¶ Contra fas.] Et ideo neuter obtinet, vt extra de ele. considerauimus. nec priuantur Cardinales hoc casu potestate eligendi, contra id, extra de elec. cum in cunctis. Sed quis erit Iudex de hoc, an electio sit contra fas? Non ipsi Cardinales: quia si sic, essent iudices in facto proprio: & tamen nullus superior potest inueniri, vt extra si di de elect. licet in fin. Dic istud c. locum habere quando neuter est electus a duabus partibus. Vel dic quod concilium conuocabitur.

Electio facta per Cardinales contra fas, quis erit iudex.

d ¶ Nullum.] Supra dist. 63. si fortè contra. Sed quod hic dicitur, sit cum vtraque pars ducitur malo zelo. ibi cum vtraque pars bono zelo ducitur, & hoc patet per hæc verba, contra fas.

HOC AVTEM. CASVS. Dicit nunc Gratianus, quòd c. si duo. intelligitur quando vterque male est electus: & non intelligitur quando vnus per apostasiam ordinatur, & alter canonice: cuius electio facta fuit extra Vrbem propter intrusionem alterius.

SI quis pecunia.] CASVS. Constituit Nicolaus Papa, quod q si quis pecunia, uel alio modo illicito vsurpet sedem apostolicam: nõ apostolicus, sed apostaticus habeatur: & liceat Cardinalibus eũ anathematizare, & laicorum auxilio eum repellere: & si electio successoris intra vrbem fieri non potest, fiat extra: & electus habeat plenã potestatem disponendi res in vtilitatem ecclesię, & faciendi omnia quasi esset inthronizatus.

a ¶ Non apostolicus.] Videtur per principium istius c. q Papa de simonia possit accusari: quia non est Apostolicus, sed apostaticus, & quia simonia hæresis est 1. q. 1. eos qui. & ca. fertur. & ea. liqueat. & per primum cap. huius dist. quod nõ credo. & loquitur hic de eo qui per simoniã electus est ab illis, qui non habebãt potestatẽ eligendi, nõ à Cardinalibus. Simonia autem largè dicitur hæresis, non sm q Papa, vel alius de hæresi potest accusari, cum scilicet errat aliquis in articulis fidei, sed antequam eligatur Papa, exceptione cuiuslibet criminis repelli poterit. Sed pone q aliquis accusat Cardinales, quòd simoniace elegerint Papam (hoc enim licite potest fieri, vt inf. cap. proxi.) nunquid si probata fuerit simonia, Papa deponetur? Non. argum. 2. quæst. 5. interrogatum. ff. de adult. e. denũciasse. Sed quid si dum vxor tua creditur mortua, eligeris in Papã, & consecratis, & vxor

Papa vtrum possit accusari de simonia.

Simonia dicitur hæresis.

¶ Nullius episcopi fiat electio, nisi post diem tertium depositionis alterius. Cap. VII.

2 NVllus, Pontifice Romano viuente, [a] aut episcopo ciuitatis suæ, præsumat loqui, aut partes sibi facere; nisi tertio die depositionis eius, adunato clero, & filijs ecclesiæ: & tunc electio fiat.

In Põtificali Rom. manusc. Ans. l. 7. c. 11. Deusdedit p. 1.

3 *Sed quæritur, si duo concertantium temeritate, electi fuerint; quis eorum alteri præferendus sit?*

De his ita scribit Honorius [b] Augustus ad Bonifacium Papam.

In tomis conciliorum inter epistolas Bonif.

¶ Si temeritate concertantium duo fuerint ordinati. Cap. VIII.

SI duo forte contra fas [c] temeritate concertantium † fuerint ordinati, nullum [d] ex his futurum penitus sacerdotem, sed illum solum in sede apostolica permãsurum, quem ex numero clericorum, noua ordinatione diuinum iudicium, & vniuersitatis consensus elegerit.

infr. dis. 97. c. victor Honorius. Ans. l. 6. c. 17.

† certa orig.

4 *Hoc autem capitulum, nõ de eo intelligendum est, qui vno per apostasiã ordinato, à Cardinalibus, & religiosis clericis Apostolicæ sedi inthronizatur; etiam si ille apostaticus ita cathedram beati Petri violenter tenuerit, vt canonica electio intra Vrbem fieri non valeat.*

Vnde Nicolaus Papa II. in concilio Romano statuit dicens.

In fine.

¶ De eo, qui per pecuniam, vel populari tumultu, non canonica electione ordinatur. Cap. IX.

5 SI quis pecunia, vel gratia humana, vel populari, seu militari tumultu, sine concordi, & canonica electione, ac benedictione Cardinaliũ episcoporum, ac deinde sequentiũ ordinum religiosorum clericorũ, fuerit Apostolicæ sedi inthronizatus, non Apostolicus, [e] sed apostaticus habeatur, liceatque Cardinalibus episcopis,

su. fere idẽ dist. ea. c. si quis Apostolicæ. Ans. l. 6. c. 16. Poly. l. 1. tit. 4. Iuo p. 4. c. 8.

vxor tua te repetit, an ei reddendus es; vel si tu neges eam tuam vxorem esse, apud quem cognoscetur, cum Papa iudicari non possit, nisi de hæresi? Resp. si reuocetur in dubiū, non est cogēdus stare iudicio alicuius, immo excipere potest, Dominus est qui me iudicat. 9. q. 3. alio-

in quo non sufficit altera pœna 23. q. 5. cap. quid ergo
b ¶ Inthronizatus.] Si 23. dist. in nomine.

ELECTIO CASVS. Hic est tertius articulus, vbi dicitur, quod electio successoris debet fieri cum deliberatione antecessoris.

cum religiosis, & Deum timentibus clericis, & laicis [a] inuasorem etiam cū anathemate, & humano auxilio, & studio à sede Apostolica repellere, & quem dignum iudicauerit, præponere. Quòd si hoc intra vrbem perficere nequiuerint, nostra auctoritate Apostolica congregati in loco, qui eis placuerit, eligant, quem digniorem, & vtiliorem Apostolicæ sedi peripexerint; cōcessa ei auctoritate regendi, & disponendi res, & † vtilitatem sanctæ Romanæ ecclesiæ, secundum quod ei melius videbitur, iuxta qualitatem temporis, quasi iam omnino inthronizatus [b] sit.

† al. in.

5 *Electio verò Romani Pontificis etiam cum deliberatione prædecessoris fieri debet.*

Vnde Symmachus Papa ait in synodo Romana prima, cap. 4.

Deusdedit ibi. Polyc. ibid. Ansl. l. 6. cap. 1. Pann. l. 3. c. 2.

¶ Si Papa de electione sui successoris ante decernere non potuerit. Cap. X.

SI transitus Papæ (quòd absit) inopinatus euenerit, vt de sui electione successoris (vt supra placuit) non possit [c] ante decernere; si quidem in vnum totius inclinauerit † ecclesiastici ordinis electio, consecretur electus episcopus. Si autem vt fieri solet, studia cœperint esse diuersa eorū, de quibus certamen emerserit, vincat sententia plurimorum [d]; sic tamen, vt sacerdotio careat [e], qui captus promissione; & non recto iudicio de electione decreuerit Synodus dixit, Placet, &c.

† al. conuenerit.

6 *Sicut supra monstratum est, electio summorum sacerdotum à Cardinalibus, & religiosis clericis fieri debet; electio vero eorum, iudicio diuino reseruata est.*

Vnde Anacletus Papa ait ad epos Italiæ, epist. 2. cap. 2.

Iuo. p. 5. c. 238.

¶ Summorum Pontificum electionem sibi Dominus reseruauit. Cap. XI.

ELectionem [f] verò summorum α sacerdotum sibi Dominus reseruauit, licet electionem eorum bonis sacerdotibus, & spiritualibus populis concessisset.

α ¶ Summorum.] *sequebatur*, Pontificum vel sacerdotū, *Sublatæ sunt duæ priores voces, quia neq; in originali, neq; apud Iuonē, neq; in vetustis Gratiani exēplaribus legūtur.*

DISTINCTIO LXXX.



1 ps O-

S I transitus.] CASVS. Symmach⁹ Papa statuit, vt si mors inopinata cōtingat, ita vt antecessor, non possit ante decernere de electione sui successoris, si quidē ab omnibus fuerit canonice electus, consecretur. Si autem (vt fieri consueuit) duo eligāt, electus à plurib. præferatur, nisi fuerit simoniace electus.

c ¶ Non possit.] Inf. 8. q. 1. episcopo nō. cōtra. Solutio, aliud ē de suis successoris electione cū fratrib. deliberare, quod posset fieri, vt hic pmittitur, & aliud est ex testamento quasi dignitatis suæ heredē substituere, quod ibi penitus prohibetur, quia nec Papæ licèt 3. qa hoc nec Moyses potuit 8. quæst. 1. Moyses, nec est trahendū ad consequētiam factū Petri Clementē substituētis sibi. 8. q. 1. c. 1. quia & ad eius vmbrā currabantur infirmi. de hoc dici cōsueuit. 1. q. 1. Petrus.

d ¶ Sententia plurimorum.] s. duarum partium. extra de elect. licet.

e ¶ Careat.] Accusabitur ergo iste de simonia, nec præiudicabitur Papæ, arg. 2. q. 5. interrogatū est.

SICVT.] CASVS. Hic est quartus articulus, in quo dicitur, quod electio summorum Pontificum soli Deo reseruatur, licèt electio à Cardinalibus fiat. Quod probatur sequenti c. cuius casus planus est.

Papa an de suo successore possit cū Cardinalib. deliberare.

3 Sed nunquid Papa potest dare licētiā alij ut eligat sibi successorē; certe sic. 7. q. 1. petisti. quare ergo non potest sibi eligere? Rñdet H. quod multa sunt quæ alijs indulgemus licite, nobis tñ talia īdulgere non licet. Eps em sæpe cum alijs dispensat priuilegium, uel honorem dat alijs. Sed nūquid talia possit sibi īpendere? nō: quia nemo assumit sibi honorem 8. q. 1. in scripturis secundum H.

Coniugatus in Papā electus, an debeat reddere debitum.
1 Altàs prohibetur in malis, hoc specialiter, &c.
2 De hoc 16. q. 1. statuimus.

aliorum. Si autem certum est, tenetur ei reddere debitum, nisi mulier induci possit ad continentiam obseruandam, vel abrenunciabit papatui, & satisfaciet vxori, &c.

a ¶ Laicis. Infra d. 96. c. 1. contra. Sed illud generaliter prohibetur, hic in alijs quod specialiter cōtra inuasorē Apostolicæ permittitur, vel singulis referēda sunt singula: licèt clericis anathematizare, & laicis humano auxilio a sede Aposto. pellere. Et sic aliquis punitur simul pœna canonica, & ciuili 2. contra id extra vt lit. non contest. quoniam, in fi. Sed hoc speciale est in intruso,

f ELectionem. Et ita fallit regula, ad quem spectat institutio, & destitutio. 16. q. 2. visis, qui benedicere potest, & maledicere, qui ligare, & absoluere potest, vt 21. dist. inferior, &c. denique.

LOcá vero.] Hæc distin. diuiditur in duas partes, in quarum prima quæritur vbi debeat fieri sedes patriarchalis, vel primatuum vel metropolitanorum, vel episcoporum, vel aliorum minorum. Secunda ibi.] Sedes autem. Io. de F. CASVS. Supra ostendit quando, & à quibus clerici debeant ordinari, nunc vero in hac 80. distin. ostendit in

quibus locis debeant p̄poni Patriarchæ, archiepiſcopi, epiſcopi, & presbyteri. Patriarchæ debent poni in capitibus prouinciarum, ut inf. 99. d. prouinciæ, archiep̄i in ſingulis prouincijs, ut inf. 6. q. 3. ſcitote, ep̄i uero in ciuitatibus, Presbyteri per caſtella, & uillas, ut if. eo. ep̄i.

f ¶ In fide.] Inf. 24. q. 1. quoties contra. inf. 16. q. 1. frater noſter, contra vbi dr̄, ꝙ tantum ad Petrum eſt referenda quæſtio fidei, ſed expone hoc in fide, id eſt, fideliter Vel poſſunt agitare cauſas fidei, ſed non procedere ad ſententiam. Vel diſtingue qui ſint qui dubitant; nam ſi

Fidei quæſtio eſt referenda ad ſedem Petri.

ca[a] verò in quibus primates, Patriarchæ, archiepiſcopi, epiſcopi, presbyteri ſunt ordinandi; hæc ſunt ſecundum Lucium Papam, & Clementem, atque Anacletum. Ait enim Lucius Papa.

Extat apud Stephanum 1. epiſt. 2. c. 5.

¶ In quibus locis primates, vel patriarchæ debeant ordinari. Cap. I.

Anſ. l. 6. c. 118.

VRbes & loca, quibus primates præſidere debent, nō à modernis, ſed etiam multis ante aduentum Chriſti ſunt ſtatutæ [b] temporibus; quarum primates etiam gẽtiles, pro maioribus etiam negotijs appellabant[c]. In ipſis vero vrbibus poſt Chriſti aduẽtum, Apoſtoli, & ſucceſſores eorum, patriarchas[d], vel primates poſuerũt, ad quos epiſcoporum negotia (salua in omnibus Apoſtolica auctoritate) & maiores cauſæ, poſt Apoſtolicam ſedem ſunt referendæ.

Item Clemens Papa ad Iacobum, epiſt. 1.

¶ De eodem. Cap. II.

Leo. 9. epiſt. 3. Poly. l. 2. tit. 22. Burc. l. 1. c. 155. Anſ. l. 6. c. 113. † *iudicia*] ori.

IN illis verò ciuitatibus, in quibus olim apud ethnicos primi † flamines eorũ, atque primi legis Doctores erant, epiſcoporum primates poni vel Patriarchas B. Petrus [e] præcepit, qui reliquorum epiſcoporum cauſas †, & maiora, quoties neceſſe foret, negotia in fide [f] agitarent. *& paulo poſt.* ¶ In illis autẽ ciuitatibus, in quibus dudũ apud prædictos erant archiflamines, quos tamẽ minores tenebant [g], quàm memoratos primates, archiepiſcopos inſtitui præcepit: *& infra.* ¶ In ſingulis verò reliquis ciuitatibus † ſingulos[h], & non binos, vel ternos, aut plures epiſcopos conſtitui præcepit, qui non primatum, aut archiepiſcoporum; aut metropolitanorũ nomine quia matres ciuitatum non tenent, ſed epiſcoporum tantum vocabulo potirentur: quoniam nec inter ipſos Apoſtolos par [k] inſtitutio fuit: ſed vnus omnibus præfuit.

† *al. archiflamines.*

† Adde q̃d ſit ciuitas, quid uilla, & quid caſtrum. not. Bart. in l. 1. §. ſi aũt. ff. d no. ope. nũc & in l. ſi hæres. ff. de leg. 1.

Idem eſt Clementis in epiſt. proxime citata. Burch. l. 1. c. 4. Iuo p. 5. c. 58. & 98.

Item Anacletus epiſt. 3. c. 2.

¶ De eodem. Cap. III.

EPiſcopi.

a ¶ Loca.] Hic intitulatur 80. d. ſupra magiſter oſtendit à quib. & quando ſint ordinãdi clerici, nũc ſubdit in quibus locis ordinãdi debeãt ordinari, & quidem primates b. conſtituũtur, ubi olim ponebãtur protoflamines gẽtiliũ, archiepiſcopi ubi archiflamines, epiſcopi ubi eorũ flamines, & hoc ex maxima parte factũ eſt inſtitutione beati Petri; ut if. eo. cap. 1. & 2.

Protoflamines. Archiflamines. Flamines.

VRbes.] CASVS. Hoc c. loquitur de primatibus gentilium, & Chriſtianorum. Eſt ergo caſus. Lucius cõſultus fuit in quibus locis primates Chriſtianorũ ſunt collocandi: qui reſpondet dicens, ꝙ multo tẽpore ante aduentum Chriſti urbes ſunt ſtatutæ, in quibus erant primates gentilium, ad quos ipſi gentiles ꝓ maioribus negotijs appellabãt, & in eiſdem locis poſt aduẽtum Chriſti Apoſtoli, & eorũ ſucceſſores poſuerũt primates Chriſtianorum, ad quos (Salua apoſtolica auctoritate) epiſcoporum maiora negotia ſunt referenda.

b ¶ Statutæ.] A gentibus: & ita eſt arg. ꝙ cõſtitutiones gẽtilium ſunt authenticæ arg. 99. d. cap. 1. Nec eſt contra 13. q. 1. cap. 1. nã illud de parochijs, hoc de ciuitatibus.

c ¶ Appellabãt.] Ergo bene dicitur, appello Papam, appello ſedem Apoſtolicam, & Apoſtolus dixit, Cæſarem appello.

d ¶ Patriarchas.] Repetitio eſt eiuſdem, quia idem eſt primas, & patriarcha. 99. diſt. c. 1. ſicut, & dicit lex. differentia tantum nominis eſt inter pignus & hypothecam ff. de pign. res hypothecæ. §. inter pignus.

Primas, & patriarcha idem.

IN illis.] CASVS. Gentiles habebant tres ordines ſacerdotum, ſcilicet primiflamines, archiflamines, & flamines. Loco primiflaminũ Petrus iuſſit poni patriarchas, qui de maioribus aliorũ ep̄orum cauſis cognoſcunt. Loco archiflaminum, archiep̄os. Loco flaminum ep̄os, qui in ſingulis ciuitatibus ſinguli eſſe debent.

e ¶ Petrus.] Argu. à tempore Petri eſſe limitatas prouincias.

ſi laici, uidetur, ꝙ epiſcopi poſſint determinare extra de hæret. ad abolendam ſi clerici, Papa extra eodem tit. cum Chriſtus.

g ¶ Tenebant.] id eſt, reputabant.

h ¶ Singulos.] Arg. in una ciuitate non plures eſſe debere epiſcopos 1, de Auguſtino, & Valerio fuit ſpeciale, ut inf. 7. q. 1. non autem. Sed quid de Venetis, qui patriarcham, & epiſcopum habent? Sed dic ꝙ non eſt Patriarcha Venetorum, ſed Grãdẽſis, qui locus differt multum à Venetijs.

1 Ad hoc extra de off. ord. quoniã. 22. q. 2 ſicut.

i ¶ Vocabulo. Nam olim, & c. 95. diſt olim.

K ¶ Par.] Sup. diſt. 21. in nouo, contra 24. q. 1. loquitur. contra. Sed par fuit quo ad conſecrationem, non quo ad adminiſtrationem.

Veneti patriarcham, & epiſcopũ habent.

EPiſcopi.] CASVS. In hoc cap. notatur duplex differentia inter ep̄os & presbyteros, Prima eſt, quia epiſcopi

episcopi nō debent poni in ciuitatibus, quin etiam sint magnæ, & non paruæ. presbyteri vero per castella. Secunda differentia est, quia episcopus non potest consecrari ab vno episcopo, sed presbyter sic.

a ¶ Non in castellis.] Quandoq; tamen episcopus est in

d ¶ Vilescat.] Quantum ad vulgi opinionem. nam propter hoc non est vilior episcopus, vt 93. di. legimus. Similiter sponsa non est statim tradenda, ne vilescat desideranti. vt 27. q. 2. institutum est. simile in fide suscepta per vim, vt 45. dist. de Iudæis. Sic eps non erit solus ne vilescat per hoc. Episcopus 93. dist. diacon. qui nō [illegible] est. Idē est in pœnitētia se solus. [illegible] iterandæ. de pe. [illegible] quamuis. 50. [illegible] us.

non in castellis [a], aut modicis [b] ciuitatibus debent cōstitui: sed presbyteri per castella, & modicas ciuitates, atq; villas debent ab episcopis ordinari, & poni: singuli [c] tamen per singulos titulos suos: Et episcopus non ab vno, sed à pluribus debet episcopis ordinari, & vt dictum est, non ad modicam ciuitatem, ne vilescat [d] nomen episcopi: sed ad honorabilem vrbem titulandus, & denominādus est. Presbyter verò ad qualemcunque † locum, vel ecclesiam in eo constitutam est præficiendus.

† quamcūque.] orig.

Item Leo Papa ad episcopos Africæ, epist. 85. cap. 2.

De eodem. Cap. IIII.

Poly. lib. 2. tit. 23. Burc. li. 1. c. 32. Iuo p. 5. c. 107. 143.

Illud sanè, quòd ad sacerdotalem pertinet dignitatē, inter omnia volumus canonum statuta seruari, vt nō in quibuslibet locis, neque quibuslibet castellis, & vbi [e] ante non fuerunt, episcopi cōsecrentur [f]: cum vbi minores sunt plebes, minoresque conuentus presbyterorum cura sufficiat: episcopalia autem gubernacula, non nisi maioribus populis, & frequentioribus ciuitatibus oporteat præsidere; ne, quod sanctorum Patrum diuinitus inspirata decreta vetuerunt; viculis, & possessionibus, vel obscuris, & solitarijs municipijs tribuatur sacerdotale fastigium.

ext. de priuil. cap. 1.

Item ex concilio Laodicensi, cap. 57.

¶ De eodem. Cap. V.

Non debere in vicis, & villis † episcopos ordinari; Sed visitatores [g] α, idest, qui circumeant, cōstitui: hos autem, qui ante hac ordinati sunt, nihil agere censemus sine conscientia episcopi ciuitatis. Similiter etiam presbyteri [h] nihil sine præcepto [i], & consilio episcopi agant.

† al. castellis.

α ¶ Sed visitatores.] *In codice Græco impresso legitur,* ὕπηρετ εὐδῶτας, *in tribus autem manuscriptis,* ἀλλὰ περιοδεύτας.

† ἀνδ γνώμης τοῦ ἐπισκόπου.

2 *Sedes autem episcoporum non longo interuallo debent disiungi, vt ad consecrationem sui comprouincialis sine difficultate possint occurrere.*

Vnde Gregorius Augustino Anglorum episcopo, responso octauo.

¶ Episcopales sedes non longo interuallo à se debent Disiungi. Cap. VI.

Pann. lib. 3. c. 16.

Fraternitatem tuam ita volumus in Anglia episcopos ordinare, vt ipsi sibi episcopi lōgo [k] interuallo mini-

Illud.] CASVS. Statuitur in hoc c. vt [illegible] locis, & vbi est paucitas ho[illegible] ponantur presbyteri. & eorum cura sufficiat: episcopi vero in frequentibus ciuitatibus, & maioribus populis.

e ¶ Et vbi.] Vt & j. 16. q. 1. felix episcopus & c. multis cōcilijs. & 16. q. 1. plures.

f ¶ Consecrentur.] nisi multitudo excreuerit, vel gens de nouo sit cōuersa ad fidem, vt inf. 16. q. 1. præcipimus. argu. de 99. nulli archiepisco pi extra de eccl. ædi[illegible] ad audientiam 3.

3 Idem & in alio casu 7. q. 1. temporis. 1. q. 2. abbatibus.

Non debere.] CASVS. Laodicēse concilium statuit, vt episcopi nō ponantur per vicos & villas, sed visitatores idest archipresbyteri, qui debent visitare parochias; qui sine concilio & conscientia episcopi ciuitatis nihil agere debent.

g ¶ Sed visitatores.] i. archidiaconos, vel archipresbyteros.

h ¶ Similiter etiam presbyteri.] inf. 12. q. 2. abbatibus.

i ¶ Sine præcepto.] si volunt res ecclesię alienare. 12. q. 2. abbatibus, vel intellige de præcepto generali. vt 16. q. 1. in cūctis.

4 Sic etiam not. 75. dist. cap. 1. & hoc ratione officij ecclesiastici secūdū H.

SEDES AVTEM. Hæc est secūda pars dist. in qua dicitur quòd episcopales sedes debent esse vicinæ. Ioan. de Fant.

Fraternitatem tuam.] CASVS. Præcepit Gregorius Augustino Anglorum episcopo, vt ordinaret episcopos non longo interuallo inter se distantes, vt leuiter possint conuenire ad episcoporum ordinationem faciendum: quæ ad minus cum tribus episcopis, vel quatuor fieri debet, & conuenit.

K ¶ Longo.] Dīt quidam longo, vt xx. miliariū. arg. ff. de

Leges vbi deb[illegible] legi. 1 Concor. l. 1. C. de stu. li. vrb. Ro. l. 11. 2 70. distin. sanctorum.

in castro. 16. q. 1. & temporis. vbi dicitur, Cumani castri sacerdos.

b ¶ Aut modicis.] Similiter leges in maioribus ciuitatibus & regalibus tm̄ sunt docēdæ, vt in proœmio. ff. 1.

c ¶ Singuli.] Argum. nullum debere in duabus ecclesijs intitulari 2.

de verbor.sign.l.3.melius hoc relinquitur arbitrio boni viri,idest,iudicis.ar.ff.de iure deliber.l.1.extra de offic. iudi.deleg. de causis. Vnde si multum distant ciuitates illæ inter se, in locis intermedijs debet poni eps, conuenienti ergo interuallo debet distingui.habita cõsideratione stat⁹ & qualitatis regionis ipsius, & difficultatis viarum.sic 16.q.1.& temporis.

Epatus sunt distinguẽdi interuallo cõuenienti.

sticum officium.& ita patet, ꝙ criminosus etiam à minimo ordine prohibetur,vt hic,& 33.distin.cap.1.& 2. 34.dist.cognoscamus.24.dist.c.vlt. hoc hodie terminatur,extra de temp.ordi.c.vlt.

Criminosus etiam à minimo ordine prohibetur.

f ¶ Reprobaretur.] inf.de pœn.d.3.septies.§.Nimium.

g ¶ Ordi-


a ¶ Tribus.]Ad minus.s.d.51.c.vlt.s. dist. 64. episcopum.

H Aec de ordinandis.] In hac dist. 1 incipit sexta pars tractatus distinctionũ, & protenditur vsq; ad 93.dist.Et diuiditur hæc distinct. in quatuor partes: in quarum prima probat qualiter intelligitur illud verbum, [Oportet episcopũ esse sine crimine.] Secunda ibi, [Quolibet.] Tertia ibi, [Clericus.] Quarta ibi,[Oportet.]Io.de Fan.

CASVS. Egit supra Gratianus de ordinationib. & officijs singulorum. Ab hoc vero loco vsque ad 91.dist.breuiter epilogat quędam c.apostolicę regulæ,vt addat quædã quæ prętermiserat.Et continuans dicta dicẽdis. primò ponit de primo c.apostolicæ regulæ. s.oportet epm esse sine crimine,id est, sine peccato mortali: quod verum est nõ solum de episcopo,sed etiam de quolibet prælato: quod probat per seq. cap.

me disiungantur: quatenus nulla fit necessitas, vt in ordinatione alicuius episcopi conuenire non possint. Nã episcoporum ordinatio sine aggregatis tribus [a], vel quatuor episcopis fieri non debet.

DISTINCTIO. LXXXI.



Aec de ordinãdis [b] & ordinatoribus, atq; de singulorum graduum distinctionibus, & officijs dixisse nos sufficiat. Verum quia aliquantulum diffusius in his immorati sumus, quædam præcedentibus cohærentia sub epilogo [c] ad memoriam subijciamus. Debet ordinandus in episcopum (vt Apostolus scribit) esse sine crimine, idest sine peccato mortali: quod non solum de episcopo, sed etiam de quolibet electo ad aliquam præpositurã ecclesiæ oportet intelligi. Ad Titum.1.

Vnde Augustinus scribit tractatu 41. ad c 8. Ioannis.

¶Sine crimine,& graui peccato debet esse,qui ordinatur episcopus. Cap. I.

APostolus Paulus quando elegit [d] ordinandos, vel presbyteros, vel diaconos, & quicunque ordinandus est ad præposituram [e] ecclesię; nõ ait, si quis sine peccato est (hoc enim si diceret, omnis homo reprobaretur [f], nullus ordinaretur [g]:) sed ait: [si quis sine crimine est.] sicut est homicidium, adulterium, aliqua immũditia fornicationis, furtum, fraus [h], sacrilegium, & cætera huiusmodi. *Item.* ¶ Crimen autem est peccatum graue accusatione, & damnatione [i] dignissimum.

Beda ad Tit.1. Ad Titum 1.& 1.Tim.3.

Aug.ibid. sup.d.25.ca. vnum orarium.

2 *Quolibet itaque horum implicatus ordinari non debet; vel si iam ordinatus, ante tempus, vel post tempus suæ ordinationis aliquod eorum admisisse conuincitur, suscepti gradus officio priuabitur.*

Vnde Symmachus Papa ait.

Ex libello Ennodij pro defensione synodorum Romanarum.

b ¶ Hæc de ordinandis.] A 25.dist. vsque ad 50.tractauit magister xiij.cap.apostolicæ regulæ.Sed quia quędã omisit, ideo ab hac 81.dist.vsque ad 93.dist.nouem cap. apostolicæ regulæ repetit:non ordine illo. Et quo illa executus est in hac exequtur illud:oportet epm esse sine crimine addit:etiam de incontinentibus: in quo includitur secundũ c.apostolicæ regulæ,& ꝙ qui priuatur officio, debet priuari beneficio 1 & quòd archidiaconus solus non debet accedere sub prætextu humilitatis ad tabernacula matronarum 2.

1 Vt inf.c.si quis sacerdotum.Arch.

2 Vt inf.ca. clericus.& c. sequentib.

c ¶ Sub epilogo.]Idest,breuiter petitione superiorum. ADDITIO. Et dicitur ab epi.quod est supra: & lagos. quod est sermo.Archid.

APostolus.] CASVS.Paulus apostolus docuit, quòd quando eligitur aliquis ad ordines, vel ad aliquam dignitatem,debet esse sine crimine,quod sit dignum accusatione, & depositione, vt homicidium, & adulterium,& huiusmodi.Sed non ait sine peccato: quia si hoc dixisset, omnis homo repelleretur.

d ¶ Qñ elegit.] Idest, eligi præcepit.6.q.1.si sacerdos.

e ¶ Ad præposituram.] idest, ad quodcumque ecclesia-

g ¶ Ordinaretur.] Simile de pœn.dist.3.ca.pen.& dist. 2. si enim.

h ¶ Fraus.] Hoc verum est,cum fraudi dolus inest.nam omnis dolus est fraus: sed non conuertitur.ff.de pact. iurisgentium. §.dolo. & sic sumitur extra de rescript. cæterum. quandoque largè sumitur fraus. ff.de reg.iuris, fraudis.

Fraus est genus doli.

i ¶ Et damnatione.] Solet quæri propter quę crimina quis deponi 3 debet:non enim pro quolibet deponitur 5.q.4.in loco. Et est super hoc duplex opinio. Quidam dicunt,ꝙ pro quolibet crimine deponitur,nisi expressum sit in contrarium, ꝙ pro eo deponi non debet. alij dicunt, ꝙ nunquam deponi debet pro aliquo, nisi expressum sit.pro quo ego dico, quod pro quolibet crimine, in quo quis est incorrigibilis, deponi debet.sed statim tamen non deponitur aliquis pro prima contumacia,vt 45.dist.licet & 74.dist.honoratus.illud autem non est crimen.5. quæst.4.in loco.nec illa quorũ exempla posuit 68.dist.cap.1.& multa exempla de hoc posui. 15.q.8.in summa.

Crimina digna depositione q̃ sũt. 3 Ad hoc extra de iud. cum non ab homine. Archid.

QVOLIBET. Hic incipit secunda pars huius distinct. in qua

in qua probat per 16. auctor. sanctorum patrum, q si clericus ceciderit in lapsum criminis post ordinationē, debet deponi. Io. de Fan.

CASVS. Supra dictum est in ca. Apostolus, q ordinandus dēt esse sine crimine, vt homicidio, & adulterio, & simili-

¶ Monitoris personam non recte suscipit, qui verbis, nō operibus docet. Cap. II.

NEmo recte monitoris [a] personam suscipit, nisi qui actibus suis errata [b] condemnat, & amorem innocentiæ conuersatione demonstrat.

Item celestinus ad episcopos Galliæ, epist. 2. c. 3.

¶ Careat ordine, quem præstat, qui indignum sublimare non metuit. Cap. III.

TAntis Daniel grauatus testimonijs, tāta facinorum accusatione pulsatus, sacrarum, vt dicitur, virginū pollutus incestu, episcopus asseritur ordinatus. Et, vt in nostri libellis scrinij continetur, quorum ad vos quoque exemplaria dereximus, in pontificij dignitatem, hoc tempore, quò ad causam dicendam, missis à nobis literis, [c] vocabatur, obrepsit. [d] Sacro nomini absit iniuria. Facilius est, vt hanc dignitatem tali dādo, ipse amiserit ordinator, quam eam obtineat ordinatus. Cui conuicto [e] sociabitur [f], qui sibi eum credidit, largiendo pontificium, sociandum. Qualis enim ipse sit, quisquis tales ordinauerit, ostendit.

Item ex concilio Nicano, c. 9.

¶ Non recipit ordo ecclesiasticus eum, qui sine examinatione, vel postea confessus ordinatur. Cap. IV.

Rab. lib. pe. c. 1. Burc. li. 2. c. 13. Iuo par. 6. c. 33. Ansel. lib. 8. c. 13. sup. dist. 24. c. vlt.

SI qui sine examinatione [g] promoti presbyteri sunt, & postea examinati [h] confessi sunt peccata sua: & cum

accusator per annū tacuerit, postea potest promoueri electus, vt ff. de mune. & hon reus sed in episcopatu ātum tres menses, dantur, vt in auth. de sanct. episc. §. 2. collat. 9. nisi iudex. breuius tempus fuerit moderatus, vt 4. q. 5. quisquis. arg. ext. de fide instr. accepimus extra de appell. personas, in fi.

e ¶ Cōuicto,] De crimine: vel quod post accusationem fuerit ordinatus.

f ¶ Sociabitur.] Sic ergo sententia lata cōtra ordinatū præiudicat ordinatori, vt hic, & 50. dist. ordinatos. & hoc videtur propter causæ cognitionem, vt dixi 3. q. 6. hæc q. ppe. Vel dic, quòd tunc præiudicat ordinatori sentētia lata contra ordinatum, quando præsens est, & scit causā agi ordinati, cum enim quasi sua causa agi videat, & tacet; nec defendit causam, sibi præiudicat, vt extra de sent. & re iudi. quāuis. & ff. de reg. iur. sæpè.

SI qui.] CASVS. Quidam presbyteri promoti sunt sine examinatione. & postea cū examinarent, ipsi in iudicio cōfessi sunt oīa peccata sua. Alij ante ordinationem cū examinarentur, cōfessi sunt peccata sua & tamen epi promouerunt eos, quæsitum est in Nicæno concilio, vtrum isti de-

Gof. q si aliquis pēdente accusatione, vel denū citatione, promoueat, promoueri dēt, quāuis innoxius. sit de re mil. q statu. & l. qui cū vno. §. reus.

& similibus. Nunc autem dicit, q si his criminibus aliquis est obnoxius, promoueri non debet, nec ordinari, & si est ordinatus, & talia cōuincitur cōmisisse ante ordinationē, uel post, dēt deponi, vt probatur per seq. ca.

NEmo. CASVS. Dicit Symmachus in hoc cap. quòd nullus debet assumere prædicandi officium, nisi qui suis actibus errata condemnat, & amorem innocentiæ sua conuersation. demonstrat.

a ¶ Monitoris.] idest, prædicatoris.

b ¶ Errata.] idest, maiora. 1, 68. d. c. 1. aliàs contradiceret proposito Gratia. sic 25. d. c. vlt. & 3. q. 7. iudicet.

TAntis. CASVS. Daniel cum esset electus in episcopum, accusatus fuit apud Cælestinum de multis criminibus, & præcipuè de incestu cum monialibus: propter quæ crimina inuestiganda citatus fuit, vt Romam veniret, qui contemptis literis Papæ, in episcopum est promotus, committit igitur causam quibusdam Cælestinus: & præcipit eis, vt de his cognoscant. quæ si vera esse inuenerint, ipsum, & ordinatorem ipsius deponāt: quia qui talem ordinat, ostendit se esse similem illi.

c ¶ Literis. & ita res iam erat litigiosa. extra de offi. iudic. [illegible]

d ¶ Obrepsit.] Ex quo autem se promoueri fecit, lite pendente deponendus est, etiam si innocens inuenit 2. ext. de accus. Deus omnipotēs; ff. de li. causa. qui de libertate. Io. quod falsum credo, prout notaui in quæstionibus. B. de hoc notaui. 8. q. 4. nonne. Ioan. si autem

Hæc est [illegible] litera [illegible] Laur. & [illegible] de Fan.

[illegible] accusatus li pēdente [illegible] an [illegible] deponen[illegible]

Cum ista l. cōcor. gl. [illegible] elatus. ff. d [illegible] & l. c.

Ibi not.

beant recipi & defendi in suis ordinibus? Et respondet quod non. Sic ponit casum Beneuen. Hu. verò intelligit de eisdem personis casum sic. Aliqui sine examinatione in presbyteros sunt promoti: postea examinati in iure, confessi sunt peccata sua, nihilominus tamen promoti sunt ad episcopatum, vel ad aliam dignitatem; quæsitum est in concilio utrum tales debeant recipi? Et respondet quòd non.

g ¶ Sine examinatione.] Sed quid de episcopo, q sine examinatione tales ordinat? Dicit lex & canon, eum deponendum. in auth. quomodo opor. episc. §. oportet. & 1. q. 1. si quis episcopi. & sup. dis. 24. §. vlt. & dis. 50. de his verò. & c. ex pænitentib. Item quid si dicat episcopus se dispensasse cum eis? non est ei credendum, nisi probet se cum eis dispensasse: vel nisi sibi bonas literas dederit. nam hæc res commissa est episcopo quærenda, non negligenda. ff. de transactio. cum hi. §. si prætor. 4 debet ergo probari dispensatio, vt est expressum extra de schisma. c. 2. maxime cum episcopus dispensare non debeat sine consensu capituli, vel maioris partis: aliàs post errores suos semper mentiretur episcopus se cum eis dispensasse: quod uerum credo etiam circa notum hoc tamen. 5 non nego, quin circa notam personam solo facto dispensat episcopus, vt dixi sup. dist. 51. cap. vlt. punitur tamen episcopus si indiscretè dispensat.

h ¶ Examinati.] cum ad maiora promouentur, scilicet ad episcopatum.

Epi clericos sine examinatione ordinantis, punitio.

4 Et sic intelligitur extra de filijs psbyr. venientes ſm Laur.

5 Licet ita habeatur in antiqs apparatibus: tamen ſm istā correctionē B. Brix. non est de gl. sed ita debet esse, vt hic est posita cum additione B. Brix. sed Io. de Fant. hoc ponit in suo apparatu sicut iacet.

a ¶ Contra

confessi fuissent, cõtra regulam [a] venientes homines eis manus imposuerunt: hos ecclesiasticus ordo nõ recipit. In omnisius enim, quod irreprehensibile est, sancta † defendit ecclesia.

† al. catholica] sic in epi. 1. Cali. 1.

Item eisdem concilij, c. 10.

¶ Lapsi per ignorantiam, aut contemptu ordinantium, ordinati deijciantur. Cap. V.

QVicunque ex his, qui lapsi sunt, per ignorantiam,[b] sunt ordinati, vel contemptu α [c] eorum, qui eos ordinauerunt; hoc non præiudicat [d] regulæ ecclesiasticæ. Cum enim compertum [e] fuerit, deponuntur.

α ¶ Contemptu.] *Græce est in concilio vulgato, ἢ καὶ προειδότων τῶν προχειρισαμένων. Idest,* vel etiam ijs antea scientibus, qui ordinauerunt.

Item Innocentius ad Maximum, & Seuerum, epist 5.

¶ Alienus fiat ministerio, qui illud, viuendo illicite, polluit. Cap. VI.

Poly. l. 4. tit. 39. Ansel. l. °. c. 5. Iuo par. c. c. 6.

MAximianus † [f] filius noster agens in rebus huiusmodi, qualẽ [g] querelã detulerit, libelli [h] eius series annexa declarat. Qui zelo fidei, & disciplinæ duct⁹, nõ patitur ecclesiã pollui ab indignis presbyteris, quos in presbyterio filios asserit procreasse. Quod non licere exponere, nisi nossem vestram prudentiã legis totius habere notitiã. Et ideo fratres charissimi, libelli, qui subiectus est, tenore perspecto, [i] eos, qui talia perpetrasse dicũtur, iubebitis in medio collocari; discussisque obiectionibus, quæ ipsis presbyteris impinguntur, si conuicti fuerint à sacerdotali remoueantur [k] officio (quia, qui sancti non sunt, sancta tractare non possunt) atque alieni efficiãtur à ministerio, quòd viuendo illicite, polluerunt. [l]

† al. Maximilianus.

Item Eugenius Papa.

¶ Cuilibet ab ordine deposito; episcopi prouidentia, locus pœnitentiæ deputetur. Cap. VII.

Ansel. l. 5. in prin.

SAcerdos, aut quiuis alius in ordine ecclesiastico prouectus, si in eo [m] scelere inuenitur, quo abijciendus comprobatur; depositus, prouidentiã episcopi, bene prouiso [n] loco constituatur; vbi peccata lugeat, & vlterius non committat.

a ¶ Contra regulam.] Quæ interdicit tales ordinari.

QVicunque.] CASVS. Quidam criminosi ordinati sunt ignoranter ab episcopis. quidam verò scienter. Quæritur, ad debeant deponi? Et respon. quòd sic.

b ¶ Per ignorantiam.] Ordinantium: & dic ignorantiã iuris vel facti, secundum Hug.

c ¶ Vel contemptu.] idest eis scientibus.

d ¶ Nõ præiudicat.] Factu enim priuatus iuri publico non derogat. ff. de fer. l. 1.

e ¶ Compertũ.] Arg. ꝙ quãdocunque de veritate constat, sequenda est 8. dist. q contempta. nam diuturnitas tpis &c. extra de simo. nõ satis. inducit tamen dispẽsationem 35. qõ. 8. de gradibus 1. & extra qui ma. accu. pos. per tuas.

MAximianus.] CASVS. quidã presbyteri ex concubinis filios habuerũt: quos Maximianus zelo Dei accensus, coram Apostolico accusauit. commisit ergo causã Innocentius quibusdam, & præcepit eis, si hæc vera inuenerit, remoueãt eos ab officio sacerdotali.

f ¶ Maximianus.] 3. q. 2. quia ca.

g ¶ Qualem querelam.] Subaudi criminalem. nam clericus erat iste. nõ. n. laicus posset istos accusare 2. q. 7. per totũ: nisi forte patronus p̄ prælatũ de dilapidatione: quia tũc sua ĩterest. ar. 16. q. 7. filijs. aliàs laicus non audit de hoc crimine, ut 28. dist. consulendum.

h ¶ Libelli. Per hoc ꝙ dicit, libelli, & postea p̄sbyteris. argumentatur, ꝙ quis in eodẽ libello plures accusare possit Ioan. Quid iuris sit ꝺ hoc no. plene. 2. q. ... prohibentur in glo. quę incipit. questus.

h ¶ Libelli.] id est, chartæ, ꝗ papa misit 35. q. 3. Pyctaciũ. B.

i ¶ Perspecto.] Videtur ergo, ꝙ non sufficiat si authẽtice ipsum exhiberet; sed vt etiam teneatur exibere libellum quem porrexerat Papæ, vt 7. q. 1. præsentium. & 55. dist. præcepta. & maxime vbi procurator impetrauerat literas, & debitatur an ille de hoc habuit specialẽ mandatum. ut extra de rescrip. nonnulli, vel an fuerit excommunicatus, ut extra de proba. cap. post. cessionem.

K ¶ Remoueantur.] Ergo presbyter propter simplicem fornicationem deponitur. vt 27. q. 1. vt lex. cõtra. & inf. 82. dist. cap. presbyter. & 34. dist. fraternitatis. Io. Communiter autem dicitur, quòd pro simplici fornicatione quis deponi non debet, cum pauci sine illo vitio inueniantur, vt 50. dist. quia sanctitas tua.

l ¶ Polluerunt.] Quantum ad se 49. dist. cap. vlt.

SAcerdos. CASVS. Dicit in hoc ca. ꝙ si sacerdos de aliquo crimine cõuincatur, deponi debet, & eps ei locu prouidere debet, in quo penitentiam agere possit.

m ¶ Si in eo.] Ergo pro omni causa non deponitur. B.

n ¶ Prouiso loco.] idest monasterio, vt cap. seq.

Aliqui habẽt hoc extra qui ma. accus. poss. per tuas, ut hic habetur: sed non debet esse: qa illa decreta, est remota: fuit tamẽ in tertia cõpilatione. eo. tit.

Patronus prælatum ꝺ dilapidatione accusare potest.

Accusari possunt plures simul.

presbyter an pro simplici sit fornicatione deponẽdus.

Dictum

DIctum.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ si sacerdos pp delictum, vel negligentiam suã fuerit degradatus, detrudi debet in monasterium, uel canoniam regularem ad pnĩam agendam, nec debet amodo uiuere sæculariter, & si contra facere præsumpserit, excõicari debet. a ¶Negli-

c ¶Seculariter.] Hic patet, ꝙ depositus ſm regulam ecclesiasticam tenetur uiuere. arg. ad hoc. 32. distinc. si qui verò. & 20. q. 3. eos. unde uerberans eos incidit in canonem: & ecclesia eos tueri debet, nisi sint incorrigibiles, ut extra de iud. cũ non ab homine. Io. quòd falsum credo, cũ sit exauctoratus, & nudatus oĩ priuilegio 2. B. Sed nũquid q hoc modo detrudit ĩ monasterium, ibi cogitur esse ppetuo, qđ videt d. 50. c. 1. ĩ. ea. si qs clericus. Sed dic, hoc esse in arbitrio iudicis, & ſm qualitatẽ đlicti; nã qñq; ad tẽpus detrudit, vt 2. q. 1. in primis. qñq; iubet peregrinari per orbẽ, ut de pę. d. 6. sacerdos qñque traditur curiæ sæculari, ut 11. q. 1. statuimus: aliàs nũquã cogit q's inuitus ingredi monasterium, nisi ppter delictum, ut 20. q. 1. sicut & 55. d. si euãgelica. Ioan.

Clericũ depositũ uerberans incidit in canonem.

2 Argu. ad hoc 54. dist. c. 2. in fi. vbi de hoc.

Detrusus in monasteriũ an cogatur ibi perpetuo esse.

¶ Retrudantur in monasterium presbyteri, qui pœnitentiam agere contemnunt. Cap. VIII.

In conc. Cabilonensi, c. 40.
Burc. l. 2. c. 191.
Iuo p. 6. c. 236.

DIctum est nobis presbyteros propter suã negligentiam [a] canonicè degradatos, & sæculariter, gradu amisso, viuere, & pœnitentiæ agendæ bonum negligere. Vndæ statuimus, vt gradu [b] amisso, agendæ pænitentiæ gratia, in monasterium, α aut in canoniam regularem mittantur. ¶ Si verò hoc fieri causa quælibet prohibuerit, vbicumque sint, pœnitentiam agere non desistant. Si autem amisso gradu sæculariter [c] viuere voluerint, & pœnitentiam agere neglesserint, ab ecclesiæ communione separentur.

α ¶ In monasterium.] *In cõcilio Cabilonensi, vbi hic canon habetur (licèt Burchardus etiam, & Iuo ex Mogũtino citent) & apud cæteros collectores legitur*, in monasterio, aut canonico aut regulari: *in vno autem peruetusto Gratiani codice*, in moasterio iuxta canonicam regulam.

Item Isidorus, sententiarum de summo bono, lib. 2. c. 10.

¶ Mutatio loci aliquando valet conuersis ad pœnitentiam. Cap. IX.

VAlet [d] interdum [e] cõuersis pro animæ salute mutatio loci. Plerumq; enim dum mutatur locus [f], mutatur & mentis affectus. Congruum est enim inde etiam corporaliter auelli, vbi quisque illecebris derseruiuit. Nã locus, vbi quisque praue vixit, hoc in aspectu [g] mentis apponit, quod sæpè ibi vel cogitauit, vel gessit.

Item ex tertia synodo Aurelianensi, c. 7.

¶ Clericus adulterasse conuictus, vel confessus, in monasterium detrudatur. Cap. X.

Iuo p. 8. c. 285.
Pann. li. 3. c. 143.

[j] SI quis clericus adulterasse, aut cõfessus, aut cõuictus fuerit, depositus ab officio, communione [h] cõcessa, in monasterium toto vitę suæ tempore detrudatur.

Item Pelagius Papa Constantino defensori.

¶ De eodem. Cap. XI.

Pann. li. 3. c. 144.

ROmanus ecclesiæ Tæanensis clericus pro crimine adulterij, quod admisisse perhibetur, à clericatus ordine depositus, in monasterio hic in vrbe Romana [i] ad agendam pęnitentiam ex nostra iussione detrusus est.

Item ex canone apostolorum 25.

VAlet.] CASVS. Statuitur hic, ꝙ si aliquis đ crimine fuerit cõuictus, debet separari à loco ĩ quo cõmisit delictũ ad pnĩam peragendã. Nã interdum ualet loci mutatio cũ affect⁹ mentis sæpè cũ loco mutet, cũ ñ videat, ubi malè gessit. Sequẽtia duo c. plana sunt, q̃ de hac materia loquũtur.

d ¶ Valet.] Gratia. cooperante.

e ¶Interdũ.] Interdũ nocet, ut sup. d. 74. quorundã. & C. quomodo, & quãdo iud. l. 5. sed ualet si fiat ex charitate.

f ¶Mutatur locus.] ĩ. 35. q. 6. ab isto die inf. d. 86. fratrem.

g ¶In aspectu.] Memoria delictorũ, q̃ est cõcupiscẽtia, detestabilis ẽ 3. 15. q. 1. mulier. quæ autẽ est ad cõpunctionẽ, illa bona est. Nullũ enim tale delictorũ remedium, est, sicut eorum continua memoria. de pœ. dist. 3. Iudas. de pœ. dist. 1. §. his auctoritatibus, uer. non tibi dico, & uersi. nunc autem. & quandoque bona est memmoria rei ad terrorem, ut 7. q. 1. denique, in fi.

Delictorum memoria an sit bona.

3 Ad hoc 32. q. 7. non solũ. in princ. vbi de hoc.

[...]ligentia [...]ue dolo [...]aratur.

[...]rg. cõtra [...] 1. quod [...]m. vers. [...]rte.

a ¶Negligentiam.] No. ꝙ aliquis æquè deponitur pp negligentiam, sicut pp dolum. 86. dist. cap. 1. & 11. q. 3. placuit. & 100. dist. qm. & extra de statu. mona. cum ad monasterium. in fi. C. de offic. præfe. ori. si quos. & ff. de cust. & exhib. re. l. careeri. & l. milites. quod intelligo cum crassa est negligentia, ut 1. q. 1. quidquid. & ff. de verb. signif. magna.

b ¶Gradu.] Arg. pro illis, qui dicunt exauctoratũ priuari sacramẽto, 1 unde colligitur talem posse uerberari sine sacrilegio. arg. est ad hoc 50. dist. accedens.

h SI quis clericus.] communione. .s. fidelium & sacramentorum. H. Alij dicunt. s. fidelium, non autem fratrum arg. infra eod. si diaconus. Archid.

i ROmanus.] Romana. Sed qua ratione detruditur ibi, cum aliunde esset? quia ibi fortè commiserat, vt in auth. vt nulli iudi. §. si verò.

presby-

PResbyter.] CASVS. Quæsitum fuit ab Apostolis, quam pœnam pati debet presbyter, vel diaconus, qui publicè in adulterio, uel fornicatione, periurio, vel homicidio fuerit deprehensus. Et respondet, ꝙ debet deponi, sed excommunicari non debet, cum non debeat duplici contritione flagellari: more tamen laicorum debet pœnitētiam agere, cum eius crimen sit manifestum.

g ¶ Necessitatis.] Argu. alicui licere causa necessitatis baptismum conferre, cui non licèt aliud sacramentum conferre, infra de consec. distinct. 4. constat. 1. q. 1. sicut Christus. contra. supra dist. 50. c. qui sub gradu.

h ¶ Liceat.] Cum solennitate, aliàs et laicus hoc possèt.

i ¶ Baptizare.] Dic, vt 50. dist. qui sub gradu.

¶ In crimine captus presbyter, vel diaconus deponatur, non tamen communione priuetur. Cap. XII.

PResbyter, † aut diaconus, qui in fornicatione, aut periurio, aut furto, [a] aut homicidio α captus est, [b] deponatur: non tamen communione priuetur. β Dicit enim scriptura: [c] Non vindicabit Dominus bis [d] in idipsum.

α ¶ Aut homicidio.] *Hæc dictio nõ est in canone 25. Apostolorũ. Sed in conc. Triburiẽsi, cũ patres illi ita dixissent*, legimus in canonibus Apostolorum, ꝙ eṕus, presbyter, & diaconus, qui in fornicatione, aut periurio, aut furto captus est, deponatur: *hinc argumentantur, idẽ multo magis statuẽdũ esse de homicida: q̃ fortasse caussa fuit, quamobrẽ à Gratiano, & alijs collectorib. ea dictio huic canoni adiecta sit. In canone aũt 32. Basilij idem statuitur de clericis peccantibus peccatũ ad mortem, quod etiã de fornicatoribus expositum erat in canone tertio.*

β ¶ Priuetur.] *In codicibus impressis sequebatur*, si paruerit sentẽtię, *quæ verba sunt expuncta, quia neq; in originali, neque in vetustis Gratiani exẽplaribus leguntur.*

Item.

¶ De eodem. Cap. XIII.

ij SI quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus post diaconij gradum acceptum, fuerit fornicatus, aut mœchatus, deponatur: & ab ecclesia proiectus, inter γ laicos [e] agat pœnitentiam.

¶ *Proprius auctor huius capitis non est inuentus: sed simile habetur in concilio Neocæsariensi, cap. primo, & in capitul. Martini Bracarensis, c. 27.*

γ ¶ Inter laicos.] *Hæ duæ dictiones non leguntur in cap. 1. concilij Neocæsariensis citato supra dist. 28. cap. presbyter, (vt ibi notatum est) neque in capitulis Martini Bracarensis.*

Item ex concilio Aurelianensi primo, c. 11. & 14.

¶ De eodem. Cap. XIV.

SI diaconus, aut presbyter crimen capitale cõmiserit, simul & ab officio, & à communione [f] pellatur. Si verò pro reatu suo se ab altaris communione sub pœnitentis professione submouerit; is † quoque si alij defuerint, & causa certæ necessitatis [g] exoritur † poscentem baptisma liceat [h] baptizare. [i]

Item Gregorius septimus omnibus per regnum Italicum, & Theutonicorum debitam S. Petro obedientiam exhibentibus.

¶ Non ingrediantur ecclesiã presbyteri, diaconi, subdiaconi, qui in fornicationis crimine iacent. Cap. XV.

iij SI qui sũt presbyteri, diaconi vel subdiaconi, qui in crimine fornicationis iaceant, interdicimus eis ex

In conc. Trib. c. 11. Raban. l. pœnitent. c. 1. Ansel. li. 11. c. 29. Burc. li. 2. c. 189. Iuo p. 6. c. 234. Poly. lib. 4. tit. 31.

† Eṕs aut presbyter, aut diaconus.] orig.

† οὐκ ἐκδικήσεις δὶς ἐπὶ τὸ αὐτό. *Naum 1 secundũ lxx.*

sup. dist. 28. c. presbyter. Ans. lib. 11. c. 31.

Iuo p. 6. c. 361. & p. 15. c. 18. c. 14.

† *al sic.*

† Concorda tex. in l. si l bertus, ff. d bo. lib. & l sed. & hæ. § prætor. ff. d procur.

Ansel. li. 6. c. 177. Pann. l. 3. c. 134.

a ¶ Aut furto.] Sed qualiter laici probabunt istud esse, cum non possint testificari contra clericum. 2. q. 7. episcopi.

Laicus contra clericum testificari nequit.

b ¶ Captus est.] Et cõuictus ext. de iud. cum non ab homine. de hoc dixi 50. d. de his 1. & c. si quis diaconus, 1 unde cũ capitur, detineri dẽt ꝑ xx. horas diurnas, & nocturnas, ut videatur, vt ff. de adul. capite. sed nec testibus admissis credit, nisi a principio clericum in adulterio viderint, nec laicis credetur de hoc: q̃a laici oppido nobis infesti sũt. 2. q. 7. laici. Vel dic, captus ꝑ sententiam, vel ꝑ cõfessionẽ. 2 propriã, uel rei euidentiam, vt extra de cohab. cler. vestra. & c. vlt.

1 Adde qualiter ꝓbatur adulterium vel fornicatio no. Bar. in l. 2. §. fin. ff. de adult. & in l. quærebatur. ff. de test. mil.

2 Non. n. sufficit si capiatur. nisi aliàs cõiungatur, vel confiteatur. arg. 12. q. 1. nõ dicatis. 15. q. ult. cap. vlt. licèt cõtra videatur, hic dicitur, vt 50. dis. de his verò, &c. si quis diaconus, ſm Hu.

c ¶ Scriptura.] Extra de iudi. at si clerici. de pœn. d. 3. §. aucto ritas. ff. nau. caup. licèt. §. vlt.

d ¶ Bis.] i. perfectè.

SI q̃s episcopus.] e ¶ Inter laicos.] hoc intellige, quando crimen uenit in notitiam populi, vt supra 27. distinctio. presbyter. 3

3 Vel cũ ex hoc magnũ scandalũ ortum est, ut 50. distin. sacerdotes.

SI diaconus.] CASVS. Dicit hic, ꝙ si diaconus, vel p̄sbyter commisit crimẽ aliquod dignum depositione, ab officio, & cõione debet repelli: si vero non est depositus, sed se ꝑꝑ delictum ab altaris ministerio remouit more pœnitẽtis, si alij presbyteri desunt, poterit in necessitate baptizare.

f ¶ A cõmunione.] corporis Christi, vel ad tempus, & sic soluitur contra illud c. presbyter. uel expone, idest beneficio, & sic soluitur contra, sup. ea. c. presbyter. 4

4 Nõ est extranea ista expositio, quia beneficia clericorũ cõia sunt 32 dist. c. p̄ter hæc. 16. q. 1. cap. si.

SI qui.] CASVS. In Italia & Theutonia p̄sbyteri, diaconi &

coni, & subdiaconi publicè tenebant concubinas, quibus omnibus Greg. officium interdixit, donec pœnitentiam agerent, & si vellent in crimine perseuerare, præcepit omnibus, vt eorum officia non audirent: quia eorum benedictio in maledictionem conuertetur, & hoc probat

b ¶ Emendent.] Ex hoc. Videtur, quod sicut tales ipso facto suspenduntur, sic ipso facto per contrarium restituitur eis officium. vt dixi. 32. dist. nullus. argu. ad hoc 15. q. 6. nos sanctorum, & 16. q. 7. si quis deinceps 1.

c ¶ Audire.] su. 32. dist. nullus, & c. præter hoc. sed 3. 15. q. 8. sciscitantibus. cõtra sed ibi soluam.

parte Dei omnipotentis, & sancti Petri auctoritate, ecclesiæ introitum vsque dum pęniteant [a], & emendent [b]. Si qui verò in suo peccato perseuerare maluerint, nullus vestrum officium eorũ audire [c] præsumat: quia benedictio eorum vertitur in maledictionem, & oratio in peccatũ, testante Domino per prophetam: [Maledicam [d], inquit, benedictionibus vestris.] Qui verò huic saluberrimo pręcepto obedire noluerit, idololatriæ peccatũ incurrit, Samuele testante, & beato Gregorio adstruente: Peccatum ariolandi est non obedire, & quasi scelus idololatriæ, nõ acquiescere.] Peccatum igitur paganitatis [e] incurit, quisquis dum Christianum se asserit, sedi Apostolicæ obedire contemnit [f].

Malach. 2.
Iao p. 5. c. 36. lib. 35. moral. c. 12.
8. q. 1. s. tendum.
1. Reg. 15.

¶ *In regesto epistolarum Gregorij septimi, non est inuenta hæc epistola, in qua sint omnia prorsus verba huius capitis. Sunt tamen in eo multa; quæ huius decreti faciunt mentionem. Libro primo epistola 30. episcopo Salzburgensi, & lib. 2. epist. 61. Leodiensi episcopo, & sequenti epistola Sicardo Aquilegiensi. De quo decreto, vt ipsum exequi omnino curarent, eodem lib. 2. epist. 66. Burchardo Halberstatensi episcopo, & epist. sequenti, Annoni Coloniensi archiepiscopo diligentissimè scribit, & lib. 3 epist. 4. Sigifredo archiepiscopo Moguntino idem mandat, & libr. 4 epist. 10. comitissæ Flandriensi & sequenti comiti de eadem re scribit. Inter decreta etiam Innocentij II. fit istius decreti mentio. Verum propria verba huius capitis: vsque ad vers.* Qui verò huic saluberrimo, *Marianus Scotus refert in fine suorũ chronicorum. Sequentia autem verba valde sunt ipsi Gregorio 7. familiaria.*

Pann. l. 3. c. 138.

Item Alexander II. episcopis, & regi Dalmatiarum.

¶ Officio & beneficio priuetur episcopus, presbyter, vel diaconus fęminam accipiens, vel acceptam retinens. Cap. XVI

3 SI quis amodo episcopus, presbyter, aut diaconus [g] fęminam acceperit, vel acceptã retinuerit, proprio gradu decidat [h] vsque dum ad satisfactionẽ veniat: nec in choro psallentium maneat, nec aliquam portionem de rebus ecclesiasticis habeat.

Pann. l. 3. c. 139.

Idem clero Mediolanensi.

¶ De eodem. Cap. XVII.

4 SI quis sacerdotum, vel diaconorum, vel subdiaconorum officium [i] contumaciter deserens fęminam sibi potius eligit: sicut sponte ob fornicationem dimittit officium; ita ob præuaricationem dimittere cogatur [k] etiam in vitus beneficium.

Idem Paulo Mediolanensi.

d ¶ Maledicam.] id est, reprobabo, vel reputabo maledictionem, cum benedixerint 2, vobis.

e ¶ Paganitatis.] Id est, infidelitatis.

f ¶ Cõtemnit.] Qualiter sit hoc intelligẽdum dixi 22. dist. omnes. 19. di. in memoriam & ca. nulli. Io.

SI quis. CASVS. Hęc quatuor consequẽtia cap. eundẽ habẽt casum: in quibus dicitur, quod si qui in sacris ordinibus fuerint constituti, ad cõcubinas, vel vxores accedere non debent: quòd si contumaciter fecerint, officio & beneficio carere debent.

g ¶ Diaconus.] Vel subdiaconus, vt in c. sequenti.

h ¶ Decidat.] Quo ad executionẽ: ut patet in sequenti litera, sed nec statĩ debet suspendi, sed expectari debet p quadraginta dies. extra de coh. cler. sicut ad extirpandam, sed illud dispensatio est: ius enim erit, quòd statim deponatur su. ead. c. 1.

i SI quis sacerdotum. ¶ Officiũ.] Ex his duobus capitulis habes, quod cui interdicitur officium, & beneficium quandoque tamen permittitur beneficium, & nõ officiũ, vt 50. dist. studeat, & 28. dist. presbyterũ. quãdoque econuerso, vt 1. q. 5. c. 1. quãdoque etiã punitur in persona, & nõ in rebus. vt 16. q. 6. cognouimus. & c. illud.

K ¶ Cogatur.] Ergo per electionẽ vnius, vel per renunciationem intelligitur alij abrenũciatum. su. 8. dist. quo iure. C. de furt. l. 1. ff. de tribut. qđ in hæredem, §. eligere. ff. de reg. iu. l. nemo. §. quoties Arg. contra. ff. quo leg. l. 1. §. 3. & arg. plura de hoc inueniès. 13. q. 2. in fi. Io. Sol. vbi sunt aliqua repugnantia, eligendo vnũ, renũtiat alteri. aliàs secus. B. de pęn. d. 1. §. itẽ si antequã.

1 Dicit Lau. hoc specia le esse in notorio.

2 Vel dic vt not. 1. q. 1. in cap. maledicã & c. multi. Archid.

Clericus qui vxorem accepit, an statĩ sit suspendẽdus.

Beneficium qñque permittitur & non officiũ.

Eligens vnũ renunciat alteri.

probat auctoritate prophetæ dicentis: Maledicam inquit, &c. Et quicunque pręceptis nostris non obedierit, peccatum idololatriæ, & paganitatis incurret.

a ¶ Dum peniteant.] Ex hoc determinantur contraria sup. dist. 61. miramur. versi. sicut enim.

a Eos

a EOs beneficio.] inf.16.q.6.illud arg. ff.de pecu.l.1. C.de usur.l.ult.

b MInistri.] Propriæ uxoris.] maxime: quia idem est in aliena. Et no. q dicit inuadere, quia iam non est vxor quo ad debitum reddendum sup.77.dis.episcopus. cũ qua votum emisit 1.& si eam cognoscat, incestũ cõmittit, & filij erunt illegitimi. & serui. 15.q. vlt. cũ multæ. est tamen vxor quo ad administrationẽ. 31.d.lex.& plus peccat cum ista, quam cum soluta. Hug.ar. contra infra.di. pxi. proposuisti.

Vxorem cognoscens cũ qua votum emisit, incestum cõmittit.

1 Ad hoc 33.q.5.qđ Deo, sed videas, quod no.30.q. 1. nosse. in gl. ille tamen in fi.

de quo si conuincitur, & ille deponatur, & illa excommunicetur.

h ¶ Fẹmina.] Arg.ex solicitudine, vel societate presumi pro aliquo, vel contra.infra.ca.in omnibus, & c.clerici. arg.18.q.2. in decima.& c.diffinimus.

Præsumptio sumitur ex solitudine & societas.

i ¶ Hu-

¶ De eodem. Cap. XVIII.

EOs etiam, qui vt fornicari eis liceat, diuinum officium derelinquunt, & a Deo recedentes, diabolo & operibus eius seruiunt; sicut se iustissimè ab officio alienos faciunt; ita beneficio [a] ecclesiarum priuatos esse adiudicamus.

Pann.l.3.c.140.

Item Lucius Papa.

¶ De eodem. Cap. XIX.

MInistri altaris presbyteri, siue diaconi ad Dominica tales eligantur officia, qui continentiã seruent. ¶ Si verò post ordinationem suam ministros contigerit propriẹ vxoris [b] inuadere cubile, sacrarij non intrent limina, neque sacrarij [c] α portitores fiant, neq; altare contingant; neq; ab offerentibus [d] holocausti [e] oblationem suscipiant; neque ad Dominici corporis portionem † accedant [f]; neq; propinent β, neque sine maioris natu auctoritate minora [g] gerant officia: vrceum sanè ad altare, vel calicem ne suggerant.

Habẽt in epistola.i. Clementis ad Iacobum fratrem Dñi. Ans.l.8.c.2. Poly.l.4.tit.31. Iuo p.6.c. 87. † *al. portationem.*

α ¶ Sacrarij.] *In epistola secunda Clementis (vnde caput hoc sumptum videri potest, & vnde citat Iuo) legitur:* sacrificij. *in vno autem vetusto Gratiani codice,* sacri.

β ¶ Neque propinent.] *In epistola Clementis est:* nec aquã sacerdotibus porrigat ad manus; ostia forinsecus claudat, minora gerat officia, vrceum, siue calicem ad altare non sufferat:] *Apud Iuonem vero.* Sed aquam tantũ sacerdotum manibus porrigat, ostia forinsecus claudat, minora gestet officia: vrceum sanè ad altare suggerat.

† *al. suggerat.*

Idem.

¶ Clericus matronarum domicilia frequentans deponatur. Cap. XX.

3 CClericus solùs ad fẹminæ tabernaculum non accedat, nec properet † sine maioris natu sacerdotis † iussione γ; nec solus presbyter, cum sola fœmina [h], fabulas misceat. Nec archidiaconus sub prætextu humilitaris [i], aut officij frequentet [k] inter domicilia matronarũ; aut forte per clericos, aut domesticos † matronæ mãdet aliquid † secrete [l]. Si agnitum fuerit; & ille deponatur, & illa a liminibus arceatur ecclesiæ.

Clemens Papa ibidẽ paulo inferius. Iuo p.6.c.89. Ans.l.7.c.147. Poly.l.4.tit.31.

† *al. domesticos eius.* † *al. secreti aliquid.*

† *al. frequẽte...* † *al. ac sacer dotes.*] † *al. principi...*

γ ¶ Iussione.] *In epist. Clementis sequitur.* Nec presbyter solus cũ sola adiungatur: sed duob. adductis testib. visitet infirmam: nec solus cũ sola fẹmina fabulas misceat; nec

c ¶ Sacrarij.] Idest, sacrorum vasorum.

Offerentes q dicuntur.

d ¶ Ab offerentibus.] Idest sacerdotibus, qui offerunt, id est, conficiunt. Vel expone: nec ad oblationẽ alijs porrigendam; quasi dicat, nec ipsi sumant corpus Christi, nec alijs porrigant. Vel melius hoc vult dicere: diaconi nec exerceãt officiũ diaconale. nec presbyteri p̄sbyterale. Vel expone nec ab offerentibus, idest, subdiaconis, q offerre solent diacono patenam cum eucharistia.

ADDITIO. 91.dist. cleros.

e ¶ Holocausti.] idest eucharistiẹ, & dic intransitiue.

f ¶ Accedant.] Presbyteri, idest non cõficiant.

g ¶ Minora.] idest, minorum ordinum officia sine licentia superioris: & planũ est capitulum, vt 16. q.6 i. illud. Ar.cõtra C.de vsufru.l.vlt.& ff. de supel.leg. l.1.

CLericus. Hẹc est tertia pars d.in qua dicitur, q archidiaconus non debet frequentare domos matronarũ, vel aliarum mulierum, nec mittere xenia p clericos, & hoc probatur in seq.cap. Ioan. de Fan.

CASVS. Hoc cap.de tribus personis loquitur, scilicet de clerico, presbytero, & archidiacono. Dicitur ergo hic. q clericus solus non debet intrare tabernaculum mulierum: nec etiam cum socio sine iussu prælati. nec presbyter cum sola fẹmina confabuletur. Archidiaconus vero sub prætextu officij sui non frequenter domicilia matronarum: nec illis per clericos suos, vel domesticos aliquid secrete mittat:

i ¶ Humilitatis.] Prætextu enim pietatis non est committẽda impietas. ff. depoси. si huminem, & 30.q.1.nosse.& 14.d.quod ait.

K ¶ frequentet.] Ratione frequentiæ pro aliquo, vel contra aliquem præsumitur 2, similiter ex longa mora. arg.34.d.quorundam.19.d.Anastasius.

l ¶ Secrete.] Magis enim peccat occultè peccans, quàm manifeste

2 Concor... tex. in l. cũ alius, C.de curat. fu. & in l.fi. §.pe... C. de bono... quẹ lib.

Peccare vt ex magis dr̃ occultè, an manifeste delinquens.

archidiaconus, aut diaconus sub prætextu officij humilitatis frequentet, &c.

Idem.

¶ De eodem. PALEA Cap. *XXI.*

Clemens ibidem cōtinenter. Polyc. ibidem.

SEd si forte aliqua intercessio fuerit, episcopo suggeratur. Et si talis est, ad quam debeat ire pio interuētu, ipse pergat: sin autem, de latere suo dirigat α, cum duobus, aut tribus testibus. Nemo tamē cum extranea habitet fœmina, nisi proxima, aut soror fuerit. Et hoc cum magna solicitudine fiat. Non enim ignoramus malitias Satanæ.

1. Cor. 2.

¶ *Hæc Palea in plerisque vetustis exemplaribus habetur coniuncta capiti antecedenti.*

α ¶ Dirigat.] *In epistola S. Clementis sequitur*: cum duobus, ac tribus, qui hoc sanare † debeant. Sanè ad visitandum mulierem infirmam nullus clericus ingrediatur, nisi cum duobus, aut tribus. Nemo tamen, &c.

† al. scire.

[*Ex decreto β Eugenij Papæ.*]

¶ De eodem. PALEA. Cap. XXII.

Poly. l. 4. tit. 31. ex Lucio. Ans. l. 8. c. 9. ex pæ. Romano.

SI quispiam sacerdotum, idest presbyter, vel diaconus, vel subdiaconus de quacunque fœmina crimine fornicationis suspectus, post primam, secundam, & tertiam admonitionem γ inueniatur fabulari cum ea, vel aliquo modo conuersari, excommunicetur: fœmina verò canonice iudicetur a.

β ¶ Ex decreto.] *Hic canon in concilio Romano primū ab Eugenio secundo editus, & postea à Leone quarto etiam in concilio fuit repetitus, & citatur in decretalibus tit. de cohab. cler. & mul. Et in plerisque vetustis exemplaribus est sine nomine.*

γ ¶ Admonitionem.] *In eodem canone sequitur*, metropolitani, vel alterius episcopi, aut eius, cui subiacere videatur.

Item Gregorius.

¶ Simul cum mulieribus sacerdotes habitare Non licet. Cap. XXIII.

Iuo p. 6. c. 76. Poly. l. 4. tit. 31.

4 OPortet sacerdotes, quibus Domini populus commissus est, cum magna animi constantia vigilare super dominicas oues, ne lupinis morsibus, idest diaboli stimulis lanientur. ¶ Neque enim hoc silere debeo, quod cum graui animi tristitia dico: sacerdotes cū fœminis habitare conspicio: quod nefarium b est dicere, vel audire. & cōtra sanctorum canonum sancita. Vbi enim talis fuerit cōmorantium cohabitatio, antiqui hostis stimuli c nō desunt. Ideoq. admonendi sunt, vt nō antiqui hostis d decipiantur fraude: quatenus iuxta Apostoli vocem, non vituperetur ministerium nostrū. Cauere enim nos oportet, fratres, ab illicitis, vt mundas valeamus, ad dominū leuare manus: scriptum est enim: [Sācti estote, quoniā sāctus ego sum Dominus Deus vester. Si quis verò præsumpserit aliter agere, sacerdotij sui honore priuetur. Vnde omnimodo cauēdū est, fratres, ne fallamus d populū, & illud prophetæ dictū impleatur in nobis: Sacerdotes mei contamināt sancta, & reprobāt legē.] quos & alius propheta increpat dicēs. [O vos sacerdotes, q fallitis e nomē meū,

1. Cor. 6. 1. Tim. 2. Leuit. 20. Soph. 3. secundum 70. Malach. 1. secundum 70.

manifestè, ut 19. di. Anastasius. Sed contra ff. de ri. nup. l. vl. ff. de auct. tut. pupillus. §. vlt. qui enim male agit, odit lucē. 18. q. 2. perniciosā, extra de offi. iud. de leg. cōsuluit. & ext. ut eccl. benefi. ut no strū. Ioā. Sol. * ubi quis mag:s cōtēnit ibi magis peccat, siue secrete siue palā. De hoc 40. dist. homo Christianus. 1.

* *Textus hic non loquitur de peccato publico vel scere to; sed dānat ea, quæ secrete facta afferunt suspicionem, non autē facta a palam.*

SI quispiam.]Hęc palea habetur extra coha. cle. & mul. c. 2. ibi exponitur.

a ¶ Iudicet.]Not. φ rōne delicti, mulier efficitur de foro ecclesiæ. Archid.

1 Et extra de cel. missar. de homine, & 32. dis. nemo ibi uideas.

OPortet.] Hęc est quarta pars di. in qua ꝓbat per 10. cap. sanctorum patrum, quòd cum clericis non debent cohabitare suspectæ mulieres, nec solus cum sola debet cōfabulari. Io. de Fan.

CASVS. Gre. monet hic presbyteros esse uigilantes super gregē sibi commissum: ne lupi morsibus, id est, diaboli laniētur, & reprehēdit eos de cōsortio mulierum quia ubi fuerit cum mulieribus cohabitatio, antiqui hostis stimulus nō deerit, cum quibus si ferni centur, sacrificare nō debēt. Quod probat tribus auctoritatib. ꝓphetarū, scilicet Moysi, Sophonię & Malachię. Sequēs cap. patet.

b ¶ Nefariū.]idest, horribile, nā si nefariū esset dicere, male faceret Greg. dicendo.

c ¶ Stimuli.]Nam ex cohabitatione præsumitur accessus. 13. q. 2. diffinimus.

d ¶ Ne fallamus.]Publicū. n. testimoniū & opinio nō est fallēda C. de la. li. tol l. 1. §. sed & q icim⁹ ar. 27. d. qđ interrogasti.

e ¶ Qui fallitis.] Dicuntur. n. fallere, ex quo habēt uolūtatē fallēdi 2, nec minus peccāt de pe. d. c. 1. si cui. aliās aūt nō fallunt.

2 Adde glo. in l. uendicatio. ff. de rei uendi. Bart. in l. quæ de tota. co. tit.

sunt 14.q.5.Deus mentiri enim Deo, &c.de consec. distin.2.panem.

a ¶ Pollutio.] Quantum ad sacerdotes 49.dist.c.vlt. ADDITIO.Ad hoc 49.dist.c.vlt.de consec. dist. 4. quæris,& 1.q.1.quod quidam. Archid.

tum,vt clericus cum talibus personis,& in tali loco, & tempore, cum mulieribus loquatur, vt omnis suspicio remoueatur. Nam si clericus vult ire ad domum alicuius fœminæ, melius vadat cum alio, quam solus: ne si ceciderit,non sit qui subleuet eum.

g ¶ Vt-

b ¶ Volumus.] Quod dicitur in istis cap. videtur corrigi extra de coha.cle.& mul.cap.1.Vel intellige illud quando personæ sunt suspectæ,vel secum habet suspectas. Sed vsque ad quem gradũ licet clericis cum consanguineis habitare? Dici potest, quòd vsq; ad ✝m in linea transuersali inf.ea.cũ omnib. sed in ascẽdẽte vel descẽdẽte vsq;ad septimũ vel hodie vsq;ad quintũ:quia cũ his naturale fœd9 nihil sæui criminis, &c. vt extra de coha bi.cle.a nobis,& C. de epis.& cle.eũ qui etiã si illę psonæ iuuenes sint. Vltra secũdũ verò distĩgue, aut suspectę sunt qa iuuenes sũt:aut nõ, quia sunt senes; & tũc potest,in primo casu nõ: sic etiam distingue ĩ ancillis,& sic intellige ĩ.ea fœminas.Sed cõtra,nõ ne clerici debent simul dormire. 12.q. 1.necessaria?sed hoc de aliis, q. simul nõ viuũt lo. Et no.ꝙ illi decre. a nobis est stãdũ:q̃ vltima ẽ de illa materia, & corrigit decre. primam illius tituli. B.

c ¶ Vel vxore.]su.d. 77.episcopus, argu. contra:sed hoc de senibus;illud de suspectis. Vel loquitr secũ dum antiqua tempora, vel solue, ut ibi dixi. & quod dicit caste. quia castitas,&c.31.dist. Nicæna.

Clerici cum melioribus, consanguineis habitare possunt.

& dixistis,in qua re fallimus nomen tuum? quibus respõsum est: offerentes ad altare meum panes pollutos [a]. Nõ est mihi volũtas in vobis,dicit Dominus, & sacrificium non accipiam de manibus vestris;quia polluti estis. *Ibidem.*

Item Symmacho defensori, lib. 1.reg.indict. 9.epist.50.

¶ De eodem Cap. XXIIII.

VOlumus [b],vt sacerdotes † prohiberi debeãt, ne cũ mulieribus conuersentur:excepta duntaxat matre, sorore,vel vxore [c], quæ caste regenda est.

Iuo p.6.& c.81. † *sacerdotes , qui in Corsica cõmorantur.*]

Idem lib.7.epist.39.

¶ De eodem. Cap. XXV.

LEgitur [d], quòd beatus Augustinus,nec cũ sorore habitare consenserit † dicens: quæ cum sorore mea [e] sunt,sorores meæ [f] non sunt.Docti ergo viri cautela,magna nobis debet esse instructio.

Apud Possidonium in vita Augustini. † *al. consueuerit.*

Item ex 7. synodo.

¶ De eodem. Cap. XXVI.

IN omnibus obseruare conuenit, vt certus [g] quis, & certo tempore,& certo loco [h], & certis personis, vel apparere clericus,vel loqui debeat mulierib9,vt excludatur omnis nefanda suspicio.Certe solum, & ad solam accedere, nulla religionis ratio permittit. Melius est enim duos [i] esse simul,quàm vnum. Simul enim & fidelius,& tutius res regitur.[Væ enim vni;quia si ceciderit,non est qui erigat eum.

Eccl.4. *Ibidem.*

¶ *Caput hoc etiam in aliquot manuscriptis citatur ex septima synodo, in cuius sane postremo capite aliqua huc spectantia habẽtur.Cæterum in plerisque citatur ex octaua;& sententia videtur sumpta ex cap.83.Asceticorum B. Basilij cuius regulas sub nomine octauæ synodi sæpe citari alibi notatum est.*

Item ex concilio Carthaginensi 3.cap.17.

¶ De eodem. Cap. XXVII.

CVm omnib.omnino clericis extraneæ fœminæ non cohabitent,sed solę matres,auiæ,& materteræ, ami

LEgitur.] CASVS. Dicitur hic, quòd sacerdotes non debent cum mulieribus habitare. Et hoc probatur exemplo Augu. qui etiam cum sorore noluit habitare propter alias mulieres, quæ cum sorore erant.

d ¶ Legitur.] Arg. ꝙ etiam a licitis debemus abstinere si eorum occasione peruenitur ad illicita, arg. dis. 63.§. uerum 11.q.3.priuilegium & 21.dist.denique.

e ¶ Mea.] Et hoc intellige cum tales sunt consanguineæ,quæ sine aliis esse non possunt. Vel intellige de episcopo, cui non licet aliquam habere secum. C. de episc. & cler. Authen.episcopo. Laur.

f ¶ Sorores meæ.] Quia socius socij mei, socius meus non est.ff.pro socio.nam socij,nec uasallus mei uasalli, meus uasallus est:sicut nec libertus mei liberti, libertus meus est.ff.de uerb. sign. Modestinus,nec frater fratris mei,frater meus.ff.de rit.nup.gñali.§.iter priuignos.

Abstinere a licitis, quandoque debemus.

Episcopus nullã secum habeat mulierem.

Socij mei socius non est meus socius.

IN omnibus.] CASVS. In octaua synodo fuit constitu-

g ¶ Vt certus.]idest, ille ad cuius spectat officium. 18. q.2.in decima.

h ¶ Loco.]In hoc cap. habes præsumi contra aliquem, & pro aliquo ratione numeri, loci, temporis, ratione etiam personæ,& causæ.23.q.8.occidit & 29.dist.sciendum & 18.q.2.diffinimus.

i ¶ Duos.]Arg. ꝙ melius est esse duos simul, q̃ unũ,ut 7.q.1.illud 12.q.2.nobis arg.contra.ff.de adm.tut.l.3. §.ꝙ in tutorib.si.ff.de exerc.actiõe in plures, & Adã dũ solus fuit,non peccauit,ut de pæn. dist.2.qñ Adam.arg. contra 21.dist.sicut.7.q.1.in apibus.Solu.horum.brocardorum est, ut referas te ad id de quo agitur: licet enim binarius reprobetur.32. q.1. nuptiæ,non tñ quo ad omnem significationẽ. 28. q.1.sæpe,idest, non quo ad omnem locum,in quo ponitur, & solue per cap.sæpe.

Præsumptio sumitur ratione numeri,loci,temporis, & personæ.

CVm omnibus.] CASVS. Statuitur in hoc cap. ꝙ clerici non habitet cum mulieribus,nisi sint ubi coniunctæ in primo gradu, uel secundo consanguinitatis, ut mater,auia,soror,& amita. Itẽ cũ ancillis, & pedissequas,

quis quę cum eis erant antequam ordinarentur. Item cum nuribus, & vxoribus seruorum suorum.
a ¶ Ex familia.] Quis enim ferret coniuges à viris, vel patres à filijs separari? C. cõm. vtriusq. iud. possessionũ. arg. ad hoc 11. q. 3. qm. multos. dura enim esset talis separatio.

personatum coniuncta-- rum separatio dura est.

NOn oportet.] CASVS. Prohibetur hic ne aliquis clericus, vel continens, nec etiam aliquis Christianus communia lauacra cũ mulieribus habeat: quia etiã gentiles hoc maximè reprehendunt.
c ¶ Omnino.] Vnde si vir accedit ad balneum extraneę mulieris, priuat donatione propter nuptias, & mulier dote, si cũ viro alio habuit balneum. C. de repu. l. vlt. Immo etiã infamis est, q tenet mulieres custodientes balneatorũ uestes, ut ff. de ijs q not. infam. athletas.

te, sorores, & filiæ fratrum, aut sororum, & quæcunq. ex familia [a] domestica necessitate, etiam antequã [b] ordinarẽtur, iam cũ eis habitabãt; vel si filij eorũ iam ordinatis parẽtibus, vxores acceperunt; aut seruis non habẽtibus in domo, quas ducant, aliunde ducere necessitas fuerit.

Item ex concilio Laodicensi, c. 30.

¶ De eodem. Cap. XXVIII.

NOn oportet ministros altaris, vel etiã clericos quoslibet, aut cõtinentes se, aut omnem omnino [c] Christianum cum mulieribus lauacra habere cõmunia. Hæc est enim apud gentiles prima reprehensio.

Balneã mulierus periculosa sunt.

Ans. l. 6. c. 136.

Item Gregorius ad Ianuarium episcopum Caralitanum, lib. 3. epist. 26.

¶ De eodem. Cap. XXIX.

ARchidiaconum tuũ, vt audio, habitare cum mulieribus prohibuisti: & nũc vsque in ea prohibitione despiceris; qui nisi [d] iussioni tuæ paruerit, eum sacro ordine volumus esse priuatum.[e]

ARchid: aconũ.] CASVS. Ianuarius episcopus bis: ꝓhibuerat archidiacono suo ne cũ mulieribus habitaret. Sed ipse propter hoc nõ dimittebat: pręcepit ergo Grego. ut eum tertio admoneat, & si contemnit, eum ab officio deponat.
d ¶ Qui nisi.] Vt 24. q. 3. de illicita.
e ¶ Priuatum.] Post trinam cõmonitionem. 1 ut extra de cohab. cle. & mulie. si quispiam.

1 Et dicunt quidam, ꝙ non est canõ latæ sententiæ, sed ferendæ, ut patet in decret. hic alleg. si quispiam. Arch.

Ans. l. 7. cap. 248.
Poly. l. 4. tit. 36.

Item ex concilio Toletano quarto, c. 42.

¶ Venundentur ab episcopo, quæ appetunt consortia clericorum illicita. Cap. XXX.

QVidam clerici legitimum non habentes coniugiũ, extranearum mulierum, [f] vel ancillarum suarum interdicta sibi consortia appetunt. Ideo, quæ coniunctæ taliter cum clericis sunt, ab episcopo auferantur, & uenundentur; [g] illis pro tempore relegatis ad pęnitẽtiam, quos sua libidine infecerunt.

QVidã.] CASVS. Quidam clerici cum non haberẽt vxores, appetebant extranearum mulierum, vel suarum ancillarum consortia. Quare Tolet. concilium statuit, vt episcopus uendat tales mulieres, clericis ꝓ tempore ad pęnitentiã relegatis. Casus sequentis c. patet.
f ¶ Mulierum.] Id est, ancillarum.
g ¶ Et venundẽtur.] Et hoc si filios habuerint. Si aũt filios nõ habuerint, clauduntur in monasterio, vt dis. 34. fraternitatis, ne filij pcẽt propter eorum absentiam. itẽ hic subaudi quãdo contrahunt cum eis tanquam cũ vxoribus, aliàs non concedo. ꝙ uenũdari deãt, vel in seruitutẽ redigi propter simplicem fornicationem arg. 15. q. ult. c. ult. ut no. 32. distin. eos. & 34. dist. fraternitatis.

Item Syricius Papa Himerio episcopo. epist. 1. ca. 12.

¶ Non habitent fœminæ cum clericis, nisi quas necessitudo excusat. Cap. XXXI.

Poly. l. 4. tit. 31.
Burc. l. 2. cap. 110.
Iuo p. 6. c. 52. & 187.
Ans. l. 7. cap. 149.
C. 3.

FOeminas nõ alias esse patimur in domibus clericorũ nisi eas tantum, quas propter solas necessitudinũ causas habitare cum ijsdem synodus Nicæna [h] permisit.

Mulierum cum clericis contrahentiũ punitio.

Item ex concilio Africano, c. 5.

Concord. Carthag. 3. c. 25.

¶ Nisi maiorum iussione ad fœminarum domicilia clerici non accedant. Cap. XXXII.

Ans. l. 7. c. 151.

CLerici, vel cõtinentes [i] ad viduas, vel virgines, nisi ex iussu, vel permissu episcoporũ, aut presbyterorum, non accedant. Et hoc non soli faciant, sed cum conclericis, vel cũ quibus episcopus, aut presbyter iusserit Nec ipsi episcopi, & presbyteri soli habeãt accessum ad

paratio. ff. de fun. instru. quæsitum. §. saltuarium.
b ¶ Etiam antequam ordinarentur.] Idem si post: sed ideo dicit, qui a forte non haberet necesse tot personas recipere iam ordinatus, ut filius duceret vxorẽ in domũ patris clerici: sed si prius ante ordinationem patris iam eam habebat in domo, non debet eam eijcere. Nam, Turpius eijcitur, quam non admittitur hospes. extra de iureiurando, quemadmodum.

h FOeminas.] Synodus Nicæna.] Quæ est sup. ea. in 8 omnibus.
CLerici. CASVS. Idem fere est casus istius cap. cum illo sup. eo. clericus solus. Duo cap. seq. plana sũt.
i ¶ Continentes.] Vt sunt conuersi & deuoti.
ADDITIO. 2. q. 2. duo 27. q. 1. vt lex.

a ¶ Aliqui.] Hoc non põt intelligi, nisi de laicis propter literam præcedentem. Sed quid si duo clerici dicunt, me commisisse fornicationem cũ aliqua, tali die, duo laici dicunt me fuisse secum tota die in alio loco: dico præponendos laicos; 1 quia stant pro reo. & ita patet hic, ꝙ clericus põt se purgare quandoque cum laicis. vt 18.q.2. in decima. vt ibi dixi.

f ¶ Non possunt.] Ei qui potest laborare, non debet ecclesia prouidere: integritas enim & robur membrorum in conferenda eleemosyna est attendenda. C. de mendi. val. l. 1. lib. 11. quia robusti de cibo securi sine labore, frequenter iustitiam negligunt, vt 5.q.5. non omnis. & dicit

Testes præferendi sunt qui Pro-reo deponunt.

1 Ad hoc facit quod not. in authen. de hære. & fal. §. si non absunt. vbi dicitur, ꝙ talis assertio habet in se implicitã affirmatiuã Arch.

Sanctimonialib. pauperibus debet prouidere eps.

Moniales otiosæ esse non debent.

huiusmodi fœminas; sed vbi aut clerici præsentes sunt, aut graues aliqui [a] Christiani.

Item ex concilio Carthaginensi. 4. c. 102.

¶ Episcopi prouideant, ne occasione temporalium, clericorum familiaritatibus virgines socientur. Cap. XXXIII.

AD reatum episcopi pertinet, vel presbyteri, qui parochiæ præest, si sustentandæ vitæ [b] præsentis causa adolescentiores uiduę, vel sanctimoniales clericorum familiaritatibus subijciantur. Poly. l. 4. tit. 37. Burc. l. 7. c. 55. Iuo p. 7. c. 73.

Item ex eodem. c. 103.

¶ De eodem. Cap. XXXIIII.

VIduæ, [c] quæ stipendio ecclesię sustentantur, tã assiduę in Dei opere esse debẽt, ut & meritis, & orationibus suis ecclesiam adiuuent. Polyc. ibidem. Iuo p. 8. c. 327.

DISTINCTIO LXXXII.



GEneraliter [d] *etiam pauperibus, & ijs, qui suis* [e] *manibus laborare non possunt,* [f] *episcopus necessaria prouideat.*

Vnde in concilio Aurelianensi 1. ca. 18. legitur.

¶ De eodem. Cap. I.

EPiscopus pauperibus, [g] vel infirmis, qui, debilitate faciente, non possunt suis manibus laborare, uictũ, & vestitum (inquantum † sibi possibile fuerit) largiatur.

† *possibilitas habuerit.* orig.

Item Innocentius [h] *Exuperio Tolosano episcopo, epist. 3. cap. 1.*

¶ Qui voluptatem officio prępostuerit, modis omnibus submoueatur. Cap. II.

PRoposuisti, quid de his obseruari debeat, quos in

Pann. l. 3. c. 137. Iuo p. 6. c. 57. Poly. l. 4. tit. 31. Ansel. l. 8. c. 8.

b AD reatũ.] §. Vitę.] Coguntur enim quandoq; sanctimoniales propter defectum rerũ, operas aliquas facere clericis, vel alijs, & p talẽ familiaritatẽ, & propter rerum defectum coguntur aliqua turpia facere. pcipit ergo hic, ꝙ si aliquæ sint paupes, ꝙ episcopus eis prouideat, & hoc faciat de quarta pauperũ, Si obijcias j. de cõsec. dis. 5. nunquam vbi nunquam pmittitur. immo iubetur ne sint otiosæ, sed faciant calathos, vel similia, illud intellige, ꝙ ecclesię possũt facere operas, nõ extraneo. 54. dist. si seruus in fin.

c VIduæ.] Inf. 87. dist. cap. 1.

GEneraliter.] Hęc d. diuiditur in tres partes, in quarũ prima dicitur, ꝙ episcopus debet ꝓuidere pauperibus secũdũ posse suũ, scilicet illis qui laborare nõ possunt. Secunda ibi, [Proposuisti.] Tertia ibi, [Qui autẽ.] Io. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur dist. 82. in qua ostendit, ꝙ clerici in sacris ordinibus constituti, nec suis vxoribus, nec cum alienis mulieribus debent commisceri carnaliter. & qualiter sint puniendi, qui post promissam continẽtiam fornicantur, vel de facto contrahunt, vel suis vxoribus commiscẽtur, & quæ pœnitentia iniungãtur presbytero fornicanti. Et spectat hoc ad cap. apostolicę regulę: oportet episcopum esse sine crimine. vel ad hoc, oportet episcopum esse monogamum. In principio tamen ponit de hospitalitate. Et primum capitu. huius dist. planum est.

d ¶ Generaliter.] Hic depingitur 82. distin. in qua tractat adhuc magister de continentia ministrorum, & addit, ꝙ si quis ministrorum fornicationem cõmittit, & agat pænitentiam, ex dispensatione põt remanere in ordinibus, vt inf. ea. c. vlt. & referuntur hæc duo, quæ dicuntur in hac distin. ad id; oportet episcopum esse sine crimine: & ad id; oportet episcopum esse monogamũ. tamen permittit cap. 1. qualiter episcopi pauperibus. & infirmis debeant prouidere.

e ¶ Qui suis.] Pauper enim qui laborare potest, si se immiscet eleemosynę Imperatoris, redigitur in seruitutẽ. C. de mendi. vali. l. 1. lib. 11.

dicit glos. super Matthæum. Iustius feceris si iniuste petentem correxeris, quam si ei dederis, &c.

g EPiscopus pauperibus.] inf. dist. 87. cap. 1. & 2.

h Innocentius.] Qui fuit tertius à Syricio.

PRoposuisti. Hæc est secunda pars dist. in qua dr̃, ꝙ puniãtur sacerdotes & diaconi, qui non seruauerũt sententiam Syricij de castitate. Ioan. de Fan.

CASVS. In archiepiscopatu Tolosano sacerdotes, & leuitæ incontinenter viuebant: quod manifestabant filij ab eis generati, quod cum vidisset Exuperius archiepiscopus Tolosanus, quæsiuit ab Innocentio quid esset de his faciendum. Sed antequam respondeat; dicit super hoc, constitutionem factam à Syricio, quæ tales præcipiebat ab omni honore ecclesiastico remoueri. Deinde ostendit, quod sacerdotes, & leuitæ debent uiuere continenter, ita etiam ut cum uxoribus carnaliter non commisceantur. Et hoc probat vno exemplo, scilicet sacerdotum, & leuitarum ueteris testamenti, qui in hebdomada sua uiuebant continenter, ita etiam ut cum vxoribus nõ commiscebantur carnaliter: nec discedebant à templo: quibus propter sobolis successionem vxoris usus fuerat relaxatus. Multo magis sacerdotes debent abstinere: cum quotidie sacrificent, & possint eligi de qualibet natione: Et una auctoritate Pauli Apostoli, Postea docet, quod illi clerici, qui

qui in sacris ordinibus contraxerunt , vel suis uxoribus se iunxerunt : si possunt probare constitutionē Syricij non peruenisse ad eos, in suis ordinibus remaneāt : sed ad altiores non ascendant: de cætero tamen abstineāt. qui aūt cōtra Syricij constitutionē scienter cōtraxerint de facto, vel se proprijs uxoribus miscuerit, deponant.

g ¶ Cum vxore.] Multo ergo fortius si cum alia. ADDITIO. Dicit ꝙ pp reuerentiam sacramentorū, vult eos esse sanctos, idest mūdos ab omni labe mortali, vel veniali: spirituali, vel corporali : quod non pōt esse qñ carnaliter vxoribus commiscentur, secundum Hug.

diaconij [a] ministerio, aut in officio presbyterij positos, incontinentes esse, aut fuisse, generati filij [b] prodiderūt. De his & diuinarum legum manifesta est disciplina, & beatę recordationis viri Syricij episcopi monita euidentia cōmearunt, vt incontinentes, in officijs talibus positi, omni ecclesiastico honore priuarentur, nec admittantur ad tale ministerium, quod sola [c] continētia oportet impleri. Est enim vetus admodum sacrę legis auctoritas iam inde [d] ab initio custodita, quòd in tēplo, [e] anno vicis [f] suæ habitare præcepti sunt sacerdotes, vt seruientes sacris oblationibus, puros † & ab omni labe purgato sibi vendicent diuina ministeria, neque eos ad sacra † officia fas sit admitti, qui exercent; vel cum vxore [g] carnale cōsortium: quia scriptū est: [h] [Sancti estote, [i] quia & ego sanctus sum, Dominus Deus vester.] Quibus vtique propter sobolis successionem; vxoris vsus fuerat relaxatus: quia ex alia tribu, & preterquam ex semine Aaron, ad sacerdotium nullus fuerat præceptus accedere. Quo † magis [k] hi sacerdotes, vel leuitæ pudicitiam ex die ordinationis suæ seruare debent, quibus vel sacerdotium, vel ministerium sine successione est; nec præterit dies, [l] qua vel à sacrificijs diuinis, vel baptismatis [m] † officio vacent. Nam si beatus Paulus apostolus ad Corinthios scribit dicens: [Abstinete vos ad tempus, vt vacetis orationi. & hoc vtique laicis pręcepit; [n] multo magis sacerdotes, quibus & orandi, & sacrificādi iuge officium est, semper debebunt ab huiusmodi consortio abstinere: & qui, † si contaminatus fuerit carnali cōcupiscentia, a quo pudore, vel sacrificare vsurpabit, aut qua conscientia, quoque merito exaudiri se credit, cū dictū sit: (Omnia munda mundis, coinquinatus autē, & infidelibus nihil mūdum?) Sed fortasse hoc licere credit, qa scriptū est; (vnius vxoris [o] uirum.) Non ß dixit hoc, vt permaneret [p] in concupiscientia generandi, sed propter incontinentiam [q] futuram. [r] Neque enim integros corpore non admisit, qui ait. (Velle autem omnes sic esse, sicut & ego.) Quod & apertius declarat dicens: (Qui autem in carne sunt, [s] Deo placere non possunt. Vos autē iam non estis in carne, sed in spiritu.) Et (habentem filios,) non, generantem dixit. Sed ea plane, [t]

Inf. c. sequen.
Luc. 2.
Paralip. c. 24.
† al. puri, & purgati.
† al. sacrificia sup. d. 31. c. eos.
Leuit. 11. & 20.
Num. 18.
† Quanto.] orig.
† al. orationis.
1. Cor. 2.
† al. quid.
Tit. 1.
1. Tim. 3.
1. Cor. 7.
Rom. 8.
1. Tim. 3.

a ¶ Diaconij.] Ideo non dicit de Subdiaconis, quia non erat * tunc sacer ordo: non tamen poterant contrahere. 32. dist. si qui.

* Vide supra dist. 21. princ. in ... o. uerbo subdiaconos.

b ¶ Filij.] Filius enim est argumentum ambulās super terram de incontinentia patris. 28. dist. priusquam.

... filius ambulans super terrā testat ... patris incontinentiam. ... dies pro anno inuenitur.

c ¶ Quod sola.] Idest à solis continentibus, vt 84. dist. cum in præterito.

d ¶ Iam inde.] idest de hoc articulo.

e ¶ Quod in templo.] Sufficit ergo scholari ad hoc, ut stipendium consequatur, ut sua uice seruiat ecclesiæ, scilicet cum ibi est.

f ¶ Vicis.] idest septimanæ. aliàs est dies pro anno, ut 33. q. 2. hoc ipsum.

h ¶ Scriptum est.] Sufficit ergo ita scriptū esse, licet sit durū. arg. 19. d. in memoriā. ff. q & à q. li. ma. l. prospexit. — Sufficit ita esse scriptū.

i ¶ Estote.] Arg. cōtra 31. dist. Nicæna. nam castitas est cū propria coniuge.

K ¶ Quo magis.] i. quanto magis. — Idem tenet Specu. in tit. de eo. q mi. in pos. uer. porro. & Bar. in l. mulier. §. ꝓponebatur. ff. ad Turp.

l ¶ Nec pterit dies.] preter sabbatum magnū, & diem præcedētem, vt de conse. di. 3. in sabbato. Vel dic, sacrificijs idest officijs diuinis.

m ¶ Vel baptismatis.] cum necessitas exigit. aliàs baptismus q fit cū cerei benedictione, & 9. lectionibus, bis in anno tātum fit. de cōsec. d. 4. proprie.

n ¶ Præcepit.] Idest persuasit, ut 33. q. 4. Christiano. Vel pcepit vxoribus nolentib. cōtinere. Vel dic pceptū esse cū vir accipit corp9 Christi ut scilicet nō exigat 2 sed reddere tenetur omni tempore. — 2 De hoc le. & no. de cōsec. d. 2. omnis homo.

o ¶ Vxoris.] Idest, nō iō dicit eum esse virū vxoris vnius, vt ea utatur tempore sacerdotij.

p ¶ Vt permaneret.] Arg. voces affirmatiuas resoluēdas in negatiuas. arg. sup. dis. 26. una tantum. & cap. vnius. 3 — Affirmatiua in negatiuā resoluitur.

q ¶ Sed pp incōtinētiam.] idest, ut ea mortua cōtineat. & secūdam nō ducat, & sic negatiue legitur, vnius, idest non plurium: arg. extra de testi. licet. — 3 Concor. tex. in l. non debet. ff. de don. & in l. nam etiam. ff. de inoffi. testa.

r ¶ Futuram.] idest quam timebat.

s ¶ In carne sunt.] idest carnaliter uiuentes.

t ¶ Sed ea plane.] Hic rñdet consultationi. & reuertitur ad cōstitutionem Syricij, de qua dixerat. Dicit aūt Hug. & alij ꝙ Syricius bis emisit constitutionē: primo illam quæ erat data ab Apostolis, scilicet ut in sacris ordinib. nullus cōtraheret, & si cōtraheret, deponeret, ut 84. d. cū in pterito. hæc fuit primo ab Apostolis statuta : sed qa aboleuerat, renouata est a Syricio. pcedente tpe referrebat quæstio de talibus de quib. s I noc. hic loquitur. sed quia quidam prætendebant ignorantiam primæ constitutionis Syricij, inde sumpta occasione Syricius aliam edidit humaniorem : mitigando rigorem primæ, scilicet ut ignorantes excusarentur, ut inf. ead. — Clericis cōtinentiam quis primo induxit.

plurimos. & hanc formam scribit, scilicet secundæ Innocētius. Exuperio, & quòd scripsit bis Syricius, patet ex hoc cap.& sequen.ubi dicitur, ꝙ quidam excusantur ignorantia constitutionis Syricij. Sed qualiter hoc, dicetur in prima constitutione. Quidam dicunt, ꝙ non dedit de hoc facto nisi semel constitutionem, renouando cōstitutionem Apostolorum, & mitigādo eam cum sua distinctione. & secundum hoc eadem est causa decisionis Innocētij: nisi quòd Innocentius vtitur distinctione circa cōstitutionē Syricij: & Syricius circa cōstitutionem Apostolorum. Tertij dicūt, ꝙ Syricius duas cum fit cōstitutiones, sed in nullo renouauit Apostolorū ↄstitutionem: quia Apostoli nihil cōstituerūt de continentia arg. 31.d quoniam, & dicit Hu. ꝙ q̄dā constituit ecclesia, quæ nō fuerunt statuta ab Apostolis, vt ꝗ cōtinētia ministrorū. 35.q. 1. §. hac itaq; in fi. Quod autē dicitur inf. 83. di. cum in p̄terito. quod scilicet Apostoli docuerūt: verum est exēplo. 31. distinct. omnino. non constitutione. sed de hoc dixi 28. dist. diaconi. Prima ergo cōstitutio Syricij fuit de continentia, vt quicunque uellet promoueri ad sacros ordines, faceret hoc: non tantum promissa, sed ēt præeunte continentia. hoc innui videtur. 77. di. quicunque. Sed quia illa nō seruabatur à quibusdam prætendentibus ignorātiam, ideo aliam fecit cum distinctione. infra ead. plurimos nec fecit prima nisi in promouendis. promotos enim. non posse adstringere sine suo velle, sicut nec posset Papa constituere de acolythis iā promotis ne cōtraherent. arg. 32. q. 1. integritas. Io. quod falsum est 1 cum habeat plenitudinem potestatis 2. q. 6. decreto. nec legibus adstringitur, ut ff. de legib. & constitutio, princeps. & C. eod. digna vox. Bar. nec in primo vel in secūdo capitu. habes, ꝙ Syricius aliquam constitutionem fecerit: sed inuehitur in secundo cap. contra incontinentes: de quib. consultus fuerat, distinguendo, immo potius dispēsando, quod patet ex verbo, monita, in principio cap. & per verbum, admonitionē in fi. & dic commeauit non cōstituendo, sed ignoscendo & dispensando, vt infra. ead. præsbyter.

Apostoli de continentia nihil constituerunt, sed solo exēplo illam docuerunt.

1 Argum. ad hoc su. 32. distin. placuit. vbi de hoc sed dictum hoc oīno falsum est, nisi intelligas de promouēdis & sic no. H. 28. dis. de his in fi.

Probare tenetur qui dicit se non citatum.

Constitutio publice promulgata in

a ¶ Et diuersa.] Diuersa & bimembris nam recipit diuisionem, idest, distinctionem & hoc de secunda.

b ¶ Prouincias.] Pro maiori parte.

c ¶ Non probatur.] Ex hoc vr̄ ꝙ dicit citationem ad se non peruenisse, ꝙ hoc non tenetur probare: sed potius aduersarius tenetur probare ꝙ peruenerit ad eum: cum talis negatiua non possit probari, vt extra de elec. bonę. Sed non est verum, quia credendum est verbo nuncij, donec contrarium probetur, ut not. 4. q. 3. §. item in criminali: ver. itē testes, quos. sic ergo expone, nō ꝓbatur peruenisse, idest probatur non peruenisse: cum enim constitutio sit publice promulgata, quilibet eā tenetur scire. ut 16. distin. quod dicitis. extra de postu. præla. ad hæc 12. q. 2. qui & humanis, & secundum leges tenetur eam quilibet scire vsque ad duos menses. vt in authen. vt factæ noue cōstitutiones. §. 1. colla. 9. secundum canones vsque ad sex menses, vt 18. dist. decernimus, quia ergo præsumebatur peruenisse ad istos, tenebantur ipsi probare ignorantiā: & hoc est generale qđ propter præsumptionem cogitur probare aliquis ignorantiam, vt hic, & extra de elec. innotuit. & 1. q. 1. si q à simoniacis. & C. de peri. tut. l. penul. alias qui dicit aliquē sciuisse, hoc tenetur probare. 2 ut 3. q. 9. indicas. & ff. de administr. tuto. l. hoc autē. quid enim peccat, q̄ presentis legis inscius pristinam sequitur obseruantiam? vt C. de test. iubemus. in fi. Sed qualiter. probat se aliquis ignorasse? dico suo sacramento. 3 vt 34. q. 2. in lectum extra de senten. excom. si verò, vt no. 4. q. 5. quisquis, in fi. 4. Ioan. Vel etiam alio modo si potest probare se fuisse in alio loco: & forte si præsumptio est contra eum, nō crederem iuramento suo. B. Sed quid si collegium, uel aliquis conuentus dicit se ignorasse, nunquid tunc omnes iurabunt? dico, quōd sufficit, si episcopus cum maioribus de capitulo iurat, ut ff. de condi. & demonst. municipibus. Alij dicunt, ꝙ eo ipso probatur ignorantia, quòd non probatur scientia, vt C. qui mili. non pos. super seruis lib. 12.

tra qđ tempus ligat.

Ignorātiam ꝓbare quis cogitur propter p̄sumptionem.

2 Dicunt q iuris apicibus inuigilant, regulare esse ignorantiam nō debere probari: sed sciētiam.

Ad hoc facit quod leg. & no. ext. de sen. excō. si verò, & de homic. significasti 1. & ꝗ tur. calum. c. 2. Idem latè Ias. §. sed istæ. Inst. de act.

4 Cōcor. glo. fi. in l. si cui & ibi Barto. ff. de accusa.

Collegium nunquid iurare possit.

Decretū nō ligat ignorantes.

dispar, & diuisa [a] sententia est. Nam si ad aliquos forma illa ecclesiasticę vitę pariter & disciplinę, quę ab episcopo Syricio ad prouincias [b] cōmeauit, nō probatur [c] † peruenisse; his ignorātibus [d] † venia non negabitur: [e] ita vt de cætero penitus incipiāt abstinere: & ita gradus suos, in quibus inuenti fuerint, retenteant, vt eis non liceat ad potiora conscendere: quib. in beneficio esse debet; quòd hunc ipsum locum, quem retinēt, non amittunt ¶ Si qui autem scisse formam viuendi missam à Syricio deteguntur [f] †, neque statim cupiditates libidinis abiecisse, illi sunt modis omnibus submouendi: quia post admonitionem cognitam, præponendam arbitrati sunt voluptatē.

† probabitur.] orig.
† al. ignorationis.

† al. detegentur.

α ¶ Cōcupiscētia.] *Emendatus, & locupletat⁹ est hic locus ex ipsa epis. Innoc queādmodū & multa alia in hoc capite, vbi per glossā licuit. In epis. aūt Syricij, q̄ refertur in cōc. Teleptēsi (ita n. ꝓ Tollēsi legēdū videtur) sic legitur.* Quid faciet? excusabit? quo pudore? qua mente vsurpabit? qua conscientia, quo merito hic exaudire se credit?

β ¶ Non dixit hoc.] *In originali sic legitur,* non ad permanentem in concupiscentia generandi hoc dixit.

Item Syricius Papa ad Himerium Tarracon episcopum epist. 1. c. 7.

¶ De eodem. Cap. III.

Iuo p. 6. c. 50.
Poly. l. 4. tit. 31.

PLurimos sacerdotes Christi, atq; leuitas post longa

d ¶ Ignorantibus.] Decretum non ligat ignorantes. ff. de decre. ab ordi. fac. l. vlt. ff. loca. l. si ignorans.

ADDITIO. Ad idem 12. q. 2. de laicis, ubi de hoc. Dic. ꝙ decretum secundum canones ligat ignorantes, ut dixi, 19. dist. 1. super summa. ibi videas. Archid.

e ¶ Negabitur.] Arg. neminem ligari antequam constitutio ad eum perueniat: arg. d. 31. ante triēnium. 35. q. vlt. si autē. 12. q. 5. sicubi. & 47. dist. quoniam. 14. q. 4. si quis oblitus. 54. dist. ex antiquis.

f ¶ Deteguntur.] Eo ipso, quòd nōn probant ignorantiam, cum ad omnes commeauerit.

PLurimos sacerdotes.] CASVS. Quidam significauerunt Syricio Papæ, ꝙ plurimi sacerdotes post lōga tempora suæ ordinationis filios habuerunt tam ante sacros ordines, quam de vxoribus, quas post ea de facto duxerunt: quorum quidam allegabant, hoc sibi licere ad instar sacerdotum, & leuitarum veteris testamēti.

Quidam

Quidam verò dicebant se per ignorantiam lapsos: & inde dolebant: quare Syricius Papa reprehendit eos, qui suum crimen defendebant exẽplo sacerdotũ veteris testamenti: cum alia causa fuerit in illis q̃ in istis: & dicit eos esse deponendos: cum ex certa scientia deliquerint. Illi uerò qui per ignorantiã dolẽt, se lapsos fuisse, ad altiora non ascendant: sed in suis ordinib. remaneant ita tñ ꝙ de cætero uiuant continenter. Sequens, §. patet.

a ¶ Solius successionis causa.] Præcipuè, nam, & causa incontinentiæ. 32. q. 2. §. his ita.

consecrationis suæ tempora, tam de cõiugibus proprijs, quàm etiam de turpi coitu; sobolem didicimus procreasse, & crimen suum hac præscriptione defendere, quia in veteri testamento sacerdotibus, ac ministris generandi facultas legitur attributa. Dicat mihi nunc, quisquis ille est sectator libidinũ, præceptorque vitiorum, si æstimat, quòd in lege Moysis passim sacris ordinibus à Deo nostro laxata sunt fræna luxuriæ, cur eos, quibus committebantur sancta sanctorum, pręmonet dicens: [Leuit. 20. Luc. 1.] Sancti estote, quia & ego sanctus sum Dominus Deus vester?] Cur etiam procul à suis domibus, anno vicis suæ, in templo habitare iussi sunt sacerdotes? Hac videlicet ratione, ne vel cum vxoribus possint carnale exercere commerciũ, vt conscientiæ integritate fulgẽtes, acceptabile Deo munus offerrent. Quibus, etiam expleto, deseruitionis suæ tempore, vxorius vsus solius successionis causa [a] fuerat relaxatus: quia non ex alia, nisi ex tribu Leui, quisquam ad Dei ministerium fuerat præceptus admitti.

Item Paulo inferius.

Polyc. ibidem. Iuo p. 6. c. 50. §. qa. † *ignoratione.*] orig. † *al. detecti.*

¶ De eodem. Cap. IIII.

QVia aliquanti, de quibus loquimur, vt tua [b] sanctitas retulit, ignorantia † se lapsos [c] esse deflent; his hac conditione misericordiam [d] dicimus non negandam, ut sine vllo honoris augmento in hoc, quo deiecti † [e] sunt, quamdiu vixerint, officio perseuerent: si tamen post hac continentes se studuerint exhibere. Hi vero, qui illiciti priuilegij [f] excusatione nituntur, & sibi asserunt veteri hoc lege concessum; nouerint se ab omni ecclesiastico honore, quo indigne vsi sunt, Apostolicæ sedis auctoritate deiectos: nec vnquam posse veneranda attrectare mysteria, quibus se ipsi, dum obscęnis cupiditatibus inhiant, priuauerunt. Et quia exempla pręsentia cauere [g] nos pręmonent in futurum; si quilibet episcopus, presbyter, atq; diaconus (quòd non optamus) deinceps fuerit talis inuẽtus iam nunc sibi omnem per nos indulgentię aditum intelligat obseratum; quia ferro necesse est, vt abscindantur [h] † vulnera, quæ fomentorum non senserint medicinam.

† *excidantur.*] orig.

¶ *Caput hoc in aliquot manuscriptis Gratiani exemplaribus coniunctum est superiori.*

3 *Qui autem propter peccata iubentur deponi; post condignam pœnitentiam in suo ordine poterunt reparari.*

Vnde in concilio Hybernensi [a].

a ¶ Hybernensi.] *Caput hoc citabatur ex concilio Gangrensi, in quo non legitur. Emendatum est ex Polycarpo, & alio libro manuscripto peruetusto, in quo libro sunt multi canones pœnitentiales: & hic refertur ex Theodoro archiepiscopo Hybernensi.*

Poly. l. 4. tit. 39. Can. 2. post. 25.

¶ Quæ pęnitentia sit imponenda sacerdoti, qui de fornicatione conuictus fuerit. Cap. V.

PResby-

b QVia aliquãti.] ¶ Et tua.] Cum ergo hic scribat uni: & in præcedenti. cap. dicatur, ꝙ cõstitutio Syricij Papæ ad omnes prouincias commeauit: patet ꝙ duas emisit Syricius cõstitutiones: & etiã qa hic dicit ignorantiã respectu primæ.

c ¶ Lapsos.] Respectu scilicet secundæ constitutionis.

et porit prauitatis, vt in subditis [a], emendare quod illicite gestum fuerit, valeatis: quo videlicet, [e] apud vos habitus sui officium magis conuenienter administrent, quam accusent [b].

α ¶ Atque fatigationibus.] *In plerisque manuscriptis legitur*, atque ex fatigationibus, *in editionibus epistolarum B. Gregorii*, atque per hoc & fatigationibus. *in vno autem vetusto earundem epistolarum codice.* atque per hoc ex fugationibus.

ε ¶ Quo videlicet.] *Apud B. Gregorium legitur*, quod apud vos habitus sui magis officium commendet, quam excuset.

3. *Propinquis etiam vel fauore sibi coniunctis ecclesiastica officia episcopus committere non audeat.*
Vnde in Toletano concilio 10. c. 3. legitur.

¶ Ecclesiastica officia non committat episcopus propinquis, vel fauore coniunctis. C. VI.

DEcenter omnibus placet, & in præsenti tale rescindere factum, & non esse de cætero faciendum. Quicumque † igitur pontificum deinceps aut sanguine [c] propinquis, aut fauore personis quibuscunque sibi coniunctis † talia lucra † commendare tentauerit; ad suum nefandæ præsumptionis excidium, & quod iussum fuerit, deuocetur in irritum; & qui ordinauerit, annuæ excommunicationi subiaceat. Quæ vero ablata fortasse fuerint, ab eo; qui tulerit, reddantur in duplum [d].

† Nam quisquis *orig.*
† *deuictis* *or.*
† *al. loca.*

4. *Poro ipsa officia quare ita sunt distinguenda, & non vni personæ omnia committenda, ex auctoritate Gregorii, & Bonifacii Papæ datur intelligi; qui sic aiunt.*

¶ *Caput hoc pene iisdem verbis legitur in epistola Bonifacij II. ad Eulalium, & Gregorij I. ad episcopos Galliarum, lib. 4. epistol. 52. Sic quoque in alijs epistolis B. Gregorii multa leguntur, quæ in scriptis superiorum Pontificum habentur.*

¶ Graduum & ordinum distributio ecclesiasticam vnitatem conseruat. C. VII.

AD hoc dispẽsationis † diuinæ prouisio gradus diuersos [e], & ordines constituit esse distinctos, vt dum

† *al. dispositionis.*

a ¶Et potiores.]Hoc erit vsque in diem iudicij tantũ. Dicit.n. Apostolus, Dum mundus iste durabit, homines præerunt hominibus,dæmones dæmonibus,Angeli Angelis. Cum autem Deus erit omnia in omnibus, cessabit omnis prælatio,non tamẽ ordo vel maioritas. ali-

Prælatio q̃li et post iudicium cessabit.

recipere,non debet esse talis,vt inter alios discordiã ponat.hæc continuatio mihi placet: & littera hoc uidetur velle.Sed Beneuen.& H.sic continuant.s̃.46.dist. ostẽdit Grat.episcopum non debere esse litigiosum in se.i. ꝙ non debet lites amare.Nunc autem aliter repetit,scilicet vt non amet litigia inter alios:sed discordantes reconciliet. Et est casus primus planus.

reuerentiam minores potioribus exhiberẽt,& potiores [a] minoribus dilectionem impenderent; vera [b] † concordia fieret,& ex diuersitate contextio[c], & rectè officiorum gereretur administratio singulorum. Neque enim vniuersitas [d], alia poterat ratione subsistere, nisi huiusmodi magnus eam differentię ordo seruaret. Quia vero queq; creatura in vna eademque qualitate [e] † gubernari, vel uiuere non potest; cœlestium militarium exemplar nos instruit; quia dum sunt Angeli,& sunt Archangeli;liquet,quia nõ sunt æquales,sed in potestate & ordine (sicut nostis) differt alter†ab altero.

†*Vna concordia fieret ex diuersitates cõtextio*] orig.

† *æqualitate*] Bon.

†*al.unus*

f ¶Litigiosus.] In hac distinc.90.tractat hoc c. nõ litigiosum, q̃d tractauit 46. dist. sed dissimiliter. ibi.n. ostendit,ꝙ episcopus nõ debet esse litigiosus.hic vero,ꝙ discordantes debet ad concordiã reuocare. vltimo additur, ꝙ ep̃i debent sibi uicissim p̃stare auxilium ad pacem seruandam.

DISTINCTIO XC.

1 ps

Litigiosus [f] quoque prohibetur ordinari; quia qui sua potestate discordãtes ad concordiam debet attrahere, qui oblationes dissidentium prohibetur recipere; nequaquam litigandi facilitate alios ad dissidium debet prouocare.

Vnde in concilio Carthaginensi quarto,c.59.legitur.

¶Clerici discordes deijciantur,vel reuocentur ad concordiam. C. I.

Burc.l.2.c.215. Iuo p.6.c.290.

DIscordantes clericos episcopus vel ratione [g], vel potestate [h] ad concordiam trahat:inobedientes synodus per audientiam damnet.

Item ex eodem,c.93.& 94.

¶Dissidentium fratrum,in ecclesia oblationum dona non recipiantur. C. II.

Burc.l. 5.c.38. & 39. Iuo p.2.c.47.& 48. j.c.eorum.

OBlationes [i] dissidentiũ fratrum neq; in sacrario,neq; in gazophylacio [k] recipiantur. *Similiter* †. Dona [l]

†*al. similiter dona eorum*

g DIscordantes.] Ratione.] .i. amicabili cõpositione extra iudiciũ. & d̃ plano. nã iudex ad cõcordiam laborare debet.5.q.2. si primates 1. & litigantes reconciliare. ff. de vsufr. si cuius.§.equissimum. & d̃ of.p̃si. illicitas. ne potẽtiores.Si ergo inter se compositionẽ faciãt, remanebũt crimina impunita,5̃ illud.ff.ad le. Aquil.ita uulnerat̃ 2. sed hoc in crimine iniuriarũ obtinet, quod quilibet põt remittere. sed si criminaliter agerẽt,esset falsum: sed si delictũ tangeret ecclesiã, ibi non posset subditus componere cum prælato, vt 23. quæst. 4. si is qui. potest tamen renunciare accusationi, ut ex. de acc. ueniens.

Iudex ad cõcordiam laborare dẽt.

1 Concor. tex. ĩ Auth. de manda. prin.§.deinde. colla.3. non tñ põt eos cogere. tex.est in §. fin.in Auth. ut lit.iu.

2 Et extra de sen.excõmu. ut famæ.ff.de fideiu. si à reo.§.ult.

aliquis enim maior erit alio. nam in domo patris mei, & c.de pę.distin.4.in domo. sed non præerit ei, & uide quomodo prælatus & subditus sibi cõnectuntur, vt 95. dist.esto.& hæc diuersitas ordinum propter maiorem concordiam est statuta,vt 45.dist. licet 2.

b ¶Vera.]Id est,per ueram concordiam.Io.

c ¶Contextio.]Infra 95.dist.esto.Io.

d ¶Vniuersitas.]Creaturarum.

e ¶Qualitate.] Quia qualitas corporum nõ potest manere in vno statu.de consec.dist.5.ne tales. & dicit lex, quòd circa statum humanum nihil est stabile, ut in Authen.de non alie.aut permu.§.vt autem.coll.2.uel dic, qualitate,id est,æqualitate. quia non omnes possunt esse episcopi.

Status humanus est ĩstabilis.

LItigiosus.] Hæc dist.diuiditur in duas partes. in quarum prima probatur,quòd clerici non debent esse litigiosi: quia ex officio suo tenentur alios ad concordiam reuocare, & si talis fuerit, ordinari non debet:& hoc probat ex auct.sanctornm.Secũda ibi,[Præcipimus.]Ioan de Fant.

CASVS.Repetit hic illud c.Apostolicæ regulæ, non litigiosum:qui ordinari prohibetur.Nam cum discordantes debeat concordare,& oblationes dissidentium non

ADDITIO. Ad idem in Auth.de man.princ.§.deinde. coll.3.Pacis enim turbator capite plectendus est. ff. de re mili.qui metu.Archid.

h ¶Vel potestate.] Scilicet coerctione. ut ff.de officio præsidis,congruit,& infra eo.placuit.

OBlationes.]CASVS.Dicitur,ꝙ sacerdos non debet recipere oblationes discordãtium fratrum, nec eorum qui pauperes opprimunt.

i ¶Oblationes.]Cum odium eorum apertũ est, & notorium:hoc intellige de voluntarijs oblationibus, non de decimis & primitijs.ext.de deci.de terris.16.q.1. decimæ.Lau.

K ¶In gazophylacio.]Id est,arca,uel locus est ubi reponuntur oblationes,à gaza,quod est diuitiæ, & phylatia id,quod est seruare.

Gazophylacium quid est.

l ¶Dona.] Dicit Hug.hoc generaliter intelligendum esse de quolibet, qui est in mortali peccato 3. & gratia exẽpli est illud positum,s.dissidentium. Tu melius dic, ꝙ cũ hæc sit pœna, non dẽt extendi nisi quatenus reperitur delictum. nam specialiter de quibusdam personis inuenitur prohibitum,ut hic de isto. Item de eo q̃ pauperẽ opprimit.Item de sacrilego,ut 12.q.2.de viro.

3 Subau. in quo q̃s contumaciter p̃sistit, s̃m H. Oblationes facere multis est uitiũ.

Item de eo, qui vi extrahit seruum ad ecclesiam confugientem, vt 17.q.4.miror. Itē de raptore. extra de rapt. super eo. Item de vsurario, extra de usuris, quia in omnibus. sed etiam pœnitentes quandoque prohibentur oblationes facere, de consec. dist 4. eos. Idem dico de meretrice 1.

1 Argu. ad hoc bonū in Auth. de leno. i prin. & quod ibi not. coll 3.

a ¶Opprimunt.] Si quis tamen officiatus opprimit rusticos; quia forte debet habere decem, & accipit duodecim: dona eius non sunt respuenda de iure s̄m quosdā: quia transfertur dominum in huiusmodi, & fieri potest inde eleemosyna: nec est uera rapina. argu. 14. quæst. 5. non sane. si tamen propterea correctus nollet cessare, debēt respui. Vel dic. ꝙ inde potest fieri eleemosyna, non tamen oblatio. Idem dico in meretrice, ut dixi 14. q. 5. in prin.

NEque.] CASVS. Quidam inimici fratrum & inuidi confisi de illo verbo Euāgelij: Vbicumq; fuerint congregati duo vel tres in nomine meo, &c. insimul collecti sacrificabant Domino. Sed dicit Cyprianus, ꝙ Deus eorū sacrificia nō respicit: sicut ad sacrificia Cain non respexit: talis enim culpa discordię non dimittitur, etia si passionem patiatur pro Christo.

b ¶Ecclesiam.] Extra quam qui inueniunt, exterminabuntur. 24. q. 1. quia ex sola. Lau.

c ¶Nec sanguine.] Si impœnitens decedat. hoc ad exaggerationē huius criminis dicit; quia idē est in quolibet alio crimine.

d ¶Abluitur.] Quo ad uitā æternam: sed valet martyrium quo ad minorē pœnam. de pen. dist. 4. si quis autem non habens.

Desperandum est de nemine.

e ¶Inexpiabilis.] Verum est post mortem, aliàs de nemine desperādū est, ut de pœ. dist. 7. nemo. 32. q. 2. ancillam. nam qui im penitens decedit in martyrio, nō saluatur 2. de pe. dist. 1. c. ult. sed mitius puuitur ut ibidem dicitur, & de p œ. dist. 3. §. potest.

2 Ad hoc vide q̄d̄ le. & no. 1. q. 1. vide.

eorum, qui pauperes opprimunt [a], à sacerdotibus refutanda sunt.

Item Cyprianus, de vnitate ecclesiæ.

¶Extra ecclesiam esse probatur, qui pacem cum proximo non habet. C. III.

NEque ad Cain munera respexit Deus. Neque enim pacatum habere Deum poterat, qui cum fratre pacem per zeli discordiam non habebat. Quam sibi igitur pacē promittunt inimici fratrum? quæ sacrificia celebrare se credunt æmuli sacerdotum? An secum esse Christum, cū collecti fuerint, opinantur, qui extra Christi ecclesiam [b] colliguntur? Tales etiam si occisi in confessione nominis fuerint, macula ista nec sanguine [c] abluitur [d]. Inexpiabilis [e], & grauis culpa discordiæ, nec passione purgatur.

Item ex octaua synodo.

¶Murmurantes à fratrum vnitate alieni efficiantur. C. IIII.

ALienus sit à fratrum vnitate, qui murmurat; & opus eius [f] abijciatur, qui murmurans α exstiterit: ne pœnam murmurantium incurrat de qua Apostolus dicit: [Neque [g] murmuraueritis, sicut quidā murmurauerunt [h], & perierunt ab exterminatore [i].] Iuxta β mensuram itaq. operis peccator (quod in hac sententia Apostoli plenius declaratur) sacerdotis iudicio pœniteat.

Burc. l. 10. c. 52. & 54. Iuo p. 13. c. 55. & 53. ex concil. Moguntino. 1. Cor. 10.

¶*In libello B. Basilij de institutis monachorum Rufino interprete (qui nuper Coloniæ cum regula B. Benedicti est impressus) cap. 2. in vltima responsione habetur prima pars huius capitis vsque ad ver.* abijciatur.

α ¶Qui murmurans.] *Eiusdem libelli, c. 50. penultima interrogatio sic habet*, Si uero etiam quis murmuret propter escā, quæ erga eum sententia seruabitur? Resp. Ea, quæ circa eos, qui murmurauerunt in deserto. Dicit enim Apostolus: [Neque murmuraueritis, sicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore.]

β ¶Iuxta.] *Hæc pars non habetur in eo Basilij loco. Apud Burchardum vero & Iuonem (à quibus citatur ex concilio Moguntino) sic legitur*, iuxta mensuram, opusque peccati, quia in hoc sententia, &c.

Item ex eodem.

¶Corripiantur, qui rixas, & contentiones amant. C. V.

SI quis [monachus † contentiones, vel rixas amauerit,

In regula Isidori, c. 17. Burc. l. 10. c. 62. Iuo p. 13. c. 63. † abest à multis exempl.

ALienus.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ quicumque murmurat & discordat à fratribus, abijciēdus est ipse, & factum eius: qui ne exterminetur ab angelo exterminatore (sic ut fuerunt exterminati Iudæi murmurantes in deserto) agere debet pœnitentiam ad arbitriū sacerdotis, iuxta magnitudinem peccati sui.

f ¶Opus eius.] Id est, oratio eius si clericus est, opus. n. eius est orare. 36. dist. cap ult. uel si est laicus, opus eius, id est, oblatio eius. s̄. ea. dist. oblationes. & 12. q. 1. duo.

g ¶Neque.] Sic 2. q. 7. §. de his etiam.

h ¶Murmurauerunt.] Et perierunt in deserto. illa pœna est, ut citius moriat. 11. q. 3. episcopi si sacerdotali.

i ¶Ab exterminatore.] i. ab angelo malo, qui exterminauit murmurātes in deserto à terra promissionis. D.

SI quis monachus.] CASVS. Quæsitum fuit quantā pœnam debeat pati monachus, qui rixatur, uel fratribus

tribus conuitia infert? & respondet, iuxta modum peccati diuturna pœna purgentur ad arbitrium sui prælati. Idē est & si fuerit murmurator. Sequēs c. planū est.
a ¶Vel manifestum.] Id est manifestè.
b ¶Diurna.] Videtur ꝙ tanto tempore debeat quis esse in pęnitētia, quanto fuit in peccato. 5. q. 2. c. 1. Sed dicimus hoc ponendum in arbitrio prælati. nam quandoque inuenitur, ꝙ debet esse tanta de pœ. dist. 1. quāobrem. quandoque minor. de pœ. dist. vlt. cap. vlt. quādoque maior. de pœ. distinct. 3. pro ductior.
c ¶Prioris.] Id est, abbatis. abbas enim potest absolure monachum suum iniicientem manus in monachū suum, vel alterius. sed non potest si percusserit clericū sæcularem 1. vt extra de sen. excom, cum illorum, &c.

Pnīa est arbitraria.

uel manifestum [a] conuitium fratri intulerit, iuxta arbitriū rectoris, modumque peccati, diurna [b] expietur pœnitentia. *Item.* ¶Qui contentiosus aut murmurans extiterit, secundum arbitrium prioris [c] tamdiu β pœniteat, quam diu culpæ qualitas extat.

In 1. sentētiarū Patrū, c. 96. ex statutis seniorum. Burc. l. 10. c. 53. Iuo p. 13. c. 54.

α ¶Si quis monachus] *Hanc priorem partem Burchardus, & Iuo citant ex concilio Agathensi, in quo etiam habetur ex codice librorum sexdecim, lib. 5 c. 22. abest autem ferè ubique, etiam in multis Gratiani exemplaribus vox,* monachus.

β ¶Tamdiu.] *Apud Burchardum, & Iuonem (qui citant hanc partem posteriorem ex Moguntino, habetur autem in libro sententiarū Patrum, c 96. ex statutis seniorum) legitur,* ita pœniteat, qualiter culpæ qualitas extat.

Item ex concilio Carthaginensi 4. c. 25.

¶Dissidentes episcopi ad concordiam redire cogantur. C. VI.

Burc. l. 1. c. 62. Iuo p. 5. c. 173.

Dissidentes episcopos, si non timor Dei, synodus reconciliet.

Item ex eodem, c. 26.

¶De eodem. C. VII.

Burc. l. 1. c. 101. Iuo p. 5. c. 203.

Studendum est episcopis, ut dissidentes fratres, siue clericos, siue laicos, ad pacem [d] magis, quàm ad iudiciū coerceant † [e].

†*cohortentur*] uera lectio

Item ex eodem, c. 94.

¶Non recipiantur dona eorum, qui pauperes opprimunt. C. VIII.

s̄. ead. oblationes. Burc. l. 5. c. 39. Iuo p. 2. c. 48.

Eorum, qui pauperes opprimunt, dona à sacerdotibus sunt refutanda.

Item ex concilio Agathensi, c. 31.

¶A cœtu alienentur fidelium, qui ad concordiam redire contemnunt. C. IX.

Burc. l. 10. c. 61. Iuo p. 13. c. 62.

Placuit etiam, ut (sicut plerumque fit) quicumque odio, aut longinqua inter se lite dissenserint, & ad pacem reuocari dinturna † obstinatione nequiuerint, à sacerdotib. ciuitatis primitus arguantur [f]; Qui si inimicitias deponere perniciosa intentione noluerint, de ecclesiæ cœtu iustissima excommunicatione [g] pellantur.

† *al. diutina intentione*

† Diuturna Io. Doc. ꝙ iudex pōt cogere ad cōpromittendū eos, qui diu litigauerūt in quidā æstimauerūt, ī cer. peta.

Item Fabianus Papa.

Studendum.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ episcopus discordātes clericos, uel laicos debet ad concordiā reuocare, potius q̄ ad iudicium vocare. & consueuit hoc capitulum intelligi in crimine iniuriarū. Seq. cap patet.
d ¶Ad pacem.] Hæc & similia intelligo, cū ciuiliter agitur de crimine: uel in causa ciuili: secus ubi criminaliter [2] ageretur. expedit enim peccata nocentium nota esse. ff. de iniur. eum qui. & extra de col. deteg. c. 1. Ioan. vel cū agitur actione iniuriarum, ut dictum est supra ead. cap. 1. B.
e ¶Coerceant.] Arg. quod episcopus si qs coram eo accusauerit aliquem, & uelit desistere, & ille uelit ei remittere, non dēat eos cogere prosequi causam illam 2. etiam lite contestata: & ꝙ illi possint desistere cum episcopus debeat magis hortari ad pacem quam ad contentionem. arg. 5. q. 2. si primates. Io. qđ uerum credo in crimine iniuriarum, uel cū agit ciuiliter: aliàs non 3. ut extra de col. c. 2. B.
Placuit etiā.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ si quis habet discordiam cum aliquo, debet moneri, ut ad pacem redeat: & si contempserit, debet excōmunicari.
f ¶Arguantur.] Arg. ꝙ admonitio semper debet præcedere uindictam. arg. 12. q. 2. indignè.
ADDITIO. Ad idem 32. q. 5. præceptum. ff. de fideicom. lib. cum uero §. subiectum. & §. seq. Ad idem 45. distinct. licet plerumq;. Archiac.
g ¶Excōmunicatione.] Videtur tamen, quòd primo iudex sæcularis coget [4] eos ad coucordiam: & si hoc non sufficiat, quòd tunc excommunicabuntur. 17. quæst. 4. de presbyterorum, &c.

Abbas monachū excōicatū absoluere potest.
1 Isto casu dēt absolui à diœcesano epo: qđ dic ut ext. de sen. excō. religioso. ibi uideas.
Accusator pēdente accusatione pōt desistere.
2 Adde an & qn pōt accusator desistere notat Cy. ī l. fi. C. de accusa. & in l. 2. C. de exhibē. re. B. in l. athletas. ff. đ fal.
3 Et est ratio quia expedit peccata nocentium, &c. vt dr̄ in glos. præ. ſm R.
4 Coget. Vide legistas l. q. dā æstimauerūt. si cer. peta.

SI quis contristatus.] CASVS. Quidam satisfacere nolebat alicui cui iniuriam fecerat: sed iniuriā passus reconciliari volebat. Quæsitum fuit, quid de illo fieri debeat; & respondet: ꝙ debet fame macerari, donec de nolente fiat uolens.

a ¶Satisfaciēte.] Immo etiam non satisfaciente eo, rancorē tenetur dimittere. ut de pę. dist. 5. c. ult. q͞a non est licitum nobis aliquem odio habere, ut 23. q. 4 c. cum in lege. 11. q. 3. inter verba. sed actionem iniuriarum, id est, satisfactionem, non tenemur dimittere. nā ad remittendam iniuriam nullus est cogendus 1. 23. q. 4. sic illic. immo bene facit qui dimisso rancore agit iniuriarum. 45. dist. & qui emendat. 23. q. 5. de occidendis.

Rancorem sed non iniuriam tenemur dimittere.

1Et uide q͞d not. 1. q͞o. 4. quia prælatus in gl. ar. ꝙ, &c. versi. sed nūquid &c. Archid.

b ¶Inedijs.] Id est, pęnis excommunicationis.

PRæcipimus.] Hæc est secunda pars dist. in qua probat ꝙ episcopi debent sibi præstare consilium & auxilium ad pacem tenendam. Io. de Fan. CASVS. Dicitur hic ꝙ ad pacem firmiter tenendam & obseruādam debent episcopi sibi mutuum auxiliū exhibere: & qui hoc non fecerit. deponat.

c ¶Præcipimus.] Per ista cap. patet, ꝙ ad iudicium ecclesiæ spectat facere pacem, ut hic, & extra de treuga & pace. treugas. Item patet hic ꝙ episcopi puniūtur, qui sibi non præstant mutuum auxilium, ut 3. q. 1. nulli. & etiam mortuo episcopo uel infirmo uicini episcopi tenētur supplere defectū episcopi, ut 7. q. 1. pontifices. Ioan.

Ep͞i sibi mutuū debēt p̄stare auxilium.

ADDITIO. Hic eliciunt aliqui quare per diuersa anni tēpora treugæ constituantur, extra de treu. c. 1. vt scilicet eo tempore paci reformādæ detur opera. arg. C. de fer. l. dies. arg. 33. q. 2. placuit. Io. de Fan. & hic adde. & uideas quod dicam 24. q. 3. illi qui. Arch.

PErlatum.] CASVS. Quidam conabantur vt alij ab officio caderent, & ordinibus: in sacramentis, ab alijs discordantes, ut in baptismo & alijs sacramentis, vnde discordiæ ortæ sunt inter eos. Quod cum Victor Papa audiuisset, pręcepit ut ad pacē velociter redirēt, & auxilium sibi uicissim conferrent. Si vero contempserint, à communione ecclesiæ repellantur.

d ¶Discrepare.] Hoc dicit canon, ut simplam teneamus baptismi formam propter schisma uitandum. de consecra. dist. 4. propter uitandum. ubi tamen consuetudo est diuersa, nihil efficit, ut de consecra. distinc. 4. de trina.

Baptismi forma dēt esse simpla.

e ¶Concordare.] Cum metropolitana ecclesia. 12. dist. c. pen. de conse: dist. 1. altaria. & dist. 3. c. litteris. Io.

¶Inedijs maceretur acerrimis, qui fratri suo reconciliari noluerit. C. X.

SI quis contristatus voluerit reconciliari fratri suo, satisfaciente [a] eo, qui contristauit, acerrimis maceretur inedijs [b], vsque dum gratanti animo satisfactionem recipiat.

Burc. l. 10. c. 59. Iuo p. 13. c. 60. ex Fabiano.

Item Innocentius secundus.

¶Episcopi ad pacem firmiter tenendam uicissim sibi consilium & auxilium præstent. C. XI.

2 PRæcipimus [c], ut episcopi ad solum Deum, & salutē populi habentes respectum, omni tepiditate semota, ad pacem firmiter tenendam mutuum sibi cōsilium, & auxilium præbeant: neque hoc alicuius amore, vel odio prætermittant. Quòd si quis in hoc Dei opere tepidus inuentus fuerit, damnum propriæ dignitatis incurrat.

In conc. Lateranen c. 9. extra de treuga, & pace. c. 1 § præcipimus, ex Alex. iij.

Item Victor Papa ad Afros, epist. 2.

¶Expellendi sunt à communione fidelium, qui sibi inuicem reconciliari noluerint. C. XII.

PErlatum est ad sedem Apostolicam, aliquos uestrum nocere fratribus† velle, & ut cadant, decertare: similiter in sacramentis, discrepare [d], & ob id contentiones, & æmulationes fieri inter uos: à quibus dissensionibus uos auertere, & in hic omnibus concordare [e], & opem ferrè uicissim mandamus. Nam si hoc agere cito neglexeritis, & uicissim reconciliari non studueritis; ab Apostolicæ sedis, & totius ecclesiæ communione vos pelli non dubitetis.

Poly. l. 4. tit. 13. †*al. fratres*

DISTINCTIO XCI.

QVi autem [f] turpi lucro, vel inhonesto negocio uictum sibi quærere prohibentur; de oblationibus ecclesiæ stipendia consequantur. Quòd si ecclesia ei sufficere non potuerit; proprio artificiolo†, uel agricultura (exemplo Apostoli, q de labore manuū viuebat) sibi necessaria inueniat: ita tamē, ut occasione sui operis uigilijs ecclesiæ nō desit. Q͞d absq;

†*al. artificio* *Actuū 2. & 1 Cor. 4. 1. Thes. 2. & 2. Thess. 3.*


QVi autem turpi.] CASVS. Supra in dist. 88. dictum est quod clerici negociari non debent. Sed quia dubitari posset unde uiuere debeant: ideo subiungit hanc 91. distin. Gratianus, ubi docet ꝙ uiuere dēt de oblationibus, & de decimis: quę si deficiāt, ad instar Pauli quærant sibi victū de aliquo artificiolo: dūmodo propter hoc officia sua non negligant, nisi essent infirmi.

f ¶Qui autem.] Dictum est s͞. 88. dist. clericis non licere negociari: vnde ostenditur in hac 91, dist. ex quo debeant sustētari, q͞a de ecclesiasticis stipendijs ubi autē clerico non sufficit ecclesia proprijs manibus sibi quærere victum debet iuxta Apostolum: non tamen ꝙ ex hac occasione subtrahatur ab ecclesiasticis officijs. H.

Clericus prijs ma[n]... bus sibi ... ctum qu... rere pote...

a ¶Quod

Qui

a ¶Quod absque inæqualitate.] Id est, nisi cum inæqualis est corpus exuberantia vel defectu humorum: hoc est ex causa infirmitatis.

ELeutherius.] CASVS. Pelagius quando cōsecrauit Eleutherium, compluit eum ad præstandum cautionem,

b ¶Promisit.] q̃ ꝓmittēda sūt, notaui 23. dis. quāquā.
c ¶Vigiliæ.] Id est, mortuorū exequiæ: vel generaliter ecclesiastica officia 1. 61. dist. quoniam festus. & propter causam hæc cautio fuit exacta ab ep̄o isto: q̄a clerici sui negligentes erant circa diuina officia: aliàs de iure cōi huiusmodi cautio non est in ordinatione ep̄i exigenda. Sed uidetur quòd Eleutherius hoc modo ꝓ suis clericis obligari non potuit, pro mittendo eorum factū 2. inst. de inuti. stipu. § si quis aliū. Sed dic ꝙ bene potuit, cū ad eius officium spectaret eos ad hoc cogere: & ita sua interfuit 3: præterea per illa verba vr̄ promisisse se curaturum vt illi intersint: sicut cū q̄s promittit alium iudicio sisti: arg. ff. de ver. obliga. quoties quis alium & est si. sup. 63. dist. tibi domino. Itē est argu. hic ꝙ ep̄s potest inducere consuetudinem nouam in sua ecclesia quo ad officia celebranda. 12. dist. nouit. & de cōs. dist. 3. c. 1.

1 Vnde eorum culpa in eum redundabat. 86. dist. c. 1. Episcopus potest suorum subditorum factum promittere.
2 Hanc glo. dicit sing. Brix. in suo dictionario, in uer. factum. ad hoc quod quis nō potest promittere factū alienum.
3 Vnde bene obligabatur. insti. §. certum. & § seq.
Episcopus in sua ecclesia nouam consuetudinem inducere pōt circa officia.

inæqualitate [a] *sui corporis nulli impune conceditur.*

† al. Gelasius — *Vnde Pelagius † Papa.*

¶Corripiantur clerici, qui officijs matutinis, vel vespertinis se subtrahunt. C. I.

Ans. l. 7. c. 165.

ELeutherius frater, & coepiscopus noster queritur clericos suos sibi contra canones superbire; & id, quod nobis iubentibus facta in scrinio cautione promisit [b], vt quotidianis diebus vigiliæ [c] in eius celebrarentur ecclesia, illis contemnentibus implere non posse: sed magis vnumquemque suis (postposito ecclesiæ seruitio) vacare negotijs. Et ideo experientia tua eos, quos tibi esse ostenderit contumaces, debita obiurgatione compesce, & modis omnibus, vigilijs vacare compelle.

[*Item ex concilio Nannetensi.*]

De eodem. PALEA. C. II.

extra de celebr. mis. c. 1. ex Agathensi. Burc. l. 2. c. 104. Iuo p. 6. c. 181. ex Nannetensi.

PResbyter mane, matutinali officio expleto, pensum seruitutis suæ, canendo primam, tertiam, sextam, nonā que persoluat: ita tamen ut postea horis competentibus, & signis designantibus iuxta possibilitatem aut à se, aut à scholaribus publice compleantur. Deinde peractis horis, infirmis visitatis, si voluerit, ad opus rurale exeat ieiunus; vt iterum necessitatibus peregrinorum, & hospitum, siue diuersorum commeantium, infirmorum quoque, atq; defunctorum succurrere possit vsque ad statutam horā pro qualitate temporis, & opportunitate †, *Item ex dictis S. Benedicti.*

Psal. 118. † al. opportunitatis. In reg. S. Benedicti c. 16. Burc. l. 2. c. 105. Iuo p. 6. c. 182. Psal. 118.

¶Propheta dicente: [Septies in die laudem dixi tibi:] qui septenarius sacratus numerus à nobis sic implebitur, si matutinæ, primæ, tertiæ, sextæ, nonæ, vesperæ, cōpletoriiq; tempore nostrę seruitutis officia persoluamus: quia de his dixit propheta: [Sepities in die laudem dixi tibi.] Nam de nocturnis vigilijs idem ipse propheta ait: [Media nocte surgebam ad confitendum tibi.] Ergo his temporibus referamus laudes creatori nostro super iudicia iustitiæ suæ.

Item in concilio quarto Carthaginensi, c. 52. & 49.

¶Sine officij detrimento, artificiolo sibi clericus necessaria quærat. C. III.

Burc. l. 2. c. 103. Iuo p. 6. ca. 180. † al præparet C. 49.

CLericus victum, & vestimentum sibi artificiolo, vel agricultura [d], absque officij [e] sui duntaxat detrimento, paret †. *Item.* ¶Clericus, qui absq; corpusculi sui inæqualitate vigilijs [f] deest, stipendio priuatus excōicetur.

CLericus.] CASVS Dicit in hoc c. ꝙ clericus quærere dēt sibi victū de artificiolo vel agricultura: dū modo officium suum non negligat: & si clericus (nisi propter infirmitatem suam) officium suum dimiserit, excōicari debet. Idē dicit in seq. c. Addit tamen, ꝙ si clericus uadat uagando ꝑ nundinas, deponi debet: & ꝙ si ꝑꝑ emptionis ab officio declinet, remouebitur ab officio. Aliud ca. quod postea sequit, planum est.

d ¶Agricultura.] argu. C. de epi. & cle. l. 2. nā mercari non pōt. 88. dist. fornicari. H. ADDITIO. Subaudi ut ibi dicitur. sed ipsa mercatio debet esse honestatis conscia, ut ibi etiam dicitur, quod erit secundum Azo. si faceret libros. & postea uenderet. ad hoc 14. q. 4. ca. 1. & 10.

tionē, ut uigilias quotidianas in ecclesia sua faceret rite celebrari: in quo cū clerici sibi non obedirent, sed potius negotiationi intenderent, conquestus est Papę: præcipit ergo Papa cuidam vt illos clericos contumaces compellat uigilijs insistere omnibus modis.

q. 3. cauendū. in fi. quod dic. vt not. 14. q. 3. in summa. in fin. & q. 4. c. 3. & 88. dist. cap. 1. & 2. Archid.
e ¶Officij.] Ergo clericus nō pō operas suas per totā diē locare, cū nō dēt officio deesse, ut 54. dis. si seruus.
f ¶Vigilijs.] Non tamē uident puniendi si desinit diuinis

Clericus locare per totam diem operas suas non potest.

uinis officijs, cum non possint percipere necessaria ab ecclesia, cum de altario debeant uiuere: secus tamē est, quia fecerunt sibi præiudicium, quando permiserunt se promoueri ad tam tenuem ecclesiam, sicut est in ma trimonio carnali. arg. 52. q. 5. horrēdus. Vnde sicut uir tenetur ministrare ne cessaria uxori, quæ tñ est talis, ꝙ ei debitum reddere non ualet, ut 32. q. 7. qđ proposuisti. & cap. 2. qui. ita iste tenetur officia re ecclesiam: licet pauper sit, & dicere cum Apostolo: Scio & abūdare, & esurire, & cæ. 41. dist. ꝙ dicit. & ministrent ei manus. 21. q. 1. clericus. in fi. immo vř, quod debeat auferri ei ecclesia, eo quòd ad tenue beneficium se promouendū consensit, vt dř extra de præb. cap. ulti. Sed quid si à principio fuit diues ecclesia cū ad eam promotus est sed post vergit ad exiguitatem? Dices clericum ad hoc teneri? sic. episcopus tamen in hoc casu, & præmisso debet eam unire ecclesijs alijs. 10. quæst. 3. unio. de consе. distin. 1. omnes.

Ecclesiā ēt pauperē, tenetur clericus officiare.

¶ Stipendio priuatus.] Sed cui applicabitur hoc? Potest dici quòd canonicis insimul cum epō. Hoc verū est in eo, ꝙ de cōi percipiebatur: aliàs vř, ꝙ tm̄ canonicis. arg. C. de hæred. decurio. & naui. l. 1. 2. & 3. nisi cum iniustè priuatus est. tunc enim omnia ipse recuperat quę amisit. ff. de re milita. l. penul. C. eo. l. 1. lib. 12. Laurentius. Sed certè ego credo, ꝙ suum beneficium debet assignari alicui qui celebret ꝓ eo d, nec ipse est excommunicatus, ut extra de appel. peruenit. B.

Excōicati beneficiū, cui est assignandum.

CASVS. Proxima distinctione supra dictum est, ꝙ clerici debent uigilijs insistere, & conuenire ad officia celebranda. Nunc vero in hac 92. dist. ostēdit Gratianus, qualiter debeant celebrare, cātando scilicet magis corde quam ore. Et continet quinque articulos.

d ¶Cum

a ¶Priuatus. [*In postrema Coloniensi conciliorum editione legitur*, priuetur. *Sed in vetustioribus Coloniensibus, duabus Parisiensibus, exemplaribus duobus huius concilij manuscriptis Vaticanis & vno Sorensi regio legitur quemadmodum apud Gratianū.*

Item ex eodem, c. 51. 53. & 48. & 50.

¶De eodem. C. IIII.

CLericus, quantumlibet verbo Dei eruditus, artificiolo [a] victum quærat *Item.* ¶Omnes clerici, qui ad operandū validi sunt, & artificiola, & litteras discāt. Qui vero non pro emendo aliquid in nundinis, vel in foro deambulant, ab officio suo degradentur. Interemptores [a] [b] autē ab officio declinantes [c], vel negligentius agentes, ab officio suo remoueantur.

Burc. l. 2. c. 102. Iuo p. 6. c. 179. & 180. C. 53. Burc. l. 2. c. 210. C. 48. Iuo p. 6. c. 285. Burc. l. 2. c. 51. C. 50.

¶*Caput hoc confectum est ex multis capitib. Carthaginensis quarti non suo ordine dispositis.*

a ¶Interemptores.] *In exemplaribus concilij etiam manuscriptis legitur*, clericum inter tentationes ab officio suo declinantem; uel negligētius agentem, ab officio suo remouēdū. *Contra enim in canone 42. iubent*, clericum inter tentationes officio suo incubantem, gradibus sublimandum. *Sed ob glossam non est mutatum. De tentationibus vero, ob quas (præter tyrānorum persecutionem) aliqui clerici officium suum deserebant, agit B. Ambrosius, epist. 17.*

Item ex concilio Aurelianensi 1. c. 30.

¶De eodem. C. V.

CLerici vero, qui ad opus sanctum adesse contempserint, secundum arbitrium episcopi ecclesiasticam suscipiant disciplinam.

DISTINCTIO XCII.



Vm autem [d] ad ecclesiam uenerint, corde magis, quàm uoce Deo cantandum meminerint. Vnde Hieronymus lib. 3. comment. ad cap. 5. epistolæ ad Ephesios.

¶Corde, non voce tantum Deum laudare debemus. C. I.

CAntan-

Ans. l. 7. c. 70. *Eph. 5.*

a CLericus.] ¶Artificiolo.] Ex quali artificio clericus potest sustētare se, nor. aui 14. q. 3. in summa.

b ¶Inter emptores.] Id est, illud secundum quod solet esse inter emptores? & sic idem repetit: & tunc sunt duæ partes, secundum quod est hic inter emptores, est una pars, & uocat inter emptores proxenetas, de quibus habes. ff. de proxenetis. l. 2.

Inter emptores sunt proxenetæ.

c ¶Declinantes.] Scilicet clerici. Io.

CVm autem.] Hæc dist. diuiditur in quatuor partes: in quarum prima dř, ꝙ corde Deo est cantandum: non tantum uoce: & hoc probat duabus auctoritatibus. Secunda ibi, [A quibus.] Tertia ibi, [Quod autem.] Ioan. de Fant.

d ¶Cum autem.] Ostendit magister in præcedēti dist. ꝙ clerici debēt celebrare diuina officia in ecclesia. In hac 92. dist. ostendit magister qualiter, qui a. s. non debent uocis modulationi insistere 1. addjcitur ēt, ꝙ in ecclesia Romana diaconi cantare non debent, sed verbo prædicationis uacare 2. Postea mouet incidentem q. utrum epi, qui non recipiuntur in sua ecclesia, possint in alia parochia episcopale officium exercere. 3.

1 Vt j. ea. c. 1. 2 Vt j. ea. c. 2. 3 Vt j. ea. §. de epis. cū cap. seq.

CAntātes.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte ponuntur verba Apostoli, usq; ibi, [Audiant.] In secunda parte ponuntur uerba Hieronymi, quibus reprehendit eos, qui in ecclesia uoce tantū cantant, & non corde, & ungunt fauces & guttur, ut dulcius resonent in conspectū populi.

a ¶Can

a ¶Cantantes.] Hæc sunt verba Apostoli.
b ¶Audiant.] Verba Hieronymi exponentis.
c ¶Non uoce.] Tantum. nam & uoce decantandum est, ut de cons. dist. 5. nō mediocriter. & ibi psallite, Deo in iubilatione. tamē magis cordis deuotione, quàm vo cis

Cordis deuotiōe magis, q̄ vocis iubilatione cātandum.

tando tragœdias, & dicuntur a tragos, quod est hircus: & oda, quod est laus: quia hirco remunerabantur, propter fœtidam naturam hirci.

Tragœdi vnde dicuntur.

AB OFFICIO. CASVS. Dictum est supra, quòd cordecantandum est. Nunc vero ostendit, quòd diaconi ab officio cātādi sunt exempti, ne dum studēt cātilenis, ab altaris officio remoueantur. Et hic est secundus articulus.
f ¶Exēpti.] Hoc intellige quando induti sunt in ecclesia ad cantandum Euangelium, & sic intellige sequens cap.

tes [a], & psallentes in cordibus vestris Domino.] Audiant hæc adolescentuli: audiant [b] ij, quibus psallendi in ecclesia officium est: Deo non voce [c], sed corde cātandum: nec in tragœdorum modum guttur, & fauces dulci medicamine liniendæ † [d] sunt, vt in ecclesia theatrales [e] moduli audiantur, & cantica; sed in timore, in opere, in scientia scripturarum.

† al. colliniendas, vt

Ab officio autem cantandi, & psallendi diaconi inueniuntur exempti [f], ne dum vocis modulationi student, altaris ministeria negligant.

Vnde Gregorius lib. 4. epist. 44. seu c. 88. & lib. 12. post finē epistolarum in concilio ab ipso habito.

¶Cantandi officium diaconi sibi non vsurpent. C. II.

Ansl. 7. c. 69. Poly. l. 4. tit. 31. Iuo p. 2. c. 79.

IN sancta Romana ecclesia dudum consuetudo est valde reprehensibilis exorta, vt quidam ad sacri altaris ministerium ꝛ cantores eligantur, & in diaconatus ordine cōstituti, modulationi vocis inseruiant, quos ad prædicationis [g] officium, & eleemosynarum studium vacare cōgruebat. Vnde fit plerumque, vt ad sacrum ministerium dum blanda vox quæritur, quæri congrua vita negligatur, & cātor minister Deum moribus stimulet [h], cum populum vocibus delectat. Qua de re præsenti decreto constituo, vt in hac sede [i] sacri altaris ministri cantare non debeant, solū que [k] Euangelicæ lectionis officium inter Missarum solennia exoluant: psalmos vero, ac reliquas lectiones censeo per subdiaconos, vel si necessitas exigit, per minores ordines exhiberi. Si quis autem contra hoc decretum meum venire tentauerit, anathema sit.

ꝛ ¶Ministerium.] *In impressis sequebatur,* constitui, *quæ vox expuncta est, quoniam neque in vetustis Gratiani exemplaribus est, neque apud B. Gregorium, neque apud alios collectores, & uidetur addi in glossa ad versi.* ministerium, *quæ etiam glossa non est inter vetustiores.*

IN sancta.] CASVS. In ciuitate Romana cantores assumebantur ad ministrandum altari: & diaconi dum deberēt insistere officio prædicandi, vel eleemosynarum largitioni, cantibus operam dabant; & sæpè ad iactantiam cantabāt, ut à populo laudarētur, ex quo Deus stimulabatur, quod Gregorius valde reprehendit: unde statuit, ut diaconi tantum Euangelium dicāt: alia uero officia, scilicet cātandi psalmos & lectiones per subdiaconos expleantur, & per minores ordines in necessitate. Et dicunt quidam, ꝙ hoc c. loquitur de diaconis Romanæ curię. potest tamen intelligi de alijs diaconis, q. dum ministrāt altari, cantibus non debent intendere, cum duo officia simul exercere non possint.
g ¶Prædicationis.] j. 16. qō. 1. adijcimus. cōtra. sed illud ex causa dictum est propter quosdam improbos monachos hoc sibi usurpātes 16. q. 1. peruenit. aliàs etiā diaconi possunt prædicare. Vel hoc intellige ex

2 *A quibus ordinandos oporteat esse immunes, breuiter monstratum est, De quorum vero manibus ordines suscipere debeant, facile patet. Sacerdos enim, & cuncti infra ipsū constituti ab episcopis suis debent ordinari.*

cis iubilatione, vt 38. dist. sedulo. Vnde versus:
[Non vox, sed uotum: non chordula musica, sed cor:
Non clamans, sed amans cantat in aure Dei.
d ¶Liniendæ.] Vt populum delectent: nam nec ipsa veritas pronuncianda sic est, ut quis hominibus placeat. 22. q. 2. primum. linire autem ut melius cantent & pronuncient, vel vti electuario, peccatum non est, si ad laudem Dei, & non gratia laudis consequendæ delinian tur. arg. 32. q. 4. obijciuntur, procurare. n. debet, vt clara uoce non rauca pronunciet, ut 21. distinctio. capit. 1. ut populus planè intelligens dicat, Amen. ut 38. distinct. sedulo.
e ¶Theatrales.] Tragœdi sic faciebāt in theatro decā-

Vocem aptare ad clarius cātādū, non est peccatum.

delegatione. aliàs solius sacerdotis officium est prædicare. Vel ꝓdicationem appellat lectionem Euangelicā.
h ¶Stimulet.] Id est, exasperet contra se.
i ¶In hac sede.] Apostolica. Ex hoc dicunt quidā hāc prohibitionem in ecclesia Romana tantum locum habere: alij tantum de Cardinalibus intelligunt. H. vero gn̄aliter intelligit esse prohibitū, cū sūt ad legendū Euangelium induti sunt, quod patet ex illo uerbo, quod infra dicit, inter Missarum. & causa huius constitutionis fuit honestas.
K ¶Solumque.] Arg. ꝙ diaconus non nisi causa necessitatis debet legere epistolam. 25. dist. c. r. &c.
A QVIBVS. Hæc est secunda pars dist in qua dicitur

Sacerdotis solius est prædicare.

tur, ꝙ nullus debet cãtare in pulpito nisi sit ordinatus. & hoc probat per c.seq.Io.de Fan.
CASVS. Dictum est s. à quibus clerici debeãt esse im munes. Nunc vero ostendit, ꝙ presbyteri, & cęteri inferiores à suis episcopis debent ordinari. quod probat seq. capit. cuius casus planus est: & est tertius articulus.

Laici an possint in ecclesia cãtare.

a ¶Non liceat.] ¶Psallere.] Ar. pro laicis, qui non cãtãt in pulpito, sed alibi in ecclesia.
b ¶Qui ab epo.] Vel abbate. 69. distinct. c, 1. vel etiã à sacerdote. vt 23. distin. psalmista. Sed alter accipitur ibi psalmista.
DE EPISCOPIS CASVS. Ostensum est supra à quibus, & in quibus locis episcopi sunt ordinandi. Nunc vero incidenter quæritur de episcopis ordinatis, qui à parochianis suis non recipiuntur, vel aliqua de causa illuc ire nolunt, an in alterius epi parochia possint epale officiũ exercere. Et rñdet ꝙ nõ, nisi inuitaretur: sed officiũ sacerdotale põt exercere. Et est iste quartus articulus.
NVNC AVTEM. Hęc est tertia pars distin. in qua dicitur, ꝙ si eps ad parochiã ad quam ordinatus est, non põt venire ex causa, potest exercere officium suũ in ecclesia presbyterali vbi prius fuerat, ita ꝙ non sit episcopo iniuriosus, in cuius parochia fuerit: & hoc probat per quinque auctoritates sanctorum patrum. Ioann. de Fan.
SI quis ordinatus.] CASVS. Aliquis ordinatus in epm non poterat ire ad ecclesiam, ad quã electus erat, non sua culpa interueniente, sed pp populi cõtentionẽ, vel aliam iustã causam. Quæsitũ est an in parochia alterius possit officia celebrare? Et respondet, ꝙ sic, tanquã sacerdos, ita tñ, vt de rebus ecclesiæ vbi diuina celebrat, nihil sua auctoritate vsurpet, sed expectet quid synodus de eo statuat. Idem est casus sequẽtis c. & quod dicitur ibi, honoris, id est, honorabilis officij, id est, presbyterij.

Episcopo debet synodus prouidere qui ad ecclesiam suam non audet accedere.

c ¶Si quis.] Hæc tria capitula loquuntur de eadẽ materia, scilicet cum quis est ordinatus episcopus ad aliquam ecclesiam, sed non audet ire illuc propter scãdalum, vel propter hostilitatem, uel quia ibi non recipitur aliqua de causa; sine culpa tamen sua, iste non dẽt aliquid præsumere de rebus ecclesiæ ad quã diuertit, & expectabit quousque prouideat ei synodus alibi. 7. q. 2. pastoralis.

d ¶Pro cõtentione populi.] Argu. ꝟ. 16. q. vlt. si plures.
e ¶Aut pro aliqua.] Scilicet de iure: quia dicunt se nõ elegisse eum, vel dicunt, ꝙ renunciauit episcopatui.
f ¶Cõtingere.] Id est, nõ episcopalia, nisi inuitatus sit. arg. extra de eo qui renun. epis. c. 1. ꝟ. 7. q. 1. c. episcopi.
g ¶In-

Vnde in concilio Martini Papæ legitur.

In capitulis Martini Bracarensis, c. 45.

¶Qui non sunt ordinati ab episcopo, in pulpito non psallant, neque legant. C. III.

NOn liceat in pulpito psallere [a] aut legere; nisi qui ab episcopo [b] lectores sunt ordinati.

De episcopis autem, à quibus, vel in quibus locis ordinari debeant, supra definitum est. ¶ Nunc autem quæritur de his, qui ordinati, à parochijs suis non recipiuntur, vel pro aliqua causa eas adire noluerint, an in alterius parochia episcopale possint officium celebrare.
De his in concilio Martini Papæ sic statutum est.

Capit. Martini Bracarẽsis, c. 10

¶Sacerdotis tantum officium gerat episcopus, quem sua parochia non recepit. C. IIII.

Vnde Pelag. II. in epist. ad Benignum. Poly. l. 2. tit. 13. Burc. l. 1. c. 40. Iuo p. 5. c. 151. † *al. conuenit*

SI quis [c] ordinatus episcopus α, pro contentione β populi [d], aut pro aliqua [e] ratione, non pro sua culpa in parochiam, quæ ei fuerit data, non ierit; hunc oporter honorem sacerdotij tantummodo contingere [f]; ita ut de rebus ecclesiæ, in quam venit†, nihil sibi presumat. sustineat autem quod de eo sanctum concilium iudicare [g] voluerit.

α ¶Episcopus.] *In vulgatis sequebatur*, ad parochiam cuius est electus: *quæ inducta sunt auctoritate manuscriptorum, & originalis, ac cæterorum collectorum.*
β ¶Contentione.] *In duobus vetustis exemplaribus Gratiani, & uno conciliorum Regis catholici legitur*, contemptione.

Item ex concilio Antiocheno, c. 18.

In epist. Pela. II. Polyc. ibidem. Burc. l. 1. c. 41. Iuo p. 5. c. 152. † *al. cui*

¶De episcopo ordinato, quem sua parochia non recipit. C. V.

SI quis episcopus ordinatus ad parochiam, cuius [h] †est electus, minime accesserit, non suo vitio, sed quòd eum aut populus vetet α †, aut propter aliam [i] causam, non tamẽ eius vitio perpetratam, hic & honoris [k] fit, & ministerij particeps: dummodo rebus ecclesiæ, vbi ministrare cognoscitur, in nullo molestus existat. Quem etiam obseruare ζ conuenit; quidquid synodus perfecta γ prouinciæ [l] iudicando decreuerit.

† *al. vitet*

g ¶Iudicare.] Nam aliam ecclesiam si vacat debẽt ei conferre. 7. q. 1. pastoralis 1. sed & populus est excõmunicandus, qui eum non recipit cum iustam causam nõ prætendat; nisi scãdalum timeatur: sicut & ipse excõicatur cum ad ecclesiam illam ire non vult. ꝟ. eo. c. 3. Io.
h SI quis.] ¶Cuius est.] Id est, ad quam.
i ¶Aliam.] Quam fortè allegat.
K ¶Et honoris.] Videtur contra s. prox. c. sed dic, honoris, id est, honorabilis ministerij; quia in vestib. episcopalibus exercebit sacerdotale officium, non episcopale, nisi inuitatus sit, vt dixi s. proxi. & maior reuerentia exhibebitur ei, quàm alij presbytero simplici.
ADDITIO. Et hoc in memoriam dignitatis, ut ff. de decur. l. vlt.
l ¶Prouinciæ.] Quæ scilicet habet decẽ vel vndecim episco-

1 Et ꝟ. est c. pe. sed hoc ca. pastoralis hoc non probat; qa loqtur in papali concessione.
Archidiac. Excommunicandus est populus suũ non recipiens episcopum.

episcopos & metropolitanum, 6. q. 3. scitote. Lau.

SI qui.] CASVS. Quæritur quid debeat fieri de illis episcopis, qui cum in suis epatibus, non recipiantur, per seditiones plebes alienas volunt vsurpare? Et rñdet q si volunt pacifice ministrare in ordine præsbyterum quo

dum eius beneficium sit collatum. Si non habuit possessionem 1. tenet; licet iã aliis concessa fuerint eius bñficia, vt extra de ele. cum in cũctis. 7. q. 1. eos. C. de repud. hære. l. vlt. Per alium dixi, quia idẽ est ac si per se. extra de præben. accedens arg. 3. q. 1. c. 1. in §. 1. Io. hęc gloss. non adaptat ad textum. B cã habuerit: c Non abiiciantur.] extra lib. 9. Arg. q non debet cle de præbendis, licet epi privari bñficio prio- ri antequam transferatur ad aliam.

1. Scilicet per ædificam, vel per ... feci ... quominus ... de præbendis, licet episcopus. Archid.

a ¶ Vetet.] διὰ τὴν τοῦ λαοῦ παραίτησιν, eo q populus recusset.

b ¶ Obseruare.] ἐκδέχεσθαι, id est expectare suscipere.

c ¶ Perfecta. *Antea legebatur, perfectæ; Restituta est vera lectio ex originali, & Burchardo, & Iuone. Quid autem sit synodus quæ hic perfecta & paulo post sequentibus capitibus integra dicitur, exponitur infra ead. §. si quis episcopus, tertio.*

Item ex concilio Ancyrano, c. 18.

¶ A sua parochia non recepti aliis molestiam non inferant. C. VI.

Poly. ibidem
Burc. l. 1 c. 36.
Iuo p. 5. c 147.

SI qui episcopi ordinati sunt a, nec recepti ab illa parochia, in qua fuerant denominati, voluerintque alias occupare parochias, & vim præsulibus earum inferre, seditiones aduersus excitando; hos abiici † placuit. Quod si voluerint in presbyterii ordine, vbi prius b fuerant vt presbyteri residere; non abiiciantur c à propria dignitate d. Si autem seditiones commouent ibidem constitutis episcopis, presbyterii quoq; honor talibus auferatur, fiantque damnatione † notabiles.

† ἀφορίζεσθαι segregari.

† ἐκκηρύκτους id est abdicatos.

d Dignitate.] Sed nunquid est clericus huius epi? Distingue. quia si non vult renunciare epatui ad quem electus est, nõ erit clericus eius: remanebit tñ ei prius beneficiũ, quod conseruauit ei. Si vero renunciauit, eius clericus erit, & ab eo iudicabitur, extra de renũ. ad supplicationem: nisi in criminali causa. tñ non potest eũ deponere in memoriam pristinæ dignitatis. ff. de decu. l. vlt. Quod ergo dicit, auferatur honor, dic q per Papam: arg. C. vbi sena. vel clari. l. vlt. circa mediũ. Ratione autẽ delicti poterit eũ excõicare si excesserit in sua diæcesi, licet non abrenũciet epatui: q̃a & posset quẽlibet archiepiscopum non suum argum. 6 quæst. 3. placuit. ff. de offic. præsi. præses. Hoc tamen tene, q sine licẽtia Papę non abrenunciabit. extra de translat. episcopo. inter corporalia. Lau.

Item ex concilio Antiocheno, c. 17.

¶ Communione priuetur episcopus, qui sibi commissam ecclesiam adire neglexerit. C. VII.

Poly. l. 1. tit. 12
Burc. l. 1. c. 37.
Iuo p. 5. c. 148.

iij SI quis episcopus per manus impositionem e episcopatum acceperit, & sibi a commissum ministerium subire neglexerit, nec acquieuerit f ire ad ecclesiam sibi commissam; hunc oportet communione priuari, donec suscepterit coactus officium, aut certè de eo aliquid integra decreuerit eiusdem prouinciæ synodus sacerdotum.

a ¶ Et sibi. *Ita etiam Burchardus & Iuo, Sed in versione Dionysii quam in cæteris partibus referunt, legitur:* & præesse populo constitutus ministerium subire, &c. *quod ad verbum de Greco expressum est.*

SI quis episcopus.] CASVS. Dicitur hic quod si quis episcopus negligit ire ad ecclesiam suam, debet communione priuari donec coactus vadat: vel donec synodus aliquid decreuerit de ipso.

e ¶ Impositionem.) id est, ordinem episcopalem:

Item ex eodem, c. 16.

¶ Sine concilio integri ordinis vacantem episcopus vacans ecclesiam non adeat. C. VIII.

Apud Martinũ Bracar. c. 9.
Burc. l. 1. c. 39.
Iuo p. 5. c. 150.

iiij SI quis episcopus vacans g in ecclesiam non habentem episcopum surripiens populos sine concilio

quo prius erant, antequam essent epi, non sunt repellendi. Si autem facere voluerint seditiones, repelli debẽt. sic intelligit casum H. licet Beneuen. in medio c. vt aliter intelligat dicens: Si velint pacifiè permanere vt presbyterii in ecclesiis, vt prius fuerant, non abiiciantur, &c.

a Si qui epi ordinati sunt.] Id est, si qui clerici ordinati sũt epi scopi.

b ¶ Vbi prius.] Id est, in quo loco: vel in quo ordine. Sed nunquid prior ecclesia tenetur eos recipere; videtur q non. 72. d. placuit. arg. cõtra 21. q. 2. si quis iam translatus. Ad hoc dic q si habuit corporalem possessionem per se vel per alium eius ecclesię, ad quam modo non recipitur. non tenetur prior ecclesia eum recipere, licet non-

Prælatus an non sit recipiendus q ca lec clerici dimi sam redit.

f Nec acquieuerit.] Intra tres menses; infra 100. dist. quoniam sponsa. tamen intra duos menses, &c: extra de conuer. coniug. ex publico Io.

SI quis epus.] CASVS. Quęsitum est quid debeat fieri de epo, qui cum non habeat ecclesiam propriam surripit sine concilio metropolitani vacantem epatum? Et respondet quòd debet abiici: etiam si populus quem seduxit, velit ipsum habere.

g Episcopus vacans.] Id est, vacans epatu, vel epatum nõ habens: sicut dicitur mulier vacans, quę virum non habet. ff. ad legem Iuliam de vi publice. qui cœtu. §. qui vacantem. Ioan.

Mulier vacans est quę virum non habet.

a ¶ Ingerit.)

intrusus ac a ... quae ecclesiae contulit.

a Irruerit.] Sed quid si iste intrusus aliqua contulerit ipsi ecclesiae: tenetur ei ecclesia restituere: sicut de simoniaco. extra de simo. veniens. & quia nihil perit ecclesiae 54. dist. generalis. Sed si bene promotus esset, ecclesia non tenetur ei restituere: & ideo bonus deterioris est conditionis quam malus. Io. Sed cont. ext. de simo. de hoc. Sol in simoniaco dicunt quidam, quod nihil debent ei restitui: & quod dicit illa dec. e. veniens. dispensatio fuit. Alii dicunt quod propter delictum abbatis & monachorum hoc contingit. T. dicit quod clerico in saeculo remanenti nil restituitur. secus si ad religionem transit, vt 27. q. 1. si quis rapuerit. De clerico autem saeculari, qui remouetur ab ecclesia, quid iuris sit, si aliqua contulit. 1. no. extra de cleri. coniug. quod a te. B.

a In ipso introitu.

m ¶ Vtit.) Id est, nō vult partiri onera administrationis cum fratribus. extra de off. Archid. c. vlt. & de præsum. mādata. Vel dic, id est. de rebus ecclesiasticis.

n ¶ Alienas,) Cum quod suum non est, scire debet ad alios pertinere. C. vnde vi. cum quærebatur.

o ¶ Occidit.) Hoc refertur ad laicos, quibus ocasionem mortis præstant. 11. qō. 3. præcipuè. 86. dist. pasce.

p ¶ Accusantur.) Nā episcopi omnia etiā ea, quæ de nouo eueniunt, insimul cum alijs debent diuidere arg 12. q. 2. cognouimus. Item nec ea distribuere debet sine consensu canonicorum. extra, de his quæ fiunt à præla. sine consen capit. nouit. licet sit præordinator in cunctis, 25 dis. perlectis. nisi hoc sibi vendicaret episcopus ex consuetudine. ext. de his q̄ fiunt a præla. ea noscitur. et est arg. quod semper præsumit quod accusatio episcoporum fiat ex odio, vt no. 2. q. 7. . quis episcopus Arg. contra. 6. q. 1 si omnia.

Euenientia de nouo per quem sunt diuidenda.

q ¶ Possidere Hoc ad laicos refertur. vnde caute dixit in hoc mundo. & in clericis secus, vt infra. 12. q. 1. cap. duo sunt.

Accusatio episcoporum præsumitur ex odio fieri.

r Sibi. Arg. pro distributione portionum inter clericos.

s Aequalem. Si 95. dist. episcopus 2. & iste est vnus gradus humilitatis, vt supra dist. 22. de Constantinopolitana.

t .In dispensatione.) Id est, distributione præbendarum

Vitæ præsẽtis tp̃s breue dr̃ esse.

a Vltionis.] Ex toto: quod non dicit differri. quia totũ tempus huius vitæ breuissimum reputatur. de pœniten. dist. 5. consideret. Nam quod quandoque pœna differatur, est expressum infra. 24. q. 4. quod Christus. 45. dist. licet 1. & est ratio quare quãq; differatur, vt de pœnit. dist. 3. quid ergo. de pœni. distinctio. 1. prędixerat.

quos probat.

h. Philippis.] Nomen ciuitatis in Macedonia.

i. Cum episcopis.] Cum in vna ciuitate plures episcopi non debeant esse arg. d. 80. in illis. &c. epi. & 13. q. 1. c. 1. & ideo hoc ipso nomine presbyteri intelliguntur.

dit alienum; accusatur a paupere; damnatur a iudice: & Ita & in ecclesia Dei, cum vnusquisque stipendia sua perdit, clamat ad Deum, exauditur a Christo, nec differtur in hac parte vltionis [a] sententia, si non redditur vniuersa. Moderatio enim Dei †, ac pietas solum nostrum reditum quærit, ac nos cupit sua longa † bonitate saluari. Sed si non conuertimur, si duri corde sumus, si in peccatis vsque ad mortem illicite perduramus, assidue [b] peccanti, sicut scriptum est, Deus non miseretur.

† *Dei preces, ac solum*) or.
† abest ab or.

a Nomen non habet.) *Sic etiam in originali, sed in multis Gratiani manuscriptis, & apud Anselmum est*, nomen habet, officium nõ habet.

6 Hoc capitulo sacerdotum auaritia reprehenditur, diaconorum dignitas, siue officium commendatur. Sed quia, vt supra dictum est diaconi insolescentes c etiam presbyteris se præferendos arbitrati sunt, contra eorum supercilium scribit Hieronymus ad Euagrium episcopum, epi. 95. tomo. 2.

¶ Diaconi presbyteris debent subesse. C. XXIIII.

Legimus in Esaia d (Fatuus fatua e loquetur.) Audio quendam in tantam erupisse vecordiam, vt diaconos presbyteris, id est episcopis anteferret: Nam cum Apostolus perspicue doceat eosdem esse presbyteros, quos episcopos, quid † patitur mensarum f & viduarum minister, vt supra eos se tumidus efferat, ad quorum preces Christi corpus, sanguisque conficitur? Queris auctoritatem? Audi g testimonium: (Paulus, & Timotheus serui Christi Iesu omnibus sanctis in Christo Iesu, qui sũt Philippis h, cum episcopis i, & diaconis.) Vis & aliud exemplum? in actibus Apostolorum ad vnius ecclesiæ sacerdotes ita Paulus loquitur: [Attendite vobis, & cuncto gregi, in quo vos spiritus sanctus posuit episcopos k, vt regeretis ecclesiam Domini, quam acquisiuit sanguine suo.) Ac nequis contentiose l in vna ecclesia plures episcopos fuisse contendat, audi & aliud testimonium in quo manifestissime comprobatur, eundem esse episcopũ atque presbyterũ: (Propter hoc reliqui m te in Creta, vt quæ deerant, corrigeres, & constitueres presbyteros per ciuitates sicut & ego tibi mandaui. Si quis est sine crimine, vnius vxoris uir filios habens fideles, nõ in accusatione luxuriæ n, aut nõ subditos. Oportet enĩ episcopũ sine crimine eẽ, quasi

Poly. ibid. Ans. l. 7. c. 87. *Esaiæ 32.*

† *al. quis patiatur.*

Philip. 1.

Act. 20.

Ad Titum 1.

b Assidue.] Idest, iterato non miseretur de facili. nã vulnus iteratũ tardius sanatur, vt inf. de pœn. d. 3. inanis.

HOC CAPITVLO Hæc est sexta pars huius d. in qua laudat presbyteros, & humiliat diaconos. Io. de Fan.

CASVS. Supra proximo. ca. diaconi sũt cõmendati, sed quia nimis contra presbyteros superbiebant, iõ Hieronymus contra eorum superciliũ scribit.

Laudis præconium superbire facit.

c Insolescentes.) Quia sæpe ex laudis præconio innascitur superbiæ inflatio, vt 6. q. 1. sunt plurimi superbiebant. fortè ex eo quod sup. prox cõmendati sunt.

Legimus.] CASVS Euagrius episcopus quæsiuit a Hieronymo, vtrũ sacerdotes essent diaconis præferendi, Et respondet quod sic, & probatur tripliciter scilicet ratione nominis siue appellationis: quia olim idem dicebatur presbyter & episcopus. Et hoc probatur septem auctoritatib. Ratione officii, siue institutionis, quia ad maius officium sunt instituti presbyteri quam diaconi: qa sacerdotes orant & prædicant: sed diaconi ministrant. Et respondet obiectioni, quam fecit sibi ipsi de diaconis ratione ecclesiæ, & ratione promotionis. qui subdiaconus promouetur in sacerdotem, & non econuerso. & hæc promotio non nisi de minori ad maius Ratio officii incipit ibi, [Quid enim facit.) Ratio prohibitionis est ibi, (Qui prohibetur minori.]

Fatuus est qui fatua loquitur.

d In Esau.) 32. c.

e Fatua loquetur.] Nota ergo qui fatua loquitur, fatuus est vt 23. q. 8. conuenior. & de cond. inst. quidam, i. ff. de pœ. d. 1. § potest. & 1. q. 1. ita fit.

f Mensarum.] Quam iniuriam patitur.

g Audi.] Ideo dicit testimonium, quia duo sunt per

K Episcopos.] Id est presbyteros, cum in vna ecclesia episcopi plures esse non debent.

l Contentiose.] Quia singularum ecclesiarum singuli sunt episcopi, vt 7. q. 1. in apib.

m Reliqui.] Verba Apostoli ad Titum c. 1. post sequitur ad Timotheum.

n Luxuriæ.] Id est de luxuria accusabiles. ideo non subditos, quia propter peccata filiorum citius rapitur quis morte. 47 dist. § necesse cum scilicet ipse est negligens.

K. Epi-

a Per

1. Tim. 4.
1. Pet. 5.

Dei dispensatorem.) Et ad Timotheum:) noli negligere gratiam, quæ in te est, quæ tibi data est per prophetiam a per impositionem manuum presbyterii b.) Sed & Petrus in prima epistola: (Presbyteros, inquit, in vobis precor compresbyter c, & testis passionum Christi, & futuræ gloriæ, quę reuelanda est particeps, regite gregem Christi, & inspicite nõ ex necessitate d, sed voluntarie iuxta Deum.) Quod quidem græce significantius e dicitur ἐπισκοποῦντες, id est superintendentes: vnde & nomen episcopi tractum est. Parua tibi videntur tantorum virorum testimonia? Clangat tuba Euangelica, filius f tonitrui, quem Iesus amauit plurimum; qui de pectore Saluatoris doctrinarum fluenta potauit: [Presbyter g Electæ h dominæ, filiis eius, quos ego in veritate diligo.) Et in alia epistola: (Presbyter Caio i charissimo; quem eo diligo in veritate.) Quòd autem postea k electus est, qui cæteris præponeretur, in schismatis remedium factum est. ne vnusquisque ad se trahens Christi ecclesiam rumperet. Nam & Alexandriæ a Marco Euangelista vsque ad Heraclam & Dionysium episcopus, & presbyteri semper vnum ex se electũ, in excelsiori gradu collocatum, episcopum nominabant: quo modo si exercitus Imperatorem l faciat, aut diaconi m eligant n de se, quem industrium nouerint, & archidiaconũ vocent: Quid enim facit, excepta ordinatione o, episcopus, quod presbyter non faciat? Nec altera p Romanę vrbis ecclesia: altera totius q orbis existimanda est. Et Galliæ; & Britanniæ, & Africa, & Persis, & Oriens, & India, & omnes barbarę nationes vnum Christum adorant, vnam obser-

Mar. 3.
2. Ioannis.
3. Ioannis.

a Per prophetiam.] Id est, per electionem.
b Presbyterii.] Scilicet presbyteri mei, & sic loquitur de seipso; cum tamen ipse Paulus esset episcopus, cum ordinaret.
c Compresbyter.] Ecce Petrus se vocat presbyterum, cum tamen esset episcopus & summus, supra d. 75. quòd dic Dominico. ver. sacerdotum.

Petrus se uocat presbyterum.

d Non ex necessitate.] Id est, ex gratia turpis lucri; argum. infra distinctio 95. esto. Et ita est argum. quod presbyter non debet locare operas suas argum. 21. q. 2. præcipimus.
e Significantius.] Scilicet quod episcopus dicitur presbyter q. d. vbi pro episcopo dicitur presbyter, significantius diceretur sic: episcopum quia magis accedit ad significationem vocabuli episcopus, quam hoc nomen presbyter.

Ioannes dr̃ filius tonitrui.

f Filius.] Id est Ioannes, quia altius intonuit, & quia cum Iacobo assumptus in montem seorsum audierunt vocem nubis. Hic est filius meus dilectus.
g Presbyter.] Ecce Ioannes vocat se presbyterum, cũ tamen esset episcopus.
h Electæ.] Proprium nomen.
i Caio.] Mitto salutem.
K ¶ Postea.] Hic respondet tacitæ obiectioni quare hoc immutandum est: & ad hoc respondet. Sed quæritur quo modò facta fuit hæc prælatio? Si dicatur quod in officio contra, de conse. dist. 5. manus. quia exercere episcopalia non licet, nisi his qui successerunt in locum Apostolorum 68 dist. quorum vices. 21. distin. in nouo & ita hæc prælatio ab initio facta fuit. Si autem dicatur, quod in nomine obstat 80. dist. in illis quia ibi dicitur quod quidam præpositi sunt qui tantum episcoporum vocabulo, &c. Ad hoc dicunt quidam; quòd in prima primitiua ecclesia cõmune erat officiũ episcoporum & sacerdotũ, & nomina erant communia 95. dist. olim. & officium erat commune sed in secunda primitiua cœperunt distingui & nomina & officia H. dicit 1. quod tantum in nomine fuit facta prælatio. primo enim omnes dicebantur sacerdotes: licet quidam aliis prælati essent quantum ad officium. Et quod dicitur 80. distin in illis, qui tantum episcoporum vocabulo potirentur, expone, id est, nõ archiepiscoporum, nec primatum: & ita excluditur superius, nõ inferius. Tertii dicunt, quod prælatio hęc facta fuit & quo ad nomen, & quo ad administrationem, & quo ad quędã ministeria, quæ spectãt tã tũ ad officiũ episcopale: fuit hæc prælatio facta à tempore Petri. & hoc innuit hæc littera ibi. Nam & Alexandriæ a Marco euangelista vsque ad Heraclam & Dyonysium: quia Marcus fuit contemptoraneus Petro & Clementi. arg. 24. q. 1. cũ beatissimus. Heracla autem & Dionysius fuerunt contemporanei ipsi Hieronymo & ita est illud contra sed tum, 80 distinct. in illis, & illud de cõsec. distin. 5. manus. Ante prælationẽ ergo ista nomina, presbyter, episcopus erãt prorsus synonyma, & etiam administratio communis erat: quia communi consilio sacerdotum regebantur ecclesiæ 95. distinct. olim in schismatis ergo remedium (vt hic dicitur] facta est prælatio, vt vnus præesset & quo ad nomen, & quo ad administrationem, & quo ad quædam sacramenta, quæ modo appropriantur episcopis.

Prælatio interminatos ecclesiæ ad quid facta fuit.

l Imperatorem.] Ex sola enim electione principum dico eum verum Imperatorem ante, quam a Papa confirmetur. Arg hic, licet non ita appelletur, vt dixi 63. distin. quanto, contrarium est verum, extra de elec. venerabilẽ. 23. dist. in nomine 2.
m Diaconi.] Supple & quomodo diaconi eligunt, &c.
n Eligant.] Ecce quod episcopi non est archidiaconum eligere, &c. Ar. contra 74. dist. episcoporum. Sed variæ sũt consuetudines. 21. dist. §. extra de electio. ecclesia Vulterana.
o Ordinatione.] In ordinatione cætera intelliguntur quę non fiunt, nisi ab episcopis. hæc continentur sup. d. 68. quamuis chorepiscopis.
p Nec altera.] Responsio est ad tacitam quæstionem nonne diaconi Cardinales Romani præponuntur omnibus presbyteris, exceptis presbyteris Cardinalibus, quibus videntur parificari? Respon. quod consuetudo Romanę ecclesiæ non est trahenda ad consequentiam. vel responsio est hic in prin. c. 1 ibi, audio quędam, &c. dicebant enim quidam, quod sicut Romæ honorabiles erant diaconi ita debebant esse vbique locorum.
q Totus.] Immo fideles sunt vna ecclesia & hoc est quod sequitur & Galliæ, &c.

1 Ipse Hug. sic dicit, ego credo quod ab initio diña fuit inter epos & simplices sacerdotes sicut mõ est & in administratione, & in potestate, & in officijs, & in sacris, sed quo ad appellationẽ non erat differentia, quia cõiter & indifferenter illi & illi dicebatur epi & presbyteri. Ar †.

† Et hac Arch. de differentia epĩ & presbyteri sña tenenda est, vide Conc. Trid. sess. 23. c. 4. & Can. 7. S. Thom. 2. 2. q. 184. 6. 1.

Marcus, Petrus, & Clemens, fuerũt cõtẽporanei.
Electio sola non facit verum imperatorẽ.
2 Adde Alb. de Rosa. in l. bene a Zenon. ar. C. de quadrim. p̃scrip. & Bar. in extrauag. ad reprimendã. in ver. rege.
Diaconi Cardinales vtrum pponãtur omnibus presbyteris.

a Maior est.] Et ideo magis sequenda est consuetudo generalis, vt su. dist. 12. nouit. supra dist 40. nos qui. & c. non loca 1. Et est hic ar. quod statuta concilij præiudicant statuto Papæ si contradicant, vt dixi. 9. q. 3. nemo.

b ¶ Eiusdem meriti.] Quantum ad sapientes & peritos & discretos. Nã idiotæ & vulgares episcopum paruæ ciuitatis contemnere solent. á. d. 80. episcopi.

c Et pauperitatis.] Nam paupertas ciuitatis nõ minuit prærogatiuam regni, vt inf. 96. dist. sicut nec mulier propter paupertatem dicitur humilis vel abiecta. C. de incest. nup. l. humilem. Ar. contra in authẽ. de de[illegible]. c. §. nos igilar. coll. 3. 2.

d Diaconi.] Hoc nõ solum Romæ fit sed etiam aliarũ ecclesiarum consuetudo obseruat: sed forte tpe Hieronymi nõ fiebat: hodie fit ext. de seru. or. fa. c. [illegible]

e Vrbis.] su. dist. 11. quis nesciat. contra. & c. nolite contra. Sed ibi de ea consuetudine agitat, quam ecclesia Romana seruat, & aliis mandat seruandam: hic vero de ea, quam sola seruat, nec vult ab alijs seruari. vnde ibi dicit, quam Romanam ecclesiam viderit sequi & docere. de consecr. dist. 1. basilicas.

f Cõsuetudinem.] Q. d. non quod fiat, sed quod fieri debeat considerandũ est, vt ext. de e[illegible] c. venerabilem 12. q. 2. gloria in [illegible] præsid. sed licet.

g Paucitatẽ.] Quia pauci erant tal[illegible] dia[illegible] & ideo superbiebant. quia quod enim raro accidit, miraculum est, in authe. de consue. §. itaque. colla. 3.

h Pretiosius.] Sicut & pretia rerũ in quibusdam locis variantur secundum plus & minus. ff. de eo quod cer. lo. l. ideo.

i Mẽsis.] Viduarũ & pauperum, sed tantum instemus prædicationi.

k Dignitatis] [illegible] q. 1. qui episcopatum contra. sed ibi. iuxta etymologiam vis nominis designatur hic quod ex vsu loquendi ex nomine concipitur Vel dicendum quòd non est nomen honoris tantum, sed etiam oneris. 8. q. 1. illud inferendum.

l Continetur.] Nam in toto continetur, & pars, vt 14 q. 5. pœnale. & ff. de reg. iu. in toto. & est si. ff. quod met. cau. l. 1.

m De minori.] Hoc bene dicitur. ff. de mu. & ho. l. gradatim.

n] Sacerdotibus.] infra de pœniten. distin. 1. §: ex his itaque.

Cõsuetudo generalis magis sequenda.

1 Concor. tex. in l. obseruare. ff. de offi procon. in l. neque. mandati.

Eps paruæ ciuitatis cõtemnitur ab idiotis.

Paupertas nõ facit mulierem abiectam.

1 Ad idem 16. q. 1. sunt non nulli in fine.

Miraculum est quod raro accidit.

Pars cõtinetur in toto.

...uant regulam veritatis. Si auctoritas quæritur, orbis maior est [a] vrbe. Vbicumque fuerit episcopus, siue Romæ, siue Eugubij, siue Constantinopoli, siue Rhegij, siue Alexandriæ, siue Tanis; eiusdem meriti [b], eiusdem est & sacerdotij. Potentia diuitiarum, & paupertatis [c] humilitas vel sublimiorem, vel inferiorem episcopum non facit: cęterũ omnes Apostolorum successores sunt. ¶ Sed dicis, quomodo Romæ ad testimonium diaconi [d] presbyter ordinatur? Quid mihi profers, vnius vrbis [e] consuetudinem [f]? Quid paucitatem [g] de qua ortum est supercilium, in leges ecclesiæ vendicas? Omne, quod rarum est, plus appetitur. Pulegium apud Indos pipere pretiosius [h] est. Diaconos paucitas honorabiles, presbyteros turba contemptibiles facit. Cæterum etiam in ecclesia Romæ presbyteri sedent, & stãt diaconi, licet paulatim increbrescentibus vitiis inter presbyteros absente episcopo, sedere diaconum viderim, & in domesticis conuiuiis benedictiones † presbyteris dare discant, qui hoc faciunt, non se recte facere, & audiant. Apostolos: [Non est dignum, vt relinquentes verbum Dei, ministremus mensis.[i]] Sciant, quare diaconi constituti sint. Legant acta Apostolorum: recordentur conditionis suæ. Presbyter, & episcopus, aliud ætatis, aliud dignitatis [k] est nomen. Vnde & ad Titum, & ad Timotheum de ordinatione episcopi. & diaconi dicitur: de presbyteris omnino reticetur: quia in episcopo & presbyter continetur [l]. Qui prouehitur de minori, [m] ad maius prouehitur. Aut igitur ex presbytero ordinetur diaconus, vt presbyter minor diacono comprobetur, in quem crescit ex paruo: aut si ex diacono ordinatur presbyter, nouerit se δ laicis maiorem, sacerdotibus [n] esse minorem.

† *al. benedictionem corã presbyteris.* Act. 6.

AD-

α ¶ Per prophetiam.] *Sic in vulgata editione, & græce* διὰ προφητείας; *sed hic apud B. Hieronymum,* prophetiæ.

δ ¶ Nouerit se.] *In originali est,* nouerit se lucris minorem, sacerdotio esse maiorem. *Quo etiam pertinet quod idem Hieronymus ad caput vltimum Ezechielis scribit:* Leuitarum multitudinem intelligere se a sacerdotali gradu esse disiunctam, & ad decutiendã superbiam ministrorum, qui ignorantes humilitatem status sui vltra sacerdotes, hoc est presbyteros intumescunt, & dignitatem non merito, sed diuitiis æstimant. *Verum ob glossam non est mutatum.*

Item Cyprianus lib. 3. epist. 9.

¶ De eodem. C. XXV.

DOminus noster ipse Iesus Christus rex, & iudex, & Deus noster vsque ad passionis diem seruauit hono-

ADDITIO. Extra de transla. cap. 1. & cap. licet.

DOminus.] CASVS. Cyprianus probat, quòd diaconi debent reuereri sacerdotes tanquam maiores. Et hoc probat duobus exemplis Christi. qui sacerdotib. & ponti-

pontincibus Iudæorum,licet mali essent, reuerenti. m- exhibuit.Et vna ratione q a sacerdotes à Domino , diaconi vero post Ascensionem ab Apostolis sunt instituti Primum exemplum est ibi,[Nam cum leprosum.] Secũ dum est ibi,[Item subditus.] Tertium est,ibi, [Meminisse

d ¶ Constituerunt.] Hoc in nouo testamento.nam in veteri vtrique a Domino sunt electi.supra ead; ca.diaconi.contra.sed illud in veteri testam.hoc in nouo. vel per dominum fit quod ab Apostolis statuitur,vt 28.quę.1.sic enim.tamen auctoritate eius. de consecra. distinction.4. quando.

rem pontificibus,& sacerdotibus,quamuis illi nec timorem Dei,nec agnitionem Christi seruassent.Nam cum leprosum
Luc.5. emundasset,dixit illi:(Vade,& monstra te sacerdoti; & offer donum.] Humilitate ea,qua nos quoque esse humiles docuit,sacerdotem adhuc appellabat,quem sciebat esse sacrilegum [a]. Item sub ictu passionis cum alapam accepisset, & ei diceretur.)sic respondes Pontifici:) nihil ille contumeliose locutus est in personam Pontificis: sed magis innocentiam
Io.28. suam tutatus est,dicens: (Si male locutus sum, exprobra de malo:si autem bene quid me cædis?)quæ omnia ab eo ideo facta sunt humiliter,atque patienter,vt nós [b] humilitatis,ac patientię haberemus exemplum.Docuit enim sacerdotes veros legitime,& plene honorari,dum circa falsos sacerdotes ipse talis extitit †.Meminisse autem diaconi debent,quoniam
† al.existit Apostolos,id est episcopos,& præpositos † Dominus elegit
† al.prĕsbyteros. c:diaconos autem post ascensum Domini in cælos Apostoli sibi constituerunt d episcopatus sui , & ecclesię ministros . Quod si nos aliquid audere contra Deum possumus,qui episcopos facit,possunt & contra nos audere diaconi, à quibus fiunt.[e]

e A quibus fiunt.] Arg quod nemo debet se opponere illi à quo recipit beneficiũ,vt 22 q 5.ð for. ma.& ext. de postul. cap.vlt.ff. de inoffic. testamen. si pars. in fi.§.hoc autem.8.qu. 2.illud 1.

Nemo se opponat illi a quo beneficium recipit.

HOC AVTEM. Hæc est septima pars huius distin.in qua dicitur, quod quando diaconus vel subdiaconus tenet locũ patriarchæ, superior est. Ioan de Fant.

1 96.distin.§ impetator 1. q.7.§.1.

CASVS. Supra dictum est, quod officium diaconorum minus est, quàm officium Sacerdotum . quod verum est generaliter nisi cum diaconus est legatus patriarchæ vel archiepiscopi vt sequen.capi.

7 Hoc autem,quod de diaconorum minoritate dicitur , vbique seruandum est nisi cum locum diaconus habuerit aut proprii patriarchæ,aut sui metropolitani.

Vnde in sexta synodo,cap.7.legitur.

¶ Diaconns sacerdotibus non proferatur,nisi locum metropolitani sui obtineat.

C. XXVI.

Iuo d.6.c.123.

PRęcipimus,ne diaconns(quamuis etiam in dignitate hoc est,in officio quolibet ecclesiastico sit)ante presbyterum [f] sedeat,nisi cum locum habuerit proprii patriarchæ,aut metropolitani sui pro aliquo capitulo. Tunc [g] enim sicut illius locum tenens honorabitur.Si quis vero præsumpserit hoc tyranice facere,à proprio gradn repulsus,vltimus [h] omnium fiat in ordine suo.

PRæcipimus.] CASVS. Statutum fuit in sexta synodo quòd diaconus non sedeat ante presbyterum nisi sit legatus patriarchæ vel archiepiscopi. pro aliquo negocio decidendo. In quo casu honorãdus est sicut ille cuius vice fungitur. & si quis diaconus aliter facere præsumpserit, repellitur ab officio suo.

f Ante presbyterum sedeat.) In concilio 17.dist. episcopos.in fine.

g Tunc.) Argument. aliquem tãdiu habere priuilegium,quandiu tenet ei⁹ locũ 2. 16.quæst 1. generaliter.C.de testament.milit.leg.vltima.& hæc dictio , tunc, extremitatem,id est,finem iurisdictionis complectitur . argument.de condit. & demonstr.leg quarta.§ si ita.item argument:quòd quis consequetur ex alterius persona quod non habet ex sua.ff.quæ rerpiguo.obligation.possunt.l.Aristo.Et dicit lex quòd si non potest prohibere me euntem per fundnm , nec aliquem nomine meo. ff.de verborum obligation.si stipulatus,tamen ea tantum habet iste,quæ iurisdictionis sunt , non quæ ordinis.atgumen.ad primum.extra de officio. de legat.sanè 2.

2 Concortex. in l.pẽ. in fine.C.de aquædu. le. 11.& Alex. de Imo. in rub. de offi. cius cui mãda.est iurif. coll.4.

h Vltimus.) Nota, quòd qui deliquit in aliquo ordine in hoc punitur, q postponitur aliis sui ordinis,vt 50. dis. accedens &19.q.3.mandamus.25.q.2.sic decet.24.dist.§. 2.& 1.q.7.cap.71

se autem.]

a Sacrilegium.] Arg.quod si dominus Papa aliquem suis priuilegijs primatem appellat, ex ipsa nominatione ius ei acquiritur.32.quæst.4.dicat.in fine.16.q.vlti.contra sanctorum.argu.contra 3.quæst.6.hæc quippe extra de præsumpt.illud.C.de iuris & facti ignoran.non idcirco . Et est argumen.ex hoc,quod tam bonus quam malus sacerdos gaudet priuilegio clericali.11.quæstion. 1.sacerdotibus.

Sacerdos tã bonus quã malus gaudet priuilegio clericali.

b Vt nos.] Sed debent esse fortes,id est , debent præstare exemplum facti boni ex animo est,ex dilectione. & non velint dominari.

c Elegit) Not.q quanto a maiori quis ordinatur, tanto est maioris dignitatis,vt 1.q.1.filium extra de maio.& ob. per tuas.

Ordinatur a maiori maioris est dignitatis.



Vbdiacono.] Hæc distinct. diuiditur in tres partes, in quarũ prima dicit, ꝙ ēt summus Pontifex pōt subdiacono cōmittere vices suas, & hoc ꝓbat per ca. se q. sed a ibi,] Legatũ.] Tertia ibi, [Archidiaconus.] Ioa. de Fan.

CASVS. Dictũ ē supra quòd diacono potest patriarcha vel archiepiscopus vices suas committere. Nunc autem dicit Gratianus in hac 94. d. ꝙ etiam subdiacono potest summus patriarcha committere vices suas. Et iste ē primus articulus huius dis. quę tres habet articulos.

a Subdiacono.] hic intitulatur 94. dist. in qua magister idem dicit ꝗ subdiacono qđ dictũ erat in superiori ca. de diacono. ꝙ scilicet etiam legatus Papæ potest esse. Exponit tres. §. & in §. singulis, mutatur materia. In primo dicit quod dixi. In secũdo ꝙ si quis impedit legatum dñi Papæ, ex cõicãdus est. In tertio, quod archidiaconus vltra suum statum exigere non debet. Io.

VAlde.) CASVS. Symmachus ĩtra Siciliam prouinciam commisit vices suas Petro subdiacono. Vnde ꝑcipit Symmachus vt de eo nõ dubitent quẽ ipse præuidit præferendum, sed eum recipiant.

b Omnia.] Supra dist. 89. singula contra. sed dic, oĩa quo ad cognitionem causarum, nõ quo ad dignitates vel officia ecclesiastica vt ibi.

c Præsentes.] Arg. ꝙ præsentia non exhibetur per aliũ arg. contra 65. dist. c 2.

d Præcipimus.] Arg. ꝙ Papa ēt laico causam spiritualẽ committere possit. 32. dist. § verum. & §. ad hoc.

e Repræsentetur.] Nã idem ipse videtur cognoscere q dedit iudicem, vt extra de off. deleg. sanè. C. vbi & apud quem restitutio petit debet. l. 3. C. de iud. l. vlti.

f Auctoritas.] No. ꝙ delegatus non habet plus iuris ꝗ delegans, siue par sit aliàs delegatus. arg de dam. infe. q bona. § vl siue sit maior. ff. de off. eius cui man. est iu. & si prætor. qñq; tñ habet minus quis si ex delegatione cognoscat, ꝗ si ex iure suo. extra de offi. deleg. super quęstionum. §. si vero. arg. C. de procu. maritus.

g Dubitare.] Arg. ꝙ si Papa ex certa scientia dat iudicem, ꝙ ille non potest recusari ff. de offi. præse. præt. l. vnica ĩf. 17. q. 4. §. qui autem. extra de rerum permut. cum olim. & extra de appel. nouit. Sed contra extra de appe. cum speciali. & capit. postremo. Ioannes. Solu. iudex potest semper recusari iusta causa interueniente r. etiam si esset legatus Papa, vt extr. de offi. leg. licet. cum legitimæ exceptiones cuilibet reseruentur, vt extra de officio dele. ex parte B.

LEGATVM. Hæc est secunda pars huius distinctionis, in qua dicitur, quod nullus debet impedire legatos Romanæ ecclesiæ, & si fecerit, excommunicetur, vt in cap. sequen. Io. de Fant.

CASVS. Hic est secundus articulus, vbi dicitur, ꝙ qui impedit legatum Apostolicæ sedis, excõicari debet.

h Patrocinium.] Ergo Sicilia est de patrocinio B. Petri vt ar. 10. q. 3. relatum. 11. q. 1. peruenit.

[Si quis.]

Sicilia est de patrocinio Petri.

DISTINCTIO XCIIII.



Vbdiacono [a] etiam summus patriarcha vices suas committere valet.

Vnde Gregorius [a] ad episcopos Siciliæ lib. 1. epis. 1. ait.

a Gregorius.] *Restituta est inscriptio ex Polycar. nam antea legebatur,* Symmachus Papa.

¶ Etiam subdiaconis vices suas Apostolica committit ecclesia. C. I.

VAlde necessarium esse perspeximus, vt sicut prædecessorum nostrorum fuit iudicium, ita vni, eidemque personæ omnia [b] committamus, vt vbi nos pręsentes [c] esse non possumus, nostra per eum, cui præcipimus [d], repræsentetur [e] auctoritas [f]. Quambrem Petro subdiacono sedis nostræ, intra prouinciam Siciliam vices nostras, Deo auxiliante, commisimus. Nec enim de eius actibus dubitare [g] possumus, cui Deo auxiliante totum nostræ ecclesiæ noscimur patrocinium † [h] commisisse.

Poly. l. 1. ti. 14. Ans. l. 1. c. 26.

† al. patrimonium.

2 *Legatum vero Apostolicis sedis quicunque impedierit vsque ad satisfactionem excommunicetur.*

Vnde Alexander Papa 1. epist. 2. omnibus episcopis.

Conc. Triburiense, c. 9.

¶ Excommunicetur, qui legatum sedis Apostolicæ impedire tantauerit. C. II.

Bdrc. l. 15. c. 97. † ae. euertit.

SI quis autem legationem [l] impedit, non vnius, sed multorum [k] profectum auertit †. Et sicut multis nocet [l], ita à multis arguendus est, & bonorum societate priuandus †. Et quia Dei causam impedit [m] & statum conturbat ecclesiæ, ideo ab eius liminibus [n] arceatur. † Ab omnibus

† al. arcendus.

d Concor. tex. in §. itē leg. [Iulia.] de vi. cũ gl. pen quã habes concor. inst. de pu. iud.

Prẹsentia non exhibetur per aliũ.

Papa laico causã spũalẽ committere potest.

Delegatus nõ hẽt plus iurisdictionis. ꝗ delegan.

Delegatus ēt Papæ pōt recusari.

a Ad hoc extr. de off. deleg. cum olim magister. ubi de hoc. Arch.

SI quis.) CASVS. Dicit Alexander in hoc c. ꝙ quicunque legatum impedit, non vnius, sed multorum ꝓfectum turbat, & ideo à multis est arguendus, & a liminib. ecclesiæ arcendus donec resipiscat.

Peccans in multos grauius peccet.

l Legationem.) Immo qui legatum hominum impedit tradendus est hostibus, vt ff. de lega. l. vlt.

k Sed multorum.] Argu. ꝙ qui peccat in multos, grauius peccat extra de testi. sicut. 22. q. 5. qui compulsus. sicut qui circa eandem personam multis modis peccat, grauius peccat. 23. quæst. 5. relegantes. Sed nunquid qui eũ capit, potest ab eo absolui? si, extra de sent ex com. ad eminentiam. Et no quod legatus huiusmodi nõ potest episcopum deponere, nec mutare de loco ad locum, nec in eius manibus potest episcopus resignare, nisi ad hoc habere speciale mandatum. extra de offi. leg. c. quod translationem. ar. ff. de offic. eius cui mand est iur l. 1. Bar. legebat hoc c. trufando. si quis impedit legatum, non auertit profectum vnius tantum. s. Cardinalis. sed multorum, id est familiæ suæ & parentum: & sicut multis nocet ille, s. Cardinalis, ita à multis est redarguendus: & ita vsque in finem.

l Nocet.] Ergo quicunque aliud nocumenti sentit, admittitur ad agendum vel accusandum, vt 12. q. 2. non liceat.

m Impedit.] Nec legatus delegatum impedire debet extra de offi. leg. studuisti.

n Liminibus.] Arg. in quo quis delinquit, in eo debere puniri. 12 q. 2 qui & humanis. 27. quæst. 4. frater. & coepiscopus.

Punitur quis in eo in quo peccat.

ARCHI-

ARCHIDIACONVS. Hæc est tertia pars distinctionis in qua dicitur, quòd Archidiaconi non debent facere collectas in subditos; & hoc probatur c. seq. Io. de Fan. CASVS. Hic est tertius articulus vbi dicitur, quod archidiaconi non debent grauare clericos auferendo eis pecuniam

dic l. 2. §. vlt. extra de offi. deleg. ex litteris. Illud ergo exaudi: cum pecuniaria pœna non timetur, alias si illa magis timetur, imponenda est 23. q. 1. p. odeit. dum tamen pœna pro eodem peccato non infligatur nisi ter in anno ¶. de mo. mul. eos.

† al. quoque

itaque † talis est cauendus, & non in communionem fideliũ vique ad sanctificationem recipiendis.

a Legationem.) *In epistola ipsa, concilio Triburiensi, & apud Burchardum additur, uestram. Ea enim legatio videtur significari, quæ Apostolos & episcopos pro Christi fungi docuit beatus Paulus 2. Cor. c. 5.*

3 *Archidiaconus vero, quamuis ex officio suo clericorum vitam diligenti examinatione debeat inquirere, & quæ corrigenda inuenit, episcopo nunciare, tamen dominationem super eos exercere & censum ab eis exigere prohibetur.*

Vnde in Cabilonensi consilio, c. 15. legitur.

¶ Archidiaconi super presbyteros iurisdictionem non exerceant. C. III.

Ino p. 3. c. 134.

DIctum est, quòd in plerisque locis archidiaconi super presbyteros parochianos quandam exercent dominationem, & ab eis censum exigunt. Quod magis ad tyrannidem, quam ad rectitudinis a pertinet ordinem. ¶ Si enim iuxta Apostoli b sententiam episcopi non debent esse dominantes in clero, sed forma facti gregis ex animo c, multo minus facere isti hoc debent; sed contenti sint regularibus disciplinis, & teneant propriam mensuram: & quod ab episcopis eis iniungitur d, hoc per parochias suas exercere studeant, nihil per cupiditatem; & auaritiam præsumentes.

1. Pet. 5.

DISTINCTIO XCV.

QVòd autem e sacerdotes supra iubentur episcopis tãquam subditi obedire, non ita intelligendum est, quasi non liceat eis, præsentibus episcopis sacra misteria celebrare (sicut episcopali supercilio quidam ab his volebant presbiteros prohibere,) sed quia presbyteri Pontificibus tanquam filii parentibus debent obedire. Baptizatos etiam chrismate f eis tangere conceditur.

Vnde Gregorius scribit Ianuario *episcopo Caralitano, lib. 3. epist. 26. indic. 12.*

¶ Vbi episcopi desunt, baptizatos in frontibus presbyteri chrismate tangant. C: I.

De consec. d. 4. presbyteri baptizatos. Pol l. 3. ti. 10. Magister 4. sen d. 7. c. 1.

PErtienit quoque ad nos, quosdam scandalizatos fuisse, quòd p̃sbyteros chrismate tangere in frõte eos, qui ba-

b Apostoli.] Id est, Petri: licet alibi dicatur, quod nomine apostoli, Paulus designatur. 16. q. 1. p̃dicator. 16. q. 3. quia cognouimus.

c Ex animo.] Id est, ex dilectione, vt non velit dominari.

d Iniungitur.] Videtur ergo quod archidiaconus no habeat nisi demandatã iurisdictionẽ. De hoc notaui 25. d. perlectis.

tra de elec. dudum 2. & de offic. Archid. ca. vlt. Arch.

Arch. an habeat iurisdictionem delegatam.

QVòd autem.] Hæc dist. diuiditur in tres partes in quarum prima quæritur vtrum sacerdotes possint chrismare siue confirmare pueros in fronte: & dicas, quod nõ tamẽ vult probare per c. Greg. quod possunt, su. 63 dist. a subdiacono. H. Secũda ibi. [Sed quæritur.] Tertia ibi. [Christina [Io. de Fa.

CASVS, Dictũ est supra quod sacerdotes episcopis debent obedire, Nunc in hac 95. dist. dicit Gratianus, quod hoc nõ dẽt intelligi quod non possint Miss. coram episcopo celebrare, sed quia debent eis sicut filii obedire: Et primo ponit quandam contrarietatem: postea soluit eã in §. sed illud. Postea auctoritate Innocentii soluit duas quæstiones, infra eadem dist. Ad vltimum reponit de dignitate presbyterorum, ostendens multa eis licita etiam in episcoporum præsentia.

e ¶ Quod autẽ.] Hic intitulatur 95. d. in qua ponit Gratianus quandam contrarietatem & eam, soluit 2 postea ponit duas quæstiones, & eas soluit auctoritate Innocentii. Repetit; postea de dignitate presbyterorum ostendens multa licere presbyteris in episcoporum præsentia.

& dominationẽ in eos exercendo licet quæ corrigenda videãt, debeant episcopo nunciare.

DIctum. CASVS. Quidã archidiaconi dominationem exercebant in presbyteros, & parochianos suos, & ab eis censum exigebant quod etiam episcopis facere non licet, iuxta Apostoli [illegible] prohibetur ne archidiaconi de cætero [illegible] exerceant, sed teneant propriam mensuram & faciãt quod [illegible] eis præceperint.

Archidiaconi multare possunt.

a Rectitudinis.] Sed nunquid de consuetudine præscribere possunt [illegible] videtur, quòd non ex de pœn. licet. Sed dic, quod bene possunt, ex quo indicare, possunt de consuetudine præscripta [illegible] argu. [illegible]

s Ad hoc ex

f Chrismate.] Inf. de conse. d. 5. manus. contra, &c. nouissime cõtra. su. d. [illegible] clerus. contra Hoc ad tempus pro sedando scandalo fuit concessum: nunc vero antiquatũ. vel in primitiua ecclesia presbyteri chrismabant, nunc vero minime. extra de consuetu. quanto. Io.

2 Inf. eo. d. c. presbyteros §. sed illud Archid.

PEruenit.] CASVS. Quidam presbyteri pueros in frõte chrismabant quod cum Gregorius prohibuisset, quidam ex hoc scandalizati fuerunt, & ideo propter [illegible]

Papa vtrum possit delegare simplici sacerdoti, ut in frōte chrismet.

ſum remouendum conceſſit presbyteris, vt in abſentia epiſcoporum chriſmarent.

a Concedimus.] Hoc expeditum eſt, ꝙ presbyter chriſmando ſi ſua auctoritate hoc facit, nihil agit, nec pueri aliquid recipiunt, extra de conſue. quanto. Sed nunquid Papa ei demandare hoc poteſt? Quidam dicūt, ꝙ ſic 1. ex quo omnia ſacramenta, quæ recipit presbyter ex delegatiōe Papæ conferre poteſt, arg hic. vnde diaconus poteſt conferre diaconatū, & confirmare in frontē? ſed non poteſt Papa ei demādare, vt conferat ordinem, quem nō habet, uel etiam vt conficiat corpus Chriſti; quia ſolis presbyteris dictum eſt: Hoc facite in meam commemorationem. ar. 1. q. 1. dictum. hoc* dicit H. Alii dicunt, quòd non poteſt Papa delegare presbytero, vt chriſmet in fronte. vnde iſti nihil conferebant. Si obiiciatur quare hoc permiſit Greg. illis, cū in hoc videatur eis dare licentiam peccādi? Dicunt quidam, ꝙ hoc inuit is puniſit b nimium ſcandalū: nec dabat eis occaſionē mali? quia inuit⁹ hoc concedebat. 35 q. 3. quod ſcripſi, & 23. q. 2. ſi quod verius. Alii dicunt, ꝙ hoc capit. loquitur ſecundum antiqua tempora ſed hoc nihil eſt: quia littera huius c. contradicit, ibi, ſecundum veterem vſum & quia ſecundum hoc Greg. nihil hic concederet. Sed nunquid Papa poſſet eis concedere, vt chriſma conficerent? H. dicit quod non. Item quæritur, nunquid epiſcopus demandare poteſt ea, quæ ſunt ordinis epiſcopalis? Sic 1. ſed ea non poteſt demandare niſi epiſcopo argu. extra de conſe ecc. aqua. Ea vero quæ iuriſdictionis ſunt poteſt etiam demandare presbytero, ſicut & reconciliare. 26. q. 6. presbyter. & c. Aurelius. Sed etiam inter ea, quę iuriſdictionis ſunt, quadam non poſſunt demandari niſi eis qui adminiculo ordinis illa exercere poſſunt, vt deponere, verberare clericum. Alia ſunt quæ etiam laicis demandari poſſunt: ſicut iudicare in cauſa ciuili. Item dico quòd epiſcopus nihil habet hodie quod ſit meri imperii quod demandari non poſſit. de quo lex loquitur. ff. de offi. eius cui man. eſt iuriſ. l. 1. quia omnia alii epiſcopo demandare poteſt, niſi vſum pallij. extra de vſu pallii ad hoc.

oleo ſanctificato poſſunt vngere infirmos presbyteri: & hoc probatur auctoritate Iacobi: Sed quæritur an epiſcopis licet eodem modo vngere infirmos & an illa vnctio ſit inpœnitentib. concedenda, quæ quæſtiones in proximo c. ſoluuntur.

1 Iſtud dictū cōfirmatur ex t. de cōſue. quanto. §. 1. ibi, ſua temeritate, &c. ſi dicat ibi ex noſtra auctoritate bñ poſſent & ſic ibi intelligit.

* Vide B. Tho. 3. p. q. 72. 12, primum. & 4. ſen. d. 7. q.

ptizati † ſunt, prohibuimus. Et nos quidem ſecundum vſum veterem eccleſiæ noſtræ fecimus Sed ſi omnino hac de re aliqui contriſtantur; vbi epiſcopi deſunt, vt presbyteri etiam in frontibus baptizatos † chiſmate tangere debeat, concedimus.

† baptizandi) or.

† btizandos) ori.

Supra Leo eps contra. (Quamuis choriepiſcopis, &c.]

Item Geluſius Papa epis per Lucaniā, &c. epiſt. 1. c. 8. dist. 68.

¶ Vltra ſuum modum presbyteri tendere non præſumant. C. II.

PResbyteros vltra ſuum modum tendere prohibemus: nec epiſcopali faſtigio debita ſibimet audacter aſſumere: non conficiendi chriſmatis, non conſignationis pontificalis adhibendæ ſibimet arripere facultatem.

Sed iſtud b Gregorii pro ſcandalo ſedando ſemel conceſſū legitur. Illud autem Leonis Papæ, & Gelaſii, vſu approbante, proualuit, niſi forte, vbi aliquorum conſuetudo hot admiſit, vt in abſentia epiſcopi, extrema neceſſitate cogente, ex conceſſione Gregorij presbyteri baptizatos in fronte liniant. ¶ Probibitio vero Leonis, & Gelaſii in eo caſu intelligatur cum epiſcopi præſentes ſunt, vel cum non cogit vltima neceſsitas. Oleo vero ſanctificato c permittitur eis vngere infirmos. Unde Iacobus ait: (Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros eccleſiæ, qui orēt ſuper eū, vngentes eum oleo in nōie Domini, & oratio fidei ſaluabit infirmum.]

2 ¶ *Sed quæritur, an epiſcopis liceat eodem oleo vngere* Iac 5,

2 Sub. licet ab apoſtolis fuerit inſtitutum, vt a ſolis epis conficeretur. d cō ſe. diſt. 5. manus. In multis. n ſtatutis apoſtolorū. licita ē diſpēſatio ſm H. Eps demandat tam ea quæ ſunt ordinis, q̄ ea q̄ ſubt iuriſdonis.

SVPRA. CASVS. Modo vult probare contrarium: & inducit c. ſupra 68. diſt. cap. quamuis. & cap. ſequens: cui⁹ caſus patet.

PResbyteros.] SED ISTVD. CASVS. Soluit Gratianus dicens, quòd illud quod Grego. conceſſit ſupra in c. huius diſt. factum fuit propter ſcandalum vitandum. & quod dicitur ſupra in c. quamuis. & cap. preſbyteros. eſt generaliter obſeruandum. Ponitur & alia ſolutio, ſcilicet vbi conſuetudo eſt. abſente epiſcopo & in neceſſitate poſſunt presbyteri hæc facere, & ex conceſſione Greg. Cap. vero quamuis. & cap. presbyteros. intelligun tur cum epiſcopi ſunt præſentes. ſed de iure

b Sed illud.] Hoc allegando dicit, alias conſuetudo nō iuuaret in hoc, vt extra de conſue. quanto.

c ¶ Sanctiſicato.] Quo deficiente admiſcetur aliud. ext. de conſec. eccl. vel alta. c. quod in dubiis. Et eſt duplex cauſa quare infirmi inunguntur: ſcilicet quia venialia delentur: & præſtat augumentum virtutibus: ar. de conſecr. diſt. 5. c. 1. & 2. & extra de ſacra. vn. c. 1. & quia infirmus citius liberatur ab infirmitate corporali. arg. hic. Sed quid ſi quis non habet oleum, & inungit chriſmate, tenet vnctio? Videtur quod ſic quia prope eadem vſia eſt: quia chriſma non eſt niſi oleum balſamo admixtum. extra de ſac. vn. c. 1. ſicut & tenet emptio cum acetum venditur pro vino quia eſt prope eadem vſia, vt ff de contrahen. emp. l. in venditionibus. ſed forte ſecus, quia non eſt fortè prope eadem vſia. Item? nunquid confert hoc ſacramentum, ſi quis iniungit oleo non conſecra videtur quòd ſic quia & baptiſmus confertur in aqua non conſecrata. de conſ. diſt. 4. cap. ſi quis. Alii dicunt contra nec eſt ſimile*, quia vis baptiſmi tota eſt in verbis: hæc autem vis eſt in re ipſa: ſcilicet in oleo. Sed iſta ratio calumniam habet extra de bap. cap. pen. Sed nunquid poteſt hoc ſacramentum iterari? Dicunt quidam quòd non 1. q. 1. quod quidam. de cōſec. diſt. 4. oſtenditur. Si obiiciatur de matrimonio, non valet: quia veritate inſpecta matrimonium non iteratur. 31. quæſtio. 1. hac ratione prius enim vnum deletur, quàm ſecundum contrahatur. Alii dicunt, quòd poteſt iterari: quia cum quis ſecundo infirmatur, deſinit in eo eſſe iſtud ſacramentum quod prius accepit*.

SED QVAERITVR. Hæc eſt ſecunda pars diſtin. in qua quæritur, ſi epiſcopus poteſt inungere infirmos, eſt dicendum quod, ſic intra cap. prox. Ioan. de Fan.

Vnguntur infirmi pp duas cās.

Vnctio extrema an poſſit fieri ſine oleo.

Vngere an poſſit quis oleo nō conſecrato.

* Vide S. Tho. 3. p. q. 72. 2. & 4. ſen. d. 7. q. 1. 2. 3.

Vnctio extrema pot iterari.

* Vide S. Tho. 4. d. 23 art. 3.

Illud.)

Illud. CASVS. Quidam episcopus cū legeret in epistola Iacobi, inuenit eum dixisse tantum de presbyteris vt vngant infirmos: quare quæsitum est ab. nnoc an episcopus oleo sanctificato infirmos vngere possit. Et respondet quod sic: & ideo tantum de presbyteris Iacobus arg. contra 88. dist. episcopus gubernationem. argu. si per contrarium. 8. q. 1. si ergo.

q Dictum.] A Iacobo, vbi dixi, infirmatur quis &c. quāuis in hoc nomine presbyteri possunt intelligi epi. ar. cōtra d. 50. placuit. ver. vt manum imponant.

infirmos: vel si impænitentibus huiusmodi vnctio sit concedenda. De his vero ita scribit Innocentius Papa ad Decentium Eugubinum episcopum, epist. 1. c. vlt.

Alcuinus de diuinis officiis, p. 91. Cōc. Vuormacien se, c. 72. Iuo p. 2. c. 75.

¶ Oleo sanctificato non prohibetur episcopus infirmos tangere. C. III

ILlud superflum videmus adiectum, vt de episcopo [a] ambigatur; quod presbyteri licere non dubiū est. Nam idcirco de presbyteris dictum [b] est: quia episcopi occupationibus alijs impediti ad omnes lāguidos ire non possunt. Cæterum si episcopus aut potest, aut dignum ducit aliquem à se visitandum; & benedicere, & tangere chrismate [c] sine cunctatione potest cuius est ipsum chrisma conficere. Nam non [α] pœnitentibus [d] istud infundi non potest [e]; quia genus est sacramenti. Nam quibus reliqua sacramenta negantur [f], quomodo vnum genus putatur posse concedi? His ergo, frater charissime, omnibus, quæ tua dilectio voluit a nobis exponi, prout potuimus, respondere curauimus.

α Non pœnitentibus.] *In epistolis Innocentij tam impressis, quam manuscriptis sic: licet aliter testetur auctor glossæ in concilio Vuormaciensi, in quo hoc idem repetitur, apud Alcuinum, & Iuonem, & in aliquot Gratiani codicibus legitur sine negatione. Et in glossa, [vt est antiquis exemplaribus] vtraque lectio exponitur.*

3 *Chrisma vero à suis episcopis baptismi sanctificationem presbyteri petant.*
Vnde in concilio Carthaginensi 4. c. 36.

De cons. dis. 4. presbyteri. Bur. l. 4. c. 276. Iuo p. 1. c. 270. Pan. l. 1. c. 101.

Chrisma singulis annis à proprio petatur episcopo. C. IIII.

PResbyteri, qui [g] per diœceses ecclesias regunt, non à quibuslibet episcopis [h], sed à suis, nec p iuniorē clericū sed omni anno [b] [i] aut per illum, qui sacraarium tenet [k], ante paschæ solennitate chrisma petant.

¶ *Huic capiti rubrica est præposita ex aliquot vetustis exemplaribus.*
Omni anno.] *Verba hæc non sunt in editionibus conciliorum Coloniensibus duobus, & quatuor tomis impressorum; neq. infra de consecra. dist. 4. vbi hoc idem, sed ex concilio apud Valentias, refertur. Verum & Coloniensi prisca, ac trium tomorum & duobus Parisiensibus, quibusque codicibus Vaticanis habentur. Et in c. litteris. de consecr. dist. 3. à Fabiano Papa singulis annis nouum chrisma fieri præcipitur.*

c Chrismate.] i. oleo: vel vt dicūt quidam episcopus chrismate. presbyter oleo inungit H.

d Nō pœnitentib.] Ita cōtinua, vere ei quē episcopus dignū dixerit ad visitādū, & ita in originali habetur, nō penitentibus: qđ intelligit de solēniter pœnitētib.

e. Non potest.] Si 50. d. c. vlt.

f Negantur.] Arg. ꝙ excommunicatus vel anathematizatꝰ nō possit cōtrahere matrimoniū [1]. quod nō est verum, vt extra de eo qui du. in matrimoniū quam polluit p adu. significasti. in fi. H.

1 Adde an possit fieri monachus no. Bal. in l. quis sab præ textu. C. de sacros. eccl.

f Negantur.] Arg. omnia eiusdē generis eodem iure censeri. arg. su. dist. 4. denique. arg. supra dis. 2. comperimus. Ar. cōtra. 50. di. studeat. argu. dist. 81. si quis sacerdorum.

CHRISMA. Hæc ē tertia pars di. in qua dicitur, ꝙ presbyteri debēt chrisma a suo episcopo recipere: & episcopi debent honorare presbyteros: quia & ipsi presbyteri sunt: & simul debent Dei ecclesiam gubernare. Quia autem vnus episcopus ē maior, hoc fuit de cōsuetudine*. & hoc probat per octo capitula. Io. de Fant.

† *Vide notata supra di. 93. ca. legitimus. in glo. ad vers. postea*

CASVS. Nūc vero dicit, ꝙ presbyteri debent petere chrisma a suis episcopis quolibet anno non per clericum minorē, sed aut per se, aut per sacristā, vt infra seq. cap. cuius casus idem dicit.

g. PResbyteri q.) infra de cōsec. dist. 4. presbyteri.

bus fecit mentionem: quia episcopi aliis negotijs impediti non possunt infirmos visitare. Secūdo quæsiuitan hęc vnctio sit impenitentibus concedenda. Et respondet quod non: quia cui negantur cętera sacramenta, non debet istud concedi.

a Vt de epo.] Arg. quod licet minori ex officio, multo fortius maiori licere, arg. 33. q. 2. historia. 35. q. 6. si duo,

Maiori licet quod licet minori.

h Episcopis.] Peccant ergo abbates, qui volunt potius hoc accipere ab aliis, quam a suis: nisi forte priuilegiati sint, vt possint petere a quibuscumque velint.

i Omni anno.] Hoc exponitur de consec. disti. 4. omni. tempore.

k Per illum q. sacrarium tenet.] Id est, per diaconum: 23. disti. non oportet 3. & nota ꝙ ex quo res datur certe: nuncio.

a Si malum mitti impatatur, vt leg. & hoc ; q. 7. in grauib. in prin. De hoc et no. in c. consuluit ... cau. stab. l. si. ff. seruorum. Arch.

nuncio, cuius est iam periculo cuius est nuncius, si nuncio rem dari voluit. secus si ... vt eum ad moneret, quod ei res mitteretur. & hæc colliguntur. ff. com. eum qui rem. §. si rem. & legibus ... sequentibus. & est arg. ff. de solu. si quis. & l. si solutus. extra de pig. ...

e Duplici.] A clericis scilicet & laicis : vel quo ad obedientiam in spiritualibus, & subministrationem in temporalibus. Vel duplici, id est, officio ... & ... stipendium, id est, temporalia ... illud: ... mum. &c.

f Bene-

OLim. CASVS. Nunc repetit Gratianus de dignitate presbyterorum. Et ergo casus. Intra ostendit Hieron. in hoc c. quod olim idem erat Presbyter quod episcopus, quod ecclesiæ regebantur communi eorum consilio. Postea vero ... ortum esset, & vnus diceret, ego sum Pauli, ego sum Cephæ, ego sum Apollo: qua si sum melior te. qui sum baptizatus a meliori: ideo statutum fuit, quod vnus de presbyteris præesset omnibus. Sicut ergo presbyteri ex ... cōsuetudine, presbyteri episcopis ... ciuntur, ita episcopi sciant se magis cōsuetudine quam constitutione ali qua ... sine presbyterorum consensu disponant ecclesias.

a Pauli] Id est, baptizatus baptismo Pauli.

b Tollerentur.] Et dicit lex quod commodius est singulas res singulis nominibus significare ... appellationibus distinguuntur ... mo. test. inuen. §. sed quia distinctio nominum differentiam rerum declarat, vt 21. dist. cleros. sic C. de codi. nec codicillo.

c Consuetudine.] Nihilo minus est institutione, vt supra distin. 93. legimus. & ita exaudi quod ... magis consuetudine communi : arg. extra de his quæ si a prælatis. no. ...

Item Hieronymus ad caput primum epistolæ ad Titum, ad ea verba. (& constituas.)

¶ Presbyter idem est qui episcopus, ac sola consuetudine præsunt episcopi presbyteris. C. V.

OLim † idem erat presbyter, & episcopus. Et antequā diaboli instinctu studia in religione fierent, & diceretur in populis: [Ego sum Pauli, a ego Apollo, ego autem Cephæ] communi presbyterorum consilio ecclesiæ gubernabātur. Postquā vero vnusquisque eos, quos baptizauerat, suos putabat esse, non Christi, in toto orbe decretum est, vt vnus de presbyteris electus superponetur † cæteris ad quem omnis ecclesiæ cura pertineret, & schismatum semina tollerentur [b] *paulo post*. ¶ Sicut ergo presbyteri sciunt se ex ecclesiæ consuetudine ei qui sibi præpositus fuerit, esse subiectos, ita episcopi nouerint se magis consuetudine [c], quam dispensationis † Dominicæ veritate presbyteris esse maiores, & in cōmune deberet ecclesiam regere.

Ans. l. 7. c. 17. ... ¶ *Idem ergo est presbyter* orig. *1. Cor. 1.*

† *supponetur*, orig.

† *dispositionis* ori.

Idem ad Rusticum Narbonensem episcopum de septem gradibus ecclesiæ.

¶ Coram episcopis, presbyteris docere licet †. C. XI.

ECce ego dico, præsentibus episcopis suis, atque adstantibus in altari presbyteros posse sacramenta conficere. *& infra*. Sed quia [d] scriptum est : (Præsbyteri duplici [e] honore honorentur, maxime qui laborant in verbo Domini.] Prædicare eos decet, vtile est benedicere [f], congruum confirmare [g], conuenit reddere communionem, necesse est visitare infirmos, orare pro inualidis, atque omnia [h] Dei sacramenta implere. *& infra*.

Inter opera Hiero. tom. 3. vel 9.
† *al. non licet* Ans. l. 7. c. 28.

1. Tim. 5.

a Sub. & ideo sum melior. Hæc dicebant quidam credentes ... aliquid operari in baptismo, quod falsum est. de con. ... dist. 4. si inter ... baptismas. H.

Presbyter simplex an possit benedicere epo præsente. 3 Sed nec talES benedictiones licet presbyteris dare in præsentia eorum sine licentia eorum vt in ca. hic alle. 21. distinc. denique. secundū Hu. 4 Adde pro concordia huius gl. an & qñ verbū gñaliter ... latū restringatur. gl. in l. ... vniuersiq. C. de sac. san. ecc. Bar. in l. 1. §. hoc autē ff. de no. ope. nun.

o ¶Diuinitus.] Non ergo à Papa. nam Imperium à solo Deo est, vt 23. q. 4. quæsitum. nam à cœlesti maiestate habet gladij potestatem. C. de vet. iu. enu. l. 1. in prin. quod concedo de vero Imperatore. Sed quis est verus Imperator; Dicunt quidam, q cōstantinopolitanus: sed iste alius procurator est siue defensor Romanæ ecclesiæ. arg. de conse. dist. 5. in die. § hinc. & huic Rom. ec. cl. cōcedit gladij ptātem, & coronam. Sed contra extra de elect.

Imperator Imperium diuinitus ē cōsecutus.

Regem Frācorū Papa deponere potest.

Princeps ēt ab episcopo excommunicari pōt.

Excommunicandus quis nō est pro minimis causis.

Contumacia tāto maior est, quāto ex re, minori consurgit.

Imperium minus est sacerdotio.

Imperator verus qs est

Sunt[a] quippe Imperator Auguste: quibus[b] principaliter hic mundus regitur: auctoritas[c] sacra pontificum, & regalis potestas. In quibus[d] tanto grauius pondus est sacerdotum; quanto etiam pro ipsis regibus † hominum, in diuino sunt reddituri examine rationem[e]. † *& post pauca.* [Nosti itaque inter hæc ex illorum te pendere[f] iudicio[g]; non illos ad tuam redigi posse † voluntatem.] ¶ Talibus igitur institutis, talibusque fulti auctoritatibus plerique Pontificum, alij Reges, alij Imperatores excommunicauerunt. Nam si speciale aliquod de personis principum requiratur exemplum; beatus Innocentius Papa Arcadium Imperatorem (quia consensit[h], vt sanctus Ioannes Chrysostomus à sua sede pelleretur) excommunicauit[i] β. Beatus etiam Ambrosius, licet sanctus, non tamen vniuersalis ecclesiæ episcopus pro culpa, quæ alijs sacerdotibus non adeo grauis videbatur[k], Theodosium magnum Imperatorem excommunicans ab ecclesia exclusit: qui etiam in suis scriptis ostendit, quòd aurum non tam pretiosius sit plumbo, quàm regia potestate sit altior dignitas sacerdotalis, hoc modo circa principium sui Pastoralis scribens [Honor, fratres, & sublimitas episcopalis nullis poterit comparationibus adæquari. Si regum fulgori compares, & principum diademati: longe erit inferius, quàm si plūbi metallum ad auri fulgorem[l] compares: quippe cum videas regum colla, & principum submitti genibus sacerdotum; & osculata eorum dextera: orationibus eorum credant se communiri.]

† *al. regiminibus*

† *al. velle*

Amb. de digni. Sacerd. c. 2.

α ¶Duo sunt.] *Caput hoc sumptum est ex eadem epistola Gregorij septimi, ex qua antecedens: & ab hoc initio vsque ad verb.* uoluntatem, *sunt uerba ipsius Gelasij ex epistola, quæ habetur impressa, citata a Gregorio septimo.*

β ¶Excommunicauit.] *Si hic interponatur caput,* Alius item. *infra* 15. *q.* 6. *hac pars epistolæ integra habebitur.*

Item Ioannes Papa.

¶Imperatores debent Pontificibus subesse, non præesse. C. XI.

SI Imperator catholicus est, (quòd salua pace ipsius dixerimus) filius est[m], non præsul ecclesiæ: quod ad religionē competit, discere ei conuenit, non docere[n] habet priuilegia suæ potestatis, quæ administrādis legibus publicis diuinitus[o] consecutus est; vt eius bñficijs nō ingratus

Poly. l. 1. tit. 19. Ans. l. 4. c. 12. ex Ioanne viij.

Papa transtulit Imperium.

de elec. venerabilem. Dicitur ibi quòd Ro. ecc. transtulit Imperium in occidentem à Græcis, & ita iste Romanus est verus Imperator.
ADDITIO. Ad hoc extra de iud. significauerunt. in princ. Archid.
a ¶Quas

pro talibus personis pro quibus licitũ sit ei contra quẽlibet agere: quas habes. ff. de postu. l. hi qui. & 3. q. 7. §. tria. in fin. s. in propria causa vel parentum suorum, uel pupillorum suorum. Simile est inter uasallum & Dominum. vt infra 22. quæstio. vltim. de forma. Simile de aduocatis. C. de aduoc. diuers. iudic. l. 2. C. de reuo. do. l. 1. & 7. q. 1. quia frater. & dixi de hoc 3. qõ. 1. nulli. Hoc tamen exaudio de ecclesia, ad quam intitulatus est, ꝓ qua stare potest cõtra quãlibet ecclesiam, etiam in qua habet beneficium; quia saluum fuit ius primæ: immo si aliquod munus ei iniungitur ab ecclesia, nullam excusationem potest prętẽdere. C. de excu. tut. libertos. 23. quæst. 1. in summa.

contra dispositionem cœlestis ordinis nil usurpet. Ad sacerdotes enim Deus uoluit, quæ ecclesiæ disponẽda sunt, pertinere, non ad sæculi potestates; quas [a], si fideles sunt, ecclesiæ suæ sacerdotibus uoluit esse subiectas. Non sibi uindicet alienum ius [b], & ministerium, quod alteri deputatum est: ne contra eum tendat abrumpi, a quo omnia cõstituta sunt; & contra illius beneficia [c] pugnare uideatur, a quo propriam consecutus est potestatem. Non a legibus publicis, non a potestatibus sæculi, sed a pontificibus, & sacerdotibus omnipotens Deus Christianæ religionis clericos, & sacerdotes uoluit ordinari, & discuti [d], recipique de errore remeantes. Imperatores Christiani subdere debent executiones suas ecclesiasticis præsulibus [e], non præferre.

Item Gelasius ad episcopos Orientales.

¶De eodem. C. XII.

In originali hęc pendent ex superiorbus. Polyc. ibidem. Ansl. l. 6. c. 157.

NVnquam de pontificibus, nisi ecclesiam iudicasse: nõ esse humanarum legum de talibus ferre sentẽtiam, absque ecclesiæ principaliter constitutis pontificibus obsequi solere principes Christianos decretis ecclesiæ, non suam præponere potestatẽ; episcopis caput subdere principem solitum, non de eorum capitibus iudicare.

¶[De eodem.] PALEA. C. XIII.

Ansl. l. 4. c. 32. Deusdedit l. 4. c. 1.

j COnstãtinus Imperator coronam, & omnem regiam dignitatem in urbe Romana, & in Italia, & in partibus occidentalibus Apostolico concessit. Nam in gestis beati Syluestri (quæ beatus Papa Gelasius in concilio lxx. episcoporum a catholicis legi commemorat, & pro antiquo usu multas hoc imitari dicit ecclesias) ita legitur.

¶*Apud Anselmum lib. 4. pro rubr. cap. 32. hæc habentur.* Quòd Constantinus Imperator Papæ concessit coronam, & omnẽ regiam dignitatem in urbe Romana, & Italia, & in partibus occidentalibus *In principio uero eiusdem capitis 32. hæc leguntur,* In gestis beati Syluestri, &c. *Vsque ad finem huius. & seq. paleæ, quemadmodum etiam in collectione Deusdedit.*

¶[De eodem.] PALEA. C. XIIII.

Id edicto Constantini, qđ est post conc. Neo cæsariense. Ansl. l. 4. c. 32. Deusdedit ibi.

ij COnstãtinus [1] Imperator quarta die sui baptismi priuilegium Romanæ ecclesiæ pontifici contulit, ut in toto orbe Romano sacerdotes ita hunc caput habeant, sicut iudices Regem. In eo priuilegio ita inter cętera legitur. [Vtile ß iudicauimus una cum omnibus Satrapis nostris, & uniuerso Senatu, optimatibusque meis, etiam &

d ¶Et discuti.] Ergo ante quam esset aliqua cõstitutio, etiam clerici non erãt de iurisdictione sæculari, unde omnes constitutiones, quæ emanauerunt, ꝙ clerici nõ sunt iudicandi nisi ab episcopis, non sunt nisi iuris declaratio. Ioan.

Clerici nunquam fuerũt de iurisdictione sæculari.

e ¶Præsulibus.] Hic bene dicit. nam dicit lex, ꝙ si iudex sæcularis iudicauerit clericũ esse damnandum, primo debet exui priuilegio clericali, vt 11. q. 1. si quis. in Authẽ. ut cler. apud ꝓprios. §. illud planè. coll. 6. licet illud hodie non teneatur. si. extra de iu. at si clerici, &c.

NVnquam.] CASVS. Decreuit Io. Papa vt de pontificibus, & alijs clericis tãtũ ecclesia iudicaret, & non Imperatores; qui subesse debent, & non præferri.

COnstantinus Imperator.] CASVS. Palea ista non legitur in scholis, in qua cõtinetur priuilegium, quod Constãtinus cõcessit Romanæ ecclesiæ, scilicet ut primatum inter omnes ecclesias obtineret, & in quo possessiones & insignia dignitatis ei concessit, & hoc fecit eo tempore quo Constantinus ad partes Orientales se transtulit, cum in eodem loco duo Pontifices non bene morarentur. Et statuit, ut nullus contra hoc priuilegium veniret, & pœnam minatur contra facientibus.

1 Concor. tex. in l. qui cũ maior. §. pen. & fi. cum ibi no. ff. de bo. lib.

a ¶Quas.] Ergo debet dici, bona potestas est ista.
b ¶Ius.] Supra dist. 10. Imperium. &c. certum est. 11. q. 1. si tributum.
c ¶Beneficia.] Arg. clericum stantem contra ecclesiã vnde habet beneficium, debere illo priuari 1. nisi fortè

cũcto populo Romanæ gloriæ imperio subiacenti, vt ficut beatus Petrus in terris Vicarius filij Dei esse videtur constitutus: ita & Pontifices, qui ipsius principis Apostolorum gerunt vices, principatus potestatem, amplius, quàm terrena Imperialis nostræ serenitatis mansuetudo habere videtur, concessam à nobis, nostroq; Imperio obtineant, eligentes nobis ipsum principem Apostolorum, vel † eius vicarios firmos apud Deum esse patronos. Et sicut nostram terrenam Imperialem potentiam, sic eius sacrosanctam Romanam ecclesiam decreuimus veneranter honorari. & amplius, quàm nostrum imperium, & terrenum thronum, sedem sacratissimam beati Petri gloriose exaltari; tribuentes, ei potestatem, & gloriæ dignitatē, atque vigorem, & honorificentiam Imperialem. Atque decernentes sancimus, vt principatum teneat tam super quattuor præcipuas sedes Alexandrinam, Antiochenam †, Hierosolymitanam, Constantinopolitanam, quàm etiam super omnes in vniuerso orbe terrarum ecclesias Dei: & Pontifex, qui pro tempore ipsius sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ extiterit, celsior, & princeps cunctis sacerdotibus totius mundi existat: & eius iudicio, quæque ad cultum Dei, vel fidei Christianorum stabilitatem procuranda fuerint, disponantur. *& infra*. ¶ Ecclesijs beatorum apostolorum Petri & Pauli pro continuatione † luminariorum, possessionum prædia contulimus, & rebus diuersis eas ditauimus, & per nostram Imperialem iussionem sacram tam in oriente, quàm in occidente, vel etiam septentrionali, & meridiana plaga, videlicet in Iudæa, Græcia, Asia, Thracia, Africa, & Italia, vel diuersis insulis nostra largitate ei † concessimus; ea prorsus ratione, vt per manus beatissimi patris nostri Siluestri summi Pontificis, successorumque eius omnia disponantur. *& infra*. ¶ Beato Siluestro patri nostro, summo Pontifici, & vniuersalis vrbis Romæ Papæ, & omnibus eius successoribus pontificibus, qui vsque in finem mundi in sede beati Petri erunt sessuri, de præsenti contradimus palatium Imperij nostri Lateranense, deinde diadema, videlicet coronam capitis nostri, simulque phrygium †, necnon & superhumerale, uidelicet lorum, quod Imperiale circumdare assolet collum; verum etiam & chlamidem purpuream, atque tunicam coccineam, & omnia Imperialia indumenta; sed & dignitatem Imperialium præsidentium γ equitum, conferentes etiam & Imperialia sceptra, simulque cuncta signa, atque banda, & diuersa ornamenta Imperialia, & omnem processionem Imperialis culminis, & gloriam potestatis nostræ. Viris autem reuerendissimis clericis in diuersis ordinibus eidem sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ seruientibus illud culmen, singularitate, potentia, & præcellentia habere sancimus; cuius amplissimus noster senatus videtur gloria adornari; id est patricios δ, atque Consules effici, nec non & ceteris dignitatibus Imperialibus eos promulgamus decorari. Et sicut Imperialis militia ornatur; ita & clerum sanctæ Romanæ ecclesiæ ornari decernimus. Et quemadmodum Imperialis potentia officij diuersis, cubiculariorum nempe, & ostiariorum, atque omnium excubitorum ornatur, ita & sanctam Romanam ecclesiam decorari volumus Et vt amplissime pontificale decus prę fulgeat, decerminus & hoc, clericorum eiusdem sanctæ Romanæ ecclesiæ, manipulis & linteaminibus, id est candidissimo colore decorari equos, ita & equitare. Et sicut noster senatus calceamentis vtitur cum ε vdonibus, id est candido linteamine illustratis; sic utantur & clerici, ut sicut cœlestia, ita & terrena ad laudem Dei decorentur. Præ omnibus autem licentiam tribuimus ipsi sanctissimo patri nostro Syluestro, & successoribus eius ex nostro indicto ut quem ζ placatus proprio consilio clericare uoluerit, & in religiosorum numero clericorum connumerare; nullus ex omnibus præsumat superbe agere. Decreuimus itaque & hoc, ut ipse & successores eius diademate, uidelicet corona, quam ex capite nostro illi concessimus, ex auro purissimo, & gemmis pretiosis uti debeant, & in capite ad laudem Dei pro honore beati Petri gestare. Ipse vero beatissimus Papa, quia super coronam clericatus, quam gerit ad gloriam Beati Petri, omino ipsa ex auro non est passus uti corona; nos phrygium candido † nitore splendidum resurrectionem Dominicam designans, eius sacratissimo uertici manibus nostris imposuimus, & tenentes frænum equi ipsius pro reuerentia Beati Petri, stratoris officium illi exhibuimus, statuentes eodem phrygio omnes eius successores singulariter vti in processionibus ad imitationem Imperij nostri. Vnde ut pontificalis apex non uilescat, sed magis quàm terreni Imperi dignitas gloria †, & po-

Marginalia (left): † al. & eius successores. — † Antioc. Alexan.] orig. Impressum. — † al. concinnatione. — † al. eis libertatem cōcessimus — Iuo p. 5. c. 49. Pan. l. 4. c. 1. — † al. phrygium, id est mitram.

Marginalia (right): Suidas in hoc verbo βάνδα — † al. cādidi nitoris splendidā — † al. & gloria potētia

& potentia decoretur, ecce tam palatium nostrum, ut prædictum est, quàm Romanam vrbem, & omnes Italiæ, seu occidentalium regionum prouincias, loca, & ciuitates, præfato Beatissimo Pontifici nostro Syluestro vniuersali Papæ contradimus, atque relinquimus: & ab eo, & a successoribus eius per hanc diualem nostram, & pragmaticum constitutum decernimus disponenda, atque iuri sanctæ Romanæ ecclesiæ concedimus permansura. Vnde congruum perspeximus nostrum Imperium, & regni potestatem in orientalibus transferri regionibus, & in Byzantiæ prouinciæ optimo loco, nomini nostro ciuitatem ædificari, & nostrum illic constitui Imperium: quoniam ubi principatus sacerdotum, & Christianæ religionis caput ab Imperatore cœlesti constitutum est, iustum non est, ut illic Imperator terrenus habeat potestatem. Hæc uero omnia, quæ per hanc nostram imperialem sacram, & per alia diualia decreta statuimus, atque confirmauimus, usque in finem mundi illibata, & inconcussa permanere decernimus. Vnde coram Deo viuo, qui nos regnare præcepit, & coram terribili eius iudicio obtestamur per hoc nostrum Imperiale constitutum omnes nostros successores Imperatores, uel cunctos Optimates, Satrapas etiam, amplissimum senatum, & uniuersum populum in toto orbe terrarum nunc & in posterum, cunctis retro temporibus Imperio nostro subiacentem, nulli eorum quoquomodo licere aut infringere, aut in quoquam conuellere. Si quis autem, quod non credimus, in hoc temerator, aut contemptor extiterit, æternis condemnationibus subiaceat innodatus, & sanctos Dei, Principes Apostolorum Petrum & Paulum sibi in præsenti, & in futura uita sentiat contrarios; atque in inferno inferiori concrematus, cum diabolo, & omnibus deficiat impijs. Huius uero Imperialis decreti nostri paginam proprijs manibus roborantes, super uenerandum corpus beati Petri principis Apostolorum posuimus. Datum Romæ iij. Kal. Aprilis, Domino nostro Flauio Constantino Augusto quater, & Gallicano v. c. Coss.

¶*Hæc palea in multis habetur exemplaribus, in quibus aliæ paleæ esse non solent.*

α ¶Constantinus.] *Verba hæc vsque ad vers.* In eo priuilegio. *non solum habentur apud Anselmum, & Deusdedit, sed etiam in gestis Beati Siluestri in his, quæ à Constantino per octo dies post baptismum acta referuntur.*

β ¶Vtile.] *Hinc vsque ad finem sumpta sunt ex gestis seu actis sanctis Syluestri, in quibus multa præcedunt, ac multa deinceps plenius narrantur. Sed hic ea tantum videntur relata, quæ in collectionibus Anselmi, & Deusdedit habentur. Titulus proprius huius partis in gestis ipsis est huiusmodi.* Priuilegiũ sanctæ Romanæ Ecclesiæ, quod constituit D. Constantinus Augustus sancto Syluestro episcopo urbis Romæ, & omnibus successoribus eius usque in perpetuum, & obtulit super corpus beati Petri. Apostoli. *De quo item priuilegio Leo nonus in epistola prima, seu libello aduersus inauditas præsumptiones Michaelis Constantinopolitani, & Leonis Acridani episcoporum, c. 13. sic loquitur:* Pauca ex priuilegio eiusdem Constantini manu cum cruce aurea super cœlestis clauigeri uenerabile corpus posito ad medium proferemus. *De ijsdem gestis, siue actis Gelasius in concilio LXX. Episcoporum (& refertur supra distinct. 15 in cap. sancta Romana) sic loquitur, vt ea videatur approbare. Et in martyrologio Romano, & Vsuardi in festo Sancti Syluestri legitur,* cuius actus clari habentur. *Inueniũtur vero etiam hodie peruetustis litteris descripta in bibliotheca Vaticana, & Abbatia Nouantulæ: quorum interpres in proœmio hæc ait:* Historiographus noster Eusebius Cæsareæ Palestinæ urbis episcopus cum historiam ecclesiasticam scriberet, prætermisit ea quæ in alijs opusculis sunt, uel quæ se meminit retulisse. Nam uiginti libros omnium penè prouinciarum, passiones martyrum, episcoporum, & confessorum, & sacrarum virginum, ac mulierum continere fecit. Deinde secutus, & ab Apostolo Petro, omnium episcoporum nomina, & gesta conscripsit, & earum urbium, quæ arcem pontificatus per Apostolicas sedes tenere noscuntur, vt vrbs Roma, Antiochia, Hierosolyma, Ephesus, & Alexandria. Harum urbium episcoporum omnium præteritorum nomina usque ad tempus suum, & gesta Græco sermone conscripsit. Ex quo numero unum episcopum vrbis Romæ sanctum Syluestrum me de Græco in Latinum transferre præcepisti domine sanctæ, ac beatæ pater. *Quibus verbis, quicumque sit auctor istius proœmij, eadem gesta ab Eusebio Græcè scripta fuisse clarè profitetur. Quæ etiam in vetustissimis Pontificalibus, & codicibus, in quibus sanctorum vitæ sunt descriptæ, in uita Beati Syluestri referuntur. Partem horum actorum (quod ad baptismum Constantini, & imagines sanctorum Petri, & Pauli spectat) refert Hadrianus Papa in epistola Constantino Imperatori, & matri Irenæ scripta, quæ in secunda actione septimæ vniuersalis synodi habetur. Ipsum autem priuilegium fere integrum refert Leo nonus loco superius indicato, & Theodorus Balsamon in Photij nomocanonem, tit. 9. c. 1. quanquam alijs in rebus (quod Græci plerumque solent) Romana eccle-*

sia

SIcut quamuis.] CASVS. Hoc cap. habet duas partes. In prima dr̃, ꝙ ſicut aliqua parua ciuitas nõ minuit prærogatiuã regni, etiam ſi ſit ibi ſedes regalis; ſic Imperator prærogatiuã eccleſiæ minuere nõ poteſt. In ſecunda dr̃, ꝙ pontifex quantumcumque ſit malus: dummodo non ſit hęreticus, ab Imperatore puniri non poteſt: Secunda pars incipit ibi, [Semper eſt.]

a ¶Sicut.] Senſus eſt: ſicut parua ciuitas non poteſt regnũ impugnare: ita nec Imperium ſacerdotium. Vel ſic, licèt eps ſit in parua ciuitate, Rex tñ non põt iudicare de clericis eius, ſecundũ hoc., dic diſpenſationis religioſæ, id eſt, epiſcopi conſtituti in parua ciuitate.

Imperium non poteſt ſacerdotiũ impugnare

b ¶Humanitus.] Id eſt, conſuetudine humana, id eſt, fragilitate humanæ naturæ. H.

c ¶Non tamen contra religionem.] Nam in eo caſu poſſet à quocumque redargui. 40. diſt. ſi Papa. vel etiam ſi ſchiſma faceret. 23. q. 5. de Liguribus. Et plures caſus in quibus laici habent iuriſdictionem ſuper clericos, dixi 23. q. 5. principes.

Laici ſuper clericos qñ que iuriſdictionem habeat.

d ¶Nullatenus.] 63. diſt. Valentinianus.

Boni

ſia non ſatis æquus. Hanc eandem donationem ante Gratianum recitarant Anſelmus, Deuſdedit, Iuo locis notatis: Quo ea pertinent, quæ Petrus Damianus in diſceptatione ſynodali inter regium aduocatum, & Romanæ eccleſiæ defenſorem ſcripſit. Lege, inquit, Conſtantini Imperatoris edictum, ubi ſedis Apoſtolicæ conſtituit ſuper omnes in orbe terrarum eccleſias principatum. Nam poſtquam ſupra corpus beati Petri baſilicam fundator erexit, poſtquam patriarchium Lateranẽſe in beati Saluatoris honore cõſtruxit: mox per Imperialis reſcripti ſeriem Romanæ eccleſiæ conſtituit dignitatẽ, ubi nimirum Beato Syluestro, ſuiſque ſucceſſoribus obtulit, ut regali more, & aurea corona plecterētur in capite, & cæteras regij cultus infulas vſurparent: Verum Beatus Syluestcr ornamenta, quæ ſacerdotali congruere iudicabat officio, in proprios vſus aſſumpſit: coronam vero, vel cætera quæ magis ambitioſa, quàm myſtica uidebantur, omiſit. Cui etiam Conſtantinus Lateranenſe palatium, quod eatenus aula regalis extiterat, perpetuo iure conceſſit, regnum Italiæ iudicandum tradidit. Nam & ipſius Regis hæc uerba ſunt. Vnde cõgruũ, inquit, proſpeximus noſtrum Imperium, & regni poteſtatẽ orientalibus transferri, ac mutari regionibus, & in Bizantina prouincia in optimo loco nomini noſtro ciuitatem ædificari, & noſtrum illic conſtitui Imperium: quoniam, vbi principatus ſacerdotum, & Chriſtianæ religionis caput ab Imperatore cœleſti conſtitutum eſt, iuſtum non eſt, ut illic Imperator terrenus habeat poteſtatem. *De hac eadem reſcribit Ado Viennenſis in commentario ætatis ſextæ, & Gotfredus Viterbienſis in chronicis par. 6. c. 2.*

γ ¶Præſidentium equitum.] *Gracè eſt apud Balſamonem, καὶ ἀξιώματα τῶν βασιλικῶν ἀλόγων, id eſt,* & dignitates Imperialium equorum.

δ ¶Id eſt patricios.] *Locus hic Gracè ſic habet, καὶ ἔχειν ἐκείνην τὴν ὑψηλότητα, καὶ μεγαλοσύνην, ἣν κεκόσμηται ἡ μεγάλη σύγκλητος ἡμῶν, ἤτοι οἱ πατρίκιοι, καὶ οἱ κόνσουλοι, ἤτοι οἱ ὕπατοι, καὶ λοιπὰ ἀξιώματα. id eſt,* & illam habere celſitatem, atq; amplitudinem, quo ornatus eſt magnus noſter ſenatus, ſiue patricij & conſules, ſiue hypati, & reliquæ dignitates.

ε ¶Cum udonibus.] *Gracè totus hic locus habet paulo aliter, καὶ ὡς ἡ ἡμέτερα σύγκλητος φορεῖ ὑποδήματα ἤτοι σανδάλια λευκὰ διὰ ὀθονίων, οὕτως, καὶ τὰ οὐράνια ὡς καὶ τὰ γηινὰ πρὸς αἴνεσιν τοῦ θεοῦ id eſt,* Et quemadmodum ſenatus noſter fert calceos, ſeu ſandalia cum linteis albis; ita etiam cœleſtia, ſicut terreſtria ad Dei laudem.

ζ ¶Quem placatus.] ἵνα ἐάν τις τῆς συγκλήτου βουληθῇ μετὰ ἰδίου θελήματος, καὶ εὐαρέσου γενέσθαι κληρικὸς, καὶ ἐν τῷ τῶν ἁγίων κληρικῶν συναριθμεῖσθαι μήτις τολμᾷ ἀπὸ πάντων ἐμποδίζειν τούτῳ. *id eſt,* vt ſi quis ex ſenatu ſponte ſua, quodque ita ipſi libeat, uoluerit fieri clericus, & in ſanctorum clericorum numerum adſcribi, ne quis ex omnibus hoc audeat impedire

η ¶Hæc uero omnia.] *Hic quoque eſt magna verborum varietas, ſed eadem fere ſnīa.*

Item Gelaſius ad epiſcopos Dardaniæ.

¶Imperialis auctoritas religioſæ diſpenſationis menſuram non mutat. C. XV.

SIcut [a] quamuis parua ciuitas prærogatiuam præſentis regni non minuit, ſic Imperialis præſentia menſuram diſpenſationis religioſæ non mutat. *& infra.* ¶ Semper α eſt effectum in ſacerdotali concilio de ſacerdotibus iudicia prouenire. Nam qualeſcumque Pontifices ſint, & ſi errore humanitus [b] accidente, non tamen contra religionem [c] vllatenus excedentes, nullatenus [d] uideantur à ſæculari poteſtate poſſe percelli.

BOni principis.] CASVS. Hic dicitur, quod officiũ principis est, ecclesias destructas restaurare, nouas ædificare: & clericos potius defendere quàm destruere, vel aliquo modo subiugare.
a ¶ Contritas.] 25. q. 1. diuinis, &c.
b ¶ Restaura-

CASVS. Hic intitulatur 97. dist. in qua cõcludit Gratianus ex illo capitulo, bene quidẽ. quod nulli laico de rebus ecclesiasticis iudicare licet sine auctoritate ecclesiæ. & si aliter factum fuerit, irritum erit, nisi ecclesia subscribat vel auctoritatem præstet. Et ideo videtur quod constitutio, quã fecit Honorius Imperator s. 79. dist. si duo non valuit, cũ fuerit à laico facta: postea soluit dicẽs, quod si laicus inuitetur ab ecclesia, ut de rebus ecclesiasticis faciat constitutionẽ, sicut fuit Honorius à Bonifacio inuitatus, valebit constitutio.
c ¶ Hoc capitulo.] Respicit in hac dist. 97. illud ca. bene quidem. 96. dist. & assignat in hoc §. quandam contrarietatem, & dat postea solutionem.
d ¶ Honorij.] Supra dist. 79. si duo.
e ¶ Ne hæretici.] s. distin. 8. quo iure. & 23. q. 7. ca. 1. & 2. & 27. q. 3. cap. nimium.
f ¶ Inuitati.] s. di. 63. Hadrianus. & cap. in synodo.

ECclesię.] CASVS. Hæc est epistola Papæ Bonifacij, in qua supplicat Honorio Imperatori. In prima parte ostendit Bonifacius, quod ipse est sollicitus de ecclesiastico statu, ne si negligens inueniatur, sit redarguendus. In secunda rogat Honoriũ de pace & quiete ecclesiæ seruanda, ei multipliciter applaudẽdo. In tertio rogat eũ, ut suos legatos honorificè recipiat. Secunda ibi. [Ipsa enim ecclesia.] Tertia incipit ibi, [Habet refugiũ.]
g ¶ Ecclesiæ.] j. cap. proxi. victor. contra: Sed ut ibi dicitur: iã erat in cõualescentia; adhuc tamẽ erat debilis, vt hic.
h ¶ Conuentus.] .i. conuenticulas. C. de epis. & cle. conuenticulam.
i ¶ Agitantur.] q. d. licet adhuc simus inualidi, tamen cura ecclesiæ nos cõpellit, ut inuigilemus ecclesiasticis negocijs, & pro eis intercedamus apud uos: quia multi clerici turbant ecclesiam Dei. Archidiaconus.
K ¶ Facere.] Scilicet uidemini.
l ¶ Tacentem.] Extra de testa. quia ingredientibus. & 63. dist. c. 1.

a ¶ Semper.] *Mutatus est a collectore orationis ductus, ne quæ antecedunt, recitanda essent.*

Item Marcellus Papa Maxentio. a

a ¶ Maxentio.] *In impressis addebatur,* episcopo, *quæ uox abest ab omnibus manuscriptis.*

¶ Ecclesias restaurare contritas, non Pontifices persequi boni principis est. C. XVI.

Ans. l. 6. c. 192. †al. regis

BOni principis est, ac religiosi †, ecclesias contritas [a] atque conscissas restaurare [b], nouas ædificare, & Dei sacerdotes honorare, atq. tueri. Vnde sanctos Apostolos, eorumq. successores sub diuina contestatione constituisse legimus, non debere fieri persecutiones, nec inferri fluctuationes, nec inuidere laborantibus in agro Dominico; neque expellere æterni regis dispensatores.

DISTINCTIO XCVI.



†al. Pontificũ

HOc capitulo patenter [c] ostẽditur, quòd nec Imperatori, nec cuilibet laico licet decernere, vel de electione Pontificis †, vel de rebus ecclesiasticis. Quæcumque autem ab eis constituta fuerint, pro infectis habenda sunt: nisi subscriptione Romani Pontificis fuerint roborata. Vnde illud Honorij [d] Augusti, ut supra dictum est, uanum esse uidetur, quod contra auctoritatem sacrorum canonum de electione summi Pontificis decernere tentauerit. Sed sicut ex eodem capitulo habetur, ecclesiæ precibus Imperator in præsumptores valet decernere: sicut pro defensione fidei quondam decreuisse leguntur; ne hæretici [e] aliquid nomine ecclesiæ possiderent. Ab ea autem non inuitati [f] de rebus ecclesiasticis aliquid disponendi non habent facultatem. Honorius vero Augustus non sua auctoritate, sed beato Bonifacio supplicante, ecclesiasticæ quieti consulere, & concertantium ambitionem punire curauit.

Dist. 79. si duo.

Vnde idem Bonifacius episcopus supplicationis epistolam Honorio Augusto destinauit, dicens.

¶ Epistola Bonifacij ad Honorium Augustum. C. I.

Epistola. 1. ad Honorium.

ECclesiæ [g] meę, cui Deus noster meum sacerdotium, vobis res humanas regentibus, deputauit, nos cura constringit: ne causis eius, quamuis adhuc corporis incommoditate detinear, propter conuentus [h], qui a sacerdotibus uniuersis, & clericis, & Christianæ plebis perturbationibus agitatur [i], apud aures Christianissimi principis desim. Si enim secus, quàm oporteat, eueniat; nõ uos id facere [k], qui cuncta æqua moderatione componitis, sed nos per nostram tacentẽ † [l] desidiam uidebimur, quod ciuitatis quie

†al. tacentes



b ¶ Restaurare.] 27. q. 4. diffiniuit. 16. q. 1. statuimus.

HOc capitulo patenter.] Hæc distinctio diuiditur in duas partes. Secunda ibi, [Sine signatis.] Io. de Fant.

a ¶ Sub.

tem, & ecclesiæ pacem peruertere ualeat, admisisse. Cum enim humanis rebus diuinæ cultor religionis domino fauente prouideas † : nostra culpa erit, si non id sub uestra gloria (quam certum est diuinis semper rebus animo prõptiore fauisse) firmo, & stabili iure custodiatur, quod per tot annorum seriem, & sub illis [a] etiam principibus obtinuit, quos α nulla nostræ religionis cura cõstrinxit; id est, ut licita α seruentur, & sub uestræ Imperio clementiæ minime, quæ sunt illicita, formidentur [b]. ¶Ipsa enim ecclesia deuotionem tuam Christianissime Imperator, meo † quidem sermone, sed suo uenerabili appellat affectu †, quam Christus Deus noster, uestri fidus rector & gubernator Imperij, uni desponsatam sibi, & intactam uirginem [c] seruat : ne in eam aliquos patiamini insidiantium procellarum [d] fluctus illudi, & quietam faciem [e] tempestatis insolitæ tumore turbari, gloriosissime & tranquillissime Imperator Auguste †. Ipsa ergo (quæ uni desponsata, nostra † tamen mater est) Ecclesia, hac pietatem uestram legatione, quam suis sacerdotibus cõmisit, appellat, præterita [f] præsentiaque repetit [g]. Vobis, inquit, religiose imperãtibus β creuit meus, qui modo tuus est, populus, tam fidus Deo, quàm tibi [h], qui es princeps Christianus. Ecce enim inter ipsa mysteria; inter preces suas, quas pro uestri fęlicitate dependit Imperij, teste (apud quem, & de cuius sede agitur) sancto Petro, solicitis pro religionis obseruantia uocibus clamat; cum solicita petitione miscetur oratio, ne humanas γ res solito tentatore occultè solicitante semel euulsa [i] discordia distrahat. Angeretur pluribus, princeps christianissime, mater Ecclesia; nisi apud te suarum esset cura † causarum †, & nisi in oppressionibus idolorum, in hæreticorum correctionibus, fide tua, diuino cultu pariter cum Imperio semper florente, uicisset. ¶Habet refugium, pium tuæ mansuetudinis animum cum suæ religionis ueneratione coniunctum; cum quidquid huic proficiat, vos agatis, & conferatis fratribus, & consacerdotib. meis, probatissimis viris, a me, & ab omnibus (qui Ecclesiam faciunt †) legatis: quibus (precamur) sacræ causam religionis prosequentibus [k], in urbe uestræ mansuetudinis hoc animo, quo postulatis [l] annuitis, in perpetuum statui uniuersalis ecclesiæ consulatis.

† *al. præsideas*

† *al. non meo*

† *al. affatu*

† *al. semper Auguste*

† *al. uestra*

† *secura*] ori.

† Adde ꝙ Imperator est defensor & filius ecclesię no. in cle. Romani. de iureiur. & in auth. ut oẽs obe. iu. ꝑuin. §. & hoc cõlideratẽs. coll. 5

† *faciũt istius modi*] orig.

α ¶Id est, ut licita.] *In epistola ipsa legitur*, id est, ut fidens vtar licitis.

β ¶Imperantibus.] *Additis aliquot ex epistola vocibus emendatus est hic locus*, creuit meus, qui modo tuus est, populus.

γ ¶Ne humanas.] *In plerisque vetustis legitur*, ne hos in uarias res solito, &c. *In originali uero*, ne hos, *aliàs*, uos, in uarias res semel euulsa distrahat a cultu solito, tentatore solicitante, discordia.

¶Rescriptum Honorij ad Bonifacium Papam. C. II.

VIctor [m] Honorius inclytus triumphator semper Augustus Sancto, ac uenerabili Bonifacio Papæ urbis æternæ. Scripta Beatitudinis tuæ debita reuerentiæ gratulatione suscepimus: quibus recensitis egimus omnipotenti Deo maximas gratias, quòd sanctimoniam tuam post

a ¶Sub illis.] Vt 11. q. 1. sacerdotibus.
b ¶Formidentur.] A Christianis.
c ¶Virginem.] Vt 27. q. 1. nuptiarum. in fi.
d ¶Procellarum.] Id est hæreticorum.
e ¶Faciem.] Ecclesiæ.
f ¶Præterita.] Scilicet beneficia. sic intelligitur de conse. distin. 2. panis, ꝗ. s. pro omni munere debemus Deo gratias referre, præsenti. s. & ꝓterito, non futuro: q. a nec Deus futurũ peccatum indulget. inf. de pœn. distin. 3. sanè cauendum. nec pactum valet, si fiat ꝗ non agam de futura iniuria. ff. de pactis, si unus. §. pacta.

Peccatum futurum Deus non indulget.

g ¶Repetit.] Id est, recolit, & ad memoriam reducit.
h ¶Tibi.] Ne sis ingratus.
i ¶Euulsa.] Per effectum: id est, euellent.
k ¶Prosequentibus.] Legationem nostram Arg. ad quæstionem magistri P. ꝗ Archiepũs Bracaren. potuit eum spoliare.
l ¶Postulatis] Datiui casus.

VIctor.] CASVS. Honorius nũc rescribit Bonifacio: & primo salutat eum referendo gratias Deo de sanitate sibi reddita: & deprecatur ipsum, vt debeat orare pro ipso, cõmendãs eum in solicitudine sua: & significat ei, ꝗ ad postulationem suorum legatorum, fecit constitutionẽ, per quam satis putat esse prouisum ecclesiasticę quieti. tandem rogat ut cõstitutionem illam publicet, quatenus oẽs clerici sciant ab ambitionibus apostolicæ sedis esse cessandum: quia de cætero ad hoc nullę dissẽtiones ualebunt.

m ¶Victor.] Sed quare ꝓmisit hic Imperator nomen suũ: Fortè hæc consuetudo erat olim. C. de sum. trin. inter claras. Papa tñ alios sibi ꝓponit. 12. q. 1.

quæst.1.dilectissimis.Vel fortè tunc nouella erat Ecclesia, & adhuc obtinebat illud, Quare fremuerunt gentes, &c. 1. postea autem Imperator subiecit se Papæ, vt 23.q.4.displicet.

1.23.q.4.nō inuenitur.

a ¶Sua studia.]Idem,conspirationes. simile 61.distin. obitum. alias in bonā partem.ead.dist.studij.Io.

olim.in fi.& C.de fide instru.l.vlt.Sed nunquid sufficit mandatum sine litteris? Dico ꝙ legato non sufficit ꝓbare mandatum,ut C.de man.princ. l.1. quia legati nō sine periculo recipiuntur. Vnde maior est in eis facien da examinatio,ut 42.dis.quiescamus.Sed delegatus potest probare mandatū sine litteris, ut in authen.de liti.§. omnē. colla.9. & argu. extra de offi.deleg.prudentiam. & extra de rescript.ex parte. Ioan. Tan.& quidam alij dicunt, quòd in iudice delegatio non sufficit probare amissionem rescripti, nisi ostēdat authenticum, ut extra de offi. deleg. cum in iure.25.q.2. sancimus. & extra de fide instr.c.1. Ita notat T. super illa decre. cum olim. Sed pone quòd partes viderunt & approbauerunt rescriptum, & postea redactū fuit in publicam formam per tabellionem: nunquid amisso postea rescripto iudex procedere poterit? Satis credo ꝙ sic, Io. vt notaui in quæstionibus 3. B. Sed cū hic in distinctione dicat, ꝙ litteræ debeant esse signatę, videtur à quocumq; sint signatæ, ꝙ sufficiat ad hoc vt scriptura dicatur authentica, vt extra de appel. personas. & extra de fideiuss. peruenit. Nā & eps sigillat sigillo ecclesiæ suæ, vt 73. distin. in nomine Domini in fi. item & alieno annulo potest quis signare testamētū, ut Instit.de test.§. possunt aūt. Itē & alienū sigillū 4. etiam nō iudicis sui fidem facit, ut infra dist. prox. ca.1.& 2. Sed dic, ꝙ alienum sigillum facit fidem, si nō habetur proprium: aliàs non, vt extra de appel. significauit.& 65.dis.episcopus. Item litteræ nō dicuntur signatæ si legi non possunt characteres, vt extra de fide instr. inter.& ff.de test.ad testium.§.si signa.& §. si signum. Item si filum ruptū sit, non dicuntur signatæ, vt extra de cri.fal. c.licet. Si autē filum ex toto non est fractū, bene dicuntur signatæ, vt ff.de bo.poss.secundum tab. l.1.§.si linum.extra de fide instr.sicut.

Ipse Ioan.& H. in pced. decre. d' priui. cū olim in glos. hoc est. ubi dicūt & Goff. cū eis hoc esse verum nisi honestus & notus esset; & tunc pōt & dbet ei credi vt in hoc ca. nobilissimus. Arch.

Delegatus mandatum sine litteris probare potest.

3 Quæstio dñicalis est & incipit: quidam impetrauit rescriptum.&c.

Litteras esse à quocunque signatas an sufficiat.

4 Dū tñ sit authenticū. Argu. C. de bo. prosc. si qs intra. insti. de Attitu.§.penul. Archi.

iungum incommodum opratę redditam didicimus sanitati. Et idem reuertentibus venerabilibus viris gaudium nostrum sacrorū apicum attestatione signamus, ac petimus, vti quotidianis orationibus Apostolatus tuus studium, ac votum suum circa salutem, atque Imperium nostrum dignetur impendere. Illud autem pietati nostræ satis placitum esse cognosce, quod sanctimonia tua de ecclesiarum, aut populi perturbatione solicita est. Quæ, ne aliqua ratione possit euenire, satis clemētia nostra credidit esse prouisum. Denique beatitudine tua prædicante id ad cunctorum clericorum notitiam uolumus peruenire, ut si quid forte religioni tuæ (quod non optamus) humana sorte cōtigerit, sciant omnes ab ambitionibus esse cessandum. Ac si duo, *vt supra, Et infra.* ¶Vnde id obseruādum est, ut omnes tranquillam mentem, & pacificos animos ex serenitatis nostræ admonitione custodiant, nec aliquid seditiosis conspirationibus tentare conentur: cum certum sit, nulli partium sua studia [a] profutura.

Dist.79. si duo.

2 *Sine signatis apicibus non est mos Romanæ ecclesiæ undecunque legationem suscipere a.*

Vnde Nicolaus Papa.

a ¶Suscipere.] *In vulgatis sequebatur,* neque mittere: *quæ absunt a uetustis, neque conueniunt cum his, quæ sequenti capite afferuntur.*

¶Romana non consueuit ecclesia sine signatis apicibus legationem undecunque suscipere. C. III.

NObilissimus [b] vir, atque strenuus uestræ sublimitatis legatus, licet nullam epistolam iuxta consuetudinē a uobis nostro Pontificio detulisset, licet nunquam Apostolicæ sedis modus † fuerit absque signatis [c] apicibus vndecunque legationem suscipere; Nos tamen uos in illo honorantes, eiusque grauitatem, & eloquiorum illius veridicas cognoscentes assertiones; nihilo minus [d] eum, & sicut decuit, suscepimus, & ei, sicut honestum fuit, credidimus [e].

† al. mortis

SINE. CASVS. Quia in superiori ca. facta fuit mētio de signatis apicibus: ideo nunc vult ostendere, ꝙ ecclesiæ Romanæ mos est non suscipere legatum sine signatis apicibus.

NObilissimus.] CASVS. Mandat Nicolaus Papa cuidā principi, ꝙ licet mos sit Romanæ ecclesiæ non recipere legatum alicuius sine litteris sigillatis; tamen legatum illius principis sine litteris recepit honorifice: & verbis eius fidem adhibuit: honorans principem in persona ipsius.

b ¶Nobilissimus.] Arg. quòd sine litteris non est adhibenda fides legatis. 11.q.2. Lugdunensis.

c ¶Signatis.] Oportet ergo ꝙ legatus exhibeat litteras legationis suæ ad hoc vt credatur ei, vt hic, & 63. dist. lectis. C.de man. princip. l. vnica. Sed quid si perdidit litteras, & uult probare 2. amissionem? Dico ꝙ potest: non tamen sufficit probare tenorem litteræ, nisi & probetur, ꝙ illa littera fuerit sine vitio, vt extra de priui. cum

Legato sine litteris suæ legationis credēdum non est.

2 Quod dic vt et notat

d ¶Nihilo minus.] Ergo & Cardinali, qui bene notus est in aliqua prouincia credēdum esset sine litteris: maximè cum non contingat Cardinalem vnquam abesse nisi legationis causa. Ioan.

e ¶Credidimus.] Arg. ꝙ interdū voci & assertioni unius credendū sit. si persona sit honesta & authē. 5. arg. 8.q.3.c.1. Arg. ꝯ. 9. dis. ego solis. sic è conuerso ex ꝑsona ꝓferētis instrumentū minus creditur instrumēto. vt ff. de eden. si qs. §.1. sic si malus aliquid dicat, nō facile ei creditur, ut 24.q.1. quisquis. Arg. ꝯ. 19. dist. secundum.

Cardinali noto sine litteris credi potest.

Voci unius qñq; credit̄

5 Concor. text. ī l. si qs decurio. C. de fal. & ī l. Theopompus. ff. de do. ple. regulariter tñ est contra.



Ve circa ordinandos.] CASVS. Egit. s. Gra. diligenter de ordinatione & electione clericorum: sed quia per mutationem locorũ veritas occultatur: ideo in hac dist. 98. ostẽditur vt clerici peregrini non recipiantur, nisi cum litteris quinque episcoporum, cũ à proprio episcopo fuerunt commendati.

a ¶Quæ circa.] Hic depingitur 98. dist. in cuius principio vtitur Gratia. trãsitu: in quo ostendit quid dixerit hactenus, & quid in hac dicturus sit. Nam quia clerici sæpè mittuntur de prouincia ad prouinciam, breuiter ostẽdit, ꝙ nõ sunt recipiendi in alia prouincia sine litteris episcoporum suorum.

Clerici sine litteris suorum eporũ non sunt recipiendi.

NVllus.] CASVS. Dicit̃ hic, ꝙ nullus episcopus debet recipere clericũ transmarinum in sua ecclesia, nisi habuerit litteras sigillatas quinque episcoporum, uel eo amplius fuerit commẽdatus: quia multa per subreptionem solent euenire. Idem dicitur in seq. cap.

b ¶Nullus aliqua.] Ista c. introducta sunt ad cautelam; vel legũtur de primitiua ecclesia: & sic secus hodie.

c ¶Nisi quinq;.] Cõtra 71. dist. cap. 2. Sed hæc capitula loquuntur, quando ita remoti sunt, ꝙ sigilla episcoporum & etiã loca ignota sunt: illud quando episcopus ꝓpinquus est & eius sigillum bene cognoscitur: & hoc colligitur extra de cler. pereg. tuæ. Sed pone ꝙ nõ habet litteras: erit ne recipiendus si probet per testes? ita. extra de cleri. pereg. c. vlti. Nam magis credendum est uiuæ uoci. quàm mortuæ. in authen de fide instr §. si vero. coll. 6. H. intelligit hæc capitula abrogata. olim enim habuit locum hoc capitulum propter multitudinem hæreticorum. Sed illud capitulum, tuæ. euacuat opinionem istam. Sed certè non vr recipiendus, & si mille sigilla haberet ignota: quia non plus fidei prẽstant mille ignota, quàm vnũ ignotum, prẽterea in testamento ita inuenis ꝙ cum signa sunt ignota, conuocantur omnes illi quorum dicuntur sigilla, ut sciatur an recognoscant sua signa: ut ff. quemadmodũ testamenta aperiãtur cũ ab initio. ex hoc cõcedo, ꝙ nisi aliqualis habeatur notitia de sigillis, & de illis remotis ecclesijs, ꝙ non sit eis credendũ, & si mille sint: arg. ex de fide instr. cap. quod super his.

Voci uiuæ magis credẽdum, est ꝗ mortuæ.

Sigillis ignotis fides non est adhibenda.

d TRansmarinos.] Idem intelligo de quolibet ignoto, qui sigillare præsentat ignota. Ioan. 1.

e ¶Chyrographis.] Id est, litteris, in quibus continebitur de vita, de moribus, de ordinibus, & de irregularitate sua.

f ¶Per [1]

[1] Cõcor. no. per Bart. in l. Lucius. ff. de fide instru. & l. ad testium. ff. de test.

DISTINCTIO. XCVIII.



Væ circa [a] ordinandos sint obseruanda, quæ in eorum electione diligenter sint consideranda, multorum auctoritatibus monstrata sunt. Sed quia veritas rei nonnumquam obscuratur mutatione prouinciæ; decretum est sacris canonibus, vt peregrini, nisi quinque, vel eo amplius suorum episcoporum fuerint commendatis chyrographis, non ordinentur.

Vnde Siluester Papa generali concilio præsidens dixit,

In fine epilogi concilij. Romani sub Syluestro. sed paulo aliter.

¶Nisi quinque episcoporum litteris designatum transmarinum hominem ad clericatum nullus suscipiat. C. I.

Poly. l. 2. tit. 31. Ans. l. 7. c. 23.

NVllus aliqua [b] ratione transmarinum hominẽ penes vos† in clericatus gradus suscipiat, nisi quinq; [c] aut† eo amplius] episcoporum designatus sit chyrographis.

†*al. nos*

† Absunt ab originali & aliquot Grat. codicibus.

Item Anastasius I. vrbis Romæ episcopus ad omnes Germaniæ, ac Burgundiæ episcopos, epist. 1. c. 2.

¶De eodem. C. II.

Poly. ibidem. Ans. l. 7. c. 24.

TRansmarinos [d] homines in clericatus honorem † nemo suscipiant, nisi quinque, aut eo amplius episcoporum chyrographis [e] sint designati: quia multa per subreptionem [f] solent euenire.

†*al. honore uolite suscipere*] orig.

Item Gregorius Romanæ ecclesiæ præsul Squillatino episcopo, lib. 2. epist. 25.

¶De eodem. C. III.

Polyc. ibidem. Ans. l. 7. c. 25. Iuo p. 6. c. 351.

AFros [g] passim, vel incognitos peregrinos, ad ecclesiasticos ordines tendentes nulla ratione suscipias [h]. quia Afri quidẽ aliqui Manichæi, aliqui rebaptizati; peregrini vero plurimi etiã in minoribus ordinibus constituti fortiores α [i] de se prætendisse honores sæpe probati sunt.

α ¶ Fortiores] *Sic legitur in vetustis Gratiani & B. Gregorij codicibus, verum in Frobeniana, ac Lugdunensi eiusdem B. Gregorij operum editione*, ad fortiores prætendisse honores.

f ¶Per subreptionem.] Si. extra de procur. cap. 1. & 3. q. 3. induciæ.

AFros.] CASVS. Præcipit Grego. in hoc. c. episcopo Squillatino, ut afros & peregrinos clericos ad ordines non suscipiat: quia quidam eorum sunt hæretici: quidam sunt rebaptizati: quidam vero sunt peregrini: & ordines quos non habent, se mentiuntur habere.

g ¶Afros.] Ratione prouinciæ præsumitur contra aliquem. arg. 24. dist. quando. ff. de ædili. edi. quòd si nolit. §. qui mancipia. 2. [2]

h ¶Suscipias.] Vt officient populum. aliàs bene; extra de cle. pereg. c. pen.

i ¶Fortiores.] Hæc est una ratio, quare non admittuntur. aliæ assignantur. 19. q. 2. duæ.

[2] Arg. ꝯ ex de iud. cũ deputati. extra de insti. ad decorẽ. Archid.

Omnes.]

OMnes.] CASVS. In hoc cap. statuitur, ut illi, qui in peregrinatione sunt baptizati, non promoueãtur: quia eorum uita est incognita, & possunt esse irregulares.
a ¶Omnes.] Hoc cap. loquitur de adultis. Sed nonne baptismus tollit omnẽ peccati maculam? Vtique sic ȷ̃. de pen. dist. vlt cap. vlt hoc ergo ideo quia fortè isti bigami uel aliàs irregulares sunt, quia ante baptismum fortè fuerunt bigami.

Baptismus omnẽ peccati maculã tollit.

Item ex concilio Elberitano, c. 24.

¶Non sunt promouendi ad clerum, qui peregre fuerint baptizati. C. IIII.

Iuo par. 6. c. 352

†al. in peregrinatione

OMnes [a], qui peregre† fuerint baptizati, eo quòd eorum minime sit cognita uita, placuit ad clerum non esse promouendos in alienis prouincijs.

DISTINCTIO XCIX.

DE primatibus [b] autem (quorum supra mentionem fecimus) quæritur, quem gradum in ecclesia obtineant; an in aliquo à patriarchis differant; quam obedientiam archiepiscopi eis debeant. Primates & patriarchæ diuersorum sunt nominum, sed eiusdem officij. Ab archiepiscopis autem, quoties necesse fuerit, episcopi ad primates appellant; sed a primatibus ad archiepiscopos appellare non licet. Debent ergo obedientiam primatibus archiepiscopi in omnibus, quæ sibi ab eis iustè fuerint imperata.

Vnde Anacletus Papa ait ad episcopos Italiæ, epist. 2.

¶Quæ obedientia sit exhibenda primatibus, & patriarchis. C. I.

Poly. l. 5. tit. 53. Pann. l. 4. c. 23.

PRouinciæ multo ante Christi aduentum [c] tempore diuisæ sunt, maxima ex parte, & postea ab Apostolis, & beato Clemente prædecessore nostro ipsa diuisio est renouata. Et in capite prouinciarum (ubi dudum primates legis† sæculi erant, ac prima iudiciaria potestas, ad quos qui per reliquas ciuitates commorabantur, quãdo eis necesse erat, qui ad aulam Imperatoris, uel Regum confugere non poterant, uel quibus permissum [d] non erat [e], confugiebant pro oppresionibus, uel iniustitijs suis; ipsosque appellabant, quoties [f] opus erat sicut in lege eorum præceptũ erat;) ipsis [g] quoq; in ciuitatibus, uel locis nostros† patriarchas, uel primates, qui unam formã [h] tenent, licet diuersa sint nomina, leges diuinæ, & ecclesiasticæ poni, &

†al. leges

†al. nostris



DE primatibus.] Hæc distin. diuiditur in tres partes, in quarum prima dicitur, quod ubi erant primates gẽtilium olim: ibi sunt modo primates, id est, patriarchę, qui idem habent officium, licet nomina sint diuersa. Secunda ibi, [Nulli archiepiscopi.] Tertia ibi, [Vniuersitati.] Ioan. d. Fan.

CASVS. Quia supra in 80. distinct. c. 1. Gratianus fecerat mentionem de primatibus & patriarchis nec assignauerat differentiam inter eos, ideo supponit hãc 99. dist. in qua ostendit, quòd primates & patriarchæ quo ad officia non differunt, sed quo ad uocabula, ad quos primates uel patriarchas ab archiepiscopis appellant episcopi. Ostendit etiam quòd archiepiscopi debent primatibus obedire in his, quæ iustè fuerint imperata.

b ¶De primatibus.] Fecerat Gratianus ȷ̃. in distin. 80. mentionem de primatibus & patriarchis: sed ne quis crederet propter nominum diuersitatem aliquam esse realem differentiam; ideo ostendit in hac distin. differentiam esse tantum in nomine. Ostẽdit etiam de reuerentia, quam debent archiepiscopi suis primatibus. Ostendit ẽt ꝙ nec Romanus Põtifex debet uniuersalis appellari.

PRouinciæ.] CASVS. Quæsitum fuit ab Anacleto in quibus locis primates instituendi sint: & an archiepiscopi eis debeant obedire. Et respondet ꝙ leges ecclesiasticæ iusserũt poni primates uel patriarchas, qui eandẽ formam tenent (licet diuersa sint uocabula) in capitibus ꝓuinciarum, ubi olim erãt primates paganorũ: ad quos primates uel patriarchas ab archiepiscopis appellatur. In alijs uero ciuitatibus metropolitanis debent archiepiscopi residere, qui debent prædictis primatibus obedire, nec nominari primates, sed archiepiscopi uel metropolitani.

c ¶Ante Christi aduentum.] Ergo ante tẽpus Gelasij & Dionysij distinctæ erãt ꝓuinciæ unde reprobatur quædam solutio, quæ ponitur 10. q̃. 3. nec numerus. ꝙ scilicet tunc non erãt ꝓuinciæ limitatę. Sed dic ꝙ prouinciæ fuerunt diuisæ, ut hic, sed diœceses non, nisi a tpe Dionysij. 13. q. 1. c. 1. Vel solue per illam litteram, maxima ex parte: quasi dicat, non omnes.

Prouinciæ quo tempore fuerint distinctæ.

d ¶Quibus permissum.] Quia modica erat summa. 2. q. 6. anteriorum. §. illud.

e ¶Non erat.] Vt clericis, qui in causis ecclesiasticis nõ possunt appellare ad principẽ, vt ȷ̃. 11. q̃. 1. placuit.

f ¶Quoties.] Id est, bis ante sententiam: vel post sentẽtiam secundum canones. Et no. ꝙ dicit, quoties, secundum leges: sed tamen non licet secundum leges appellare ad principem, nisi in casu ante sententiam: & ita est arg. ad expositionem illius 2. q. 6. omnis oppressus.

g ¶Ipsis.] Repetit quod dixerat.

h ¶Formam.] Arg. C. de codic. si idem. contra. quia diuersitas nominum debet designare diuersitatem rerũ, ut 21. dist. cleros.

Appellare ante sniam ſm legesnõ licet.

1 Adde q sit comitatus, & ĩ quo differt à ciuitate, districtu vel territorio text. ĩ l. 1. C. quando impe. inter pu. & uidu.

a ¶Comitibus.] Id est, comitantibus vel sequentibus eos vel comitatibus. id est, episcopis. Comitatus enim dicitur 1 districtus alicuius ciuitatis, vbi est episcopus Vel hoc vult notare, ꝙ archiepiscopus maiorem habet potestatem in prouincia & iurisdictionẽ q̃ primas, nã metropolitanus est iudex ordinarius oĩum episcoporum prouinciæ: primas tantum archiepiscopi, vnde secũdum hoc maior est patriarchis.

Metropolitani iurisdictio.

Primatis iurisdictio.

a ¶Comitibus.] Id est, propter comites & propter episcopos suffraganeos.

b ¶Nomine.] Arg. ex nominib. semper res nominum, id est res significatas per nomina debere attendi.

NVlli archiepiscopi.] CASVS. Quæsitum fuit ab Aniceto Papa, utrum archiepiscopi sint appellandi primates uel patriarchæ. Et respondet ꝙ non, nisi multitudo populorum intãtum excrescat, ut de archiepiscopo fiat patriarcha.

c ¶Vocentur.] C. de lib. cau. iubemus. C. de proba. nec epistolis.

d ¶Qui primas.] Sicut Romanus, Antiochenus, Alexãdrinus, supra 21. dist. cleros. Quid de Veneto dic ergo quòd est primas respectu inferiorum. extra de priuile. c. antiqua.

Multitudine crescente multa fiunt.

e ¶Ad fidem cõuertatur.] Nam & apes accrescentes. 7. q. 1. in apibus. de conse. dist. 5. nunquam. & iuuentus Romana excrescens nouam sibi ciuitatem ædificauit: argu. C. de sac. san. eccl. iubemus. Et bene dicit, conuertatur: nam aliàs uix posset cõtingere, ꝙ in aliquo loco intantum excresceret populus, ut primate indigeret, ut 34. dist. fraternitatis.

Multitudine excrescente an possit ecclesia in alterius parochia sine ipsius consensu construi.

f ¶Constitui.] Argu. infra parochiam alicuius non debere cõstitui ecclesiam, nisi multitudo fidelium excreuerit. Sed nunquid illo inuito cuius est parochia, poterit hoc fieri & irrequisito? Non, vt 16. q. 1. multis cõciliis. & 16. q. 1. fęlix. & c. seq. Sed si requisitus nollet cõsentire: non minus tñ fieret per maiorem, scilicet per Papam, extra de eccle. ædi. c. 3. eius tamen consensu primo requisito. Et not. ꝙ huiusmodi requisitio facienda est cum ille locus esset, in quo excreuit multitudo fidelium iam deputatus alicui episcopatui, aliàs non.

g ¶Primæ.] Id est, patriarchalis.

PVNIVERSALIS. Hæc est tertia pars distinctionis: in qua dicitur, quòd Papa non debet uocari uniuersalis.

esse iusserunt ad quos episcopi, si necesse fuerit, confugerent, eosque appellarent; & ipsi primatum nomine fruerẽtur, & non alij. Reliquæ vero metropolitanæ ciuitates, quæ minores iudices habebant (licet maiores † comitibus [a] essent) haberent metropolitanos suos, qui prædictis iuste obedirent primatibus, sicut & in legibus sæculi olim ordinatum erat: qui non primatum, sed aut metropolitanorum, aut archiepiscoporum nomine [b] fruerentur. †al. maiorum comitum

¶Hoc caput integrum reperitur à Gregorio VII libr. 6. reg. epist. 35. Rothomagensi Turonensi, ac Senonensi archiepiscopis scripta, ex qua & originali nonnulla sunt restituta.

Item Anicetus ad episcopos Galliæ.

¶Non vocentur primates, nisi qui primas sedes tenent. C. II.

NVlli archiepiscopi primatis vocentur [c], nisi illi, qui primas [d] tenent ciuitates†; quarum episcopos Apostoli, & successores Apostolorum, regulariter patriarchas, & primates esse constituerunt: nisi aliqua gens deinceps ad fidem conuertatur [e], cui necesse sit propter multitudinem eorum †, primatem constitui [f]. Reliqui vero, qui alias metropolitanas sedes adepti sunt, non primates, sed metropolitani nominentur. Poly. l. 2. tit. 21. Iuo p. 5. c. 54. Pann. l. 4. c. 25. †al. sedes †al. episcoporum

Item ex concilio Africano, c. 6.

¶Primæ sedis episcopus non appelletur princeps sacerdotum, vel summus sacerdos. C. III. Et Carthag. 3. c. 26.

PRimæ [g] sedis episcopus non appelletur princeps sacerdotum, vel summus sacerdos, aut aliquid huiusmodi: sed tantum primæ sedis episcopus. Poly. l. 2. tit. 26. Burch. l. 1. c. 3. Iuo par. 5. c. 57.

3 Vniuersalis autem nec etiã Romanus Pontifex appelletur.

Vnde Pelagius II. epist. omnibus episcopis illicite a Ioanne Constantinop. conuocatis, &c.

¶Nec etiam Romanus Pontifex vniuersalis est appellandus. C. IIII.

NVllus patriarcharum vniuersalitatis † vocabulo vnquam vtatur; quia si vnus † patriarcha vniuersalis dicitur, patriarcharum nomen cęteris derogatur. Sed absit hoc, absit à fidelis cuiusquam mente, hoc sibi uel uelle quempiam arripere, unde honorem fratrum suorum imminuere ex quantulacumque parte uideatur. Quapropter charitas uestra neminem unquam suis in epistolis uniuersalem nominet; ne sibi debitum subtrahat, cum alteri honorem offert indebitum. Poly. l. 2. tit. 20. Ansel. l. 6. c. 13. †al. summus] orig. †al. hoc tã profano uocabulo] or.

lis. Ioan. de Fant.

NVllus patriarcharum.] CASVS. Episcopi in suis epistolis appellabant patriarchas vniuersales: quare ꝓhibet Pelagius, omnibus episcopis vt neminem de cætero appellent vniuersalem: quia si unus appellatur uniuersalis, cæteris honor debitus subtrahitur.

Ecce.]

Io.dia.l.3.c.ult. *Item Gregorius Eulogio patriarchæ Alexandrino, lib.7. epist.30.indic.1.*

¶De eodem. C. V.

Poly.l.2.tit.26. Ant.l.6.c.131.

ECce in prefatione epistolæ, quam ad me ipsum, qui prohibui, direxistis, superbę appellationis verbum, vniuersalem me Papam dicentes imprimere curastis. Quod, peto, dulcissima mihi sanctitas vestra vltra non faciat: quia vobis subtrahitur [a], quod alteri plus quàm ratio exigit, præbetur [b]. Ego enim non verbis quæro prosperari, sed moribus; nec honorem esse deputo, in quo fratres meos honorem suum perdere cognosco. Meus namque honor est, honor uniuersalis ecclesiæ: meus honor est, fratrum meorum solidus vigor. Tunc ego vere honoratus sum, cum singulis quibusque honor debitus non negatur [c]. Si enim vniuersalem me Papam vestra sanctitas dicit, negat se hoc esse [d], quod me fatetur vniuersum. Sed absit hoc. Recedant verba, quæ vanitatem inflant, & charitatem vulnerant.

¶*Apud B.Gregorium hæc sequuntur.* Et quidem in sancta Chalcedonensi synodo, atque post à subsequentibus patribus hoc decessoribus meis oblatum vestra sanctitas nouit Sed tamen nullus eorum uti hoc vnquam uocabulo voluit, ut dum in hoc mundo honorem sacerdotum diligerēt oīum, apud omnipotentem Deum custodirent suum *Quam nō etiam plenius exponit, libr.4. epist.32. Refert autem B. Thomas in opusculo contra errores Græcorum totam illum synodum sancto Leoni sic acclamasse*, Leo sanctissimus Apostolicus, & œcumenicus, id est vniuersalis Patriarcha per multos annos viuat. *Et Leo ix. Michaeli Constantinopolitano archiepiscopo de hac eadem appellatione scribēs ait:* Licet magno Leoni prædecessori nostro, & successoribus ipsius hoc sācta decreuit Chalcedonēsis synodus. *Sed in multis quoque libellis, qui actione tertia eiusdem synodi habentur, hæc est inscriptio,* Sanctissimo, ac beatissimo vniuersali Patriarchæ magnæ Romæ Leoni. *Et in codicibus multarū epistolarum ad Romanos Pōtifices, quæ manuscriptæ in Vaticana bibliotheca seruantur (quarum multa exempla sunt penes priuatos) ad Hormisdam Papam plus quam trecenti Archimādritæ, ac monachi secundæ Syriæ sic scribunt:* Sanctissimo, ac beatissimo orbis terræ Patriarchæ Hormisdæ cōtinēti sedē principis Apostolorum Petri, deprecatio, & supplicatio minimorū Archimandritarum, & cęterorum Monachorum secundę Syriæ. *Et in media fere epistola:* Quoniam Christus Deus noster principem pastorum, et doctorem, & medicum animarū constituit vos nostrum sanctum Angelū; dignum est passiones, quæ nobis contigerunt exponere, &c. *Auitus quoque Galliæ episcopus ad eundem Hormisdam sic scribit:* Dū religionis statui, & plenis catholicæ fidei regulis perspicitis conuenire, vt gregē per tota vobis uniuersalis ecclesiæ membra commissum, peruigil cura me adhortationis informat. *Et Ioannes episcopus Nicopolitanus ad eundem:* Decenter ad vestras orationes concurro, vt iuxta consuetudinē Apostolicæ sedis uestræ cunctarum ecclesiarum curam, & Nicopolitanorum habere dignemini, secundum antiquam specialē dispositionē uestrā. *Et in breuiario Liberati, c.22 episcopus Pateræ hæc Imperatori de Syluerio Papa ait*, multos esse in hoc mundo reges, & non esse unum, sicut ille Papa est super ecclesiam mundi totius.

ECce.] CASVS. Eulogius Alexandrinus patriarcha in sua epistola Gregorium uniuersalem appellauit: quod ipse Gregorius ante prohibuerat: quare præcipit sibi, ut hoc de cætero non faciat: quia non uerbis, sed moribus quærit psperari: & si ipse uniuersalis appelletur, nullus honor cæteris remanebit. qđ ei non placet: quia tunc ipse honoratur cum alijs honor debitus non negatur.

a ¶Subtrahitur.] Argum. ꝙ Papa per suū mandatum non uult derogari iuri alicuius infra 25.q.2.quod uero dicitis. ꝟ. 9. qō. 3. nunc uero. ꝟ. 11.q.1. peruenit. ꝟ.63. distin. quanto. ꝟ.85. dist. archidiaconum Florentinum. in fi.1. Arg. cōtra 8.quæstio.3. Artaldus.9. qō.3. conquestus.in fi. sic extra de offic. deleg. super eo. ubi dicitur, nō est intentionis nostræ alicui derogare per rescriptum nostrum. & ita arg. quod uni attribuitur, alij subtrahitur. arg.45. dist. disciplina. ff. de iudi. cum prætor. in fi. & extra de 2.rescript. olim. in fine.85.dist. archidiaconum. argu. nemini consulendum cum alterius iactura, ut infra 9.q.3. si quis uero. not. 22.q.2. primum. 14.q.5. denique.

b ¶Præbetur.] Non enim debent plus esse subditi ꝙ̄ expedit. 2.q.7. admonēdi. nec prælati ita humiles vt contemnantur. 86.distin. quando. ff. de offic. præsi. obseruandum.

c ¶Non negatur.] C. de cad. tolen. l. 1. §. ultim. C. de nup. imperialis. in princ. nec enim publicè prodest, & c.3. C. de sen. præf. præ.l.1.

d ¶Negat se hoc esse.] Id est, esse de uniuersitate, cum tamen Romana ecclesia nō sit uniuersalis, licet sit de uniuersitate. Ioan.

Papa per suum mandatum an iuri alterius derogari uelit.

1 Adde ad hoc dubiū tex. in l. nec auus. C. de eman. lib. & in l. 3. §. si qs à principe. ff. ne quid in lo. pub.

2 Aliàs extra de pscri. cum olim.

Humilitas nimia prælatorū contēnitur.

3 Singulis legum adminicula denegari. Arch.

Et Regino Germanus lib. 11. *Chronicorum de Nicolao primo loquens, sæpe illum vocat vniuersalem Pontificem. Sed istius dictionis,* uniuersale, *duæ sunt notiones, quod Innocentius iij. lib. 2. epist. 206. (qua incipit,* Apostolicæ sedis) *Patriarchæ Constantinop. scribens exponit his verbis:* Dicitur enim uniuersalis ecclesia, quæ de uniuersis constat ecclesijs, quæ græco sermone catholica nominatur, & secundum hanc acceptionem uocabuli ecclesia Romana non est: uniuersalis ecclesia, sed pars uniuersalis ecclesiæ, prima uidelicet, & præcipua, ueluti caput in corpore; quoniam in ea plenitudo potestatis existit: ad cæteras autem pars aliqua plenitudinis deriuatur. Et dicitur uniuersalis ecclesia illa una, quæ sub se continet ecclesias uniuersas. Et secundum hanc nominis rationem Romana tantum ecclesia uniuersalis nuncupatur: quoniam ipsa sola singulari priuilegio dignitatis cæteris est prælata, sicut & Deus uniuersalis Dominus appellatur (non quasi iam diuisus in species aut specialissimas, aut etiam subalternas) quoniam omnia sub eius dominio continentur. Est enim una generalis ecclesia, de qua ueritas inquit ad Petrum: [Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam.] *Matth.* 16.

DISTINCTIO C.



Piscopos [a] *autem ordinare ante pallium acceptum nec archiepiscopo, nec primati, nec patriarchæ licet. Quod ex auctoritate Pelagij Papæ (licet minus euidenter) datur intelligi. Ait enim Pelagius Papa.*

¶Intra tres menses fidem suam exponere, & pallium postulare à Romana ecclesia quisque metropolitanus studeat. C. I.

QVoniam quidam metropolitanorum fidem [b] suam secundum priscam consuetudinem sanctæ sedi Apostolicæ exponere detrectantes, vsum pallij neque expetunt, neque percipiunt; ac per hoc episcoporum [c]

Poly. l. 2. tit. 10. Burc. l. 1. c. 25. Ansl. l. 6. c. 92. Iuo p. 5. c. 136. Pann. l. 3. c. 11.



Piscopos.] Hæc distinctio diuiditur in quinque partes, & loquitur de pallio, quod est Pontificalis officij plenitudo; & ideo posuit in fine. In quarum prima parte dicitur, ꝙ metropolitanus sine pallio ordinare episcopos nõ dēt. & hoc probat per ca. seq. Secunda ibi, [Prisca.] Tertia ibi, [Causarum.] Quarta ibi, [Palliū.] Quinta ibi, [Priuilegia.] Ioan. de Fant.

CASVS. Supra tractatū est de patriarchis & archiepiscopis: sed quia eorū dignitas est imperfecta sine pallio: ideo supponit hic centesimam distinctionem, in qua specialiter de pallio tractatur, ostendens primo, ꝙ patriarchis, vel archieps sine pallio consecrare non licet. Secundo, ꝙ intra tres menses à tempore cōsecrationis palliū sit petendū, ut ĩ. c. quoniam. Tertio ostendit quibus palliū sit dandū, scilicet bene meritis, & instanter postulantibus, ut ĩ. eod. c. prisca. Quarto quo tempore pallio sit vtendum, scilicet tantum, in celebratione Missæ, ut infra ead. pallium. Quinto vero, quòd cum donatione pallij noua priuilegia conceduntur, vel uetera confirmantur, ut infra ead. rationis.

a ¶Episcopos.] Hic intitulatur 100. dist. & quia fecerat mentionē de primatibus & archiepiscopis, & eorū dignitas videtur esse imperfecta sine pallio, ut extra de elect. significasti; ideo specialiter tractat de pallio, ostendens, ꝙ nisi habeant pallium, non possunt episcopalia exercere officia. Ponit etiam intra quod tēpus debeat peti & dari quia intra tres menses: & quibus, qa bene meritis: & fortiter postulantibus 1. & quo tempore sit eo utendū, ut in alio tempore uti eo nõ possit: qa tantū in celebratione Missæ, nisi plus ex priuilegio alicui cōcessum sit, ut in alio tempore uti possit: & qualiter sit dandum: quia cum donatione noui priuilegij, vel renouatione ueteris, infra eadem, optatum.

Palliū qd refert, & qñ peti debet. 1 Vt ĩ. ea. c. prisca.

QVoniam quidē.] CASVS. Hoc c. in duas partes diuidit. In prima dr̃, ꝙ si archiepiscopus ultra tres menses à tempore consecrationis pallium petere distulerit, carere debet dignitate sibi commissa, & alij metropolitani cum consilio summi Pontificis uiduatæ ecclesiæ prouidebunt. In secūda parte, quæ loq. tur de episcopo, dicitur, ꝙ episcopus intra tres menses à tpe electionis debet consecrari. Sed si ultra menses quinque distulerit, nec ibi, nec alibi in episcopum consecrabitur, immo iudicio sui metropolitani cedat, & abrenunciet uel recedat. Secunda pars incipit ibi, [Si vero consecrandi.]

b ¶Fidem.] Id est, fidelitatem, uel etiam symbolum, ut infra ead. optatum.

c ¶Episcoporum.] Sed quare differunt per hoc consecrationes epōrum, cū ecclesia uacante comprouinciales epī aliquem consecrare in epm possint, ut 64. distinctione, quia extra de elec. quia diligentia 2. Itē etsi ipse non habeat palliū, tñ alijs mandare posset consecrationem, ut extra de electio. suffraganeis 2. Ad hoc potest dici, ꝙ illud cap. loquitur quando electus est in mora petendi pallium. s. post tres menses elapsos: unde ipse alijs non potest committere consecrationem, nec etiā tunc suffraganei sui possunt consecrare aliquem, ut p hoc maior rubor incutiatur electo, cum uiderit suum suffraganeum consecrari ab extraneis; quia non multū curaret, si à suis cōsecraretur. sed usq; ad tres mēses antequam sit in mora petēdi pallium, satis vr̃, ꝙ comprouinciales epī possunt epalia iura supplere: cū semper uicini epī suppleāt defectum alicuius uacātis ecclesię,

Archiepī palliū non petentis negligentiam quis supplere debet.

2 Quidā dicunt ꝙ ista decre. nō tenetur. Sed dic, ut not. ex̃ de transla. c. 1. in gl. pe. n. Archi.

vt

confecratio uiduatis [a] ecclesijs non sine periculo protelatur; placuit, ut quisquis metropolitanus ultra tres [b] menses consecrationis [c] suæ ad fidem suam exponendam, palliumque suscipiendum, ad Apostolicam sedem non miserit, commissa sibi careat dignitate, sitque metropolitanis alijs licentia post secundam [d] & tertiam commonitionem uiduatis ecclesijs cum consilio [e] Romani pontificis, ordinando episcopos †, subuenire. ¶ Si uero consecrandi episcopi negligētia prouenerit, ut ultra tres menses [f] ecclesia uiduata consistat, communione priuetur, quo usque aut loco cedat [g], aut se consecrandum offerre † nō differat. Quòd si ultra quinque menses per suam negligentiam retinuerit uiduatam ecclesiam; neque ibi, neque alibi consecrationis donum percipiat: immo metropolitani sui iudicio cedat.

†*al. episcopo* Innocen. iij. l. 1. epist. 117.

†*al. præbere*

¶ *Burchardus, Anselmus, & auctor Pannormiæ citant ex decr. Damasi: Iuo uero citat vt Gratianus, itemque Innocentius iij. lib. 1. epist. 117. Bituricensi archiepiscopo (quæ incipit,* Ne si uniuersi. *) refert paragraphum,* Si uero consecrandi, *ex eodem Pelagio.*

Item Gregorius Papa Brunichildæ Reginæ, lib. 7, epist. 5.

¶ Honor palij non detur, nisi meritis exigentibus, & fortiter postulanti. C. II.

Ans. l. 6. c. 93. Poly. l. 2. tit. 24.

2 PRrisca consuetudo obtinuit; ut honor pallij, nisi exigentibus causarum meritis, & fortiter [h] postulanti dari non debeat.

Io. Diac. l. 3. c. 5.

[*Idem Ioanni Corinthiorum episcopo, libr. 4. epist. 55. seu c. 99.*]

Ans. l. 6. c. 90. Poly. l. 2. tit. 1.

¶ De eodem. PALEA. C. III.

†*al. fraternitas vestra*] or.

NOuit sanctitas † tua; quia prius palliū, nisi dato commodo, non dabatur. Quod quoniā incongruum erat, facto concilio ante corpus beati Petri Apostolorū principis, tam de hoc, quàm de ordinationibus aliquid accipere sub districta interdictione uetuimus. Oportet ergo, ut neque per commodum, neque per gratiam, aut quo-

1. q. 1. c. de ordinationibus.

ut 7. q. 1. pontifices. 65. dist. si fortè. Sed ipse electus licet sit consecratus, iura episcopalia non potest exercere ante receptum palliū: nec uirgines consecrare, nec ordinare clericos, nec synodum celebrare, ut ext. de elec. ꝙ sicut. in fi. ext. ea. significasti. Sed nunqd electus in archiepm, & cōfirmatus, pōt confirmare eos, q̄ sunt electi in epos? Dico, ꝙ sic. ext. de electio. nosti. & cap. transmissam. de trāsla. cum ex illo. immo & capitulum potest confirmare, quia supplet uicem prælati. arg. extra de hære. ab abolendam. & ar. de conces. præben. nulla. Sed dico, ꝙ nec capitulum supplet in hoc defectum p̄lati, ut ex̄ ne se. ua. illa. licet sit arg. ꝙ solus Papa possit. 24. dis. presbyteri. ext. de cōces. prēb. q̄a diuersitatē.

Electus in archiepm, & cōfirmatus electos in epos cōfirmat.

a ¶ Viduatis.] Olim. nam post confirmationem electi iam est matrimonium inter eū & ecclesiā. de transla. prælatio: inter corporalia. Vel dic, ꝙ uidua est quo ad episcopalia.

b ¶ Tres mēses.] Accusatus de hoc corā Papa: aliàs nō.

c ¶ Consecrationis.] Id est, confirmationis, si ante erat episcopus.

d ¶ Post secundam.] Dicunt quidam faciendā ipsi metropolitano intra alios duos menses antequam deponatur: sicut post sequitur de episcopis. quod enim dicitur de episcopis. ī. hoc exaudi de metropoli. vnde hæc determinatio post secundam, &c. determinat illud uerbū careat. & secundum hoc est hic arg. ꝙ mora pōt purgari. Alij dicunt, ꝙ hæc admonitio debet fieri tantummodo à suffraganeis metropolitani, ad quos (ut dicunt) translata est potestas, cum metropolitanus negligens existat. Si ergo suffraganei post admnitionem neglexerint consecrare uel eligere, uicini metropolitani cō secrabunt consilio Papæ. Sed quare auferatur capitulo potestas eligēdi? Respō. Quia neglexerunt admonere suum electum ad petendū palliū: aliàs dico reuerti ad eos ius eligēdi. Sed quare descendit ad metropolitanum, cum tantum ad Papam deuoluuntur episcopatus, ut extra de conces. præben. & eccle. non va. dilectus? Sed hic p̄cise non descendit ad Metropolitanum. sed ad Papam cū eis: uel tūc descēdit ad Papā cum aliquis est negligens in eligēdo [1]. Et est si. 65. dist. si fortè. Io. Hodie solus Papa facit hoc per decre. illam dilectus. B.

Archiepiscopum negligentem circa pallij petitionem quis monere debet.

Prælati negligētia aufert capitulo ius eligēdi.

1 Hoc est falsum: ut ext. de elec. ne pro defectu. vbi dr̄, ꝙ ad proximum superiorem deuoluit ī hoc casu: quod dic, ut extra lib. 6. eo. tit. quāquam.

e ¶ Cum cōsilio.] Dicunt quidam, hoc generale esse, ꝙ ubicunque per negligētiam unius transfertur potestas ad aliū, ille non procedet, nisi prius requirat auctoritatē superioris: sed hoc nego, & est hic speciale: aliàs secus. 9. qō. 3. cū simus. ar. ff. de condi. institu. quæ sub conditione §. ulti.

f ¶ Vltra tres menses.] Sed quare nō dātur nisi tres menses archiepiscopo, vt supra eo. ca. quia maius periculū est in mora metropolitani. 42. dist. quiescamus.

g ¶ Cedat.] Ergo metropolitanus potest deponere electum. contra. 7. q. 1. mutationes, & 3. q. 6. quamuis. extra de transla. inter. Sed hoc speciale est ut confirmatū possit metropolitanus deponere, & hoc in odium negligentiæ. Alius est casus 92. dist. si quis episcopus per manus. Tertius 23. dist. illud. Sed certè hic non deponitur nisi ab obtinendo, nō ab ordine quem habet, ut extra de accusa. c. supes his.

Confirmatus qn̄que deponitur.

PRisca.] CASVS. Docet hic Greg. Brunichildam Reginam, quòd pallium non datur nisi bene merito, & fortiter postulanti.

h ¶ Et fortiter.] Sed si fortiter postulet, nonne potest notari ambitio? Non: quia cum quis suo iure utatur, prodest instantia. de pœni. dist. 1. importuna. 72. dist. c. 1. & 2. q. 5. post appellationem.

Petendi instantia prodest.

NOuit.] CASVS. Palea est, in qua præcipitur, ut p̄ recipiendo pallio nihil detur, sicut olim consuetudo erat, cum hoc habeat speciem simoniæ.

CAVSA-

CAVSARVM. Hæc est 3. pars huius dist. in qua dicitur ꝙ qui pallium accipit, obedientiam iurare debet. & ꝙ canones seruet: quod nisi fecerit, pallium non habebit: & hoc probat tribus cap. Io. de Fan.

CASVS. In hoc. §. exponit Gratianus quæ sunt merita causarum, scilicet, ut is qui postulat palliū mereatur recipere, & fidem suam iuramento adstringat, ut apostolicis decretis & statutis synodalibus obediat. Postea ostendit, ꝙ pallio non utendū nisi certis diebus, & inter Missarum solennia. & ad hoc probandum inducit sequentia capitula.

rundam supplicationem aliquos ad sacros ordines consentiatis, uel permittatis adduci.

¶ *Hæc palea habetur in plerisque vetustis exemplaribus.*

3 *Causarum vero merita accipienda sunt, vt & is, qui postulat, mereatur accipere, & fidei suæ professionem prius iuramento confirmet, & apostolicis decretis, atque synodalibus statutis se obditurum nihilo minus caueat. Pallio autem non nisi certis diebus, & intra ecclesiam ad Missarum solennia cuiquam Metropolitano vti licebit.*

Vnde Ioannes episcopus Vuliberto a Agrippinensi episcopo.

a ¶ Vuliberto.] *Restitutum est hoc nomen ex Anselmo. Nam antea erat,* Giliberto. *Nam Regino in ea ætate, qua Ioannes octauus Romanæ ecclesiæ præfuit, meminit Vuliberti episcopi Agrippinensis: & inter epistolas Ioannis Papæ octaui, quæ in bibliotheca Vaticana seruantur, est epistola alterius argumenti ad eundem, & Deusdedit refert integram eiusdem Ioannis epistolam ad eundem Vulibertum.*

¶Nisi post consuetam fidei professionem pallium dari non debet. C. IIII.

OPtatum tibi pallium nunc cōferre nequiuimus: quia fidei tuæ paginā minus[a] quàm oporteat, continere reperimus: cum uidelicet in ea nullam sanctarum uniuersalium synodorum, in quibus fidei nostræ symbolum continetur, nec decretalium Pontificum Romanorū constitutorum secūdum morem feceris mentionem[b]: sed nec illam propria subscriptione[c] munieris, nec aliquem[d], qui hanc iureiurando[e] firmaret, miseris. Ans. l. 6. c. 92.

Item Gregorius Aregio episcopo Francorum, libro 7. epist. 111.

¶Qui pallium desiderat accipere, prius à se remouere illicita promittat. C. V.

IN ea synodo, quam contra simoniacam hæresim per fratrem, & coepiscopum nostrum Syagrium decreuimus congregari, sanctitatem uestram uolumus interesse, atq. eidem fratri ita pallium, quod transmisimus[f], tribui, si prius se promiserit illicita, quæ prohibuimus, per defini- Ans. l. 6. c. 90.

licita, quæ prohibita sunt in synodo ab ecclesia remouere. Item præcipit ei, ut omnem veritatem & ordinē de illa synodo scriptis planis, & apertis debeat significare. Capitulū quod postea sequit, planum est: in quo dicitur quando archiepiscopus, & ubi pallio uti debet.

OPtatū.] CASVS. Vulibertus Agrippinensis episcopus ꝑ suum nuncium à Ioāne pallium postulauit. sed ei ꝓpter quatuor causas non concessit, s. quia fidem catholicam ad plenum in epistola sua nō exposuit: & q̄a nec uniuersaliū conciliorum, nec decretalium Pōtificum Romanorū ullā fecerat mētionē: & præterea in illa epistola non subscripserat: item nec aliquem nuncium miserat, q̄ pro eo iuraret.

a ¶Minus.] Arg. totū contractum vel rescriptum, uel instrumentum nil ualere, & esse irritandum, si aliqua necessaria desint in eo. arg. 38. dist. quę ipsis. 3. q̄. 9. pura. & idē facit plus quod minus. ut 9. dist. si ad scripturas sacras 1. arg. cōtra: quia superflua nō uitiant, vt de consec. dist. 4. si non sanctificatur. ff. de regulis iuris. non solent.

1 Adde tex. in l. si quis ex argentarijs. §. si initium. ff. de eden. no. in auth. ut p̄po. no. ipe. in prin. & §. si qua. colla. 5.

b ¶Mentionem.] De eis conseruādis Quid autem iurare debeat qui palliū petit, habes extra de iureiur. ego & de elect. significasti. & notatur 22. dist. quanquam.

c ¶Subscriptione.] Argum. donationem episcopi nihil ualere, nisi eius subscriptione firmetur, sicut cum concedit aliquem locum, uel iurisdictionem alicuius loci alicui loco uel hospitali: arg. dist. 96. bene. arg. 12. q. 2. fine exceptione. & c. cum redemptor.

Epi donatio sine subscriptione non ualet.

d ¶Aliquem.] Arg. quem per alium iurare. supra dist. 63. tibi domino, infra 17. q. 4. metuentes.

e ¶Iureiurando.] Extra de iura. calum. inhærentes.

IN ea synodo quā.] CASVS. Gregorius præcepit Syagrio archiepiscopo, ut deberet contra simoniacam hæresim synodum congregare: Huic synodo uult Aregium episcopum Francorum interesse. præcipit ergo Grego. episcopo, ut illuc uadat, & pallium quod transmisit Syagrio episcopo concedat, sit prius promiserit il

f ¶Quod transmisimus.] Arg. pactionē in donatione spiritualium posse interuenire, & conditiones arg. contra 1. q. 2. quàm pio. Sed ibi intelligitur pactio & conditio illicita, sed hæc est licita: cum ad eam nihilo minus teneretur. Vel ante electionē nulla debet esse, sed post electionem ante consecrationem potest esse, saltē licita, ut de rebus & consuetudine ecclesiæ, & fidei articulis, & huiusmodi obseruādis. & hoc à maiori non à minori exigi potest: arg. 28. dist. de Syracusanæ, ut no. 8. q. 3. in summa. Vel dic ꝙ hæc dictio, si, non notat hic conditionem, sed quandam modificationem: arg. ff. de tutel. muto, §. secundo, sic ponitur extra de ele. significasti 2. immo nec dicitur conditio, cum subintelligatur. ff. de condi. & demon. conditiones. Arg. ꝙ quia cōditio est. Nam si dico: date illi si iurauerit: hoc est dicere, nō date illi nisi iurauerit. ff. de cond. & demō. quibus diebus. §. 1.

Actiones interuenire pōt in spiritualium donatione. Si, non sem per cōditionem notat. 2 Immo ibi exponit ꝑ quia, ut no. ext. de sponsa. du. ca. 1. in glo. si de fornicatio. Archid.

bus. §.1.Io. Ego credo ꝙ honesta & licita conditio apponi potest in collatione spiritualium, ut extra de ele. significasti.& extra de ser.non or. eo libentius.B.

a ¶Discurrentibus.] Id est, cito directis.

Allium tibi.] ¶Intra tuam ecclesiã.] Id est, ecclesiam quamcumque tuæ diœcesis extra de vsu pal. c. 1. non autem potest uti pallio alterius, ut extra eo.cap.ad hæc.nec in alterius diœcesi.eo.tit.cap. ad honorem.

b ¶Missarum.] Et in synodo etiam vti potest: sed non põt synodũ congregare ad susceptionem pallij, ut extra de elect.significasti.tamen c.proxi. dicere uidetur, ꝙ tantum in ecclesia debeat uti pallio: nec in processio ne utetur eo, ut ext.eo.cap.1.

Archieps ante pallij susceptionẽ nõ cõuocat synodum.

Contra.] CASVS. Ioannes archieps Rauẽ. extra Missarum solennia pallio utebatur: super quo cum à Gregorio reprehenderetur, defendebat se priuilegijs Apostolicorũ: in quibus omnes cõsuetudines suę ecclesiæ erant confirmatæ. quare Papa scribit ei dicens: Aut defendit se consuetudine generali, aut priuilegio. Generali consuetudine se tueri non põt: quia alij archiepiscopi hoc non faciũt. Si uero priuilegio se tuetur, necesse est, ut illud ostendat: quod si ostendere non potest, à tali præsumptione de cętero cesset: ne eius exemplo alij archiepiscopi talia sibi velint vsurpare.

c ¶Patientissimè.] Arg. ꝙ licet videatur iniustum quod præcipit prælatus, patienter tamen ferendum est. s̃. dist. 31. ante triennium.& dis.19. in memoriam. 23.q.1. quid culpatur.

c ¶Consuetudine.] Sed nũquid ualet priuilegiũ ita generale? Sic, vt 19. dist. si Romanorum. Et est si.9. quest. 2. episcopi.23. distin. præterea.ff. de leg.1.l. si quando. tamen cum hoc priuilegium obscure loquatur: & faciat mentionem alterius priuilegij vel consuetudinis, necesse est, ut illud exhibeatur. vt 76. distin. ieiunium. in princip. & extra de ver. signi. abbate.ut not. s̃. dist. 9. vt veterum. Ad hoc dicut quidam, ꝙ si in hoc priuilegio inseritur totus tenor primi, nõ est necesse primum exhiberi. extra de iur. cal. inhærentes. C. de do. si donatio. ff. de do. ex hac scriptura. ff. de admi. tuto. chyrographis. Sed certè illud non sufficit. nam adhuc potest esse falsitas in bulla uel filo, ut extra de priui. cum olim, in fin. Alij dicunt, quòd si auctoritate iudicis est rescriptum publicatum, non est necesse exhiberi; secus si per tabellionem: quia publicatio facta cotam iudice fidem facit, licet postea perdatur, ut C. de testa. publicati. & iudex diligentius singula considerat quàm tabellio. Sed istis ob. extra de senten.& re iu. cum inter 1. in fin. Ad hoc dico, quòd sufficit si coram iudice est publicatum: ita ut nõ teneatur exhibere prius instrumẽtum nisi aduersarius dicat se uelle ꝓbare falsum: tunc.n. debet illud exhibere, licet prius fuerit ei fides imposita: nisi iuret illud se perdidisse, ut C. de fi.instr.l.vlt.Io. Hoc hodie determinatur extra de fide instru.c.ult.B.

Prælati præceptũ etiam iniustũ est faciendum.

Priuilegiũ exẽplatim exhibere utrum sufficiat.

a In fine uer. ueritate. ubi dr̃, ꝙ oĩa gesta p̃sumuntur per oĩa ritè celebrata, si gesta à tabelliõe scribũtur. Ar-

tionem synodicam a sancta ecclesia remouere. De qua synodo omnem nobis subtiliter ordinem tuam fraternitatem uolumus scriptis discurrentibus [a] nunciare; vt ipse, cuius nobis sanctitas ualde experta est, nos reddas de omnibus certiores.

Idem Virgilio episcopo Arelatensi, lib.4. epist.51. seu c.95.

¶Non nisi ad Missarum solennia archiepiscopo vti pallio licet. C. VI.

Ansl.l.6.c.98. 4 PAllium tibi transmisimus, quo fraternitas tua intra ecclesiam ad sola Missarum [b] solennia utatur.

[*Item Ioanni Rauennati episcopo, lib.2. epist. 54. seu c.93. indict.11.*]

¶[De eodem.] PALEA. C. VII.

Ansl.l.6.c.87. NOn multum temporis interuallum est, quòd quędam nobis de tua fraternitate fuerunt nunciata, de quibus uobis ueniente illuc Castorio notario sanctæ, cui Deo auctore præsidemus, ecclesiæ, subtiliter nos indicasse meminimus. Peruenerat namque ad nos quædam in ecclesia uestra contra consuetudinis, atque humilitatis [a] tramitem geri; quæ sola, ut bene nostis, est officij sacerdotalis erectio Quæ, si sapientia uestra mansuete, uel cum episcopali suscepisset studio, non de illis accendi debuerat; sed oportuerat te hæc eadem cum gratiarum actione corrigere.

a ¶Humilitatis] *Restitutus est hic locus ex ipsa epistola. Antea enim legebatur*, contra utilitatem ecclesiæ, & consuetudinis tramitem geri: quæ sola, ut bene nostis, est officij sacerdotalis exceptio.

Item Ioanni episcopo Rauennati, in eadem epistola.

¶De eodem. C. VIII.

Ansl.l.6.c.95. Poly.l.2. tit.20. COntra morem quippe ecclesiasticum est, si non patientissime [c] toleratur, (quod a uobis absit) etiam iniusta correctio †. *& infra.* ¶Illud frater charissime tibi non putamus ignotum, quòd pene de nullo metropolitano in quibuslibet mundi partibus sit auditum, extra Missarum tempus, usum sibi pallij vindicasse. Et quòd bene hanc cõsuetudinem generalis ecclesiæ noueritis, uestris nobis manifestissime significastis epistolis: quibus præceptũ beatæ memoriæ decessoris nostri Ioannis Papę nobis in subditis transmisistis annexum, cõtinens omnes cõsuetudines [d] ex

†al. correptio

a ¶Pri-

a ¶Priuilegio.] Vide qualiter argumentatur: ex quo p priuilegium hoc uendicatur: non ergo de iure commu ni hoc potest uendicari: quasi simul nõ possit quis inniti priuilegio, & iuri communi, ut 16.q.1. hinc est. & ff. ad munic.l.1.ff. de leg.1.si quando. Sed certè quandoque utitur quis & priuilegio & iure communi, ut extra de consue.cum dilectus. nec renunciat quis priuilegio militari. licet vtatur iure communi. vt ff. de mili. testam. l.3. sic ff. de priuileg. cre. l. antepe. 23. dist. quanquam. in princi. Sic iuri communi, & etiam consuetudini potest quis inniti, ut extra de cẽsi.c. sopitę. & 95.dis.olim. Io. Sed certè quidquid dicat Io. non dicitur priuilegium de eo quod competit de iure cõmuni, cum priuilegiũ sit lex priuata. 3. dist. 3. priuilegia. nec illa decre. de consue. cum dilectus contradicit: immo cõcordat: cum confirmatio ad priuilegium, & electio ad ius commune pertinere dicatur. extra de elect. cum inter. ad fi. B.

Priuilegio & iuri cõi licet quque inniti.

b ¶Omnium.] Vide qualiter argumentatur, ex quo aliæ ecclesiæ utuntur tali consuetudine: ergo & ista debet uti eadem. arg. si. extra de cẽsi. ex parte. Sed huic argumento posset responderi, ꝙ consuetudo aliarũ ecclesiarum non derogat cõsuetudini ipsius, ut supra 12. dist. illud. & extra de capel. mo. dilectus. circa fi.

Cõsuetudo ecclesiarũ potest esse uniformis.

c ¶Te comprobes.] Nonne præscriptione posset iste se tueri? Non: quia nullum ius proditum est, quo talia à talibus taliter possideantur. & quod de iure communi non possidetur nec præscriptione acquiritur, ut hic, & 93. distinct. illud. & cap. peruenit.

priuilegio [a] prędecessorum nostrorum concessas, vobis, ecclesiæque vestre debere seruari. Confitemini igitur, aliam esse generalis ecclesiæ consuetudinem; postquam ea, quæ vos geritis, vobis ex priuilegio vendicatis. Nulla ergo vobis in hac re, vt arbitramur, poterit remanere dubietas. Aut enim mos omnium [b] metropolitanorum etiã à tua est fraternitate seruandus: aut si tuæ ecclesiæ aliquid specialiter dicis esse concessum, præceptumue à prioribus Romanæ vrbis pontificibus; quòd hæc Ranennati ecclesiæ sunt cõcessa, à vobis oportet ostendi [c]. Quòd si hoc non ostenditur [d], restat postquam talia agere neque consuetudine generali, neque priuilegio vendicas, vt vsurpasse te comprobes [e], quod fecisti. *& infra*. ¶ Decorari pallio volumus, forsan moribus indecori; dum nihil in episcopali ceruice splendidius [f] fulget, quàm humilitas. Oportet igitur fraternitatem tuam, si honores suos sibi quibuslibet argumentis stabili proposuit mente defendere, aut generalitatis vsum ex non scripto [g] sequi, autem scriptis † priuilegijs se tueri [h]. Quòd si postremo nihil horum est, alijs metropolitanis huius te prębere nolumus præsumptionis exemplum.

† *al. scripto priuilegio*

5 *Priuilegia quoque cum vsu pallij semper debent concedi.*

Vnde idem Gregorius Syagrio episcopo Augustodunensi, lib.7.epist.112.

¶Cum vsu pallij aliqua priuilegia debent concedi. C IX.

RAtionis ordo omnino nos admonet, vt cum vsu pallij aliqua simul, sicut diximus, largiti priuilegia debeamus. Sed quoniam cum honoris augmento, cura [i] quoque solicitudinis debet accrescere, vt cultui vestium, actio-

Poly.l.2. tit.21. Ans.l.6.c.86.

c ¶Ostendi.] Hoc est ↄ tres regulas. Vnam, ꝙ tenetur possessor dicere titulum suæ possessionis. hoc est contra id, 2.q.5.§.1. Aliam, quòd ab eo, qui ius negat, non requiritur probatio: quod est contra id ff. de probatio. ab ea. Tertiam, quòd actore non probante reus nõ absoluitur. 9.q. vlti. actor 1. sed hoc est ideo quia præsumptio contra ipsum facit.

Tres regulę notabiles.

d ¶Non ostenditur.] Qui enim priuilegium allegat, debet probare & ostendere: extra de priuile. porro. & ca. seq. & cap. pastoralis. nullus tamen tenetur edere, nisi illum articulum, qui facit ad rẽ. extra de fide instru. contingit. licet aliàs nemo posset iudicare de priuilegijs sedis Apostolicæ, extra de iudi. cum uenissent. tamẽ qui defendit per tale priuilegium, oportet ut illud exhibeat, ut extra de ñ. instru. accepimus. Sic ergo canonicus, qui possidet duas præbendas, cum de iure nõ possit eas possidere: si contra eum agatur, ipse tenetur probare qualiter habet. secus si conueniatur super prima tantum. Dicunt tamen quidam, ꝙ canonico indistinctè incumbit onus probandi, scilicet institutionẽ suam. extra de app. personas. argu. extra de procura. ex insinuatione. arg. 2.q.1. legum.

1 Concor. tex. in l. qui accusare. C. de eden.

Canonicus de cõi iure nõ põt duas pbẽdas possidere.

f ¶Splendidius.] Sic nihil est splendidius in principe quam recta fides. C. de sum. trin. inter claras.

Fides recta in principe splendet.

g ¶Ex non scripto.] Infra 25.q.2. institutionis. supra, dist.1. consuetudo.

h ¶Tueri.] Supra distin.11. catholica. arg. contra. Sol. onus potest quis inducere sibi ex consuetudine, non honorem. 8.q.1. in scripturis.

PRIVILEGIA. Hæc est quinta pars huius dist. in qua ostendit Gratianus quòd priuilegia cum pallio sunt concedenda.

RAtionis.] CASVS. Syagrius episcopus à Gregorio pallium postulauit. Gregorius uero palliũ sibi largitus est & priuilegia. Sed quoniam cum honore debet crescere solicitudo: ideo pręcipit sibi ut solicitus sit circa curam subiectorum. Duo sequentia capitula plana sunt, & per te uidebis.

i ¶Cura.] Arg. ad quem pertinet honor, & onus, ut di. 56. Dominus noster. dist. 86. fratrem. dist. 13. erui. 40. distinct. ante omnia. distinct. 35. ecclesiæ. nam dicit lex, quod utilitas per dignitatem augmentatur. ff. de iudicijs. l. si longius. in fine. ff. de donationibus filius. §. primo.

Dignitas augmentat vtilitatem.

a ¶Subie-

a ¶Subiectorum.]Supra 87.dist.§.1.& c.diuinæ.
b PAllium.] ¶Vices.] Per priuilegium fecerat eum legatum suũ,sicut suus prædecessor fuerat.Vel iõ dicit,quia omnes vocantur ab eo in partem solicitudinis,non in plenitudinem potestatis,vt 2.quæstio.6.decreto.

† Adde actionē hic api.p actu in l. 1. ff. de offi.præf.vrb. Alc. in l. transactiones. C. de trãsa. in auth. hoc ius. C. de sacrosã. eccl.

nis † quoque ornamenta conueniant; oportet, vt enixius in cunctis se studijs vestra fraternitas exerceat, & circa α subiectorum a actus sit cura vigilans,vt vestrum illis exemplum instructio,& vita magistra sit.

α ¶Et circa]*Locupletatus est hic locus ex originali.*

Idem Ioanni episcopo primæ Iustinianæ Illyricæ, lib.3. epi. 15. seu.cap.59.

¶Vsus pallij conceditur,& antiqua priuilegia innouantur. C. X.

Ans.l.6.c.99. PAllium vobis ex more transmisimus, & vices b vos Apostolicæ sedis agere iterata innouatione decernimus;

*Idem episcopis Epiri,lib.5.epist.7.seu.c.*107.*indict.*14.

¶De eodem. C. XI.

Ans.l.6.c.100. SCriptorum vestrorum insinuatio,fratres charissimi, pa tefecit Andream fratrem nostrum Nicomedianæ ciuitatis episcopum, Deo propitio, solenniter ordinatum c. *& infra.* ¶ Suprascripto igitur Andreæ fratri, & coepiscopo nostro pallium nos direxisse agnoscite, atque priuilegia d atque cuncta concessisse,quæ prædecessores nostri eius prædecessoribus contulere.

DISTINCTIO CI.


N vna autem prouincia duo metropolitani esse non debent sicut: in Chalcedonensi concilio,cap.12. statutum est.

¶Duo metropolitani in vna & eadem prouincia esse non debent. C. I.


Poly.l.2. tit.24. Iuo p.5. c.146. Burc.l.1.c.35. PEruenit e ad non, quòd quidam præter ecclesiasticas ordinationes affectantes potentiam per α pragmaticum sacrum f vnam g: prouinciam in duas diuidant; ita vt ex hoc inueniantur duo metropolitani episcopi in una h eademque prouincia esse. Statuit ergo sancta synodus deinceps nihil tale attentari à quolibet episcopo;

confirmatio cum pallio,vt extra de elect.quòd sicut,ut dixi 51.dist.cap vlt.

d ¶Atque priuilegia.]Ista priuilegia fuerunt personalia,& transierunt cum persona. ff. de regulis iur.priuilegia, & ex de instit. cum venissent. Sed licet transeant cum persona, tamen debent concedi successori cum petierit: & fit iniuria ei nisi cõcedatur sibi: beneficium tamen est si ei cõceditur.ff. de aqua quoti. & æsti. l. 1. §. pen.nam si impetraui ut ducam aquam de flumine publico per prædium meum, & vendo tibi prædiũ,priuilegium non transit ad te 1. sed tamen impetrabile est à te: & iniuria fit tibi si non concedatur.Sed tamẽ multa potest iudex & deberet facere, ad q̃ compelli non potest, ff.de iudic.non quidquid. C. quomodo & quando iudex.l.1.

Priuilegia quędã licet personalia transeũt ad successores

1 Concor. tex.in§.sed quod principi. versic. planè. cum gl.in ver.p̄sonales. ĩst. de iu. natu.


N vna autē.] CASVS. Quia supra facta est mentio de metropolitanis:ideo supponit hic dis.101.in qua ostendit,ꝙ in vna prouincia duo metropolitani esse non dēnt: quod verum est, nisi multitudo populi excrescat,vt 16.q.1.præcipimus.& 99. distin. nul.i. & hoc non potest fieri nisi de speciali licentia Papæ,ut 7.q.1.mutationes.

PEruenit.] CASVS. Relatum est in concilio Calcedonensi ꝙ quidam episcopi sine auctoritate Papæ per imperialem constitutionem vnam ꝓuinciam diuidebant in duas:& ita duo metropolitani in vna & eadem prouincia inueniebantur: quare concilium statuit, ut episcopi, qui talia de

creto. Vel prius erat legatus, sed esse desijt factus archiepiscopus:argu.ff.de arbi.non distinguemus.§.1.

Archieps à suis suffraganeis consecratur.

c SCriptorum vestrorum.]¶Ordinatum.]A suis episcopis:nã hoc est regulare,ut à suis suffraganeis consecretur archiepiscopus.63.dist.quanto.& pōt perpendi ex hoc c.& ĩ.eod.quoniam & 44.dist. quia. qđ metropolitanus etiam sine licentia summi pontificis potest consecrari.& ad Papam non spectat(vt videtur) nisi datio pallij. Al.j dicunt istud obtinere,vbi metropolitanus habet primatem:vel cum hoc habet ex consuetudine.hodie tamen vult Papa,quòd petatur ab eo

cætero facere tentauerint,deponantur.

e ¶Peruenit.]Supra dist.10.c.1.

f ¶Per pragmaticum sacrum.] Id est,principis rescriptum:pragma enim causa dr̄.vnde pragmatica sanctio dr̄ causa in consistorio principis ventilata coram proceribus sacri palatij: & constitutio principis facta ex cognitione causæ dicitur pragmatica sanctio.Io.

Pragmatica sanctio.

g ¶Vnam.] Nam ex quo principes diuidit,duæ sunt prouinciæ.ff.de offi.asses.si eadem.

h ¶In vna.]Quod fieri non debet nisi excrescat multitudo populi,ut supra 99.dist.nulli.Io.

a ¶Tale

eos uero qui aliquid tale [a] attentauerint, cadere de proprio gradu.

a ¶ Pragmaticum sacrum,] *Versiones prisca, & Dionisiana habent*, per pragmaticam formam: *Græce autē est*, διὰ πραγματικῶν, *quod in eodem capite paulo post dicitur*, διὰ γραμμάτων βασιλικῶν, *id est*, per litteras Imperiales.

Hactenus de electione, & ordinatione clericorum tractauimus. Nunc ad simoniacorum ordinationes transeamus. Et vt facile liqueat, quid super hac hæresi, sanctorum patrum decreuit auctoritas, causa deducatur in medium: cuius negotium & de scienter à simoniacis ordinatis, & de ignoranter à simoniacis consecratis, & de ordinationibus, quæ per pecunias fiunt, contineat.

a ¶ Tale.] Arg. quòd licèt princeps legitimet aliquem 1. non tamen erit legitimus quo ad ecclesiam: & ita erit legitimus quo ad vnum forum, non tamen quo ad aliud. ad hoc facit 10. dist. cap. 1. & 15. q. 3. cum autem.

1 Sequūtur doc. in cap. per venerabilem ꝑ illum tex. ex. qui filij sint legi. & Cyn. in authē. ex cōplexu. C. de ince. nu. & Bart. in l. qui in prouincia. de ritu nuptia.

CAVSA

ECVNDA
ars Decre
,quæ pro-
ra & iuri
ca ferie
usas com
ectit tri-
nta sex:
termisto,
e Pœnitẽ-
a tracta-
, septem
Distinctio-
es conti-
ente.

iora



Vidam.] CASVS. Expedito tractatu de ordinationibus, promotionibus, & officijs clericorũ: accedit Gratianus ad negotia, quorum quædam sunt ciuilia, quædam criminalia, in quorum prosecutione ma-

CAVSA PRIMA.



Vidam [a] habens filium, obtulit eum ditissimo cœnobio: exactus ab Abbate, & à fratribus decem libras soluit, vt filius susciperetur; ipso tamen (beneficio ætatis) hoc ignorante. Creuit puer, & per incrementa temporum, & officiorum ad virilem ætatem & sacerdotij gradum peruenit. Exinde suffragantibus meritis in episcopum eligitur, interueniente obsequio, & paternis precibus, data quoque pecunia cuidam ex consiliarijs archiepiscopi, consecratur iste in Antistitem, nescius paterni obsequij & oblatæ pecuniæ. Procedente vero tempore nonnullos per pecuniam ordinauit; quibusdam vero gratis benedictionem sacerdotalem dedit: tandem apud metropolitanum suum accusatus, & conuictus sententiam in se damnationis accepit.

1.q. *Hic primum quæritur, an sit peccatum emere spiritualia.*

2.q. *Secundo, an pro ingressu ecclesiæ sit exigenda pecunia; vel si exacta fuerit, an sit persoluenda.*

3.q. *Tertio, an ingressum, vel præbendas ecclesiæ emere sit simoniacum.*

4.q. *Quarto, an iste sit reus criminis, quod eo ignorante pater admisit.*

5.q. *Quinto, an liceat ei esse in ecclesia, vel fungi ea ordinatione, quam paterna pecunia est assecutus.*

6.q. *Sexto, an illi qui ab eo iam simoniaco ignoranter ordinati sunt, abijciendi sint, an non.*

7.q. *Septimo, si renuncians suæ hæresi sit recipiendus in episcopali dignitate, vel non.*

QVAESTIO PRIMA.



1 p̃s *Vod autem*

iora minoribus præponit. Et quoniam omnia crimina respectu simoniæ nihil reputãtur, vt ĩ.ea.q.7. patet: iõ de ea præmittit, quærens, an sit peccatum spiritualia emere, de quo thema p̃ponit, septẽ eliciẽs questiones. a ¶Quidã.] Quia hic tractatur de simonia, uideamus quid sit simonia, & vnde dicat̃, quibus modis ɔ̃hitur, quis ad accusandum uel testificandum in tali crimine admittatur, quæ pœna imponatur, quæ dispensatio circa tales admittat̃. Simonia.n. est studiosa 1, cupiditas, uel voluntas emendi uel uendendi, aliquid spirituale vt ĩ.ea qui studet 2. nec oportet addi, uel annexum spirituali, propter illud c.inf.q.3. si quis obiecerit, videtur tamen quòd hoc addi debet.ar. extra de iur. par. de iure. licet quidam dicant iuspatronatus spirituale eẽ, & male. De fructibus vero nõ est quæstio, quia etiam dari porcis & vendi possunt, ut extra ne præla. ui. su. cap. fi. & de emp. & vend. c. constitutus. Dicitur autẽ simonia à Simone Mago, qui primo in nouo testamento huius sceleris auctor extitit: Sicut enim Giezi in ueteri testamẽto vendere sanitatẽ Naamã Syro regi, sic & iste voluit emere donũ Dei, vnde Giezíticus est dicẽdus q uendit gratiam: Simoniacus qui emit. unde simoniaci sunt appellandi emptores. Contrahitur autem trib. modis, à manu, ab obsequio, & à lingua, ut inf. ea. sunt nõ nulli. Et contrahitur q̃nque ex parte dãtis, q̃nq; ex parte accipiẽtis, q̃nq; ex utraq; q̃nque ex neutra. extra de sim. & si quæstiones. & not. inf. ea. q.5. c.1. Admittitur autẽ quilibet contra simoniacum, sicut in crimine læsæ maiestatis. 15.q.3. sane. si tamen clericus accusatur, cũ distinctione admittitur laicus, scilicet si est bonæ famæ, ɔ̃ eũ: nõ tñ ẜm distĩctionẽ. extra de si. per tuas. 2.q.1. in primis. in fi. Imponitur autem eis pœna quadruplex, q̃nque excõmunicatio, quandoq; in monasterium detrusio, ut ĩ.e. reperiuntur. q̃nq; spoliatio omnium bonorum, vt 23 q.5. de Liguribus, q̃nque depositio, ut hic, & in multis capitulis. Clerici enim deponuntur, ut infr. ea. statuimus. & sũt infames, vt inf. ea. q.3. c. si & accepta tenent restituere. extra de sim. de hoc. inf. ea. q.3 si quis dator. Dispẽsatur autem circa tales q̃nque, ut laicã habeant cõmunionẽ, ut inf. ead. q.7 cap.1. & ministrant q̃nque in minoribus ordinibus constituti, vt inf. ea. q.5. c.1. quandoq; remanent in acceptis. inf. ea. q.7. saluberrimum. Quis autem ualeat dispensare; habes inf. e. q.5. cap. fi. Ioan.

¶ Simoniæ definitio.

¶ Hoc apponitur ad excludẽdum uoluntatẽ, quæ signis exteriorib.

Vod autẽ.] Hæc quæstio diuidit̃ in 15. partes: in quarum prima probatur 16. aucto. q̃ p̃ ministerijs ecclesiasticis nihil debet dari. Ioa. de Fan. Secũda ibi, [Quia ergo.] Tertia ibi, [Sed obijcit̃.] Quarta ibi, [Itẽ opponitur.] Quinta ibi, [Sed obijcitur.] Sexta ibi, [Sed notandum.] Septima ibi, [Patet ergo.] Octaua ibi, [Ex his.] Nona ibi [Sed notandum.] Decima ibi, [Nemo.] Vndecima ibi, [Hoc ergo.] Duodecima ibi, [Ex his] Tertiadecima ibi, [Sicut ergo.] Quartadecima ibi, [Quia ergo.] Quintadecima ibi, [Quolibet.] Io de Fã. CASVS. Hic ponitur prima quæstio, in qua quæritur an emere spiritualia sit peccatum. & probatur quod sic, per sequentia cap.

1 non declaratur, quæ ab ecclesia non punit̃, quia eius p̃batio nõ habet. 22. q.5. c. vlt.

2 Adde q vbicumq; in spiritualibus quis inuitat̃ ad lucram est simonia. notat Bart. in l. Titio centum. ff. de cõdi. & demonst. Simonia dr̃ à Simone Mago.

ſpirituaila [a] *emere peccatum ſit, probatur multorum aucto ritate.*

Ait enim Leo Papa.

¶Simoniaci gratiam non præſtant, quam uendere quærunt. C. I.

Dusdedit in tract. de Simonia.

GRatia [α] [b] ſi non gratis [c] datur, uel accipitur [d] gratia [e] non eſt. Simoniaci autem non gratis accipiunt: igitur gratiã, quę maxime in eccleſiaſticis ordinibus operatur, non accipiunt. Si autem non accipiunt, non habent; ſi autem non habent, nec gratis, nec non gratis cuiquam darę poſſunt [f]. Quid ergo dant? profecto, quod habent: quid autem habent? ſpiritum [g] utique mendacij. Quomodo hoc probamus? quia ſi ſpiritus ueritatis (teſtante [h] ipſa ueritate, de qua procedit) gratis accipitur, proculdubio ſpiritus mendacij eſſe conuincitur, qui non gratis accipitur. *Matth.* 10.

α ¶Gratia.] *Simillima primis verbis huius capitis habentur in epiſtola Leonis primi Niceta Aquilegienſi epiſcopo ſcripta, quæ eſt* 84. *Loquens enim de gratia ait*, quæ niſi gratis detur, non eſt gratia ſed merces *Reliqua apud ipſum non ſunt inuenta.*

Item Gregorius Syagrio epiſcopo Auguſtodunenſi, lib. 7. *epiſt.* 110.

¶Inaniter ſacerdos dicitur, quicumque ſimoniace ordinatur. C. II.

Poly l.2.tit.1. Ans.l.6.c.79.

QVicumque ſtudet [i] pretij datione ſacrum ordinem mercari, dum non officium, ſed nomen attendit, ſa-

Spiritualia trib. modis dicuntur.

a ¶Spiritualia.] Spiritualia autem dicuntur trib. modis. Vno modo dicuntur gratiæ virtutum, & dona Dei hæc non poſſunt emi vel vendi quantum in eis eſt, nõ enim conferuntur niſi gratis. j.e.q. 3. Saluator. & hic c.1. Quandoq; dicitur dignitas ordinis, & omne ſacramẽtum eccleſiaſticũ præter * matrimonium. Item & omnia iura eccleſiaſtica ſpiritualium rerum, ut adminiſtrationes, p̃bendæ, ius decimarũ, cœmiteria, ordo: hæc vẽdita trãsferuntur quo ad hoc characterem tñ, nõ quo ad uitæ meritũ. de facto enim non de iure ꝓcedit in talibus uenditio. Quandoque ipſæ res ſacræ ut uaſa, & omnia utenſilia: hæc bene uenduntur clericis uel laicis conflata & confracta, ut 10 q 2. hoc ius In sũma ergo ſcias, ꝙ pro ſpiritualib. in corporalibus, vt ſunt beneficia & ordines, quandoque munus datur ꝓ digno, nec eſt peccatum ſi eſt munus à lingua. j ea. filiũ ſed & obſequium temporale, dum tamen ſine pactione. extra de clericis nõ reſi. de cætero. De ſpirituali obſequio quin quandoq; dari poſſit, non eſt q̃ſtio, etiam ex conuentione. extra de præb. ſignificatum, immo ſemper præmiũ aliquod debet interuenire ſpeciale, ſcilicet meritũ hominis. talis enim ſimonia ſpiritualis nõ reprobatur, ſicut nec ſpiritualis vſura. arg. 24 q.1 aduocauit. Pecunia autem pro ſpiritualibus incorporalibus nunquam interuenire debet niſi in quinq; caſibus. In matrimonio. inf. e.q. d q d. 32. q.2. honoratur. In operis etiã quas clericus nõ debet, vt ſi ſacerdos locat operas ſuas per annũ. arg. extra ne præla. uices ſuas c. vlt. 12. q. 2. charitatẽ. Idem eſt & ſi ſint debitæ, dum tñ ius dicat aliquid dandum, ar. 20. q. 3. relatum. extra de ſimo. cũ ſit. Item pro ſalute æterna. & peccatorũ remiſſione. de pæn. diſ. 1. medicina. 13. qõ. 2. animæ. Item ſecundum quoſdã pro iure ſibi competẽte, ne uexetur in eo. inf. ea. q. 3. quæſitum. extra de vſur. cap. 1. & extra de ſim. dilectus Spirituale autem pro ſpirituali permutari poteſt. extra de rerum permu. ad quæſtiones. Pro ſpiritualibus autem corporalibus pecuniam dare non eſt ſimonia, ut pro calice, pro libro. 12. q. 2. aurum. niſi inueniatur prohibitum, vt in eccleſia, in cœmeterio & chriſmate, ut inf. e. placuit.

* *Vide ſupra di. 23. c. his igitur in ver. pro beneficiis. & Turrecre. infra ſuper c. 1. ad 3.*

Res ſacræ qñque poſſunt uẽdi.

Dari aliqd pro rebus ſpiritualib. incorporalibus an liceat.

Pecunia ꝓ ſpiritualib. interuenire non debet. niſi quinq; caſibus.

GRatia.] CASVS. Dicitur in hoc ca. ꝙ nõ eſt gratia quæ nõ eſt gratuita. Simoniaci igitur qui dãt pretium, gratiam non accipiunt, quia gratia in rebus eccleſiaſticis operatur, quam ſi non accipiunt, non hẽnt: ſi tamen non habent, alijs eam dare nõ poſſunt. Quid ergo dant ſimoniac.? vtique ſpiritum mendacij, quem ſolum habent.

¶Hug. vero ſic ponit caſum. Dicit enim ꝙ Leo hic intendit dicere, ꝙ ſimoniaci, q pretio ordinãtur, gratiã cum ordine non recipiunt, & ideo cum alios ordinant gratiam quam non habent, cum ordinibus non conferunt, ſed ſicut cum peccato ordinati ſunt, ita cum peccato alios ordinant. Quod autem gratia non detur cũ ordo pretio tribuitur, præmittitur in prin. cap.

b ¶Gratia.] Id eſt donum ſpiritus ſancti, vel eccleſiaſtica dignitas, uel ordo.

c ¶Si non gratis.] Sine munere aliquo non debito.

d ¶Accipitur.] Arg. contra 23. q. 4. ille gladium. quia ille dicitur gladium accipere, qui illicite accipit.

e ¶Gratia.] Id eſt, cum gratia, id eſt, cum charitate, id eſt, non confertur gratia niſi gratis, &c.

f ¶Poſſunt.] Arg. nunquam non poſſe dare quod nõ habet. 1. q. 7 Daibertum. ff de reg. iur. nemo. de cõſec. diſt. 4 quomodo. j. ea q. qui perfectionem. de cõſe diſ. 4 ſolet. Contra, creditor diſtrahit pignus, cuius dominium non habet. Vnde arg. contra. ff de acquir re. do. non eſt nouum & extra de elect. ſuffraganeis. Ioã. Sol. generale eſt ꝓ nemo de iure dare poteſt quod non habet. fallit in certis caſibus B.

g ¶Spiritum mendacij.] Id eſt, effectũ diaboli, q pater eſt mendacij: quia iſti ſunt mẽdaces, cum ſint hęretici, & omnis hæreticus mendax eſt. inf ea. ſi quis inqt. uel dic ſpiritum, id eſt, characterem ſine executione.

h ¶Teſtante.] Dũ ait, Gratis accępiſtis gratis date, &c. arg. à contrarijs: contraria enim contrarijs opponuntur, ſ. diſt. 9. ca. 1. & 25. q. 2. deceſſorum, & 24. q. 2. ſane. 32. diſt. hoſpitiolum. 5. q. 6. delatori. & de pęn. di. 2. cap. 1. & uide quod no. 8. q. 1. ſciendum. iuxta finem.

Nemo dat quod non habet.

Diabolus eſt pater mendacij.

Contraria contrarijs opponũtur

QVicumque.] CASVS. Dicitur in hoc cap. ꝙ quicũque per pecuniam eſt ad ſacerdotium promotus in ueritate non eſt ſacerdos, ſed tantum nomen ſacerdotis habet inane.

i ¶Studet.] Hic ergo ſola volũtas facit hominẽ ſimoniacũ, vt j. ea. reperiuntur. & q. 3. non ſolum. ſicut ſpes ſola facit hominem uſurarium. ut 14. q. 3. cap. 1. Item

Volũtas ſola facit ſimoniacũ.

hic

...Sub.& pu- ...ú.& hoc, p ...bāt cōcor. ...nfra proxi. ...ro 3tijs in ...ucūtur. De ...oc nota.6. ... 1. si quis ...um. Arch.

hic uoluntas sine effectu imputatur 1. & dixit Bar. ꝙ huiusmodi peccatum si non processerit ad actum, sola uoluntate deletur, sicut & sola uoluntate commissum est. arg. extra de regulis iuris, omnis. Vel intellige hoc uerbum, studet, cum effectu. ₮.36.q.2. si quis non dicā. contra

b ¶Sacerdotij.] Hoc uerum est, si in modum accusationis est conuictus: sed si in modum exceptionis, secus, ut extra de accusa. super his 2. Item si in modum inquisitionis conuincitur, tunc priuatur beneficio, & non ordine. extra de sim. dilectus 2. Dic ut in decre. inquisitionis. quandoq; etiam non priuatur omnibus beneficijs in eo casu. ut extra de elec. per inquisitionē. Item regulariter hæc uera sunt ꝙ perdit ꝓpria beneficia, si eo sciente fuerit data pecunia. aliàs sine culpa sua priuaretur, eo ꝙ esset legitimè adept⁹, ut 16.q.7. inuentum. Item nec ipsum beneficium nec ordinem perdet, si in fraudem ipsius fuerit data pecunia, ut extra de simo. sicut. & ca. nobis. infra, q.6. §. ult.

Simoniac⁹ duob. modis pōt conuinci.

2 Ad idē ff. de his, qui no. infa. Lucius .. & est rō ex̄ de except. ca. 1. §. ult. & de cæ. cog. cū dilectus. in fi.

cerdos non esse, sed dici tantummodo inaniter concupiscit [a].

¶Caput hoc ex originali est emendatum, & locupletatum.

Item ex regesto.

¶Spolietur honore, qui ecclesiam per pecuniam obtinet. C. III.

₮. ead. q. 3. c. altare.

PResbyter si per pecuniam ecclesiam obtinuerit, non solum ecclesia priuetur, sed etiam sacerdotij [b] honore spolietur: quia altare, & decimas, & spiritum sanctum [c] emere, uel uendere, simoniacam hæresim [d] esse nullus fidelium ignorat.

¶Non est inuentum in regesto B. Gregorij, unde uidetur citari. Similia habentur apud Gregorium vij lib. 6. reg. in indice concilij eo anno habiti, & in concilio Turonensi sub Carolo magno, c. 15. in Remensi. c. 21. Moguntino sub Rabano, c. 12. & altero Moguntino sub Arnulpho. c. 5. & infra ead. q. 3. c. altare, quod ibi citatur ex Paschali.

Item Gregorius primus dicta epist. 110. lib. 7.

¶De eodem. C. IIII.

₮. c. cū liqueat. Poly ibid. Ans. l. 6. c. 80. Burc. l. 1. c. 21. Iuo p. 5. c. 75. & 112.

BEnedictio illi in maledictionem conuertitur, qui ad hoc [e], ut fiat hæreticus, promouetur.

¶In aliquot vetustis exemplaribus caput hoc coniunctum est superiori, & præter epist. 110. indicatam, eadem sententia habetur lib. 4. epist. 55. & lib. . epist. 107. episcopis Epyri.

Idem in eodem.

¶Partem habebit cum Simone, qui contra simoniacos vehementer non exarserit. C. V.

Cōc. Meld. c. 42. Deusdedit p. 2. Poly. l. 2. tit. 1. Iuo p. 2. c. 84. & p. 5 c. 75. Ans. l. 6. c. 77.

QVisquis per pecuniam ordinatur, ad hoc ut fiat hæreticus promouetur. Quisquis ergo contra simoniacā, & neophytorum [f] hæresim pro officij sui loco uehementer non exarserit [g], cum eo se non dubitet habiturū portionem; qui prius commisit hoc piaculare [h] flagitium.

¶Verba prorsus ipsa huius capitis non sunt inuenta in epistolis B. Gregorij. Verum Paschalis Papa 11. (ut est apud Iuonem, ac Polycarpum) citat hæc ex B. Gregorio: ac simillima prioris partis huius capitis sunt lib 4 epist. 55. & 56. posterioris vero partis. lib 10. epist. 33. Victori epo: Et Ioannes diaconus lib. 3. c. 4. scribit generalem sniam à B. Gregorio contra simoniæ, & neophytorum hæresim prolatam in epist. Victori scripta contineri. Capitulum 42. concilij Mel-

c ¶Et spiritum sanctū.] Id est, ordinem, & alia officia, quæ dona sunt spūs sancti.

d ¶Simoniacam hæresim.] Ar. infra ead. q. 3. altare, infra ea. q. 1. quicunque sacros, infra ead. q. 5. c. 1.

BEnedictio illi.]

e ¶Ad hoc.] Id est, qui sic honorem accepit, hæresim incurrit. Est enim, ut, cōsecutiuum 3 non causatiū, ut dist. 74. consuluit. & 3. q. 7. §. item & 6. q. 1. ex merito. Et est simile, Lex subintrauit, ut abundaret delictum. simile C. de obseq. patro. præstan. si manumissori. & ff. ad leg. Aquil. l. si ex plagis. § 1. sic. & C. de iudi. properandum. in prin.

3 Concor. tex. in l. Mæuia. cū ... ff. de leg. 3. & l. cū delationis § itē si fundo. ff. de fundo instruct. & in l. Lucius, §. de collegio. ff. de leg. 3.

QVisquis per pecuniam.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ si quis per pecuniam ordinatur, ipsum esse hæreticum est manifestum. & qui contra talem uehementer non inuehit, uelut particeps crīis, deponatur.

f ¶Neophytorum.] Quia à neophyto, s. à Simone ortum habuerit: qui de nouo ad fidem conuersus fuit: uel quia neophyti solebant dare pecuniam, ut cito promouerentur: quia aliàs non poterant, ut 48 dist. c. 1.

₰. arg. s̄. dist. 51. si quis post. cōtra. s̄. dist. 19. Anastasius. s̄. dist. 50. is uero, qui contra. 6 q. 1. §. uerū 50. dist. si qs post. Ioan. Sol. hodie sola pœnitentia sine resignatione quæsitorum sufficit, cum simonia in animo gerebatur vtrinque, ut extra de simo. cap. fi. B.

Simonia deleāt

a ¶Concupiscit.] Id est, ex sua concupiscentia, sequitur, ut inaniter dicatur sacerdos.

PResbyter.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ si quis emit ecclesiam per pecuniam, & eam perdet; & præterea deponi debet: quia emere decimas uel altaria est simonia. Seq. c. patet.

g ¶Exarserit.] Vt infra c. quicunq; & c. placuit. hoc uerum est si potest probare illud, aliàs non noceret ei taciturnitas, ut 2. q. 7. plerique. sed si non potest probare faciat, quod dicit Aug 22. q. hoc videtur. Item & si probare potest, & si timeatur scandalum: tunc faciat id quod legitur 24. q 3 tam sacerdotes 2. q. 3. fortè.

Taciturnitas in puniēdo simonia cum nocet.

h ¶Piaculare.] Ideo dicitur piaculare, quia secundū leges

Piaculare flagitium.

leges comparatur ei quod morte expiatur. 15. q. 3. sane. 5. q. 6. delatori, &c.

gitur: hoc tamen est speciale in notorio crimine fornicationis, & simoniæ, ꝙ suspensi sunt, ut dist. 32. §. uerũ. sed arg. tamen est, quòd simoniacus non sit ipso iure suspensus. extra ead. ex tuæ. Dicas ergo, quòd omnis peccator occultus est quo ad seipsum, ut infra ead. sacer.

densis ab Iuone, p 5 c. 75. citatum partim conuenit cum ipsa epistola Victori scripta, & partim cum iis, quæ Iuo, & Polycarpus citãt ex Paschali, & cum his, quæ hoc loco refert Gratianus. De qua hæresi è Gallia eijcienda Gregorius lib. 4 epist. 51. scribit Virgilio Arelatensi, & lib. 7. epist. 110. Syagrio, & alijs episcopis Galliæ.

Item Gelasius Papa ad episcopos per Lucaniam constitutos, epist. 1. c. 26.

¶Simonis damnatio, dantem & accipientem pariter inuoluit. C. VI.

QVos [a] constiterit indignos meritis sacram mercatos esse pretio dignitatem; conuictos oportet arceri, nõ sine periculo facinus tale perpetrantes; quia dantem pariter, & accipientem damnatio Simonis, quam sacra lectio [b] testatur, inuoluit.

Poly l. 7. tit 6. Deusdedit p. 2. Burc. l. 1. c. 22. Iuo p. 5. c. 76. Act. 8.

Item Ambrosius [α] in libro pastorali.

α ¶Ambrosius.] Caput hoc in libro pastorali B. Ambrosij vnde citatur non est inuentum. Habetur tamen in concilio Toletano 8. c. 3. quem canonem integrum Anselmus lib. 6. c. 85. partem vero ipsius Iuo p. 5. c 83. ex dicto concilio citant.

¶Anathematis sententia damnatur, qui simoniacè ordinatur. C. VII.

REperiuntur quamplurimi negocio † muneris peritu ri, mercari velle [c] gratiam spiritus sancti: dum uile pretium donant, ut pontificalis ordinis sublime culmen accipiant; obliti verborum Petri, qui dixit ad Simonem: [Pecunia tua tecum sit in perditionem: quoniam donum Dei existimasti per pecuniam possideri.] Proinde, quia & usitatum [d] est tantum malum, & maiorum frequenter cõstat mucrone succisum [e]; nos quoque huic vulneri canceroso ignitum (quod superest adhuc) inijcimus [f] ferrum; decernentes omnino, vt quicunque deinceps propter accipiendum sacerdotij † dignitatem quodlibet præmium fuerit detectus obtulisse; ex eodem tempore se nouerit anathematis [g] opprobrio condemnatum [h], atque à participatione Christi corporis, & sanguinis alienũ: ex quo [i] illum constat execrabile Christo perpetrasse flagitium.

Ans. l. 6. c. 85. † al. negociatione. Act. 8. † al. diuini doni. Iuo p. 5. c. 83.

QVos cõstiterit.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ conuicti de simonia deponi dẽnt, nõ sine pœna simoniam committẽtes, tã dantes, q̃ accipientes cum sint simoniaci, ut lectio actuum Apostolorum testatur.

a ¶Quos.] Hic uocat arg. à cõtrario sensu, inf. e. q. 3. Saluator. versi. quisquis. ibi, pp sua lucra. arg. infra e. si qs episcopus. arg. supra dist. 61. miramur.

Sacra lectio.

b ¶Sacra lectio.] Actuum Apostolorum, cum dixit: pecunia tua tecum sit in perditionẽ. infra c. proxi. &c. qui studet. &c. Petrus. Io.

REperiuntur quãplurimi.] CASVS. Quidam obliti uerborum Petri dicentis ad Simonem, Pecunia tua tecum, &c. episcopatus per pecuniam acquisierunt, & licet de hoc iam pœna fuerit statuta, Ambrosius tamen huic uulneri canceroso ferrũ ignitum apponit, statuẽs ut quicunque detectus fuerit simoniam commisisse, à communione altaris sit ipso iure suspensus: & si p accusationem fuerit depositus, in monasterium detrudatur. Venditor uero puniatur, ut emptor. Si uero laicus sit, qui simoniam committit, excommunicari debet.

c ¶Velle.] Ita sola voluntate est simoniacus 1. hoc intelligo de uolũtate ad actum aliquem exteriorem pducta: aliàs non est suspensus ab ingressu ecclesiæ. & sic etiam exaudi infra ead. qui studet. & supra ead. quicunque. 24. distin. quando episcopus. extra de simonia. tanta.

1 De hoc ẽt s. ea. quicũque. & dicã infra c eos. ibi uideas. Arch.

Simoniacus an qs fiat sola uolũtate.

d ¶Quia & usitatum.] Arg. quòd mos 2. non excusat à crimine. j. ead. q. 3. c. fin. arg. contra 63. dist. Agathosa. &c. quia, supra di. 4. denique, infra 32. q. 4. obijcitur.

2 Mos. Sed an à pœna gl. Ant. Bu. c. vlt. de cõsue. Lu. Ro. ĩ sing. ch. 1.

e ¶Succisum.] Per canones.

f ¶Inicijmus.] h. d. quia adijcit pœnam. Vel dic inijcimus, id est, iniectum esse ostendimus, &c.

g ¶Anathematis.] Arg. ꝙ ipso iure fit anathematizatus clericus simoniacus, ut inf. ea. q. quicunq; & c. placuit. Vel dicit anathema separationẽ a corpore, & sanguine Christi: unde subdit atque, pro, id est, &c. nã postea excommunicandus est infra ea. q. qui studet. & q. 3. ex multis. quod est pro quolibet mortali peccato. sed ad detestationẽ ipsius 3. dicitur, quod gñaliter intelligitur sacerdotes. sed simoniacus suspensus est quo ad se, & quo ad alios, ut extra de simo. tanta. & hoc uerum est de illo, qui emit ordinem. talis enim pœnitere non potest, cum rem furtiuam habeat, ut 14. quæst. 6. si res.

3 Scilicet crimine simoniæ, & sic anathema sumitur hic propriè.

Simoniacus an sit ipso iure excommunicatus.

h ¶Condemnatum.] A statutis patrum ipso iure ex genere delicti. 3. q. 7. §. porro.

i ¶Ex quo.] Quasi ex eo tempore sit excõicatus, uel sciat se condemnatum, ex quo tempore constat uobis, &c. quasi dicat ex eo tempore fit excõmunicatus, uel sciat se cõdemnatum, ex quo tempore perpetrauit crimen, & est si. in crimi. læsæ maiest. argumen. C ad leg. Iuliam maiest. quisquis. uer. donationes, &c. Et ita illud uerbũ, ex quo, determinat uerbũ, perpetrasse, & secundum hunc intellectum etiam occultus simoniacus suspensus.

Peccator q̃libet occultus est suspensus.

ſuſpenſus eſt. Vel determinat hoc verbum, conſtat: & tunc eſt, ſenſus. ex quo conſtat eum ſimoniacum, tunc demum erit ſuſpenſus. hoc vltimum dicebat Marti. Hiſpanus.
a ¶Extiterit.] Hoc verum eſt, ſi poteſt probare illud: aliàs

f ¶Defenſorem.] Ideſt, aduocatum, vel iudicem, vel caſtaldum. Hoc collige, quod caſtaldiam emere eſt peccatū. nā diſpenſationē religioſæ domus emere eſt peccatum.
g ¶Vel quemquam.] Ideſt, archipresbyterū, archidiaconum, monachum, vel quemlibet officio eccleſiaſtico mācipatum, vt dicitur inf. ea. q. 3. Saluator. hoc exaudi per id quod legitur. 28. quæ. 2. quidam in Auth. de ſanc. epiſc. §. ſed neque coll. 9.

Caſtaldiam emere peccatum eſt.

Quòd ſi aliquis extiterit [a], qui accuſet; ille, qui hūc ordinem munerum fuerat datione lucratus, & ſuſcepto honoris gradu priuetur, & in monaſterio ſub perenni pœnitentia retrudatur †, Illi verò, qui hac cauſa munerum acceptores extiterint; ſi clerici fuerint, honoris amiſſione mulctentur: ſi verò laici, anathemate perpetuo condemnentur.

† al. religetur.

h ¶A dignitate.] Id eſt, a prælatura.
¶Vel ſolicitudine.] Ideſt adminiſtratione.
K ¶Mediator.] Item nota infamiæ iſti percelluntur, vt inf. q. 3. c. vlt. hi omnes ſimoniaci ſunt, nec recipiuntur ad teſtimonium, vt extra de teſt. veniens. Huiuſmodi autem mediator, dum tamen non participauerit, recipitur teſtis in crimine ſimoniæ, extra de ſimo. §. quamuis. quod tñ ſubtudi cum vita accuſati ante talis extiterit ar. 2. q. 1. in primis. in fi. In alijs autem contractibus non recipitē interuētor in teſtimonium, niſi de volūtate partiū.: in auth. de teſt. §. quoniam verò. col. 7. No ergo, quod in criminib. non exceptis. ſ. adulterii, & homicidij & huiuſmodi, quicūq; admittitē ad accuſandū, & ad teſtificandū, vt 4. q. 3. c. 1. arg. a contrario ſenſu. nam tantū integræ famæ admittuntur in illis. niſi propriam iniuriam proſequantur. 4. q. 6. omnibus in quo caſu non admitterentur ad teſtimonium, vt extra de teſti. de cætero, & ſecundum Hug eadem ſeruatur regula in exceptis: quia nec ad accuſandum, nec ad teſtificandum admittuntur teſtes, niſi ſint integræ famæ. niſi accuſatus antea malæ extiterit opinionis. arg. 2. q. 1. in primis. Sed lex canonica ſecus in exceptis dicit, nam admittit infamē ad incuſationem, contra quemlibet clericū, qui prauæ opinionis eſt: ut extra de ſimon. c. tanta. ſed non ad teſtificandum, niſi aliqua præeunte præſumptione. arg extra de ſimo. licet. verſi. præſertim cum alia, &c. nam teſtes in his criminibus torquendi ſunt. 4 q. 3. §. item in criminali. verſic. item ſi res exegerit. 5. q. 5. illi qui, in auth. de teſti. §. ſi verò ignoti coll. 7. ſed tormenta ſine præſumptione non ſunt infligenda extra de regu. iur. cum in contemplatione. ff. de quæſt. l. 1. C. eo. tit. milites. §. oportet. Notatamen, quod non niſi præeunte præſumptione admittitur criminoſus teſtis in exceptis: non tñ quilibet: quia non inimicus, nō cōſpirator. ext. de ſimo. licet. in fi. licet ibi ageretur nō criminaliter, ſed denunciatiue. ibi ēt exaudi tales nō fuiſſe admiſſos de rigore iuris, ſed ſecundum tolerantiam æquitatis. præterea ibi accuſatus excipiebat de minoribus criminibus cōtra eos, quam de quo ipſi teſtificabanē, maxime cū de crimine iam eſſent emendati. ext. de ſim. per tuas & de hoc dixi 2. q. 1. in primis, in fi. 15. q 3. ſane. Ioan.
ADDITIO. Et 79. diſt. ſi quis Papa ibi videas. Arch.

Teſtes in criminib. exceptis qui dēnt admitti.

Tormenta nō ſunt ſine præſumptione infligēda

Item ex concilio Chalcedonenſi, c. 2.

Poly. l. 2. tit. 17.
Anſ. l. 6. c. 38.
Burc. l. 1. c. 112.
Iuo p. 5. c. 118.
Pann. l. 3. c. 118.

¶Damnatur epiſcopus, qui per pecuniam ordinationem facit. Cap. VIII.

SI quis epiſcopus per pecuniam ordinationem fecerit & ſub pretio redegerit [d] gratiam, quæ vendi non poteſt, ordinaueritque per pecuniem epiſcopum, coriepiſcopum, presbyterum, aut diaconum, vel quemlibet de his, qui connumerantur in clero, aut promouerit per pecunias diſpenſatorem [e], aut defenſorem [f], vel manſionarium; vel quemquam [g] omnino, qui ſubiectus eſt regulæ pro ſuo turpiſſimi † lucri commodo; is, qui hoc attētaſſe probatus fuerit, proprij gradus periculo ſubiacebit; & qui ordinatus eſt, nihil ex hac ordinatione, vel promotione, quæ eſt per negotiationem facta, proficiat; ſed ſit alienus a dignitate [h], vel ſolicitudiue [i], quam pecunijs acquiſiuit. Si quis verò mediator [k] tam turpibus, & nefandis datis vel acceptis extiterit, & ipſe, ſiquidem clericus fuerit, proprio gradu decidat, ſi verò laicus, aut monachus anathematizetur.

† al. turpiſſimo.

Item ex octaua a ſynodo.

a Adde an & quando taciturnitas noceat, no. in l. ſilius. ff. de procur. gl. in quando §. 1. in l. peruenit. ff. loc.
Excōicatus perpetuo triliciter exponitur.

aliàs non nocet ei taciturnitas, vt 2. q. 7. pleri que 1. Sed ſi non poteſt probare, faciat, quod dicit Auguſtinus. 12. q. 5. hoc videtur. Item & ſic probare poteſt, & timeat ſcādalum, faciat id quod legitur 24. q. 3. tam ſacerdotes. & 24. q. 1. forte. Ioan.
b ¶Perpetuo.] ſ. quouſque emendet. ſi. extra de conſtit. ex literis. 27. q. 1. de viduis arg. 2. q. 5. quanto. Vel perpetuo. ideſt, perpetua ſeparatione a corpore Chriſti, id eſt, vſque ad finem vitæ, etiam ſi ante pœniteat, & hoc eſt in criminis deteſtationem. argu. ff. pro ſocio. l. 1. Vel perpetuo, ideſt, continuo. argum. ff. de ſerui. vrb. præd. foramen.

SI quis epiſcopus.] CASVS. Dicitur hic, ſi quis epiſcopus in eccleſia per pecuniam aliquem in clericum cuiuſcunque ordinis ordinauerit: aut diſpenſatorem, aut defenſorem per pecuniam fecerit, ordinator conuictus deponatur: & ordinatus ſimiliter locū ſuum perdat. Mediator verò ſi clericus eſt, deponatē: ſi laicus eſt, excommunicetur Sequentia duo c. plana ſunt.
c ¶Si quis epiſcopus.] Hucuſque introduxit capitula de ſimonia, quæ fit ab accipiente. Nunc introducit vſq; ad §. quia ergo, capitula tam de accipiente, quàm de dante ordinem, vel aliud ſpirituale per pecuniam.
d ¶Redegerit] Quantum in eo eſt ar. 49. di. cap. vlt. ff. de recep. arbitr. l. Celſus. de conſecra. diſt. 4. c. quæris.
e ¶Diſpenſatorem] ideſt, œconomum, vel quemlibet eccleſiaſticarum rerum adminiſtratorem, vt præpoſitū œconomum, & vicedominum. ſu ead. quos conſtiterit. infra. ead q. 3. Saluator Hug.

a QVi per pecuniam.] ¶A sacerdotio.] Cuius nomine quilibet ordo ecclesiasticus intelligitur, præsertim sacer, vt su. dist. 81. si quispiam. 23. q. 4 Guilisarius. §. 2. Vel expone a sacerdotio, idest, ab administratione temporalium.

cesserit in actum. Argum. 24. q. 3. Deus. & dist. 32. erubescant, & intellige a communione, scilicet fidelium, ab alia ipso iure separatus est etiam occultus, quod tenendum est; extra de simo. cap. tanta. Ioannes. quod fortè hodie correctum est, extra de temp. or. c. fin.

f ¶Ca-

Sacerdotiū quelibet ordinem ecclesiasticum cōprehendit.

¶A sacerdotio est alienus, qui per pecunias ordinat, vel ordinatur. Cap. IX.

QVi per pecunias quemquam consecrauerit, vel ab alio consecratus est; alienus a sacerdotio [a] fiat.

Nouella 6. cap. 1. & nou. 123. ca. 3. apud Iulianum antecessorum. Ans. l. 87. c. 7. Iuo p. 5. c. 121.

a ¶Octaua.] *In aliquot vetustis exemplaribus caput hoc citatur ex septima synodo, in qua, capitulo quinto refertur canon trigesimus Apostolorum ad hāc rem faciens. In epistola autem Tarasii ad Hadrianum Papam, (quæ in exemplaribus bibliotheca Vaticanæ, & aliis, est in fine ipsius septimæ synodi) refertur canon vigesimus secundus synodi, quæ in Trullo, his verbis:* Eos, qui per pecunias ordinati sunt, siue episcopi, siue quicumque clerici, & non secundum probationem, & vitę optionē, deponi præcipimus, sed & illos, qui hos ordinasse noscūtur. *Extat etiam hac de re epistola Basilii ad episcopos sibi subiectos.*

Item Calixtus Papa.

¶Nec ordinari, nec promoueri in ecclesia Dei per pecuniam aliquis valet. Cap. X.

SAnctorum Patrum exempla sequētes, & officii nostri debito innouātes, ordinari quemquam per pecuniam in ecclesia Dei, vel promoueri, auctoritate sedis Apostolicę modis omnib. prohibemus. Si quis verò in ecclesia ordinationem, vel promotionem taliter acquisierit, acquisita prorsus careat dignitate.

¶*Est Calixti secundi, qui paulo ante Gratianum vixit, & aliquot conciliis à se habitis contra Simoniam, & inuestituras ecclesiarum, quas Germanici Imperatores vsurpauerant, multa decreuit: de quibus Abbas Vuspergensis ab anno Dominy 118. in quo electus est Pontifex, vsque ad annum 1124. accuratè scribit.*

Item Gregorius Nazianzenus.

¶De eodem. Cap. XI.

QVi studet [b] donum Dei pretio mercari; in sacro ordine [c] nulla ratione de cętero permanere [d], aut reuocari posse dubium non est. Talis à communione [e] oībus modis abscindatur. Nam spiritus sancti donum pretio comparari, quid aliud est, quam capitale [f] crimē, & simoniaca hæresis.† ? quod quàm detestabiliter in vtroque testamento vindicatum sit; multorum exemplis facile appa ret: Giezi † gratiā sanitatis Naaman Syro vendidit, eamdem gratiam sanitatis [g], Helisæo vindicante, leprosus

Deusdedit p. 2. & 4.

4. Reg. 5.

† Concord. text. iuncta sua gl. in l. si quenquā. C. de epi. & cl.
† Idest, Giezi peccauit, qa tunc cōstitutione, vel cōsuetudine prohibitū fuit aliquid accipere in casu in quo ipse accepit: alioquin nō peccasset, ar. 32. q. 4 dixit. B. Medicus ꝓ sanitate conferenda pōt pecuniā recipere.

QVi studet.] Dr in hoc capitulo quod quis spiritualia emit, deponi debet, nec poterit de iure communi amplius reuocari. Quòd autē detestabile sit crimē simoniæ, quatuor exemplis probatur; Primo exemplo Giezi, qui ꝑ simoniā, quam commisit, factus fuit leprosus. Secūdo, exēplo Iudę, qui vēdidit redēptorem omniū, ꝑ qđ laqueo se suspendit. Tertio exēplo Simonis magi, qui ꝓpter simoniam, quam cōmittere voluit, fuit a Petro dānatus. Quarto exemplo Christi, q oib. peccatoribus in templo dimissis, solos simoniacos in dtestationē criminis exclusit. In fi. dicit, ꝙ q simoniaci sunt, spiritus sancti grām habere nō possunt. CASVS. Dicit, ꝙ simoniacus nō posset in ordine remanere, sed talis a communione remouēdus ē & quā graue sit peccatū, ꝓbat exemplo Giezi, Iudæ Simonis, & Dñi, q vendētes eiecit de templo.
b ¶Studet. ¶Cū effectu. verba em̄ sunt recipienda cū effectu. ff. quod quisque iur. l. 1. extra de clericis nō residē. relatū, vel sufficit, quod det operam.
c ¶Ordine.] Bene dicit, ordine, qa si qs emit ordinē, nō pot dispēsari circa, ipsū, vt inf. ea. erga. & ex. de simo. nobis. in fi. nisi à patre suo, & eo ignorāte eēt emptus ordo, tunc dispēsari posset. 1. q. 5. vlt. Sed secus est in beneficiorum emptione. cum enim renunciat quis beneficio empto, potest in illo, vel in alio tolerari, vt inf. ea. q. 5. c. 1. & in decretali de simo. ex insinuatione. Illa tamen decreta loquitur cum a patre ipso ignorante est commissa simonia.
d ¶Permanere.] Infra ead. si quis. nisi ex dispensatione infra ead. q. 3. præsentium.
e ¶A communione.] Nunquid pro sola voluntate est excōmunicandus quis, cum sit simoniacus? Certè non; quia ex voluntate non scandalizatur ecclesia, nisi pro-

f ¶Capitale.] Idest, mortale, vel dignum depositione.
g ¶Sanitatis.] Nunquid ergo licitum est medico recipere pecuniam pro conferenda sanitate? Sic: quia illud potius dicitur honor, quam pretium, vt 14 q. 5. non sanè vnde non recipit pecuniam pro danda sanitate, cum illud sit gratia; sed pro labore suo. & sic magister non recipit pecuniam pro scientia quam dat, sed pro labore, vel honore, sicut propheta recipit, vt infra ea. q. iudices, sic Deus recipit decimas pro honore, non pro pretio, vt 16. q. 1. decimæ.

a ¶Iu-

Simonia quatuor exēplis est detestabilis.

Simonia cōmittit & circa ordinē, & circa beneficium.

Simoniacus ex sola volūtate non est excommunicandus.

Iudas vendens commisit simoniam & plagium.

a ¶ Iudas.] Sed nunquid Iudas commisit simoniam? Certum est. Et quidem plagium commisit in eo, ꝙ liberum hominem vendidit. ff. ad leg. Flau. de plagi, l. 1. Simoniam etiam commisit in eo, ꝙ rem sacram vendidit. Dicit H. ꝙ Dominus non potest vendere seruum iam

c ¶ Peccunia tua.] Hoc in detestationem criminis dictum est. 1. q. 3. §. contra.

d ¶ Dimisit.] Arg. expressum contra Baz. dicentem, ꝙ quilibet propter peccatum mortale erat priuatus introitu ecclesiæ. ar. de pœ. dist. 1. quis sanctus sacerdo. 33. q. 4. vir cum propria nam dominus solos simoniacos de corpore ecclesiæ eiecit, relictis alijs peccatorib. intellige tamen hoc de illis, qui simoniam committunt in ordine accepto: licet auctoritas generaliter loqui videat. vnde dic cum Baz. & M. ꝙ nec talis simoniacus nec publicus fornicat dēt ecclesiā ante pœnitentiā intrare. De hac materia notaui 33. q. 4. vir cū propria. Io. tñ dicit, (quòd etiam mihi sępè respondit) ꝙ peccator quilibet & etiā excōmunicatus pōt intrare ecclesiā causa orandi, dummodo non intersit diuinis officijs cum non inueniatur prohibitū. extra de sen. exc cum nuper. H.

Peccatum mortale an priuet quēlibet ab itroitu ecclesiæ.

Matth. 27. factus amisit. Iudas [a] omnium redemptorem vendidit [b], mox laqueo suspensus eādem redemptoris †gratiam non obtinuit; & merito, quia nemo potest retinere, quod vendidit. Simon etiam magus cum eandem spiritus sancti gratiam emere vellet, damnationis sentētiam à Petro audiuit: [*Act. 8.*] Pecunia tua [c] tecum sit in perditionem, quia, donum Dei existimasti pecunia possideri.] Dominus etiam vt vendentes & ementes huius gratiæ expertes ostenderet, cunctos peccatores per gratiam in templo dimisit [d]; singulariter vendentes & ementes increpans, & flagellās de tēplo eiecit, [*Ioan. 2.*] in quo venditores, & emptores suos gratia spiritus sancti cōstat destitutos esse, & vacuos. Quos enim Christus eiecit de templo, nunquid spiritus Christi faciet sibi templum?

† *al. redemptionis.*

In operibus B. Gregorij Nazianzeni, quæ multa grece, & latine extant, nihil tale repertum est. Habetur autem similia in epistola Tarasii ad Hadrianum.

Item Gregorius.

Deusde dit p 4. ex Paschali, inf. c. placuit.

¶ Symoniachi, sacerdotes esse non possunt. Cap XII.

QVicumque sacros ordines [e] vendunt, aut emunt, sacerdotes esse non possunt. Vnde scriptum est [f] anathema danti, anathema accipienti; hoc est simoniaca hæresis [g].] quomodo ergo, si anathema sunt, & sancti non sunt, sanctificare alios possūt? & cum in Christi corpore nō sint, quomodo Christi corpus tradere [h], vel accipere possūt? Qui maledictus est, benedicere quomodo potest?

¶ *Deusdedit in tractatu contra Simoniacos refert hoc ex epistola Paschalis Papę secundi ad mediolanenses.*

QVicūque.] CASVS. Dicit hic, ꝙ Simoniaci promoueri non pñt, siue dantes siue accipiētes. Nam dātes, & accipientes simoniaci sunt, & cum maledicti sūt, alios benedicere non possunt

e ¶ Sacros ordines.] Quia si per pœnitentiam reconcilientur, quod tamen per pecuniam acquisierint, retinere non possunt, vel quantum ad imprecationum effectum.

f ¶ Vnde scriptū ē.] Qui offert alijs vel accipit ab alijs; vt ordinetur, excōicatus est, vt hic. & inf. ea. c. perlatum.

g ¶ Hoc est simoniaca heresis.] i. sic dare vel accipere, simoniaca hæresis est. B.

h ¶ Christi corp⁹ tradere.] Idest, dignè exercere officium sacerdotis.

Item Gregorius Syagrio, & alijs episcopis, lib. 7. epist. 110.

Io. diac. l. 3. c. 4. Poly. l. 2. tit. 1. Burc l. 1 c. 121. Deusdedit p. 2. Iuo. p. 5. c. 75. supra c. benedictio.

¶ De eodem. Cap. XIII.

CVm liqueat hanc hæresim ante omnes [a] [i] radice pestifera surepsisse, atq; in ipsa origine [k] sua, apostolica esse detestatione damnatam; cur non cauetur; cur nō perpenditur; quia benedictio illi in maleditionem conuertitur; quia ad hoc, vt fiat hæreticus, promouetur?

a ¶ Omnes.] *Antea legebatur,* omnia *sed glossa videtur magis conuenire lectioni restituta: est in aliquot manuscriptis, & ipso originali.*

iā ordinatum. commutare tamen poterit, vel alio genere contractus alienare. Quidam tamen dicunt contra, vt hic, & 54. dist. generalis.

b ¶ Vendidit.] Nota, ꝙ dicit vendidit: & tamen iste qñ exigit munera, iam ille gratiam fuerat consecutus, & ita est, argumentum contra eos, qui non exigunt ante collectionem beneficij. sed post. arg inf. ea eos. & qō. 2. si quis obiecerit. ff. de calum. l. 1. §. qui autem Tamē quidam dicunt Giezi damnatum non pro venditione, sed pro mendacio, quod mihi non placet.

CVm liqueat.] CASVS. Cum in nouo testamēto pre cæteris criminibus simonia, quæ hæresi cōparatur sit damnata, cur non præcauetur, cum benedictio in simoniaco in maledictionem conuertatur? duo sequentia capitula plana sunt.

i ¶ Ante omnes.] Contra de consec. dist. 2. prima, sed hoc verum est post resurrectionem. vel ante, id est, præ omnibus alijs.

K ¶ Origine.] Nota ꝙ dicit origine. Hoc verum non est

1 Quod Iudas simoniam commisit, probatur sup. ea. qui studet. vbi de hoc, & ibi dixi. Archid.

quo ad nouum testamentum: nam Iudas ante commisit 1. Vel dic satis fuisse in origine: quia quam cito hoc fecit, fuit damnatus statim. infra ead. cito.

a Cum ordinaretur.] Lepra fuit.] Idest peccati vulnere se in fectum reddidit.

b Gratiam.] ¶ Non meruisti.] Ar. 21. q. 4. c. 1.

Cito.] CASVS. Tãgit hic quod dicit in quarto lib. Regum, quòd Naaman Syrus postquam ab Helisæo lepra mundatus esset, recessit: Giezi autem puer Helisæi videns quod Dominus nihil acceperat ab eo, clam secutus est eum dicens duos filios prophetarum venisse ad Dominum suum, mandareque ei Helisæũ, vt mitteret sibi talẽtum argenti, & duo mutatoria vestimentorum, quæ cũ misisset, accepit ea Giezi, & abscõdit. Dũ autem postea staret coram Domino suo, dixit ei Helisæus, vnde venis? respondit, Seruus tuus non iuit quoquam. at ille, cor meũ erat in præsenti nũc autem accepisti argẽtum & vestes. & lepra Naaman adhærebit tibi & semini tuo in æternum. & egressus est ab eo leprosus sicut nix.

c ¶ Inexpiabilis est.] Quo ad ordinis executionem: vel dic, ꝙ in testationem criminis dr̃, & sicut culpa discordiæ, quæ forte nec passione purgatur, vt su. dist. 90. neq; ad Cain: vel quia pœnitet vsque ad mortẽ vt infra ead. si quis.

non contradicunt sibi: nam descendentes per sexum masculinum non recipiebantur vsque in septimam: per fœmininum vsque in x. Sed Hebræus dixit, quòd nihil aliud erat recipere eos ad ecclesiam Dei, nisi dare eis nuptui filias suas. historiam de illis Moabitis habes 35. dist.

Item Ambrosius de ministerijs †, seu de dignitate sacerdotali, c. 5. † mysterijs.

¶ Qui pretio ordinat, lepram, non officium confert Cap. XIIII.

Cvm ordinaretur episcopus, quod dedit, aurum fuit; quod perdidit, anima fuit: cũ alium ordinaret, quòd accepit, pecunia fuit; quod dedit, lepra fuit [a]. Deusdedit p. 2. Iuo p. 5. c. 95.

Idem ibidem.

¶ De eodem. Cap. XV.

Gratiam cum ordinareris, non sucepisti; quia gratu[i]to eam non meruisti [b]. Iuo ibidem. Deusdedi ibi.

Idem lib. 4. Luca.

¶ De eodem. Cap. XVI.

Cito turpem sequitur lepra mercedẽ, & pecunia corpus, animumq. male quæsita commaculat. *& paulo post.* ¶ Vides, q̃ a facto auctoris successio damnatur hæredis †. Inexpiabilis est [c] enim venditi culpa mysterij †, & gratiæ vindicta cælestis transit ad posteros. ¶ Denique Moabitę [d], & cæteri non intrabunt ecclesiam vsq; ad tertiam [e] & quartã generationẽ, tamdiu videlicet (vt simplicius interpretemur) donec culpam auctorum multiplicis [f] successio generationis abolere. Sed cum illi, quia in Deum idololatriæ errore deliquerunt, in quartã [g] & generationem videantur esse mulctati; profecto durior [h] videtur esse sententia, qua Giezi semen vsque in æternum ꝓ

Iuo p. 5. c. 132.

† al. ministerij Deusdedit p. 2.

† Facit ad hoc c. l. cum hæres. ff. de diuer. & tẽpo. præscr. & l. Papinian*. §. j. ff de acq. poss. l. vitia, C. eo.

DENIQVE. CASVS. Dicitur, etiam, quòd Ammonitæ & Moabitæ, qui processerunt ex filijs Loth, restiterunt filijs Israel venientibus de Ægypto. propter idololatriam, ad quam eos induxernnt, & ideo prohibiti sunt intrare ecclesiam vsque ad tertiam & quartam generationem. Casus ergo huius cap. talis est, Intẽdit: Ambro. probare, quòd crimen simoniæ sit grauius, quàm crimen idololatriæ Nã crimen idololatriæ vsque in tertiam & quartam generationem punitur; cum semen idololatrarũ vsq; in tertiam & quartã gñationem intrare ecclesiam prohibeãtur: semen vero simoniacorum in æternum punitur. Semen autem mysticè intelligitur in successione vitiorum, & non successione generis, sicut accipitur ibi: vos ex patre diabolo nati estis Symoniaci autem & Giezitici hic largè intelliguntur omnes cupidi, & omnes auari. Et poteris prius ponere casum & postea narrare historias; & econuerso.

d ¶ Moabitæ.] Isti Moabitę & Ammonitæ idololatræ erant, & cum redirent filij Israel de capitiuitate Ægyptiaca, & scirent isti quòd sitim patiebantur, obiauerunt eis cum pane sine potu: ducentes secum Balaam ariolum, vt eis malediceret: propter quod peccatum ꝓcepit Dominns, ne eos factos proselytos 2. reciperẽt in ecclesiam Dei vsque in septimam generationem. licet secundum aliam translationem dicatur, vsque in x. sed

2 Proselyti erant illi, q̃ veniebant ad populi Iudaici ritum. qui nõ erant oriundi de populo Iudaico. Archid.

dist. capitu. sexto die.

e ¶ Vsque ad tertiam.] Id est. nisi habeant fidem Trinitatis, & quatuor genera virtutum, vel quatuor Euangeliorum.

f ¶ Multiplicis.] Arg. culpam vel dolum purgari processu tpis, vt 2. q. 1. in primis. 35. q. 8. de gradibus. ff. de hæ. vel ac. ven. l. venditor ff. de ac. & ob. is qui. extra de si. presbiter ꝑ totum. extra qui ma. acq. pos. insuper. arg. contra inf. ead. ventum. ff. depo. l. l. j. §. si rem. ff. de cond. fur. l qui furtum. & l vlti. Sed rei veritas est, ꝙ licet non possit purgari processu temporis, quo ad presentem casum, purgatur tamen per ecclesiæ dispensationem. vt 23. q. 4. ipsa pietas. versi. est enim Vnde versus.

Composito lactè fœtenti quæso cibate.

Qui putat exclusum crimen per temporis vsum. de consue cap. quanto in gl. solam consuetudinem.

Culpà & dolus purgatus tempore.

g ¶ In quartam.] Hic non prosequitur. Ambrosius nostram interpretationem. sed 70. interpretum Vel dic ꝙ refert se hic ad mysticum intellectum, id est, donec habet fidem Trinitatis, & quatuor Euangeliorum.

h ¶ Durior.] Et quis, dubitat sceleratius esse cõmissum quod durius est vindicatum, vt infra 24 q. 1. non efferamus in fi. quod perpetuum est, licet & propriæ vxoris interfectos grauius puniatur (vt inf. 63. q 2. admonere) quam matricida. 23. q. 2 latorem. quod tamen speciale est ob frequentem causam factum, & ob pronam in vxores suas malitiam refrenandam. talia (quia sunt specialia) ad consequentiam trahi non debẽt. Io. vt 27. q. 1. nuptiarum. & dist. 27. si vir.

Cõmissum est sceleratius q̃d punit̃ durius.

a ¶ Præ.

cupiditate habendi, prophetica auctoritate damnatur (præsertim [a] cum Dominus noster Iesus Christus per lauacri [b] regenerationem omnib. remissionem dederit peccatorum) nisi † vitiorũ [c] magis, quàm generis semen intelligas. Sicut enim qui filij promissionis sunt, æstimãtur in semen malum. Nam & Iudæi ex patre diabolo, non vtique carnis successione, sed criminis. Ergo omnes cupidi, omnes auari Giezi lepram cum diuitijs suis possident, & male quæsita mercede, non tam patrimonium facultatum, quàm thesaurum criminum congregarunt æterno supplicio, & breui fructu.

† *al. nisi vt vitiorum.*
Rom. 9.
Ioan. 8.

α ¶In quartam.] *Antea legebatur;* in tertiam, & quartam: *Sed & à B. Ambrosio, & ab uno vetusto Gratiani codice abest vox,* tertiam *Deuteronomij autem 24. Idumæorum quidem, & Aegyptiorum filij permittuntur tertia generatione intrare in ecclesiam Domini, sed de Moabitis sic scribitur.* Ammonites, & Moabites, etiam post decimam generationẽ non intrabunt ecclesiam Domini in æternum.

β ¶ Peccatorum.] *Sequebatur.* cur ergo Giezi semen in æternum damnatur? *quæ apud B. Ambrosium non habentur.*

2 *Quia ergo auctoritate Leonis Papæ simoniaci non nisi spiritum mendacij accipiunt, secundum Gregoriũ apud simoniacos sacerdotium non subsistit, benedictio eorum in maledictionẽ conuertitur, apud eos manet anathema danti & accipienti cum sancti non sint, nec in Christi corpore, constituti, cum sint maledicti, nec sanctificare alios possunt, nec corpus Christi tradere, vel accipere, nec benedicere alijs valent: secundùm † Ambrosium verò anathematis opprobrio cõdemnantur, atque à participatione corporis & sanguinis Christi alienantur, cum accipiatur aurum, & lepra detur: cum inexpiabilis sit culpa venditi mysterij †, secundum Chalcedonense concilium ex tali ordinatione nihil proficere iudicantur, secundum Gelasium Simonis damnatione inuoluuntur, secundum Gregorium Nazianzenum in sacro ordine permanere, aut renouari nulla ratione possunt: ab Helisæo lepra perfunduntur, à Petro in perditionem damnantur, à Christo verò de templo eijciuntur, quid aliud simoniacus simoniaco in sua ordinatione potest conferre, nisi quod Innocentius de cæteris hæreticis testatur, dicens, epistola decima octaua ad Alexandrum, c. 3.*

u sup. c. reperiũtur.
† *al. ministerij.*

γ ¶Non subsistit.] *Simoniaci recipiunt quidem characterem, sed sunt ipso facto suspensi Ita rõne habita vsus, v. rè dici põt ipsorum sacerdotium non subsistere, ac propterea rectissime B. Greg. lib. 10. epist. 33. Victori episcopo scribens simoniacam ordinationem uocat illicitam, & effectu carentem.*

¶Qui spiritus perfectionem non habent, ipsam dare non possunt. Cap. XVII.

Qvia perfectionẽ spiritus, quam acceperãt, perdiderunt, non eius dare plenitudinẽ [d] possunt (quæ maxime operatur in ordinationibus) quam per suam perfidiã perdiderũt. *& iterũ.* Qui honorẽ nõ habuit, honorẽ dare nõ potuit: nec aliquid ille accepit, quia nihil erat in

Ans. li. 6. c. 73.
Epist. 22. c. 3. ad episcopos Macedoniæ, in fine.

a ¶Præsertim.] Respicit id quod dixerat durior: uel incipit ibi versus, & respicit ad literam sequentem, scilicet cur ergo.
b ¶Per lauacri.] Sine quo non habet vitam æternam, nisi pro Christi nomine quis fuerit baptizatus sanguine, vt 15. q. 1. c. firmissimè, & de consecr. dist. 4. c. firmissimè.
c ¶Nisi vitiorum.] Sophisticè argumentatur. nã idem est in idololatria: sed in p̃dictis nõ considerat nisi literalem intellectum.
QVIA [ERGO. Hæc est 2. pars quæstionis, in qua latenter supponit de ordinatis ab hæreticis, s p̃ter formam ecclesiæ, & dicit ꝙ tales non recipiuntur nisi ad damnationem. Io. de Fant.
CASVS. Concludit nũc Gratianus ferè ex omnibus cap. supradictis, dicens ꝙ simoniaci, sm Leonem, non accipiunt nisi spiritũ mẽdacij, & quia sm Greg. apud eos sacerdotiũ nõ subsistit, & quia benedictio eorũ in maledictionẽ cõuertitur. & c. nihil aliud potest cõferre simoniacus simoniaco q̃ hæreticus hæretico.
QVi pfectionẽ.] CASVS. Hoc c. intelligitur de illis, qui in ecclesia catholica ordinati fuerũt, sed postea labuntur in hęresim: & sic gratiam Spiritus sãcti, q̃ acceperant (q̃ maxime in ordinibus operatur) amiserũt. cum ergo eam non habeant, eã dare nõ possunt: quia qui nõ habet honorem, eũ alij dare non potest: sed damnationẽ dabit, quam cum verò ordine habet.
d ¶ Plenitudinem.] i. executionem ordinis. hic interserit magister de ordinibus hæreticorum 1. Sed quidq̃d Io. de Fãt & alij de hac materia dixe-

1 Et hoc vsque ad §. cõstat. inf. ead. Eps ẽt hęreticus cõfert ordinẽ, sed non ordinis executionẽ,

dixerũt, istud est tenendũ, quod quilibet eps, siue catholicus siue hæreticus, siue in ecclesia, siue extra conferat ordinem, dũ tñ cõferat secundum formã ecclesiæ, recipit ordinatus ordinem, licet non recipiat executionem ordinis. similiter si taliter ordinati alios ordinent, idem est, & sic in infinitũ, vt inf. ea. quod quidã. 9 q. 1. ordinationes. Idẽ dico de conficiendo corpore [1] Christi]. ea. dominus declarauit. &c. nõ nocet. infra de consec. dist. 4. non in nobis loquitur ergo principium capituli de his q in forma ecclesiæ receperit ordinẽ Secũda pars de illis qui extra formã, illi nihil recipiunt, nec ali qd conferunt: qa nemo dare potest, &c. vt sup. c. 1. & infra. q. 7. Daibertum.

ADDITIO. Dicit Lau. de huiusmodi hæreticis multa mẽdacia scripta sunt & inutiliter. Io. de Fãt. & Gof. dicunt, quod hæreticus, qui recipit vltimam manus impositionem extra ecclesiam, nõ confert, sed confundit eos.]. ea. q 7. cõuenientibus. Archid.

1 De hoc no. 9. q. 1. in sũ. Sed contra, de consec d. 2. vtrũ, &c. qd sit. ubi contra not. Archid.

VEntũ.] CASVS. Tres qõtiones fecerunt epi Macedones Innocentio. Prima fuit, vtrũ ducens viduã in uxorẽ, possit promoueri, uel iam promotus debeat deponi? Secũda fuit utrum dicendus sit bigamus qui ante baptismum habuit unam uxorem, & post baptismũ aliã? quibus explicitis, s. 34. dist. si quis uiduã. & 26 dist. deinde opponitur. accedit in hoc c. ad tertiã, quæ talis est, scilicet vtrum redeuntes ab hæreticis qui apud eos ordinati fuerunt, apud nos ad ordines sint admittendi? Et rñdet, quod non: quia in reconciliatione imponitur eis pœnitentia, post quam remanet quædam cicatrix, idest irregularitas, quæ eos à promotione repellit. Sed cõtra hoc dupliciter opponitur: si hæreticus aliquem ordinauit q honorem amisit, nihil contulit ordinato. ergo perinde poterit à catholicis ordinari, ac si nunquam ordinatus fuisset. Sed rñdet Innocentius falsum esse: quia damnatio quam accepit, eum non impedit promoueri. Secundo obijcitur, si quam maculam ex ordinatione hæreticorum incurrit ex canonica ordinatione deletur. Et ad hoc rñdet, quòd illud est falsum. nam si ita esset, pro nihilo criminosus ageret pœnitentiam, sed accederet ad ordinationem, ubi omnia crimina delentur. de consuetudine igitur Romanæ ecclesiæ est, vt ueniens ab hæreticis, ad laicalem cõionem tm̃ admittatur, & non clericalẽ: & ita tres qõtiones ponunt̃ hic una principalis & duæ incidentes, & ad omnes sufficienter respondet.

Tres qõnes. 2 Scilicet primo: ibi tñ scribit archiepo Rothomagen. sed põt esse, quod solutionem ciusdem qõnis misit illis vel illi. Archid.

a ¶Ventum est.] Tres namq; Macedones epi, quibus hæc scribit Inno. inter alia fecerãt qõtiones. Prima erat vtrũ quis ducẽs uiduã 2. in uxorẽ possit promoueri: uel factus clericus p p hoc debeat deponi? Cuius determinationẽ ponit s. dist. 34 si quis uiduã. Secunda erat, utrũ dicendus esset bigamus qui ante baptismũ unam, post baptismum hanuit alteram? cuius determinationẽ ponit s 26. dist. deinde. Tertia quæstio erat, an remaneant clerici, idest, an reciperent characterem ab hæreticis ordinati, vel an deberent ad ulteriora promoueri, & dicit quod nunquam: & hanc quæstionem in hoc cap. explicat.

b ¶Pro sui difficultate.] Quia fuit quæsitum si ordin... ab...

dante: sed damnationem, quam habuit, per prauam manus impositionem dedit.

¶*In hoc capite nõ referuntur ipsa prorsus verba Innocentij, quæ tamen habentur partim infra ead. c. Arrianos partim in capite nunc sequenti;* ventum est; *in versiculo.* Sed econtrario.

Idem Rufo, & alijs episcopis, epist. 22. c. 3.

¶Simoniacus per prauam manus impositionem, non benedictionem, sed damnationem præstat. Cap. XVIII.

VEntum est [a] ad tertiã quæstionem, quæ pro sui difficultate [c] longiorẽ exigit disputationem. Cũ nos dicamus ab hæreticis ordinatos: vulneratũ, [c] per illã manus impositionem habere caput [d], vbi vulnus [e] infixũ est medicina [f] est adhibenda, qua possit recipere sanitatẽ †. Quæ sanitas post vulnus, secuta, sine cicatrice esse [g] non poterit, atque vbi pœnitentiæ remedium necessariũ est, illic ordinationis honorem locum habere [h] nõ posse decernimus. Nam si ut legitur, quod tetigerit immundus, immundũ erit; qũo ei tribuetur [i]; quod munditia, ac puritas consueuit accipere? ¶Sed econtrario asseritur, cum qui honorem amisit, honorem dare non posse, nec illũ aliquid accepisse [k]: quia nihil in dante erat, quod ille posset accipere. Acquiescimus, & uerum est certe, quia quod non habuit, dare non potuit. Damnationẽ [l] utique, quam habuit, per prauam manus impositionẽ dedit; & qui particeps effectus est damnato, quomodo debeat, ti ab hæreticis accepissent honorem, & si ad ecclesiam reuersi recipiantur in honorem clericatus.

Poly. li. 2. tit. 31. & lib. 7. tit 7. Ansl. li. 6. c. 75. al. 70. Iuo p. 6. c. 59. Pan. li. 3. c. 130.

† Tex. est si... mi. in l. archiatri. & ibi Bart. C de profes. & me. li. 10.

inf. ea. Arrianos: *Num.* 19. *Leuit.* 15. & *Agai.* 2. sup. qui perfectionem, vers. qui honorem.

c ¶Vulneratum.] idest, capitalẽ & sacramentalẽ dignitatem cum vulnere. i. cum damnatione suscepta tenere.

d ¶Caput.] Idest, animam culpæ macula vulneratam. & anima punitur pro homine. de consecr. dist. 5. nõ tales.

e ¶Vulnus.] Vbi enim malum contingit, ibi moriatur. & c. 2. q. 1. peccauerit.

f ¶Medicina.] Hoc videtur sic exponendum, idest, reiterandum est in his sacramentum. inf. ea. q. vlt. per illicitam. hoc enim uidetur intelligẽdum cum omissa fuit forma arg. 1. q. vlt. Daibertum ubi hoc inducitur.

g ¶Cicatrice esse.] Quia & si pœniteant, tñ irregularitas manet, quæ non aboletur per pœnitentiam, vt 25. d. primum. & 50. dist. illud. & 1. d. 7. si quis omnem.

h ¶Habere.] infra 23. q. 4. ipsa pietas. contra. Sed ibi de ordinatis catholicis, & post in hæresim labentibus: hic de his quibus hæretici manus imposuerunt. Vel hoc de rigore. illud de misericordia.

i ¶Quomodo ei tribuetur.] Argu. quod uxor non tenetur reddere debitum viro leproso, Arg. contra, 32. q. 7. omnes, & q. 5. si quis uxorem, Vide de hoc cui est standum, extra de coniug. lepro. c. 1. & 2.

K ¶Accepisse.] Aliàs accipere, & supplere: & ideò non dẽt ei nocere quin ordinari possit, q. d. id qd nihil est, nõ debet prestare impedimentũ, ut ext. de iure pat. qd autem. in fi. Sed hoc fallit ext. de spon. c. ad audientiam.

l ¶Damnationem.] idest, Sacramentum quod damnabiliter habuit, dãnabiliter dedit, & ita factus est particeps damnationis, infra ea. q. 7. si quis, inf. ea. q. 4. §. cũ ergo, inf. de consec. dist. 4. ab antiqua.

Anima pro hoĩe ponit...

Irregularitas per pœnitentiam nõ aboletur.

Vxor viro leproso debitũ reddere nõ tenetur.

Impedimentum nõ præstat quod nihil est.

a ¶Non

a ¶Non possum.] De mero iure: nam ex dispensatione possum. infra ead. q. vlt. conuenientibus.
b ¶Sed dicitur.] Idest, obijcitur, & hæc erat secunda obiectio, q̃ fiebat Innocentio. prima fuit ibi, sed contra
c ¶Benedictio.] Quę est cum ab hæreticis rediens reconci-

tripliciter; per baptiſmum datum à laico, quod non iteratur, licet illud iniuſte detur: per ſignũ publicæ monetæ impreſſum ab eo, qui non debuit imprimere, & per characterem militiæ, qui non repetitur 1.
d ¶Dandi.] Scilicet ordinem.
e ¶Amit-

ITEM OBIICITVR. CASVS. Dictum eſt ſupra in ca. Arrianos. & ſup. in §. cum ergo Innocentius. ꝙ ſolum baptiſma ratũ eſt apud hæreticos. contra quod obijcitur mõ in hoc capitulo.
b ¶Item obijcitur.] ei ſcilicet quod dictũ eſt ſup. ead. §. cum ergo Innocentius. &c. Arrianos.

ita ratam approbat, vt etiam eis, quos poſt damnationem ſuam baptizauit, vel ordinauit, in nullo ream perſonã nocuiſſe aſſerat. Sed hoc eum [a] *illicite, & non canonice, immo contra decreta ſuorum prædeceſſorem feciſſe probant Fœlix, & Gelaſius, qui Acacium ante Anaſtaſium excommunicauerunt, & Hormiſda, qui ab ipſo Anaſtaſio tertius eundem Acacium damnauit. Vnde etiam ab eccleſia Romana repudiatur, & à Deo fuiſſe percuſſus legitur in geſtis Romanorum Pontificum hoc modo: [Anaſtaſius ſecundus natione Romanus. &c.] Requirere retro in tractatu* [a] *decretalium epiſtolarum.*

Sup. diſt. 19.

a ¶Sed hoc eum,] *Supra diſt* 19. *c.* Anaſtaſius, *oſtenſum eſt immerito reprehenſum eſſe Anaſtaſium, & veriſsima eſſe, quæ ipſe de Acacio ſcripſit, & decreuit.*

1 Adde pro intellectu huius gl. ꝙ olim ſignabantur milites quadam nota ſeu figura ĩ illius ab alijs diſcretionẽ. l. ſtigmata. C. de fab. li. 11. not. in ll. penul. ff. ex qbus cau. maio.

Item obijcitur [b] *illud Auguſtini lib. 2. contra epiſt. Parmeniani, c. 13.*

¶Qui recedit ab eccleſia, nec baptiſma, nec ius dandi amittit. C. XCVII.

Sent. 4. diſt. 25. Alg. l. 3. c. 10. Pann. l. 1. tit. 2. c. 80.

QVod quidam [c] dicunt, Baptiſma, quod [a] accepit, nõ amittit, qui recedit ab eccleſia; ſed ius tamen dãdi [d] quod accepit, amittit [e], multis modis apparet fruſtra, & inaniter dici. ¶Primo, quia nulla oſtenditur cauſa, cur ille, qui ipſum baptiſmum amittere [f] non poteſt, ius dãdi, [g] amittere poſsit. Vtrumque enim ſacramentum eſt, & quadam conſecratione vtrumque [h] homini [i] datur; illud, cũ baptizatur; iſtud, cum ordinatur; ideoq; in catholica eccleſia vtrumq; non licet iterari. ¶Nam ſi quando ex ipſa parte [k] venientes etiam præpoſiti pro bono pacis correcto † ſchiſmatis errore ſuſcepti ſunt; etſi viſum eſt opus eſſe, vt eadem officia gererent, quæ gerebant; non ſunt rurſus ordinandi †, ſed ſicut baptiſmus in eis, ita ordinatio manſit integra; quia in præciſione fuerat uitium (quod unitate † pacis eſt correctum) non in ſacramentis [l], quæ ubicunque ſunt [m], ipſa vera ſunt. Et cum expedire hoc uideatur eccleſiæ, ut præpoſiti eorum ueniẽtes ad catholicam ſocietatem, honores ibi ſuos non adminiſtrent;

Iuo p. 2. ca. 97. Pann. l. 1. c. 77.

† *al. correpto*

† *al. ordinati*

† *al. vnitatis pace*

2 Scilicet eſt ius dãdi, qa nõ hẽt niſi ex pmiſſione ſed ſi cõfert eſt verũ ſacrm, qd' dic, ut legit, & no. de cõſe. diſt 4. ſãctum. Arch.

QVod quidã.] CASVS. Quidã dixerunt, ꝙ catholici ab eccleſia recedentes retinent poteſtatem cõferendi baptiſma, ſed non poteſtatem cõferendi ordinem, ſed eam amittunt. Contra qđ probat Auguſtinus quattuor rationibus hoc eſſe falſum. Primo, quia qua ratione perditur vnum, & reliquum, cum vtrumq; quadam conſecratione conferatur. Secundo, quia conſuetudo ẽ eccleſię, ꝙ tales nõ reordinantur cum redeunt, ne fiat iniuria ſacramento. retinet ergo vtrumq; ſed ad perniciẽ. Tertio, quia ſi aurũ, vel argentum furtiue fuerit ſignatũ, ſi fur poſtea deprehenditur à principe, punit, ſed ſignũ monetę nõ reprobatur. Quarto, quia character militiæ non reiteratur circa redeuntem, cũ miles ad gratiã principis reuocatur. Quinto, concludit ex præmiſſis, ꝙ nõ debẽt iterari ſacramẽta ab eis collata, ne fiat iniuria ſacramẽto. Prima rõ eſt ibi, [Primo, quia.] Secunda ibi, [Nã ſi quãdo ex ipſa. [Tertia ibi, [Si enim aliqui.] Quarta ibi, [Si forte] Quinta ibi, [De his qui.]
c ¶Quod quidam.] CASVS. Opinio eſt quorundam, ꝙ ſacerdos, vel eps recedens de eccleſia ad hæreticos, ſacramẽtũ baptiſmi nõ amittit: ſed ſacramentũ ordinis amittit. Iſtud improbat Auguſtinus multipliciter. Primo ſic: quia cum utrumque ſit ſacramentum, non poteſt aſſignari ratio, quare potius perdatur unum q̃ aliud. Secundo ſic: quia conſuetudo eccleſiæ eſt, ꝙ cũ tales redeunt, non ſolent reordinari, ſi eos eccleſia vult tolerare. Tertio dicit ꝙ ſicut recedens ab eccleſia vtrũque retinet: ſic uidetur, ꝙ vtrumq; poteſt cõferre alijs extra eccleſiam, licet male conferat, & cũ quis recipit ſacramẽtum extra eccleſiam, ſi reuertitur ad eccleſiã, non eſt ſacramentum iterãdum in eo. Et hoc probat

e ¶Amittit.] Characterem enim non poteſt amittere, licet videatur aliter dici 11. q. 3. epiſcopus.
f ¶Amittere.] Nam vbi eadẽ ratio, & idem ius. ff. ad leg. Aquil. illud. An tamen hoc ſit verum, notatur 28. q. 1. ſic enim. 32. q. 7. Apoſtolus. ſup. ea. q. §. cum ergo.
g ¶Ius dandi.] Scilicet ordinem. de conſec. diſtinct. 4. oſtenditur. Vel poteſtatem conferendi baptiſma. infr. 32. q. 7. licite.
h ¶Vtrumque.] Scilicet baptiſmus & ordo.
i ¶Homini.] Hoc de baptiſmo ſacerdotis, in quo poteſtas baptizandi eſt ſacramẽtũ: in laico eſt quędam licentia, non ſacramentum 2. argu. ꝙ ſcientia * hæretici valeat, & ligatio & ſolutio, cũ ius ligandi, iudicãdi, atq; ſoluẽdi à tpe cõſecrationis acceperit. s. diſt. 48. 3. ca. 1.
K ¶Parte.] Collectio enim hæreticorũ rectiſſime pars appellatur; à partiendo, id eſt, diuidendo.
l ¶Non in ſacramentis.] Fuit uitium ſcilicet.
m ¶Sunt.] Quia à quocumq; dentur, iterari non debent,

* *Hæretici nõ poſsũt ligare, & ſoluere, & ſi fecerint, nihil actũ ẽ; quia iuriſdictionẽ nõ hẽnt B. Th. 2. 2. qõ. 39. ar. 3. & 4. diſ. 19. q. 1. art. 2. q. 3.*
3 Al. 68.

bent,& ideo ipsa sunt, id est, firma & uera sunt, & bona.

a ¶Manus.] Supra ea.q.c.manus impositic.contra.sed hic de consecratoria.

b ¶Dandi.].i.cōsecrādi. uel dādi ipsam ordinationē.

c ¶Aliud.] Argu.contra illud generale quod est extra de translatio.inter corporalia.& 7.q.1.factus.ff.si quis cau.quoties.arg.63.dist.Salonitanæ.45.dist.de Iudæis.7.q.1.episcopis.

d ¶Necessitate.] Hic apertè colligitur, ꝙ laici non habent ius baptizandi: nisi largè dicatur ius vel potestas, id est permissio, ut j. de conse. dist. 4. constat. & c. à quodam & 30.q.1.ad limina.

non eis tamen ipsa ordinationis sacramenta detrahuntur, sed manent super eos. Ideoque non eis in populo manus [a] imponitur, ne non homini, sed ipsi sacramento fiat iniuria. *& infra.* ¶Sicut autem habent in baptismo, quod per eos dari possit; sic in ordinatione ius dandi [b]: vtrumque quidem ad perniciem suam, quam diu charitatem non habent vnitatis: sed tamen aliud est, prorsus non habere; aliud perniciose habere; aliud [c] salubriter habere. Quidquid non habetur, dandum est, cum opus est dari: quod vero perniciose habetur, per correctionem depulsa pernicie, agendum est, ut salubriter habeatur. Quanquam, & si laicus aliqua † pereuntis dederit necessitate [d] compulsus, quod cum ipse acciperet, dandum esse addidicit; nescio [e], an pie quisquam dixerit esse repetendum. Nulla enim cogente necessitate si fiat, alieni muneris vsurpatio est. Si autem necessitas urgeat, aut nullum, aut ueniale delictum est [f]. Sed, etsi nulla necessitate usurpetur, & a quolibet cuilibet detur; quod datum fuerit, non potest dici non datum: quamuis rectè dici possit & illicitè datum. Illicitam ergo usurpationem corrigit reminiscentis, & pœnitentis affectus. Quòd si non correxerit, manebit ad pœnam usurpatoris quod datum est, uel eius, qui illicitè dedit, uel eius, qui illicitè accepit: non tamen pro non dato habebitur [g]. Neque β vllo modo per deuotum militem, quòd a priuatis usurpatum est, signum regale uiolabitur. ¶Si enim aliqui furtim, & extraordinariè non in monetis [h] publicis aurum, vel γ argentum percutiendo signauerint, cum fuerit deprehensum, nunne illis ponitis [i], aut indulgentia liberatis cognitum regale signum thesauris regalibus cogetur inferri? *& paulo post.* ¶Si forte illum militiæ characterem in corpore suo non militans pauidus exhorruerit [k], & ad clementiam Imperatoris confugerit, ac prece fusa, & impetrata iam venia militare cœperit; nunquid homine liberato, atque correcto, character ille repetitur? ac non potius agnitus approbatur? An fortè minus hærent sacramenta Christiana, quam corporalis hæc nota; cum uideamus nec apostatas carere baptismate, quibus utique per pœnitentiam redeuntibus non restituitur, & ideo admitti non posse iudicatur? *& paulo post.* ¶De ijs [l], qui ab ecclesiæ unitate separati sunt, nulla iam quæstio est, quin & habeant, & dare possint, & quin perniciosè habeant, perniciosèque tradant extra uinculum pacis. *& infra.* Neutri sacramento iniuria facienda est. *& infra.* ¶Sicut non rectè habent, qui ab vnitate discedunt, sed tamen habent, & ideo redeunti non redditur; sic etiam non rectè dat, qui ab vnitate discedit: sed tamen dat: & ideo, quod ab eo accepit uenienti ad unitatem non iteratur. *& infra.* ¶Sicut redeunti non redditur, quod & foris habebat; sic uenienti repetendum non est, quod etiam foris accepit. Vnde consequenter intelligitur peruersitatem hominum esse corri-

† *al. alicui pereuntis*

Baptizandi ius non habent.

Philosophicum temperamentum.

Infamis est de bello publico fugiēs

1 Concor. tex. in l. non oēs. §. item qui deserto r'm. cū ibi no. p doct. ff. d̄ re mil.

e ¶Nescio.] Id est, nō approbo, si quis dixerit repetendum.

f ¶Veniale delictum est.] Hic philosophicum temperamentū est, nā in ueritate nullum est. Et est simile. 22.q.2.in quibus.

g ¶Habebitur.] Arg. contra extra de iurepatro. quod autem. in fine.

h ¶In monetis.] Id est, signis, uel sigillis, nummismatibus, vel instrumentis monetam cudendi.

i ¶Punitis.] Isti uarijs pœnis puniunt. C.de fal. mo. p totū. parcitur tñ illi, qui formauit, si ante q̃ signū imprimat, pœnitet. ff. ad leg. Corn. de fa. qui falsam, &c.

K ¶Exhorruerit.] Qui fortè fugit de bello publico: & ita infamis effectus est 1.6.q.1.infames. & hoc intelligitur de militibus illis, qui iurauerunt se mortē nō euitaturos, p re publica. & isti habebāt stigmata, uel alia signa d̄ aliquo colore, de quib. dictū est. Milites nostros arma scire uolumus nō leges. C. de iure deli. sancimus. Vel sensus est huius litteræ, ꝙ si aliquis p̄ter auctoritatē principis adeptus ē militiæ cingulū, & post reconciliat̄ ipsi principi, erit ne in eo iterādus character? quasi dicat, nō. ADDITIO. Et sm istam lecturā dic, exhorruerit, scilicet qa à principe non acceperat. & no. hic militibus characterem imprim. Io. de Fant.

l ¶De ijs.] Repetit, quæ iam dicta sunt, dicuntur hic fore §. sed non est dubitandum; quia non est.

gendam; sanctitatem autē sacramētorū in nullo peruerso esse violandā. Constat enim eam in peruersis & sceleratis hominibus, siue in eis, qui intus sunt, siue in eis, qui foris sunt, impollutam, atque inuiolabilem permanere; & quia dicuntur ea mali polluere, quantum in ipsis est, dicuntur; cum illa impolluta permaneant: sed in bonis permanent ad præmium; in malis permanent ad iudicium. *& infra.* ¶. Quomodo catholici non clarificant Deum, qui promissa eius nullis hominum sceleribus, quo minus implerétur impediri posse confidunt? qui sacraméta eius tam debita veneratione prosequebatur, vt ea, si etiam ab indignis tractata fuerint, illis sua persuasione damnatis, illa intemerata sanctitate permanere demonstrentur? Eod.2.lib.c.19.

α ¶Quod accepit] *Sic etiam Algerus, licet paulo aliter habeat originale.*

β ¶Neque vllo modo.] *Hæc vsque ad verbum,* violabitur, *addita sunt originali. ex quo etiam alijs locis caput hoc locupletatum est.*

γ ¶Vel argentum] *In codicibus B. Augustini impresis sequitur,* sed æs, *in duobus autem manuscriptis Vaticanis,* vel æs.

12 *Ex his* [a] *verbis Augustini constat, in omnibus tam apostatis, quàm hæreticis, vel damnatis permanere Christi sacramenta vera, quantum ad se, & sancta; & nisi pœnitentia, vel indulgentia subuentum fuerit, ad damnationem vsurpatoris peruenient, vel habentis, vel dantis, vel accipientis. Quid ergo prodest, quòd vera, & sancta sunt, cum vsurpatores suos æque perimant* [b], *ac si essent mala, & noxia? Crassus* [c] *aurum sitiuit, & aurum bibit æque perijt vero auro, sicut vero veneno.* ¶*Item aurum* [d] *æque verum est in arca furis, sicut in thesauris regis. Sed à fure, quia illicite habetur, illicite datur, vel accipitur; à rege autem licite habetur, licite datur, & accipitur: ideo ipse fur, & communicator furti (nisi forte de conscientia furti* [e] *se purgauerit) vt perhibet* [f] *Gelasius ad Anastasium Imperotorem, vterque iuste, & digne damnabitur.* ¶*Opponi-* Alg.l.3.c.12.

EX HIS. Hæc est duodecima pars huius q̄stionis, in qua intendit probare, ꝙ sacramētū ecclesiæ tale est illi qui accipit, qualis est ille qui accipit: uel qualis est q̄ sacrificat, nec malitia dātis impedit bonitatē: & hoc probat per multas similitudines, quas ponit in hoc §. & per nouem auctoritates. & hoc probat usque ad ca. statuimus. 2. Io. de Fan.

CASVS. Infert Gratianus ex supradicto capitulo, ꝙ uera sacramenta sunt apud hæreticos quantum in se. sed ad damnationem sunt dantiū, accipientium, uel habentium, nisi redeāt, sicut uerum aurum fuit Crasso nociuum.

a ¶Ex his.] Infert ex præcedenti c. ꝙ sacramēta uera sunt apud hæreticos indistincte usque ad §. opponitur, & ibi obijcit. Augu. prout ipse intelligit Aug. dicere usque ad §. sed ne. ibi ponit unam solutionem usque ad §. quamuis. ubi ponit aliam bonam & catholicam, ad quam probandam inducit quatuor exēpla, quæ notabo in littera.

b ¶Perimant.] Illa, id est, eorum abusio 1 ab isto loco dicit Ioā. de Fant. ꝙ uerba sunt Augus. usque ad §. opponitur, Hug. cōtra: immo Gratiani, ut in notula hic apparet. infr. ead.

c ¶Crassus.] Iste dictator fuit contemporanens Iulio Cæsari, & Pompeio: & à Parthis auro feruenti interfectus est.

ITEM AVRVM. CASVS. Dī hic, ꝙ æque uerum est aurū in arca furis, & in arca Regis, sed à fure illicite datur, & illicite retinetur: & ideo fur & communicator furti puniuntur: nisi innocentiam suam allegauerint. Et est §. Gratiani ab illo loco, ex his. usq; ad cap. per Esaiam, sicut dicit H.

d ¶Aurum.] Cuius ope uel consilio furtum committitur, tenetur. ff. de com. fur. proinde. Est autem differētia inter furem, & cōicatorem: quia communicator manifestus esse non potest. ff. de furtis qui opem.

e ¶Furti.] Videtur ergo & tenetur quis se purgare de cōscientia. arg. insti. de obli. q̄ ex delic. §. sed hæ actiones. C. de fur. ciuile. arg. 1. q. 4. quia præsulatus. cū suis concor. Et ita est arg ꝙ quis potest & tenetur indicare furē, arg. ext. de fur. qui cum fure. cum concor. ibi positis. arg. cōtra. ff. de cōd. ob. tur. caus. idē. & si ob stuprum. §. ult. & ff. de præscri. uer. l. solet. Nam in utraq; dicitur, ꝙ licite possum accipere 2 pecuniam à Domino, ut seruum indicem fugitiuum. Io. Sol. in casu isto uidetur posse dici, ꝙ secundum canones non est licitum accipere: secus secundum leges B.

f ¶Vt perhibet.] Hic apparet potius hæc esse uerba Gratiani, quàm August.

OPPONITVR. CASVS. Opponit hic Gratia. 5. supradicta, scilicet ꝙ hæretici non possunt cōferre ordines, etsi baptizare possint. Nā sacerdos etiam depositus etsi baptizare possit, conficere tū non pōt: nec eps. depositus pōt ordines conferre. etsi possit baptizare. Sed huic oppositioni opponit duplicem solutionē. Prima hæc est, q̄ incipit ibi, [Sed ne.] ꝙ qui extremā manos impositionē recipiūt in ecclesia, eius potentiā retinēt, ēt recedētes ab ecclesia, ad similitudinē characteris matrimonij, q̄ post diuortiū, uel uotū retinet. secus sr extra ecclesiā. Ponit & aliā solutionē Grat. q̄ incipit ibi, [Quāuis.] ubi dicit, ꝙ sacra hereticorū uera sūt, dū mō ī forma ecclesiæ sint celebrata, sed nō habēt effectūin male ministrātibus, & male suscipiētib. Qđ probat quatuor rōnib. Primo p uerā Eucharistiā traditā pditori. Scđo p uera pñtiā Christi ī patria sua, q̄ ibi ñ habuit effectū; qa ibi fidē nō īuenit. Tertio, p duplicē trāsfigurōnē Xp̄i, quarū una īcredulis nō pfuit. Quarto, qa ita uirginitatē habuerūt fatuæ uirgines ut prudētes. Demū concludit, ꝙ uera sunt hrticorum sacra. in

1 Ista fuit expositio H. & L.

Marcus Crassus, & Iulius Cæsar & Pompeius fuerunt contēporanei.

Concord. tex. in l. uxori. cum ibi not. ff. de usufru. leg. Fur & cōicator differunt.

Furem tenetur quis indicare.

2 Sub. & si æs accipiatur peccat accipiens. sm canones. & sic etiam no. Vin. Lau. & Tan. & Ber. in dicto ca. qui cum sui s. Arch.

in ſe: ſed obſunt male ſuſcipientibus, & male miniſtrā tibus. Et ad hoc inducit ſequens capitulum.

a ¶Opponitur.] Hoc modo procedit in hoc §. primo ponit obiectionem ſuam contra Auguſt. quam tangit vſque ad §. [Sed ne.] Ibi ponit quandam ſolutionem ſuam, quæ protenditur uſque ad §. [Quamuis.] &c. ibi autem ponit aliam, quæ magis communis eſt, ad quā probandam inducit quadruplex exemplum, primum ibi, [Ipſa enim.] ſecundum ibi, [Item Dominus in patria, &c.] Tertium ibi, [Quod vt plane.] Quartum de decem virginibus, quod incipit ibi, [Sic & omnes, &c.] Vltimo concludit ab illo loco: [Sciendum uero.] & ad probandā concluſionem ſuam inducit. ca. per Eſaiā.

b ¶Sententiæ.] Cap. præcedentis, vbi dicit, ꝙ vtrūque quadam conſecratione datur, & ita uidetur parificare ordinem & baptiſmum.

c ¶Pagano.] Supra eadem quæſtio. ſi quis per ignorantiam. ſupr. eod. §. ecce quando. infra de conſecrat. diſtinct. 4. quos à paganis. infra de conſe. diſtinctio 4. à quodam.

tur[a] *autem huic ſententiæ*[b] *Auguſtini poteſtas dandi baptiſmum, & ius conſecrandi Dominicum corpus, et largiendi ſacros ordines, plurimum inter ſe differūt. Suſpenſo enim uel depoſito ſacerdote, nulla ei relinquitur poteſtas ſacrificandi. Sacramentum tamen baptiſmi non ſolum à ſacerdote depoſito, uel laico catholico, verum ab etiam ab hæretico; vel pagano*[c] *ſi miniſtratum fuerit, nulla reiteratione violabitur: nulla autem ratio ſinit, ut inter ſacerdotes habeantur, qui de manibus laici, vel pagani oleum ſacræ (immo execrandæ) vnctionis aſſumunt. Non ergo conſequenter*[d] *colligitur, ut ſi recedentibus à fide ius baptizandi relinquitur, poteſtas*[e] *etiam diſtribuendi ſacros ordines relinquatur, quamuis vtrumque à conſecratione proueniat. Digradatus enim epiſcopus poteſtatem*[f] *largiendi*[g] *ſacros ordines non habet, facultatem tamen baptizandi non amiſit*[h]. *¶Sed & ne*[i] *Auguſtinum in hac ſententia penitus reprobemus; intelligamus aliud eſſe poteſtatem diſtribuendi ordines ſacros; aliud eſſe executionem illius poteſtatis. Qui enim intra vnitatem*[k] *catholicæ eccleſiæ conſtituti, ſacerdotalem, uel epiſcopalem vnctionem accipiunt, officium, & executionem ſui officij ex conſecratione adipiſcuntur. Recedentes vero ab integritate fidei, poteſtatem acceptam ſacramento tenus*[l] *retinent, effectu ſuæ poteſtatis penitus priuantur: ſicut coniugati ab inuicem diſcedentes, coniugium ſemel initum non diſſoluunt*[m]; *ab opere tamen coniugali inueniuntur alieni. ¶De his ergo, qui accepta ſacerdotali poteſtate ab vnitate catholicæ eccleſiæ recedunt, loquitur Auguſtinus; non de illis, qui in ſchiſmate uel hæreſi poſiti ſacerdotalem vnctionem accipiunt. Alioquin eſſet contrarius Chalcedonenſi*[n] *concilio; in quo ordinati à ſimoniacis, in nullo proficere iudicantur, & Innocentio*[o], *qui ordinatos à cæteris hæreticis, per praua manus impoſitionem ſolam damnationem, & capitis vulnus aſſecutos teſtatur. ¶Quamuis*[p] *poſſit generaliter dici ſacramenta, quæ apud hæreticos non aliter, quàm in eccleſia Dei celebrantur, vera, & rata eſſe, quantum ad ſe; falſa uero, & inania quantum ad effectum, & in iis, à quibus male tractantur, & in illis, à quibus male ſuſcipiuntur. Nec mirum. Ipſa enim ſalus noſtra buccelam Iudæ dedit: ſtatim cū buccella non bonus, ſed malignus ſpiritus intrauit: quare? non quia bonus non daret bonum, ſed quia malus male accepit bonum: ſicque bonum, effectum bonum non habuit, quia, vbi illud faceret, non inuenit. ¶Item Dominus in patria ſua præſens, & verus affuit: non per malum miniſtrum, ſed per ſeipſum nihil potuit; quia fidem non inue-*

s. c. ſi quis eps.

s. ea. c. q perfectionem.

Io. 13.

Matth. 13.

d ¶Conſequenter.] noli hic reprehendere magiſtrum. nā opponendo dicit hoc, ut patet ex ſolutionibus ſequentibus, maxime ex ſecunda.

e ¶Poteſtas.] Id eſt, executio poteſtatis, & ſic uerum dicit. aliàs mentitur. nam poteſtas ſacrificādi, id eſt, ordo ſacerdotalis in eo remanet.

f ¶Poteſtatem.] Nō bene argumentatur: quia ſi uocet poteſtatem ſacerdotium ordinem uel ſacramentum, nec hic, nec ibi amiſit poteſtatē: ſed ſi executionem, & hic & ibi amiſit.

g ¶Largiēdi.] Sed cū hæreticus p̄ciſus poſſet conferre tam baptiſma, quàm ordinē, quæ ſpecialitas erit in baptiſmo? Dico ꝙ in caſu neceſſitatis non peccat baptizās. quod nunquam eſt in collatione ordinum.

h ¶Non amiſit.] In neceſſitate, & cum ſolemnitatibus. 50. diſtinctio. qui ſub gradu.

i ¶Sed ne.] Hoc dicit Gratianus ac ſi Aug. intellexiſſet, ius dandi habent, id eſt, executionem. & ita ſoluit.

K ¶Vnitatem.] Hic tangit Gratian. opin. Ioan. de Fant. dicentis, quòd qui recipit vltimam manus impoſitionem in eccleſia, &c. 1 hæc opinio uidetur expreſſe confirmari, extra de ſchiſma. c. 1. ſed expreſſe reprobatur. 9. queſtio. 1. ordinationes.

1 Id eſt, qui factus eſt eps in eccleſia & poſtmodum fit hæreticus, ordinē confert: Sed q extra eccleſiā, recipit ultimā manus impoſitionē id eſt extra eccleſiam factus eſt eps, ordines conferre non pōt: & qui a tali ordinatus eſt, nihil recepit ſcd̄m Hug.

l ¶Sacramento tenus.] Id eſt quia ſi ordinant, conferunt ordines, licet non debeant. & hoc eſt quod ſequitur, ſine effectu, &c.

m ¶Diſſoluunt.] 32. q. 7. c. 2.

n ¶Chalcedonenſi.] Supra ead. q. c. ſi quis epiſcopus.

o ¶Et Innocentio.] Supr. ea. ueniunt.

p ¶Quamuis,] Sol. vera eſt, quam & s̃. tetigit, & quæ recitatur j̃. 11. q. 1. in princ. & s̃. ea. §. ſi ergo.

nit, pro perfidia aliorum non caruit sua veritate, sed effectus boni virtute. ¶ Quod, vt plane in omnibus sacramentis ostenderet, bis [a] est transfiguratus, cum esset in carne. In vna transfiguratione, sicut sol [b] apparuit mirabilis [c], vt fides credentium augeretur ad contemplandam cælestem gloriam super se eleuatam. In altera, vt peregrinus, & incognoscibilis de se dubitantibus ire longius se finxit, & ne agnosceretur, oculos eorum tenuit: ad quid aliud? nisi, ut quia per fidem non erat in cordibus eorum, longius se ab eis recedere ostenderet, & quia ipsum non credebant esse, quod erat, viderent & eum alium [d], quàm erat? Ecce in vtraque uisione, sua erat præsentia, & veritas: sed in vna exercebatur fides, ut magis crederent, quàm credebant: in altera tenebatur incredulitas, ne etiam agnoscerent, quod videbant. Sacramentum ergo corporis & sanguinis sui alijs est ad salutem, alijs ad iudicium. Fides etiam quamuis, sit vera, tamen sine operibus mortua est. Sic & omnes decem virgines æqualiter erant virgines: sed ex his quinque erant fatuæ, & quinque prudentes. Aequa erat uirginitatis veritas; sed pro eiusdem virginitatis intentione non omnibus æqua meriti identitas. Sic etiam est æs sonans [e], aut cymbalum tinniens martyrium, vel eleemosyna, quam nescit charitas [f]. Si vero cæcus cæco [g] lucernæ ministret veritatem; neuter tamen ideo magis suam illuminat cæcitatem: Sic & malus ministrat malo vera sacramenta, sed non ideo dona spiritualia: quia malis eorum meritis spiritus sanctus impeditur, ne in eis [h], quod suum est operetur. Vnde Innocentius [i], cum hæreticorum baptisma concedat esse ratum: non tamen ex illo baptismate concedit haberi spiritum sanctum. Et Leo hos, qui formam baptismatis acceperunt, non sinit rebaptizari: sed iubet spiritum sanctum, quem ab hæreticis nemo accipit, per eius inuocationem, & manus impositionem à catholicis sacerdotibus consequi. Sciendum vero est, quòd sacramenta hæreticorum dicuntur irrita, uel etiam damnanda, falsa, & inania, non quantum ad se, cum sint sancta, & vera etiam ab hæreticis celebrata: sed quia, cum illicite dantibus perfidis sint ad iudicium, illicite ab eis accipientibus non conferunt spiritum sanctum. Irrita & non vera dicuntur; quia quod promittunt, & conferre creduntur, non tribuunt: & ideo damnanda, ut ea dari, uel recipi ab hæreticis non approbetur, sed interdicatur. Non enim quantum ad se polluta sunt: quamuis ab hæreticis pollui dicantur. Vnde Gregorius communionem Arrij vocat execrationem, & Innocentius vocat Bonosi ordinationem, damnationem: non quòd ita in se sint, sed quia male dantibus uel accipientibus id efficiunt. Sic etiam Hieronymus in Oseæ sacrificia [k] eorum panem luctus vocat, non quantum [l] ad se, sed quantum ad effectum: quod ipsemet ostendit, subiungens: [Quicunque comederit ex eo, contaminabitur, quia sibi ad iudicium sumet.]

Matth. 7. Luc. 24. Iac. 22. Matth. 25. 1. Cor. 13. ṡ. e. c. Arrianos. ṡ. ea. c. hi qui. ṡ. ea. c. superueniente. c. qui perfectionem. c. uetum. In c. 9. Oseæ.

Hinc etiam Augustinus lib. 2. contra epist. Parmeniani, cap. 5.

α Sed ne Augustinum] *Hic Gratianus ita uidetur loqui de B. Augustino, quasi ipsius hac in re sit dubia, aut incerta sententia:*

Chrs bis in carne transfiguratus est.

a ¶ Bis.] Quãtum, ad primam, vel quantum ad secundam, prout videbatur duobus discipulis in castellum Emaus euntibus. Sed quare dicit in carne, cũ etiã modo sit Dñs in carne? sed dicunt quidã in carne. s. mortali, sed male. nam in carne mortali semel tantum transfiguratus est; post passionẽ vero ẽt semel. & ideo põt dici cum esset in carne, id est, inter carnales, ubi carnem assumpsit. Vel põt intelligi in carne. s. mortali, & sic fiet ibi punctus. bis trãsfiguratus est, cũ esset in carne in una transfiguratione. & c. quasi diceret in carne mortali id est, in una transfiguratione, s. in mõte Thabor; in altera post resurrectionẽ, in specie. s. peregrini apparens. ADDITIO. scilicet duobus discipulis in castellum Emaus euntibus. H.

b ¶ Sol.] Scilicet Christus. & hoc est primũ exemplum.

c ¶ Apparuit mirabilis.] Corã Iacobo, Petro, & Ioanne in monte Thabor.

d ¶ Alium.] Id est, alterius modi.

e ¶ Sonãs.] Quia se ipsum cõstringit alij sonum præstans.

f ¶ Charitas.] ṡ. ead. q. uide.

Cæcus cæco ducatũ præstare nõ debet.

g ¶ Cæco.] Si Cæcus cæcũ conetur ducere secum: In foueam ductor primum cadet, inde secutor.

h ¶ Ne in eis.] Existẽdo in hæresi, uel quo ad effectum: nisi in causa necessitatis, uel ignoranter. ṡ. ea. q. superueniente.

i ¶ Innocentius.] ṡ. ea. q. qui perfectionẽ. j. ea. q. 7. c. 5. § itẽ. Innoc. & c. quod pro remedio.

k ¶ Sacrificia.] Vt dicitur. supra e. q. §. sed hoc. ṡ. eo. illi. & c. Dominus. versic. nos dicimus. & c. si quis inquit.

l ¶ Non quantum.] dist. 49. sacerdotes. j. ea. q. 3. saluator.

PEr Esaiam.]Hoc ca.diuiditur in tres partes. In prima parte ponuntur verba prophetæ. In secunda dicit Aug ꝙ ubicunque malus offert sacrificium, sibi perniciem irrogat, sed non illis, qui dignè assumunt. In tertia parte dicit, ꝙ spiritus sanctus disciplinæ effugit fictum, nec operatur per eū remissionem peccatorū. Secūda pars īcipit ibi,[Quilibet.]Tertia ibi,[Spūs sctūs.] CASVS. Primo ponuntur uerba prophetæ. Secundo, dicit Aug. ꝙ ubicunq; malus Deo offert sacrificium, sibi perniciem irrogat, non dignè sumenti. Tertio dicitur, quòd spiritus sanctus disciplinæ scilicet dator effugiet fictum. nam per eum non operatur remissionem peccatorum, sed per officium operatur, & de malis toleratis intelligit quod hic dicitur.

cum tamen nemo ipso melius, ac fusius in libro contra Donatistas rem hanc exposuerit, omnino q; cum Chalcedonensi concilio, & Innocentio concordet.

¶Sacramenta quamuis obsint indignè tractantibus, prosunt tamen dignè sumentibus. C. XCVIII.

Iuo p.2.c.97. Esa.66.

PEr Esaiam Dominus dicit: [Facinorosus, qui sacrificat mihi vitulum [a], quasi qui canem occidat: & qui coquit [α] [b] similaginem, quasi sanguinem porcinum, & qui offert thus in memoriam, quasi blasphemus.] *& paucis interiectis.* ¶ Quilibet vbilibet offert sacrificium tali † corde, vel factis, hoc † vt [c] mereatur audire [d]; perniciem sibi infert, non illis bonis [e], qui accipiunt ab eis sacramenta eadem, qui secundum prophetam Ezechielem gemunt, & mœrent peccata, quæ fiunt in medio eorum, quamuis non se inde corporaliter separent. *& infra.* ¶ Sacrificia impiorum eis ipsis oberunt, qui offerunt impiè. Nam unum atque idem sacrificium propter nomen Domini, quod inuocatur, & semper sanctum est, & tale cuique fit, quali corde ad accipiendum accesserit. [Qui enim manducat, & bibit indignè, iudicium sibi manducat, & bibit.] non ait, alijs [f]; sed, fibi. *& infra.* ¶ Hoc penè in omnibus talibus quæstionibus intelligendum admonemus, scilicet quia omia sacramenta cum obsint indignè tractantibus, prosunt tamen per eos dignè sumentibus. *& infra.* ¶ Spiritus sanctus in ecclesiæ præposito, uel ministro sic inest, ut si fictus non est, operetur per eum spiritus sanctus, & ad eius mercedem [g] in salutem sempiternam, & eorum regenerationem [h], vel ædificationem [i]: qui per eum siue consecrantur, siue euangelizantur. Si autem fictus est, quoniam uerissimè scriptum est: [Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictum,] deest quidem saluti eius, vt auferat se a cogitationibus, quæ sunt sine intellectu: ministerium tamen eius non deserit [k], quo per eum salutem operatur aliorum.

†tale] orig. †al. hac
Eze.9.
cod.l.2. contra epi. Parme. c.6.
1.Cor.11.
cod. lib.2.c.10.
Ibidem c.11.
Sap.1.

α ¶Et qui coquit.] *Apud B. Augustinum legitur,* & qui similaginem, quasi sanguinem porcinum, & qui offert thus, quasi benedicat idolo, *& sic etiam Iuo: nisi quòd habet,* & qui ponit similaginem, *sicut etiam B. Augustinus contra litteras Petiliani lib.2.ca.52. Lectioni Græcæ vulgatæ optimè respondet versio B. Hieronymi secundum LXX.* Iniquus autem, qui immolat uitulum, quasi percutiens uirum; sacrificans de grege quasi qui occidat canem: qui offert similam, quasi qui sanguinem suillum: qui dat thus in memoriale, quasi blasphemus. *Vulgata autem Latina ex Hieronymo secundum Hebræum exemplar sic habet:* Qui immolat bouem, quasi qui interficiat hominem; qui mactat pecus, quasi qui excerebret canem; qui offert oblationem, quasi qui sanguinem suillum offerat; qui recordatur thuris, quasi qui benedicat idolum †.

†al. idola s.c. qui pfectionem.

Constat [l] ergo, ut Innocentius ait, de cæteris hæreticis,

a ¶Vitulum.] Talis est, & ita agit, quasi &c.
b ¶Coquit.] Aliàs colit. id est in cultu quasi colendo in sacrificio offert. Et est similago flos farinæ, de quo fiebat panis propositionis.
c ¶Hoc ut.] Quod dicit propheta.
d ¶Audire] Scilicet sibi dictum esse.
e ¶Non illis bonis.] Accipientibus ab eis sacramenta.
f ¶Non alijs.] Argumentum, ꝙ de uno, &c. ut dist.45. disciplina. ibi, meus non est. Arg. contra infra 23. q.4. fortè.
g ¶Mercedē.] Id est, retributionē æternā.
h ¶Regenerationē.] Vt infantium.
i ¶Vel ædificationē.] Vt adultorum.
K ¶Non deserit.] Supra ea. ca remissionē.
CONSTAT ERGO. CASVS. Superius in c.1. huius quæstionis dicit Leo, ꝙ Simoniaci non accipiunt nisi spiritum mendacij, & damnationem. in ca. fertur. dicit Greg ꝙ simoniaci uulneratā habent animam lethali uulnere. In cap. uentum, dicit Innoc. quod ordinati ab hæreticis uulneratum habent caput, per quę cap. infert Gratianus idem esse de hæreticis & simoniacis: sed suæ conclusioni statim obijcit ibi, [Sed obijcitur.] Et ibi, [Immo] Concludit tamē ꝙ sacramenta non debent simoniacè concedi.
l ¶Constat.] Superius introduxit magister multa capitula per

Similago est flos farinæ.

Hæretici & simoniaci æ quiparant. 1 Quia s.c. 1.huius qõ. dixit Leo, quod simoniaci nõ nisi spiritũ mẽdacij accipiũt, & dãnationẽ s.c.fert. Dixit Greg. quod simoniaci vulneratam hẽnt aĩam lethali uulnere.s.ead. uentũ dixit Inn. quod ordinati ab hereticis uulneratum hẽnt caput. vñ infert & magister idẽ esse de simoniacis & hæreticis, sm H. sed suæ conclusiõi, &c. ut sequitur Pe. & Bart. Brix.

la per quæ ostendit de hæreticis & simoniacis idem esse. ex quibus infert conclusionem suam in isto.§.1. sed suæ conclusioni obijcit statim dupliciter, ibi, sed obijscitur.& ibi, immo.

a ¶Sed obijcitur.] Ad hoc quod dixit de simoniacis locum habere quod de alijs hæreticis dicitur.

b ¶Hoc solum.] Quod non est in ordinatione hæreticorum.

c ¶Reputetur.] Verum est quantum ad characterem.

BAptizandis.] CASVS. Dicitur in hoc c. quod nec pro baptismo, ne pro chrismatione debet pretiũ exigi, ne propter paupertatem vel indigentiam homines suam negligant salutem, & qui hoc de cætero fecerit deponetur.

d ¶Consignãdisq;.] Id est, chrismandis. idem est in quolibet sacramento. extra de sim. cum in ecclesiæ.

e ¶Præfigant.] Sic infra 10. quæst. ulti. nec numerus. secundum quod ibi est in littera nũmus, est simile. aliàs si est numerus, non est simile.

f ¶Renascentes.] Id est, renasci uolentes uoluntate sua uel parentum.

g ¶Exigere.] Aliquid tamen sponte oblatũ recipi potest, ut supra distinctio.18. de eulogijs.

h ¶Moliantur.] Sed quid si sacerdos nullo modo vult baptizare, nisi ei detur pecunia? Dicunt quidam quod si baptizandus est adultus, nihil ei debet dare: quia sola fides ei sufficit. de cõsecr.distinct.4. baptismi. vel ipsemet baptizet se. arg. ff. de adop. si consul. argum. contra, extra de baptismo & eius est, debitum. Ioan. Sed certè si in necessitate talis aliquis seipsum baptizet: non est tamen baptizatus 2. licet ad patriam, si decederet, conuolaret, ut dicit decret. illa, debitum B. Si est puer, baptizet eum offerens, uel pater: sed si illi ita debiles sunt, uel nesciunt formam baptismi, uel nullus est alius, qui baptizet in necessitate, non ideo danda est pecunia. & committenda simonia, potius permittatur mori sine baptismo. argum. hic, & infra ea. placuit. Ego tamen potius darem pecuniam, quàm eum sic dimitterem mori, & bene, licet non deberem facere. arg. hic, & infra ea. placuit.

Baptizare seipsum nemo potest.

2 Adde ad hoc quod le. et no. de cõse. dist.4. baptismi. in glos. poterit.

i ¶Correxerint.] Relinquendo honorem, & perpetuo pœnitendo, ut infra ea. q. si quis neque. Ioan.

NVllus.] CASVS. Dicitur in hoc c. quod nullus clericus à percipiente gratiam communionis pretium exigere debet. quod si quis fecerit, deponetur.

ordinatos à simoniacis per prauam manus simoniacæ impositionem uulneratum habere caput. ¶*Sed obijcitur* [a] *quòd in ordinatione simoniacorum hoc solum* [b] *reprehensibile inueniatur, quod gratia Spiritus sancti sub pretio redigi putetur: aliorsum autem in omnibus integra forma sacramentorum seruetur. Cum ergo illicita sacramenti usurpatio per pœnitentiam correcta fuerit, ut gratia Spiritus sancti gratuita, & non uenalis existimetur, integer debet adesse unctionis effectus: Immo etiam, si non sequatur pœnitentia, licet simoniacè, tamen reuera consecratus reputetur* [c]*: sicut illi, qui quondam non, nisi pretio dato, nec ad sacri baptismi regenerationem, nec ad sanctæ communionis participationem admittebantur; licet simoniacè, tamen non ideo minus baptizati, vel sacræ communionis participes reputati sunt: sed hoc tantum † sacris canonibus constitutum est, ne de cætero sacramenta Christi simoniacè distribuantur.* † *al. tamen*

Vnde Gelasius ad episcopos per Lucaniam, epist. 1. c. 7.

¶A baptizandis, vel consignandis pretia non exigantur. C. XCIX.

Capit. *6.* c.180. Burc.l.4.c.71. Iuo p.1.c.72. & 265. *Matth.* 10.

BAptizandis, consignandisque [d] fidelibus sacerdotes pretia nulla præfigant [e], nec illationibus quibuslibet impositis exagitare cupiant renascentes [f]: quoniam, quod gratis accipimus, gratis dare mandamur. Et ideo nihil à prædictis prorsus exigere [g] moliantur [h], quo uel paupertate cogente deterriti, vel indignatione reuocati, redemptionis suæ causas adire despiciant: certum habentes, quod qui prohibita deprehensi fuerint admisisse, vel commissa non potius sua sponte correxerint [i], periculum subituri proprij sint honoris.

Item ex sexta synodo, c. 23.

¶A percipiente gratiam † communionis pretium exigi non debet. C. C. † *al. gratia*

Iuo p.2.c.92.

NVllus episcopus aut presbyter, aut diaconus [k], qui sacram dispensat communionem, à percipiente gratiam *a* communionis aliquod pretium exigat [l]. Neque enim uidetur gratia, neq; pro pretio gratiam spiritus sancti damus; sed dignis munere sine defraudatione participare cõcedimus. Si quis vero eorum, qui cõnumerantur in clero, ab eo cui sacram communionem dispensat, aliquod pretium exegerit, deponatur, sicut imitator simoniacæ fraudis.

a ¶Gratiam.] *Sic etiam Iuo. In vno vetusto Gratiani codice est,*

K ¶Diaconus.] s. de conse. dist. 2. peruenit. contra. ibi dicitur, quod presbyter dare Eucharistiam; sed hoc in necessitate. 93. dist. diaconis. & c. præsente. H.

l ¶Exigat.] Cum effectu 3. uel etiam ipse conatus puniendus est in detestationem criminis. supra ea. qui studet. arg. 6. q. 1. §. verum, arg. 47. dist. quoniam. H.

3 Deest·e[...] gẽdo rec[...] pit, sic ff. [...] rer. diu. l. [...] aliàs s. d [...] di. 1. cog[...] tiones. A[...]

Quidquid.]

QVidquid.] CASVS. Dr hic, ꝙ pro sacramentis uel ordinibus conferenda aliquid accipi non debet, nisi quod sponte fuerit oblatum. & clericus contra fecerit, deponatur. & si sciente episcopo & negligente corrigere aliquid fuerit exactum: duobus mensi-

gratia communis, *quod Græcæ lectioni magis conuenit*: παρὰ τοῦ μετέχοντος εἰς πράττειν, τῆς τοιαύτης μεταλήψεως χάριν, ὀβολοὺς, ἢ εἶδος τὸ οἱονοῦν, *id est*, ab eo qui percipit cōmunionem eiusmodi participationis gratia, obolos, vel aliam quāuis speciem exigat. *Sunt etiam aliæ nonnullæ varietates non magni ponderis,*

Item ex concilio Toletano, 11. c. 8.

¶Munera inuisibilis gratiæ quæstionibus non sunt comparanda. C. C. I.

Iuo p. 1. c. 73. & par. 5. c. 126. *Matt.* 10.

QVidquid inuisibilis [a] gratiæ consolatione [β] [b] tribuitur, numquam quæstibus [γ] [c], vel quibuslibet præmijs venundari penitus debet, dicente Domino: [Quod gratis accepistis, gratis date.] Et ideo quicumque deinceps in ecclesiastico ordine constitutus, aut pro baptizandis, consignandisque fidelibus, aut collatione chrismatis, vel promotionibus graduum pretia quælibet, vel præmia (nisi [δ] voluntarie oblata) pro huiusmodi ambitione susceperit; equidem, si sciente loci episcopo tale quidquam à subditis perpetratum fuerit, idem episcopus duobus mensibus excommunicationi [d] subiaceat, pro eo, quòd, scita mala contexit, & correptionem necessariam nō adhibuit. Sin autem suorum quispiam, eodem nesciente, pro supradictis quodcumque capitulis accipiendum esse sibi crediderit [e]; si presbyter [f] est, quatuor mensium excommunicatione [g] plectatur; si diaconus, trium; subdiaconus vero, vel clericus [h] his cupiditatibus seruiens, & competenti [ζ] pœna [i], & debita excommunicatione plectendus est.

β ¶Consolatione.] *In concilijs olim Coloniæ, ac Lutetiæ impressis, duobus ipsorum codicibus Vaticanis, vno regis catholici, & apud Iuonem legitur*, collatione: *sed ob glossam nō est emendatū.*
γ ¶Nunquam quæstibus.] *In eodem codice Regio, legitur* nummorum quæstu, vel quibuslibet præmijs venūdari penitus non debet: *in alijs verò supra citatis*, nunquam quæstu.
δ ¶Nisi.] *Ab eodem codice Regio abest dictio ista*, nisi *ita ut in his casibus voluntarias etiam oblationes prohibeat sicut de baptismo in concilio Eliberitano est constitutum, infra ead. c. emendari & de sacris ordinationibus in concilio Tridentino sess.* 21. *cap.* 1. *In alijs tamen codicibus est ipsa dictio*, nisi.
ε ¶Quod scita.] *Antea legebatur*, in conscientia mala *Emendatum est ex codice Regio, & Iuone in concilijs vero impressis varie legitur.*

* *Immo, quatenus sacramentū tribuit gratiam, vt decernit concil. Trid. sess. 24 c. 1. & ideo dare pecuniam pro eo, vt est sacramentum, illicitū est licit ū autem, quatenus est naturæ officium. B. Tho. 2. 2. q. 100. artic. 2. ad 6*

mensibus communione priuetur. Si vero ipso ignorāte clerici aliquid acceperint: pro qualitate personarū & ordinum punientur pœnis hic positis, & nihilo minus deponentur.
a ¶Inuisibilis] Id est, sacramentum in quo gratia inuisibilis continetur per significationem.
b ¶Consolatione.] Nota coniugium nō * esse de his sacramentis: quæ consulationē calestis gratię tribuūt: & ideo in ipso posse pretiū interuenire. 32. q. 2. honorantur. Cętera ita sacræ rei tenent significationem, vt eius pariter habeant uirtutem, istud solam significationem. Cętera uerbo, sed istud ex consensu pficitur. Cætera à iure canonum initium habuerunt, hoc è iure naturali initium habuit. extra de biga. debitum. Illa autē non est ratio sufficiens, ꝙ pecunia interueniat, quia in eo non confertur gratia: quia nec in sepultura nec in funeratione gr̃a confertur: est tñ simonia. 13. q. 2. quęsta, Imo dicit lex, matrimonia non debent esse venalia. ff. de. do. inter uirum & vxo. l. 2. & dic ꝙ licet quæratur in matrimonio quantū detur pro dote, hoc non est simonia. arg. de cōs. dist. 1. nemo. nam episcopus non consecrat ecclesiam, nisi dos fuerit ei assignata, vt ibi dicitur; & tamen illud nō est simoniacum. inf. ead. q. 2. placuit.
c ¶Quæstibus.] A q̃ro quæris, non à queror quereris.
d ¶Excommunicationi.] Id est, suspensioni. 32. dist. eps. no. episcopum suspendē dū esse, quia non corrigit subditum.
e ¶Crediderit.] Ad hoc ut occultet illud crimen.
f ¶Si p̃sbyter.] Hāc leuem pœnam antiquitus sustinuit: ex posterioribus autem decretis ꝓ huiusmodi sui honoris piculo subsunt, & nota infamiæ percelluntur, ut sup. ea. qui baptizandis, & 1. q. 3. c. ulti.
g Excōicatione.] Hic grauius punit sacerdos q̃ eps, argu. ꝯ. 40. dist. homo 1. Sed hic presbyter in duobus deliquit, & quia contemnit, & quia simoniam committit. episcopus tantum in negligentia 2. Et quod dicit, quatuor mensium excommunicatione plectatur, hæc pœna nō excludit depositionem. Alij intelligūt hoc capitulū tm̃ de negligēte 3, nō de committente. sed huic intellectui obuiat illud, accipiendum. & illud, cupiditatib. Sed exaudi hoc per illud. extra de simo. nemo. cum scilicet quis celat crimen alterius pro pecunia: arg. sup. e. c. ibi, contexit. B. Sed adhuc cōtradicit, huic intellectui q̃d dicit de pœna. quia minor imponitur maiorib. Sed dic quod maior pœna est episcopo cessare per duos menses, quàm presbytero per quatuor. 40. dist. homo Christianus.
h ¶Clericus. & secundum hoc clericus in minorib. ordinationibus potest esse prælatus.
i ¶Competenti pœna.] Depositioni. inf. ea. q. 3. c. vlt. placuit,

Gratia. in sepultura non confertur.

Ep̃s nō corrigens subditum, est suspendendus.

Sacerdos grauius punitur q̃ episcopus.
1 Arg. extra de cle. venat. c. 1.

2 Sic not. inf. 24. q. 1. qui contra. in gl. vlt.

3 Et talis non est simoniacus: quia nil vr̃ emere vel vēdere: sed pro tāto d̃r simoniacus: quia simoniā committit, & cōtegit. extra de simo. nemo. Hu-

ζ ¶Et comperenti.] *In vulgatis legebatur*, pro arbitrio competenti pœna *sublatæ sunt voces*, pro arbitrio. *quia in vetustis exemplaribus, in concilijs impreßis, & manuscriptis, & apud Iuonem non habentur, neque auctor glossæ eas agnoscit.*

Item ex concilio Bracarensi secundo, c.4.

¶*Emendata est inscriptio ex aliquot vetustis codicibus. Nam in vulgatis erat*, ex Carthaginensi quarto, *in quo non habetur.*

¶Nihil à sacerdotibus exigatur pro balsamo, quod in Chrismate ponitur. C. CII.

PLacuit, vt nullus episcoporum pro modico balsami [a], quod benedictum pro baptismi sacramento per ecclesias datur; quia singuli † tremissem [b] pro ipso exigere solent; nihil vlterius exigatur: ne fortè, quod pro salute animarum per inuocationem sancti spiritus cõsecratur, sicut Simon magus donum Dei pecunia voluit emere, ita nos uenundantes damnabiliter venundemur. Act. 8.

† *al. à singulis tremisses exigi*] *al. singuli tremisses exigi*

Item ex eodem, c.7.

¶Non est aliquid exigendum ab ijs, qui infantes suos ad baptizandum adducunt. C. CIII.

PLacuit, vt vnusquisq; episcopus per ecclesias suas hoc præcipiat, vt hi, qui infantes suos ad baptismum offerunt, si quid voluntariè pro suo offerunt uoto, suscipiatur ab eis. Si vero per necessitatem paupertatis aliquid non habeant, quod offerant, nullum eis pignus violenter tollatur à clericis. Nam multi pauperes hoc timentes, filios à baptismo retrahunt: qui si fortè, dum differuntur, sine gratia baptismi de hac uita recesserint, necesse est, ut ab illis eorum [c] perditio [d] requiratur [e], quorum spolia pertimescentes, a baptismi gratia se retraxerunt.

Item ex concilio Eliberitano, c.48.

¶Qui baptizatur, nullos nummos in concham mittat. C. CIIII.

EMendari placuit, ut qui baptizantur (vt fieri solebat) nummos in concham non mittant [f]: ne sacerdos [g],

PLacuit, vt nullus.] CASVS. Statuitur hic, ut nullus eps pro chrismate tremissem exigat, sicut olim epi facere consueuerunt, ne ipsi uenundantes, sicut Simõ magus uoluit emere, damnabiliter venundentur.

a ¶Balsami.] Id est, chrismatis. nam post consecrationē chrisma est. Chrisma ergo uendi non põt, nec etiã in necessitate, cũ sit sacramẽtũ. 1.q.1.multi. & 1.q.3. si quis præbendas. & supra ea.quidquid.

Chrisma vẽdi non põt.

b ¶Tremissem.] Tertia pars solidi est tremissis. De hoc tremisse habes C. de ueste milit. fortissimis. lib. 12. & inde dicitur tremissis secundũ Isidorum, quasi ter missus solidum constituat.

Tremissis est tertia ps solidi.

PLacuit.] CASVS. Statuitur in hoc c. ut pro baptismi collatione nihil exigatur: spontè tamen oblatum potest recipi: & si timore extorsionis aliquis se subtraxerit à baptismo, anima periclitantis à tali presbytero requiretur.

c ¶Eorum.] Argu. ꝙ in eadem sit perditione & qui dãni causã, uel occasionem dat, & qui damnum dedisse uidetur. ĩ.23.qõ.5. de occidendis. & c.cũ homo. cõtra. 26.q.6.si presbyter. ĩ.27.q.2. si tu abstines. s̃.dist.55. si quis absciderit. ĩ. 17.qõ.4. diffiniuit. s̃. 50.dist.studeat. & c. sepè. ĩ.16.q.1.decime. Io. Sol. hoc intelligendum est de causa proxima, maximè cũ malo zelo causam uel occasionem præstant. H.

Damnũ dedisse vr̃, qui occasionẽ dãni dat.

d ¶Perditio.] Nihil enim interest an occidat quis, an causam mortis præbeat. ff. ad l. Cor. de sic. nihil, unde si præstito impunitatis sacramento seruos fugiẽtes ad ecclesiam sacerdos non reddiderit, & postea fugerint: fuga eorum à sacerdote quęrenda est, ut ĩ.17.q.4.diffiniuit. qui enim occasionem damni, &c. ff. ad l. Aquil. qui occidit. §.ult.

e ¶Requiratur.] Not. quòd pro loco, & tempore illicita redduntur, quæ simpliciter licita sunt, ut 27.q.1.neque uiduas.

EMendari.] CASVS Dicitur hic, ꝙ pro baptismo nihil recipiatur, nec pedes baptizandorum lauentur. Sequentia duo cap. plana sũt, in quibus dicitur, ꝙ pro sacramentis, uel ordinibus, sepultura, chrismate, communione, & luminaribus, nihil exigi debet.

f ¶Non mittant.] Præsumitur enim simonia 1. similis pręsumptio est ex tempore uel loco. ĩ.31.q.1.relatũ. s̃.dist.81.in omnibus. ĩ.8.q.3.c.1. & s̃.dist.57.si quis in ægritudine. ĩ.18.q.ulti. Eleutherius. contra extra de simo. cũ sit Romana. ĩ.ea.q.2.placuit. Sol. exaudi hoc de nummis exactis. nam sponte oblatos accipere possum. arg. ĩ.c.proxi. Alij dicunt hoc uitandum propter speciem mali. arg. extra de transact. constitutus. ff. ad leg. Iul. de ambitu. l. una. ubi dicitur, quòd accusatus non debet intrare domum iudicis. Hic arguè opus per se laudabile rationis temporis reprobari, & ne malignãdi occasionem inducat. licet enim nũmos in concham mittere opus pietatis sit, tempore tamen suscipiendi baptismi simoniæ suspicionem inducit. arg. est ff. ad l. Iul. de ambitu. l. vna. in fin. adeo ut si etiã sub aliquo prætextu tempore prohibito detur, præsumptio simoniæ non euanescat. arg. 57.dist. si quis in ægritudine 2. 8.q.3.c.primo.

1 Vñ subdit, ne sacerdos &c.

Opus per se laudabile ratione tẽporis reprobatur.

2 Et not. ĩ. 18.q.2. diffinimus.

g ¶Ne sacerdos.] Arg. non solum abstinendũ esse à malis, sed etiam ab omni specie mali. arg. supra 54. dist. generalis.

Abstinendũ est ab omni specie mali.

a ¶Lauan-

Lotio Mediolanẽsiũ.

a ¶Lauandi sunt.] Quia Mediolanenses primo aqua consecrata puerorum pedes lauant,& postea baptizãt: & non peccant, quia auctorirate Ambr.hoc faciũt: q̲a qui est mundus totus, non indiget nisi vt pedes lauet. Tamen in illa auctoritate intelliguntur pedes, id est, affectus pro tempore etiam luminum pretium interdici in extrauagan.Alexan.iij.de his sane. Hu.satis dicitur extra de Simon.non satis,& cap.cum in ecclesiæ. ADDITIO. Adde ad hoc quod legitur, & no.supra ea. emendari.Archid.

quod gratis accepit, pretio distrahere videatur. Neque pedes eorum lauandi sunt [a] à sacerdotibus, vel clericis.

Item ex concilio Triburiensi.

¶Pro perceptione baptismi,vel chrismatis aliquid exigi non debet. C. CV.

Pann.l.4.c.101. Iuo p.1.c.295.

DIctum est solere in quibusdam locis pro perceptione chrismatis nummos dari, similiter pro baptismo, & communione. Hoc simoniacæ hæresis semen detestata est sancta synodus, & anathematizauit, & vt de cætero nec pro ordinatione,nec pro chrismate,uel baptismo,vel pro balsamo, nec pro sepultura, vel communione quidquam exigatur,statuit; sed gratis dona Christi gratuita dispensatione donentur.

Item ex concilio Cabilonensi tempore Caroli magni, cap.17.

¶Non pro dedicandis basilicis,vel pro cæteris sacramentis ecclesiæ conferendis aliquid exigi debet. C. CVI.

Burc.l.4.c.93. Iuo p.1.c.287. Pann.l.1.c.98.

STatuimus, vt sicut pro dedicandis basilicis, & dandis ordinibus nihil accipiẽdum est: ita etiam pro balsamo siue luminaribus [b] emendis, nihil presbyteri chrisma accepturi dent. Episcopi itaque de facultatibus ecclesiæ balsamum emant, & luminaria singuli in ecclesijs suis concionanda prouideant.

IVbemus, [a] & hortamur, [b] vt si quis forte honoratorũ decurionum, possessorum, postremo etiam colonorũ, à cuiuslibet ordinis iudice fuerit aliqua ratione concussus, si quis scit de iure venalem fuisse sententiam, si quis pœnam uel pretio remissam, uel uitio cupiditatis ingestam, si quis postremo quacunque de causa improbũ iudicem potuerit approbare; is uel administrante [c] eo, vel post administrationem depositam in publicum prodeat, crimen deferat, delatum approbet, cum probauerit, & uictoriam reportaturus, [d] & gloriam.

Item in digestis libro. 3. titulo de calumniatoribus, l. 1. Tit. 6.
[Vlpianus lib. 10. ad Edictum.

¶ De eodem. Cap. CXXVII.

IN eũ, qui ut calumnię causa negotium faceret, vel nō faceret, pecuniam dicetur† accepisse; intra annum utilem, α [e] in quadruplum [f] eius pecuniæ, quam accepisse dicetur, post annum simpli† in factum actio competit. [g]

† al. detegitur.

† al. in simplum.

¶ In hac, & sequentibus legibus, quæ ex ff. citantur, repositi sunt tituli ex vetustis exemplaribus Gratiani, quæ cum Pandectis Florentinis valde conueniunt.

α ¶ Vtilem.] *Hæc dictio non est in antiquis codicibus Gratiani; neque in Pandectis, sed ob glossam; non est sublata.*

Ibidem lib. 47. tit. 13. le. 2. de concussione.] Macer lib. 1. publicorum iudic.]

Cap. CXXVIII.

COncussionis [h] iudicium publicum [i] non est. Sed si ideo pecuniam quis accepit, quòd crimen minatus sit, potest iudicium publicũ esse senatusconsultis, [k] quibus pęna legis Cornelię [l] teneri iubētur, qui in accusa-

h ¶ Concussionis.] Crimen concussionis est, cum quis minatur alicui nisi ita vel ita faciat infra 23. quæst. 1. militare. 3. ff. de concus. l. 1. & 2. Crimen cōcussionis.

i ¶ Publicum.] Idest ordinarium, & hoc semper: vel non est publicum, nisi cum quis pecuniam extorserit, & hoc est, quod sequitur: sed si ideo. Publicum est ad cuius accusationem quilibet de populo admittitur, nisi infamis sit, ut institu. de publi. iudi. circa principium:

3 De h[…] leg. & no. e[…] q. paratus […] fin. ibi […] deas.

K ¶ Senatusconsultis.] Volusiano & Liboniano. ff. ad legem Corne de fal. l. 1. ff. ad le. iu. de ui pub. ex senatusconsulto.

l ¶ Legis Corneliæ.] Cuius pœna in libero homine est deporta-

Pœna leg[…] Corneliæ.

deportatio in seruo vltimum supplicium.ff.ad leg.Cor. de fal.l.1.§.vlt.
a ¶ Innocentium.]Secus si nocentium.16.q.7.sane.
b ¶ Eadem lege tenetur.]Quia reddit quadruplum, & infamis efficitur.ff.eod.l.eadem.§.1. hoc crimen etiam extraordinarie punitur.ff.eo.l.lex Iul.§.fin.
c ¶ Legendum.]Idest,eligendum, ut eligatur, qui non debet,vel contrarium.
d ¶ Mittendum ve.]Vt mittatur in legationem,qui nō est mittendus,uel non mittatur qui mittendus est.
e ¶ Dandum.] Puta non ad probādos fideiussores, vel loco iudicis recusari.
f ¶ Aestimandam.] Ne.s. æstimet litem minoris,vel maioris pro pecunia: qđ qñque facere tenet. ff. ad leg. Aquil. proin de §.notandum.

tionem innocentium [a] coierint, qui ve ob accusandum vel non accusandum, denunciandum, vel non denunciandum testimonium pecuniam acceperint.

[*Ibidem lib. 48. tit. 11. ad legem Iuliam repetundarum,leg.3. Macer lib.1.publ.iud.*

PALEA. Cap. CXXIX.

Lege Iulia repetundarum tenetur, qui cum aliquam potestatem haberet,pecuniam ob iudicandum, vel non iudicandum,α decernendumve acceperit;[Venulelius Saturninus,l.uel quo,eo.ti.] vel quo magis, aut minus quid ex officio suo faceret.

α ¶ Vel non iudicandum.] *Sic etiam digestis vulgatis: sed a Pandectis Florentinis absunt istæ voces. Est autem Palea ista fere in omnibus vetustis exemplaribus Gratiani. & a c.* sunt quidam. *vsque ad finem quæstioni nulla est distinctio capitum.*

Item eodem tit.lib.6.

De eodem. Cap. CXXX.

Eadem lege tenetur, [b] qui ob denunciandum, vel nō denunciādum testimonium pecuniam acceperit β. *& post pauca.*¶ Lege Iulia repetūdarum cauetur,ne quis ob militem legendū [c] mittendumve [d] ęs accipiat, neve quis ob sententiam in senatu,consiliove publico dicendam,pecuniam accipiat,vel ob accusandū,vel non accusandum.¶ Macer.lib.1.publ.iud.l.7.Lex Iulia de repetūdis præcipit,ne quis ob iudicem,arbitrumve dandum, [e] mutandum iubendumve,vt iudicet,neve ob non dandū, non mutandum,non iubendum, &c. neve ob litem æstimandam [f] iudiciumve capitis, pecuniæve faciendum,vel non faciendum aliquid accipiat. *& infra.*¶ Hodie ex lege Iulia repetundarum extra ordinem puniuntur:&plerumq;,vel exilio puniūtur,vel ēt durius,prout admiserint Venulelius eo. tit. lib. 6. Hac lege damnatus testimonium publice dicere, aut iudex esse postulareve prohibetur.

β ¶ Acceperit.] *In Pandectis sequitur versiculus,* Hac lege damnatus, *qui reponitur in fine huius capitis.*

QVÆSTIO II.

1 *Sequitur [g] secunda quæstio, qua quæritur an pro ingressu monasterij,pecunia sit exigenda, vel exacta persoluenda. Hoc vtrūque licite fieri, vtriusque testamenti serie comprobatur. Legitur enim in primo libro Regum, quod Anna detulit secum Samuelem postquam ablactatus fuerat, cum tribus vitulis, & tribus modijs farinæ, & amphora vini ad domum Domini in Silo.* 1.Reg.1. ¶ *In actibus verò Apostolorum legitur, quò* Act.4.

Sequitur.] Hæc est secunda Quæstio. q̄ diuiditur in duas partes, in quarū prima quæritur, vtrū pro ingressu ecclesiæ sit dādum aliquid. & primo dicitur quod non. Secūda ibi. Item opponitur. Ioa.de Fant.

CASVS. Hic intitulatur secūda quæst. qua quęritur,an pro ingressu ecclesię pecunia sit exigenda, vel exacta persoluēda,& certum est, ꝙ nō. quia simoniacū est. Et primo ꝓbat ꝑ duas historias, de Anna scilicet, & Anania.ꝙ pro ingressu ecclesiæ pecunia sit exigenda.Sed statim respondet Grat. quod Annæ nō fuit exacta, sed sponte quędā obtulit. Ananias verò non ideo damnatus est,ꝙ sua nollet conferre, sed quia fuit mentitus.

g ¶ Sequit.] Hæc qō nō hēt quęstionem ext.de si.cum in ecclesię. melius ext.e. ueniens, & melius. ext.e. quoniā simoniaca,unde nec ante nec post pōt peti aliquid, vt sup. ead. q. 2.eos qui.& inf.eo. q.3. si quis præbendas,nisi forte monasterium ita esset tenue, ꝙ ante posset ꝓuidere cītūc.n.bene posset dici ei(nec esset Laronia) bñ reciperemus te si habe rem⁹, i possessiones vnde possēs sustētari: margin ead.si quis propter hoc. Hoc tamē videtur reꝓbare illa constitutio, quā simo-

Petendū nihil est ꝓ ingressu monasterij.

Al. haberes, fm Laur.

simoniaca, quod prætextu paupertatis possit peti pecunia. Ioa. Quidquid dicat lo. si sic dicatur simonia est, vt vr. expresse dicere decretalis, extra de sim. qm simoniaca.
a ¶ Multitudinis.] 12.q.1.c.2.
b ¶ Aliter.] Hoc non est uerũ: sed allegando dicit hoc.
c ¶ Sponte.] Quod licet 19.q.3.si qua mulier.
d ¶ Ex parte.] Ar. quod non deat quis cõicata reuocare. j. de pe. d. 3. sunt plures 17. q. 4. sunt qui opes.

Placuit.] CASVS. Statuitur in hoc c. vt pro consecrãdis ecclesijs epi nihil exigãt a patronis, & pcipue si pauperes fuerit: spõte tñ oblatum ab eis poterũt epi recipere. Itẽ nullus eps debet ecclesiam consecrare, nisi dotem necessariam habuerit, quæ sufficiat luminarib. & sustentationi eorum, qui eidem ecclesiæ sunt seruituti.
e ¶ Ex debito.] Ar. 1.q.1.placuit. inf. e. q.4.ecclesia. sup. e. q.1. statuimus. inf. 18.q.2. Eleutherius contra. Sol. ibi.
f ¶ Munus aliquid.] aliud a cõuiuio, uel a pcuratione i auth. de man.princ. §. illud. in auth. vt nulli iud. §. nulli. sed bene illã exigit. i extra de si. cum sit alia nõ dẽt exigere, sed spõte oblata recipere potest. Vel potest dici quod & illa q cõsueuit percipere pp procuratione, exigere potest quasi pro labore, arg. 12.q.2. charitate. vbi hoc diu obtinuit. 18.q. si serui tium.
g ¶ Dotem.] Immo nec primariũ lapidẽ ponere debuit, ut j. de conse.d.1.nemo. in auth. ut deter. sit numerus cle. §. inuestigantes igit coll. 1. j. 16.q. vlt. pie. &c. Frigentius. sed hic omissum fuit, & iõ est restaurandam uel iam dederat prius, sed hic dẽt facere instrumentum. unde si dotem nõ dedisset prius, nũc est compellendus, quia ibi fecit poni primarium lapidem, sicut in eo qui promisit reipublicæ pecuniam dare. ff. de pollicit. l. 1.
h ¶ Eorum.] Plurib. ergo sufficere debet ecclesiæ, ut 7. q.1. illud. & de consec. d.1. hoc quoque.
i ¶ Ibidem.] Arg. contra clericos qui alibi quam in ecclesia sua morantur, su. d. 37. de quibusdam, contra. inf. 16.q. 1. generaliter. inf. 12.q.2. concesso.

Recipere licet quæ non licet exigere. Et ita habes vnũ casum, i quo munus a manu põt recipi. s. pro operib. spiritualib. ad q qs tenetur. Alius casus est pro operibus spiritualib. ad quæ quis non tenetur ex officio. 12. q.2. charitatem. sm Rayn. & Goffred.

Clerici i sua ecclesia morari debent.

multitudinis [a] *credentium erat cor vnum, & anima vna: nec aliquid eorum, quæ possidebant, quisque proprium esse dicebat: sed erant illis omnia communia. & singuli vendebant prædia sua, & ponebant pretia eorum ante pedes Apostolorum: quorum vnus, Ananias nomine, dum partem sibi reseruaret, cum vxore sua Sapphira, sententia maledictionis accepta, ante pedes Apostoli cecidit mortuus.* ¶ *Hinc liquido apparet, quod ingressuri monasterium sua debent offerre rectoribus: nec aliter* [b] *sunt recipiendi, nisi sua obtulerint. Sed aliud est, sua spõte offerre, aliud, exacta persoluere. Anna mater Samuelis non exacta, neque petita, sed sponte* [c] *munera sacerdotibus obtulit. Credentes sua sponte offerebant Apostolis, vt indigentium necessitatibus deseruirent, quæ instante persecutione infidelium, eis possidere non licebat. Ananias quoque non ideo damnatus est, quia sua nollet offerre, sed quia spiritui sancto mentitus, pretia eorum, quæ Apostolis obtulerat, ex parte* [d] *fraudabat. Non ergo his auctoritatibus permittitur rectoribus ab ingressuris aliquid exigere, sed sponte oblata suscipere, quia illud damnabile est, hoc uero minime.* — Act. 5.

Vnde in Concilio Bracarensi secundo, c. 5. legitur. — & in Vuormac. c. 3. fere idem.

¶ Pro dedicandis ecclesijs nihil exigatur. Cap. I.

Placuit, ut quoties ab aliquo fidelium ad consecrãdas ecclesias episcopi inuitantur, nõ quasi ex debito [e] munus aliquod [f] a fundatore requirãt, sed si ipse quidem aliquid ex suo voto obtulerit, nõ respuatur: si verò aut paupertas illũ, aut necessitas retinet, nihil exigatur ab illo. Hoc tamen vnusquisque episcoporum meminerit, ut nõ prius dedicet ecclesiã, nisi antea dotem [g] basilicæ & obsequium ipsius per donationem chartulæ confirmatũ † accipiat. Nam non leuis culpa est ista temeritas si sine luminarijs, vel sine substantiali sustentatione eorum, [h] qui ibidem [i] seruituti sunt, tanquam domus priuata, consecretur ecclesia. — Burc. l. 3. c. 37. Iuo p. 3. c. 42. — † al. confirmatam.

Item Bonifacius vrbis Romæ episcopus scribit omnibus Caralitanæ ecclesiæ cœnobitis.

¶ Ab ijs, qui ad conuersionem accedunt, nihil est exigendum, nec pretio aliquis ad conuersionem est inuitandus. Cap. II.

Quàm

Quam pio.] CASVS. Cum quoddam monasterium longo tempore caruisset abbate, tandem monachi sibi abbatem de alio monasterio pauperrimo elegerunt; sed ille venire recusabat. vel monachi eum non concedebant, nisi illi monachi suo pauperi monasterio aliqua conferrent unde præfati monachi consuluerũt Papam, si hoc eis liceret, quod penitus prohibet, docens exemplo Apostolorũ neminem ad religionem, fidem, uel ecclesiæ regimen interuentu munerũ debere accedere. cum sit simoniacum. quia nunquam a sanctis patribus, talia petita fuerunt. Sed si electus ad eos sponte uenerit, & omni pactione cessante, postea poterũt illi pauperi monasterio, aliqua gratis offerre, & hunc casum ponit H. quem ego Bar. Brix approbo magis quam casum Beneuen. qui breuior fuit.

a ¶ Quam

a ¶ Quàm pio.] Quidā petebant ab alijs vt darent eis ab batē ipsorū sed hoc illi nolebant facere gratis, cum esset eis vtilis, & hęc est consultatio, an eis liceret aliqd dare. b ¶ Responsum. Non dubitauit Papa quid iuris esset in quæstione, sed ironicè hoc dicit.
c ¶ An-

d ¶ Interuentu.] inf. 23. q. 4. debet, sup. 45. d. qui syncera, contra, sed non videtur prohiberi nisi pactio, nā, & dando, & honorando, & loquēdo possumus blandiri: in fidelibus vt conuertantur 1. H. Sed tu dic simoniacum esse, si pagano vel hæretico detur vt Christianus fiat, extra de simo. querelam. Sed vr̄ cōtra: ꝙ cum me possim pecunia redimere, vt de pę. d. 1. medicina. videtur ꝙ & aliū possim, & Syluester promisit omnibus munera q vellent baptizari.

Blādiri possumus in fidelibus.

1 Sub. vt in pręced. c. secundū Ioan. de Fan. qui istam gl. sequitur vt ibi cet.

pio [a] mentis affectu, fratres charissimi, vestræ destitutioni Romana compatiatur ecclesia, vobis fortassis est incognitum; sed cognitori omnium nō incognitum habetur. Dubitationi autem vestræ quod idoneum demus responsum [b], Deum testificor, ipsa quoque me dubitatio reddit anxium [c], & ineptum. Nusquam † enim legimus Domini discipulos, vel eorum ministerio conuersos, quempiā ad Dei cultum aliquo muneris interuentu [d] prouocasse; nisi fortè de pauperum alimento [e] quis in commune [f] proponat; quorum [g] nulli cuiuscunq; professionis esset, victualia negabantur [h]. Scimus equidem, quòd omne datum optimum, & omne donum perfectū desursum est descendens à patre luminum; à quo bonæ voluntatis donū accipit, qui sancto deliberationis arbitrio gratis Deo seruire disponit. Restat ergo, vt qui pro aliqua ecclesiastica susceptione munus accipit, donum Dei, quod à patre luminum desceēdere debuit, vendat; munus autem largiēs importunus emat. Quid aūt de diuini doni vēditoribus, vel emptoribus consequatur, concludi necesse non est. ¶ Cauete ergo fratres, quàm sit ambiguum, quòd petistis cōsilium: quod quidem secundum vestræ voluntatis propositum nulla inuenimus ratione confirmatum. Veruntamē, si vestræ necessitati adeo est opportunus, quem reperistis †, dum tamen omnis absit pactio [i]; omnis cesset conuentio [k], nullaque vestræ ecclesiæ fiat distractio, accedat gratis, Deo seruire incipiat, suique regiminis deuotæ gestet obsequium: & postmodum [l] vos quasi subsidij [m] gratia, aliqua suæ ecclesiæ munera largiri fratrum solatio Romana permittit ecclesia.

† al. Nunquam.

Iac. 1.

† al. capistis.

¶ *B. Thomas citat hoc caput 2. 2. q. 100. in fine articuli tertij, & rem, quam ibi tractat, sola huius capitis auctoritate constituit.*

[*Vnde Vrbanus Papa in concilio apud Melfiam, c. 12.*]

¶ De eodem. PALEA. Cap. III.

Ans. l. 6. c. 91. Pann. l. 3. tit. 2. c. 7. Iuo p. 5. c. 109. Poly. l. 2. tit. 1. B. Gregorius l. 4. ep. 44. & l. 12. post epis.

NVllus abbas pretium sumere, vel exigere ab eis, qui ad conuersionem veniunt, aliqua pacti † occasione præsumat. Regulam antiquam sequens, nulli vnquam de ordinationibus aliquid omnino accipiendum esse constituo, neque ex datione pallij, neque ex traditione chartarum; neque ex ea, quam noua per ambitionē simulatio inuenit, appellatione pastelli. Quia enim [n] in ordinando episcopo Pontifex manum imponit, euangelicam lectionem minister legit, confirmationis autem eius epistolam notarius scribit.

¶ *In nonnullis vetustis exemplaribus, in quibus paucæ sunt paleæ habetur caput hoc vsque vers.* Regulam. *Reliqua vero sunt B. Gregorij locis indicatis.*

e ¶ Alimēto.] Quod dabāt Apostoli pauperibus cōuersis, supra versus principi. quæstionis. ver. sed illud.
f ¶ In concinne.] quia non competit oppositio.

Eleemosyna dāda est anathematizato.

g ¶ Quorum.] Idest, quia eorum.
h ¶ Negabātur.] Ar. ꝙ anathematizato debet dari eleemosyna. su. d. 42. quiescamus. 11. q. 4. qm̄ 23. q. 4. debet, cōtra. Sed illud de iam catholico. 16. q. 1. si cupis. Sed cōtra. 5. q. 5. c. 2.
i ¶ Pactio.] Non remouetur, nisi pactio inhonesta nā honesta non remouetur. ar. 23. d. quanquam 2. d. cap. in ea synodo arg. 18. q. 2. Eleutherius, extra de prębē. significatum. 16. q. 7 per laicos, su. di. 59. hoc ad nos. 7. q. 1. mutationes, hoc no. 8. q. 3. in summa.
K ¶ Cōuentio.] Nomen cōuentionis generale est. ff. de pa. l. 1. §. 2.
l ¶ Postmodū.] Ar. ꝙ licet post, qđ non licet antea, vt inf. 8. q. 3. tal a & c. Artal. d[o] 2. Ar. ꝙ n̄ licet ante 3. nec post, vt su. ea. q. 1. eos ad si. & licet antē qđ nō post, vt su. d. 4. in istis 2. q. 6. quoties episcopi, & 8. q. 2. dilectissimi su. ea. q. 1. eos, cōtra. Solu. ibi ex pactione datū fuit q. iqd datū fuit: hic vero ex mera liberalitate, vel gratia subsidij cōcedit ext. de simo. & si quæstiones, Io an.
m ¶ Subsidij.] Vel honoris, vt infra ea.

Licet post, quod non licet ante.

1 Cōcor. tex. in l. qđ ante & l. sequen. ff. de his q̄ in frau. cred. 3. Nec in ipso actu su. ea. q. 1. emendari, & facit 8. q. 2. dilectissimi.

c ¶ Anxium.] Quia dubitatis, vtrum ad Dei cultū quispiam interuentu muneris prouocandus sit, sed dubitandum non est: extra de simo. & si quæstiones.

ex multis, & ff. mandati, si remunerandi, & certè hoc casu idem esset ante, & post: sed hoc fit hic propter pręsumptionem vitandā, & hoc soluit cōtrariū su. ead. q. 1. eos.

eos. Sed ex quo ambitio pcessit, & petitio pecuniæ nocere certe debuit etiam post, vel gratia subsidij debuerunt pcipere, ar. inf. ea. sicut epm, in fi. a cõtrario sensu.

Sicut episcopum.] CASVS. Dicitur hic, q sicut episcopus non debet aliquid accipere pro ordinatione : sic diaconus non debet aliquid accipere pro Euangelio, quod legit, uel notarius pro scriptura quam fecit ordinato in testimonium suæ ordinationis. Sed post negotium expeditum, si quid sponte offeratur, recipi potest.

a ¶ Minister.] Idest archidiaconus, cum examinat uocando ordinãdos 24. d. qñ.

b ¶ Vocem.] Idest, lectionem Euangelicã. ext. de simo. c. 1. & ar. in superiori palea. §. regulam, &c.

c ¶ Calamũ.] Idest, scripturã, quam ordinatꝰ recipit ab ordinatore, ne dubitetur de eius ordinatione, ut if. 2. q. 1. legum. hoc olim H. Vel hoc intelligit cũ habet salariũ de publico alias deputatum 1. hoc tamen dico q in collatione ordinis nõ est distinguẽdum an habeat salarium de publico uel nõ: nam dicit, q in collatione ordinis nec pro labore nec pro charta debet aliquid recipere, sed eps pcuret ita ut sine muneris alicuius acceptione scribat nec tenetur lex in Auth. de sanc. episc. §. 4. coll. 9.

1 Adde ad hoc not. in l. cum multis, & ibi gl. C. de prin. agen. in re. li. 12. Notarius an pro scriptura possit ab ordinato aliqd accipere.

d ¶ Ex ambientis.] ubi enim causa non adest, uitium nõ imputatur.

ADDITIO. Ad hoc 61. dist. Neophytus. Ar.

AVCTORITATE. CASVS. Infert. Gra. ex hoc c. quã pio. q sicut nullus est ptio inuitandus ad conuersionem, ita nulli per pecuniam dãdus est ingressus ecclesiæ. Idem probatur per hoc capitulum proximum. Sed statim contra hoc opponit per auctoritatem Apostoli, & per c. sequentia, per quæ probat, quod diuites non debent recipi nisi offerãt sua ecclesiæ.

e ¶ Conuersionem.] Idest, fidem quod cultum Dei 61. d. §. his omnibus.

ITEM OPPONITVR. Hæc est secunda pars q. in qua probat, quod diuites non debent sumere partes de bonis ecclesiæ, qd intelligitur de illis, qui corporaliter nõ seruiunt ecclesijs, & hoc probat per quatuor auctoritates sanctorum patrum. Io. de Fan.

f ¶ Opponitur.] Ad id, qd dixit nihil exigendum ab ingressuris, quasi dicã indifferenter omnes debent suscipi, vt pascantur de rebus ecclesiæ, exceptis talib. de quibus loquitur in c. seq. 2.

2 Quod loquitur de iã susceptis, nõ de suscipiendis secũdum Hug.

Viduas honora.] CASVS. Præcipit hic Apostolus, vt ecclesia prouideat viduis : illis scilicet, quæ parentum opibus sustentari non possunt, vt circa pauperes plus abundent, diuites autẽm non recipiantur.

g ¶ Viduas honora.] Quæ debent sumptibus ecclesiæ sustentari 3. & uidua quandoq; dicitur quæ uirum non dum habuit. ff. de uerb. sig. malum. §. uiduam.

h ¶ Quæ uere uiduæ sunt.] Idest, quæ sicut à uiris, ita & à rebus, & amore mundi sunt destitutæ.

i ¶ Non recipiantur.] Vt sustententur sumptibus ecclesiæ, nisi sua dent ecclesiæ. 12. q. 1. illi sup. 42. §. 1. su. d. 47. sicut.

k ¶ Sufficiat.] Argu. q non teneantur canonici suscipere aliquem ultra quam facultates ecclesiæ sufficiunt, ut de consec. distinct. 1. omnes, & extra de instit. cap. 1.

Viduæ sunt sumptib. ecclesiæ sustentandæ.

3 Vt 81. dis. c. pe. & ult. & 31. q. 1. qšo, vnde expone, honora. i. de sumptib. ecclesiæ sustenta. Arch. Suscipiendꝰ non est aliquis ultra facultates ecclesiæ.

Clericos

α ¶ Quia enim.] *In plerisque exemplaribus quæ habent hanc paleam non sunt istæ duæ voces. Verum apud B. Gregorium leguntur, quoniam pendet adhuc oratio, & coniungitur cum ijs, quæ in sequenti capite afferuntur, hoc modo.* Quia enim ordinando episcopo Pontifex manum imponit, Euangelicam lectionem minister legit, confirmationis autem eius epistolam notarius scribit; sicut Pontificem non decet, &c.

Item Gregorius in regesti lib. 4 epist. 44 siue cap. 88. in synodo Romæ habita.

¶ Ab ordinando non debet aliquid exigi, sed nec voluntarie oblata respui oportet. Cap. IIII.

Sicut episcopum non decet manum, quam imponit, vẽdere; ita minister [a], vel notarius non debet in ordinatione eius vocem [b] suam, vel calamum [c] venundare, & *paulo post.* ¶ Is autem, qui ordinatus fuerit, si non ex placito †, neque exactus, neque petitus, post acceptas chartas, & pallium, aliquid cuilibet ex clero, gratiæ tantummodo causa, dare voluerit; hoc accipi nullo modo prohibemus: quia eius oblatio nullam culpæ maculam ingerit, quæ non † ex ambientis [d] petitione processit.

ext. de simo. c. 1. Polyc.] Ans. Ibidem Iuo.]

† al. pacto.

† ex accipientis ambitu nõ processit] ori.

Auctoritate Bonifacij patenter ostenditur, quod sicut nullus pretio est inuitandus ad conuersionem [e]; ita nulli, pecuniæ interuentu, ecclesiæ largiri oportet ingressum. Auctoritate verò Gregorij datur intelligi, quòd pro ingressu ecclesiæ non licet pecuniam exigere; sed spontanee oblatam licet suscipere.

2 ¶ *Item opponitur [f] illud Apostol. 1. ad Timotheum, c. 5.* Cap. V.

Viduas honora [g], quæ vere viduæ sunt [h]. [*Quæ autem non sunt vere viduæ, idest, quæ suis, vel parentum opibus sustentari possunt, non recipiantur [i],*] *vt ecclesia sufficiat [k] ijs, quæ vere viduæ sunt.*

¶ *Caput hoc in multis vetustis codicibus est coniunctum superiori.*

Item Hieronymus ad Damasum Papam.

¶ *Infra etiam 16. q. 1. c. fi. citatur ex Hieronym. Ac similia habentur in regula Monachorum ex dictis Hieronymi, in cap. de paupertate, & in glossa ordinaria ad cap. 5. primæ ad Timotheum ex Hieronymo.*

Clericos autem.] CASVS. Dicitur hic quod clerici, qui de bonis parentum sustentari possunt, si aliquid accipiunt de bonis ecclesiæ, sacrilegium committunt. Idem repetit in sequenti capitulo. Addit tamen, quod pauperes accipiunt non peccata, sed alimenta; diuites vero

arg. contra 12. q. 2. charitatem. ff. de reg. iur. secundum naturam. Sol. quod hic dicitur, exhortatio est, non præceptum. Vel de his loquitur qui occasione patrimonij ampliandi quod habent, se dominis subtrahunt obsequijs, quibus se abstinentibus dandum non est 1. Vel dic de quarta pauperibus debita, quod dari prohibetur abundantibus. Panis enim egentium, &c. 14. q. 5. c. 2. & in summa. Si abundantes de bonis ecclesiæ suscipiunt siue absentes siue præsentes sint, licet non debet eis denegari portio, quia nemo cogitur suis stipendijs militare, mortaliter tamen peccant 2. præsertim si ex cupiditate sibi reseruant inf. ca. §. verum cum cap. seq. 3.

1 Arg. 16. q. 1. generaliter.

¶ Qui sumptibus proprijs sustentari potest, ab ecclesia stipendia non accipiat. Cap. VI.

16. q. 1. c. fin.

Clericos autem illos conuenit ecclesiæ stipendijs sustentari, quibus parentum, & propinquorum nulla suffragantur bona. Qui autem bonis parentum, & opibus suis sustentari possunt; si quod pauperum est, accipiunt [a], sacrilegium [b] profecto committunt, & per abusionem talium, iudicium sibi manducant & bibunt.

In conc. Aquisgr. c. 107.

Item Prosper de contemplatiua uita, lib. 2. c. 9. & 10.

¶ Quibus sua sufficiunt, ecclesiæ alimentis non sustententur. Cap. VII.

Prosper ibid. c. 10.

Pastor ecclesiæ ijs, quibus sua sufficiunt, non debet aliquid erogare, quando nihil aliud sit, habentibus dare quam perdere. Nec illi, qui sua possidentes dari sibi aliquid volunt, sine grandi peccato suo, vnde pauper [c] victurus erat, accipiunt. De clerici quidem dicit per prophetam Spiritus sanctus: Peccata populi mei comedunt. Sed sicut nihil habentes proprium, non peccata, sed alimenta, quibus indigere videntur, accipiunt; ita possessores non alimenta, quibus abundant, sed aliena peccata suscipiunt.

Osee 4.

Verum his auctoritatibus prohibentur ab ecclesia suscipi [d] non illi, qui quondam fuerunt diuites, postea vero omnia reliquerunt, vt Petrus, [e] & Matthæus, & Paulus: aut pauperibus distribuerunt, vt Zachæus: aut ecclesiæ rebus adiunxerunt, sicut illi, qui prædia sua uendentes ponebant pretia ante pedes Apostolorum, ut essent omnia communia, sed illi, qui in domibus parentum residentes, vel sua relinquere nolentes, ecclesiasticis facultatibus pasci desiderant.

Matth. 4. Luc. 19. Act. 4.

[De quibus in eodem lib. Prosperi, c. 10. subinfertur.

Et in conc. Aquisgr. ibidem.

¶ Qui sua relinquere non vult, non debet sumptibus ecclesiæ sustentari. Cap. VIII.

Si quis propter hoc non vult sua relinquere, vt habeat vnde viuat, vt quid [f] accipit vnde de ratione reddat? vt quid peccatis alienis [g] sua multiplicat? *Idem ibidem paulo superius.* ¶ Non est meum dicere, quali peccato cibos pauperum præsumendo suscipiunt, qui ecclesiam, quam iuuare de proprijs facultatibus debuerant; suis expensis insuper grauant; propter hoc fortassis in congregatione viuentes, ne aliquos pauperes pascant, ne aduenientes excipiant aut ne suum expensis quotidianis imminuant.

2 Ista est sententia Lau. quam sequitur Io. de Fant. ar. op. 42. distin. §. 1. 48. dist. sicut.

3 Dic si sunt tales habentes patrimonium amplum quod bene dispensant dando pauperibus & alijs. quibus debent dare: tales possunt bene habere stipendia ecclesiæ. argu. 12. q. 1. illi qui.

Petrus pp Christum abnegauit seipsum.

Ecclesiæ stipendia non sunt diuitibus danda.

Pastor ecclesiæ.] c ¶ Pauper.] Panis egentium vita pauperis est, qui fraudat illum, homo sanguinis est. vt inf. 14. q. 5. c. 2. & 3. q. 1. nulli.

VERVM. CASVS. Concludit Gra. ex supradictis quod relinquentes propria pro Deo, sunt recipiendi, alij vero non: sed H. intellexit de susceptis iam in ecclesia; quod non debent alia de bonis ecclesiæ, si aliunde habent. vnde dicit Gratianus non recte procedere.

d ¶ Suscipi.] idest, suscepti alimenti. non enim tantum de suscipiendis loquitur.

e ¶ Petrus.] Non videtur competere exemplum de Petro, quod fuit pauper piscator, & ita reliquit paupertatem tantum propter amorem Dei. & sic faciunt multi templarij: & hospitalarij hodie & quasi omnes religiosi. sed Petrus seipsum abnegauit.

Si quis.] CASVS. Hoc ca. diuiditur in duas partes. In prima reprehendit illos, qui propria retinentes ideo viuunt in collegijs vt suis sumptib. parcant, & vt pauperes & aduenientes non recipiant. In secunda parte reprehendit illos, qui ideo alijs se præferunt, quia in suo ingressu in monasterio plus cæteris contulerunt. Secunda pars incipit ibi, Quod si.] Seq. §. patet.

non contra. & hoc c. pars est illius cap. 16. q. 1. quoniam quidquid.

a ¶ Accipiunt.] Et in malos vsus conuertunt, & sic intellige sequentia capitula, cum scilicet male dispensat infra 12. q. 1. illi qui.

b ¶ Sacrilegium.] Ar. quod stipendia ecclesiæ non sunt danda iis quibus propria sufficiunt, vt 12. q. 1. illi qui ar. extra de simonia. cum sit Romana. nec ulla ecclesiastica.

f ¶ Videtur quid.] 12. q. 1. expedit. 23. q. 7. quod autem. 12. q. 1. illi autem. §.

g ¶ Peccatis alienis.] idest, de oblatis pro peccatis aliorum.

a ¶ Velut

a ¶ Velut pro ipsa expensa sua.] Arg. aliquem posse dare ecclesiæ de proprijs pro sua sustentatione. Hug. hoc non est verum nisi illud fiat siue peccato, vt extra de simon. tua. nec excusat paupertas, vt ext. ea. qm̃ simoniaca.
b ¶ Iactantia.] Nam nocet iactantia. 6. q. 1. imitare.
c ¶ Perfectior.] idest, expeditior ad seruiendum Deo est.
d ¶ Expoliat.] Nam tunc dr̃ in eo manere Spiritus Sanctus, cū voluntariam diligit paupertatem. de pę. dist. 2. querendū. diuites tamen cum bonis, &c. 30. distin. hoc scripsimus.

Ecclesiæ dare aliqua pro sua sustentatione nemini licet.

¶ Quòd si aliquid de fructibus suis ecclesiæ, velut pro ipsa expensa sua [a] contulerint, non se pręferant inani iactantia [b] illis, quos nihil habentes pascit, & vestit ecclesia: q̃a perfectior [c] est ille, qui se mundi rebus expoliat [d], aut † q̃ cum nihil habuerit, nec habere desiderat; quàm ille, qui ex multis, quæ possidet, ecclesiæ aliquid præstat, ac se de eo, quod præstiterit, forsitan iactat.

† al. &

Ecce qui prohibentur ab ecclesia suscipi. Illi vero, qui omnia sua relinquunt, vel pauperibus distribuunt, vel ecclesiæ rebus adiungunt; & ab ecclesia laudabiliter suscipiendi sunt, & eius opibus sustentandi.

Vnde in eodem libro, cap. 11. legitur.

¶ Qui sua relinquunt, vel pauperibus distribuunt, vel ecclesiæ rebus adiungunt, laudabiliter ecclesiastica dispensant. Cap. IX.

Et in Aquisgr. c. 108.

Sacerdos cui dispensationis [e] cura cōmiss. s est, non solum sine cupiditate, sed etiam cum laude pietatis accipit [f] à populo dispēsanda, & fideliter dispēsat [g] accepta: quia omnia sua aut parētibus reliquit, aut pauperibus [h] distribuit, aut ecclesię rebus adiūxit, & se in numero pauperum, paupertatis amore cōstituit, ita vt vnde pauperibus subministrat, inde & ipse tanquam pauper voluntarius viuat. Clerici quoque quos pauperes aut voluntas, aut natiuitas fecit, cū perfectione [i] virtutis, vitę necessaria siue in domibus [k] suis, siue in congregatione viuentes accipiant: quia ad ea accipienda non eos habendi ducit cupiditas, sed cogit viuendi necessitas, *& infra. c. 14.* ¶ De talibus dicere vr̃ Apostolus: Qui in sacrario [l] operantur, quæ de sacrario sunt, edunt; & qui in altario deseruiunt cum altario participant.] Qui nisi hoc de contemptoribus facultatum suarum vellet intelligi, nunquā secutus adiungeret: [Ita & Deus ordinauit his, qui Euangelium annunciant, de Euangelio viuere.] De Euangelio viuunt, qui nihil proprium habere volūt; qui nec habēt, nec habere aliquid concupiscunt, non suorum, sed communium possessores. Quid est aliud de Euangelio viuere nisi laborantem inde, vbi laborat, necessaria vitæ percipere [m]? Apostolus tamen, qui sic Euangelium prædicauit vt nec de Euangelio viueret, sed necessaria sibi suis manibus [n] ministraret, de se cōfidenter eloquitur: [Ego autem nullo horum vsus sum [o].] Et quare hoc dixerit, secutus aperuit dicens: Expedit mihi mori magis, quàm vt gloriam meam quis euacuet.] Euacuari dicit gloriā [p] suam, si ab eis, quibus prędicabat uoluisset accipere vitæ temporalis † expensam. Nolebat quippe in præsenti laboris sui fructum, sed in futuro recipere.

In Aquisgr. c. 111.
1. Cor. 9.

† al. corporalis.

Sacerdos.] CASVS. Dicit hic, q̃ clerici qui bona sua parentibus, vel pauperibus ecclesijs reliquerunt, vel qui a natiuitate sua pauperes fuerunt, viuere debent de bonis ecclesiæ & probat auctoritate Apostoli dicentis: Qui in sacrario, &c. licet Apostolus noluerit de Euāgelio viuere: sed suis manibus victū quærere, vt liberius arguere posset. Seq. ca. cum §. patet.
e ¶ Dispensationis.] j. 12. q. 1. c. expedit.
f ¶ Accipit.] idest, accipere debet.
g ¶ Dispensat.] i. dispensare debet tam sibi, quàm alijs, &c.
h ¶ Pauperibus.] Quod ei licet. 12. q. 3. c. 1. 2. & 3.
i ¶ Cū perfectione.] idest, expeditione ad seruiendum Deo.
K ¶ In domibus.] inf. de cōsecr. d. 5. in omnibus cōtra inf. 12. q. 1. necessaria. cō tra. j. 12. q. 2. nobis. Solu. hic loquitur de clericis indigētibus, quibus tenetur prouidere sicut alijs pauperibus. isti tales accipiunt ab ecclesia: non quia clerici, sed quia pauperes ar. ca. nonicis licere beneficia diuidere, vt priuatim pcipiant, qđ in communi. soliti erant habere, vt dist. 32. si qui verò.
l ¶ Sacrario.] inf. 13. q. 1. §. quia ergo. inf. 16. q. 1. c. pen. & vlt.
m ¶ Percipere.] inf. 12. q. 2. charitatem.
n ¶ Manibus.] inf. 10. q. 3. cauendū. inf. 21. q. 1. clericus.
o ¶ Vsus sum.] Ne ea occasione pseudoapostoli acciperent, & sic in prædicatione persisterent. nam ex quo videbāt eū nō accipere, verecundabant & ipsi accipere. ADDITIO. De hoc legi. & not. 28. q. 1. iam nunc. in fi.
p ¶ Gloriam.] Quam habeo apud Deum de hoc quod non accipio, vel si acciperem cum scandalo, vel vltra quàm deberem, vel si prædicarem eo obtentu, vt acciperem I.

Clericis indigentibus est prouidendum.

18. q. 1. su... in ecclesi... vel quā h... ex eo, qu... malos p p... dicatione... meā ad b... nū conue... to. Hug.

Cleri-

a Clerici.] ¶ Deseruiunt.] Etiam infirmi seruiunt extra de cle.ægro.c.1.ff.de sta.lib.l.cum hęres.§. Stichus.
b ¶ Meritũ.] 12.q.2.Vulterranæ. & c.de redditibus,sed inf.16.q.7.c.1.contra.sed ibi soluitur.Vel meritũ,idest, vt

ingressu monasterij aliquid sit dandum:quia qui monasterium intrat,non religionem,sed stipẽdia emit.Et respondet Grat.ꝙ simonia est;quia non solum emere spiritualia, sed spiritualibus annexa simoniacũ est, & hoc probatur auctoritate Malachiæ prophetæ.

a ¶ Aut parentibus. *In aliquot manuscriptis Gratiani legitur* aut pauperibus reliquit. *In vetusto autem Prosperi codice, & in concilio Aquisgranensi, legitur,* quia omnia sua aut reliquit,aut ecclesiæ rebus adiunxit. *Sed quoniam multa exemplaria Gratiani, & Prosperi habent vulgatam lectionem,nihil est mutatum.*

Item ex concilio Agatensi,c.36.

¶ Iusta meritum laboris,ecclesiastica stipendia sacerdotes distribuant. Cap. X.

Clerici omnes,qui ecclesiæ fideliter,vigilanterq; deseruiunt,[a] stipendia sanctis laboribus debita secundum seruitij sui meritum [b] per † ordinationem canonũ a sacerdotibus consequantur.

† al.vel.

Multorum a *auctoritatibus luce clarius constat, quòd ab ingressuris monasterium nõ licet pecuniam exigere;ne, & ille,qui exigit, & ille qui soluit; simoniæ crimen incurrat.*

a ¶ Multorum.] *In vulgatis codicibus huic.*§.Multorum *præponebatur hic titulus.*Item ex concilio Vrbani Papæ habito Aluerniæ,*qui sublatus est,quoniam abest ab omnibus vetustis exemplaribus collatis, & in plerisque hic §.est initium sequentis tertiæ quæstionis.*

QVAESTIO. III.



Sed adhuc [c] obijcitur,quòd qui ingressuri monasterium pecunias tribuũt, nõ pro positum religionis,sed participationem stipendiorum ecclesię emunt. Temporalia ergo,non spiritualia ementes, nequaquam simoniaci habẽdi sunt. ¶ *His itaq; respõdetur. Non solũ,qui spiritualia, sed etiam qui temporalia eis annexa [d] precio accipiunt,vel tribuunt,† simoniaci iudicantur.Vnde Malachias loquẽs ex persona Domini: (Quis est,inquit,in vobis,qui [e] claudat ostia, & incendat altare meum gratuito? Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum, & munus nõ suscipiam de manu vestra.) Ostia claudere non est sacri muneris officium,sed tantum sibi adiunctum.*

† hæ voces *vel tribuunt*] absunt a plerisque manusc.
Mal.1.

Item Gregorius scribit vniuersis episcopis Hispanis.

c ¶ Sed adhuc.] Hic depingit 3.quæstio, an scilicet ingressũ, vel præbẽdas emere sit simoniacum,primum membrum expeditũ est s. co.px. quæst.secundũ expeditur hic No.ꝙ pbẽda 2. dicit quãdoq; ius quoddam spirituale 3.pcipiẽdi ecclesiã,vel ipsam præbendam hoc modo emere simoniacum est.Quandoq; dicuntur ipsi fructus præbendæ: quos emere nõ est simoniacũ,vt extra ne præla-vices suas.c.vltim.nisi qs forte emeret fruct⁹ ab initio suæ ordinationis,vel institutionis ĩ ipsa ecclesia,vt habeat dum vixerit. argumen. infra ea.si quis obiecerit, & c. Saluator.tunc enim ita sunt annexa, vt qui priuetur officio priuẽt,& illis,vt 81. distinct.si quis sacerdotum.

Prębenda dicitur dupliciter.

2 Præbenda perse profana est.Inno. Pan. Fel. ca. cũ Martin. Ferrariensis, de const.

3 Ad istud ius non possunt duo recipi simul vno iure uacãte,extra de præb. dilect. Archi.

Beneficio priuatur qui priuatur officio.

d ¶ Annexa.]Arg.ꝙ idẽ iuris sit in vno cohęrentium,& cõnexorũ, quod in altero, vnde q priuaẽ officio,& beneficio, vt sup.d.82.decernimus sup. d. 81.si qs sacerdotum, &c.eos sup.dist.50.studeat. contra ibi de gratia, hic de rigore.

e ¶ Qui claudat ostia.] Idest,qui gerat officium ostiarij.Vnde videtur,ꝙ emere huiusmodi officium ostiarij,vel pulsandi campanas, sit simoniacum: cum illud spectet ad officium primicerij. 25. dist. perlectis,quod concedo:sed emere quãcunque administrationem rerum ecclesię,puta,ꝙ det panem in refectorio uel uinum,uel cuiuscunque alterius rei, dicit Hu. simoniacum esse,argum contra.sup.ead.quęst.1.si quis episcopus.prope fin.& inf.ea.quęst.Saluator,& dicit,ꝙ licite potest dari pecunia alicui, ut suscipiat tale officium sed tamen ille non posset dare pecuniam,ut ei daretur,4 & sic aliquid uendi potest licite, quod non potest emi. Alij dicunt,quod tunc est simonia emere aliquam administrationem ecclesiasticam cum aliquod spirituale habeat annexum,uel talis est, ꝙ per clericum tantũ cõsueuit exerceri,& rõne officij:qd magis credo.

Simoniacũ ẽ emere officiũ pulsandi cãpanas.

Emptio administrationis ecclesiasticæ est simoniaca.

4 Rõ est qa nõ pręsumitur, ꝙ ita fideliter admĩnistret in recompẽsatione eius, qd dedit arg. ff. de probat.cũ de indebito, Io.de Fant.

Sed cõtra. ...d. præter ...oc in fi. & ...o. cõtt ẽt ...bat ca. hic ...le...m... ...onsuluit,ut ...bi not. Arc.

ut presbyter plus quã alij percipiat, 1 ut dis.74. cõsuluit,quod non est in alia societate.ff.pro socio.uerum.§. sed cum tres.

Sed adhuc obijcitur.] CASVS. Hic tractatur tertia quæstio, in qua quæritur an ingressum ecclesiæ, uel præbendas emere sit simoniacum. Sed de ingressu ecclesiæ est expeditum in prima quæstio. Et certum est, ꝙ emere præbendam secundum, quod dicitur præbenda ius spirituale, simoniacum est: sed præbenda, id est, fructus prębendę emere non est simoniacũ. Sed obijcit hic adhuc, ꝙ pro ingressu monasterij aliquid sit dandum...

Audi.

AVdiuimus.] CASVS. Dicitur hic, quod sacrilegium, & simoniam committunt qui ecclesias, vel ecclesiastica beneficia per pecuniam acquirunt, & qui ea concedunt pro pecunia, vnde præcipitur ne de cetero fiat: & quod factum est in præteritu, irritetur. Franciæ quasdam ecclesias ab episcopis haberent, & in illis presbyteros sæculares, toties eas redimere cogebantur, quoties presbyteri morte, vel alia causa mutabantur, ideo præcipit Papa, ut quas spatio xxx. anno. sub hac redemptione possederũt, amodo ea cessante, quiete possideant.

a ¶ Sacrilegio.] Et crimine læsæ maiestatis 15. q. 3. sane. 2. q. 1. in primis.

b ¶ Causatur.] Idest, in causam ducitur, vel pro causa, scilicet, pro acceptione, vel datione pecuniæ fit vel causatur, idest, facit vnde causari, id est, accusari, debeat.

SI quis dator, CASVS. Dicitur hic, quod simoniacus dator & acceptor Simonis perditione, & perpetuo anathemate si perseuerauerit dãnatur, & quod iniuste acceptũ est, restituatur.

Pecunia simoniaca cui est restituenda.

c ¶ Restituere.] Sed cui dices restituẽdã talẽ pecuniam? Videtur, quod ei in cuius ignominiam data est. 17. q. 4. si quis in atrio. 15. q. vlt. cum multę 27. q. 1. si quis rapuerit. extra de simo. de hoc. in Auth. de sanc. epis. §. sed neq; coll. 9. & ext. de si. audiuimus. Ecõtra videtur quod illi qui dedit eam, vt extra. ca. veniens. Item videtur, quod illa pecunia non debet remanere penes ecclesiam. cum Petrus dixerit: Pecunia tua, & c. 1. Itẽ quia fisco competit persecutio eorum, quæ scelere cõquisita sunt. ff. de iur. fisc. Lucius. ff. de donat. inter virũ, & vx. cũ hic stat⁹. §. fi.

1 Supra ea. q. 1. Petrus, & c. qui studet. & Act. 8

SI quis episcopus.] CASVS. dr hic, quod si quis eps beneficiũ, vel dignitatẽ ecclesiasticã simoniace contulerit. ab officio debet suspẽdi: quia iustũ est, vt qui gratis acquisiuit episcopatũ, minora stipẽdia gratis cõferat.

d ¶ Suspendatur.] Id est deponatur. 83. d. c. 1. Vel dic, vt sup. e. q. 1 quidquid.

e ¶ Mẽbra.] inf. 3. q. 9. p[illegible] 1. q. 2. [illegible] 5. d. 63. in synodo arg. est hic, quod idẽ iuris est ĩ toto, quod in parte, & in maiori, quod in minori 23. q. 4. de forma. ext. de præben. minoribus 95. d. esto. ff. pro derelicto. l. 3.

Ius idem est in toto, quod, & in parte.

QVæsitum. est.] CASVS. Cum quidam monachi

f ¶ Quæsitum est.] Scdm H. casus talis est. Quidã episcopi tulerant ecclesias quasdam cũ omni iure suo quibusdã locis deant, saluo annuo censu episcoporum, quem ex eisdẽ ecclesijs habere consueuerunt, Sequens c. patet.

¶ De ijs, qui sacros ordines munerum acceptione dispensant. Cap. I.

AVdiuimus dilectissimi, quod nos audisse oportuit, sed audisse profecto nõ libuit: quosdã scilicet esse sacrorum ordinum professores, qui sub munerũ datione vel acceptione, Dei ecclesias, vel earũ sibi beneficia vsurpant. Quod quidem scelus, vos non iam dudum acriter correxisse, vehemẽter admiramur. Iuste enim vterq; corripiendus est, & a sanctæ liminibus ecclesiæ submouendus, & qui pro ecclesiæ ambitu munera largitur, & qui vt ecclesiam adeat, quidquam præsumit accipere. Iste quidpe donum Dei emere, hic autem præsumit vendere. A sacrilegio [a] quoq; hoc facinus non dispar dixerim: cũ id, quod sponte, & sacro deliberationis arbitrio gratis fieri debuit, sub pecuniæ pactione causatur. [b] Quare fratres charissimi, quę taliter facta sunt, curiose rescindite, in futurum prohibete, vestrisque iussionibus resistentes digno anathematis vinculo percutere non dubitate.

Item Rothomagensi episcopo, & Gallicis omnibus.

¶ De ijs, qui ecclesias, vel ecclesiastica beneficia vendunt. Cap. II.

SI quis dator, vel acceptor, Dei ecclesias, vel ecclesiastica beneficia (quæ quidã præbendas vocat) sub pecuniæ interuentu susceperit, siue dando emerit, siue accipiendo vẽdiderit, a Simonis nõ excluditur perditione. Sed si perseuerans fuerit, perpetua mulctetur damnatione. Nam qui sub religionis obtentu Deo famulari voluerit; si quid accipit, & meritum perdit, & beneficio accepto frustratur. Rationis ergo vigore cogitur quod iniuste receperit, restituere; [c] & quidquid turpis lucri gratia receperat, non tenere.

Item Gregorius vij. Papa lib. 6. reg. in synodo. c. 4.

¶ Ab officio suspendatur episcopus beneficia, vel ecclesiastica officia vendens. Cap. III. Poly. l. 2. tit. 4.

SI quis episcopus præbendas, archidiaconatus, præposituras, vel aliqua ecclesiastica officia vendiderit, vel aliter, quàm statuta sanctorum patrum præcipiunt, ordinauerit; ab ecclesiæ officio suspẽdatur. [d] Dignũ est enim, vt sicut gratis episcopatum accepit; ita membra [e] eiusdẽ episcopatus gratis distribuat.

Item ex concilio Vrbani Papæ habito Aluerniæ.

¶ Nec altaria, nec præbendas episcopis vendere licet. Cap. IV.

QVæsitum est [f] de episcopis, qui altaria monasterijs

locis religiosis mortuis personis illarum ecclesiarum collatarum episcopi volebant in ecclesijs instituere clericos pro sua voluntate: nisi Abbates darent eis pecuniam. dicitur: φ talis datio pecuniæ simoniaca est. 1 arg. ad hoc 17.q.2.c.1. Alij casus inutiles consueuerunt hic despon. impu. de illis. & plura simili notaui 32.quæst. 5.proposito. & licet episcopus peccet recipiendo pecuniam: tamen monachi non peccabant dando, vt 23.q.1. quid culpatur. Contrarium huic signatur inf. 16.q.4. possessiones, sed non est cōtra, quia monachi licitè quæ sierant ista altaria, vnde non habuerūt ea iure præscriptionis, sed ex iusta donatione.

data [a] frequēter redimi compellebāt pecunia: quia quidam simoniacę prauitatis vsus in Galliarum partibus iā diutius inoleuit, vt ecclesię, vel decimę (quæ vulgari vocabulo apud eos altaria nuncupantur) monasterijs datę, sæpius ab episcopis sub palliata auaritia vendātur: mortuis nimirū, seu mutatis clericis, quos personas† vocāt. Nos auctore Deo venalitatem omnē tam ex rebus, quàm ex ministerijs ecclesiasticis ꝓpellentes, † hoc vlterius fieri auctoritate Apostolica prohibemus; sicut etiā prębendas omnes venundandas interdicimus. Porrò quæcunq; altaria vel decimas ab annis triginta, [b] & supra, [c] sub huiuscemodi redemptione [d] possedisse monasteria noscuntur, quiete deinceps, & sine molestia qualibet eis possidenda firmamus. Saluo vtique episcoporum censu annuo, quem ex eisdem altaribus habere soliti sunt.

† al. personatus.

¶ In summis capitulorum concilij Claramontensis habiti Aluerniæ (de quib. supra ad cap.1. dist.60. dictū est,) c.6. hæc leguntur, quæ ad caput hoc videtur spectare. Vt altaria congregationibus canonicorum, vel monachorū per personas data, mortuis personis, libera redeāt in manus episcoporum, nisi fuerint illis per eorū scripta, vel priuilegia confirmata.

Idem in concilio Placentino, c.1.& 2.

¶ Antea legebatur. Item Gregorius, *Sed in aliquot vetustis rectè est,* Idem, *nimirum Vrbanus secundus in cuius synodo hæc habentur.*

¶ Quidquid data vel promissa pecunia in sacris ordinibus acquiritur, irritum habeatur. Cap. V.

Cap.2.

EA, quæ à sanctis patribus de simoniacis statuta sūt; nos quoque & iudicio sancti spiritus, & Apostolica auctoritate firmamus. Quidquid ergo vel in sacris ordinibus, vel in ecclesiasticis rebus vel data, † vel promissa [f] pecunia acquisitū est; nos irritum esse, & nullas vnquam vires habere censemus.

† al. data, vel accepta, vel promissa.

Item Augustinus de disciplina Christiana, vel de dono disciplinæ, cap.1.

c ¶ Et supra.] Hęc dictio supra, ad modicum tempus refertur. 2 ff. ex qb. cau. maio. ab hostib⁹. §. sed quod. argu. ff. de verbor. signific. hæc adiectio.

2 Sub hoc est verum alias: sed hic non est sicut patet in eo quod no. s. Io. de Fant.

d ¶ Redemptione.] Sed nunquid est licitum redimere ius suum? Hoc not. s. q. 1. nullus eps grauamen. & 16.q.vl. decimas 2. Dici enim potest quod vbicunq; quis scit aduersariū suum nō credere se ius habere redimat vexationem suam. Sed quare non deponūtur isti episcopi? Dic, quia nō agebatur ad hoc & sententia debet dictari secūdum formam petitionis extra, de accu. & qualiter & qñ.

Snīa dictari dēt sm petitionis formam.

e ¶ Saluo vtique.] Non enim pleno iure omnino videt donasse ecclesias episcopus, nec pōt donare sine consensu capituli. ext. de don. pastoralis.

f ¶ EA, quæ.] ¶ Vel promissa. Tertium casum habes, scilicet, vel retenta, vt extra de transact. super eo. Nam remittere, est dare. extra de testam. veniens. ff. de calum. l.2. Et ita ī spirituali bus non potest interuenire 3. transactio: cum his tribus modis tantum fiat transactio. C. de transact. l. transactio. ff. eod. l. 1. Sed nec permutatio potest fieri super beneficio habito, vel habendo: aliàs bene ad hoc extra de rerum permut. quæsitum. nec etiam transactio, ut extra de transact. super eo. argumen. contra extra de offi. iudi. deleg. si quando. Sed ibi fuit facta transactio non super beneficio, sed super proprietate: & sic intellige extra de deci. ex multiplici. Io. Item super spirituali tanquam proprietate potest permutatio extra de rer. permutat. ad quæstiones non tamen vt detur temporale pro spirituali. ext. de rerum permut. cap. vlt. illud autem dubium non est, quin amicabilis compositio interuenire possit. extra de transact. c.2. Item ex auctoritate iudicis potest interuenire pecunia. ext. de præben. nisi in fine. & extra de transact. statuimus, ff. de ijs, qui notan. infa. furti. Ioan.

3 De hoc dixi sup. ea. q. 2. qui pio, ibi videas. Archid.

Transactio in spiritualibus interuenire non potest, sed bñ amicabilis compositio.

hic notari, quos omitto.

a ¶ Data.] A prædecessoribus suis pro redemptione animarum suarum.

b ¶ Triginta.] Popter quod credebant aliquod ius acquisitum episcopo: quia per xxx. annos & vltra recepit huiusmodi redemptionem à monasterijs: sed non est ita, quia furtiue recepit; & ideò non præscripsit. Item licet monachi singulis annis emerent ius instituendi, nō tamen episcopis ex hoc fuit ius quæsitum instituendi. Et licet hic fuerit simonia ex parte Episcoporum: non tamen ex parte monachorum: quia illi quod eorum fuit redimebant: quod licitè facere poterant, vt dixi s. ea. q. 1. nullus. & sic simonia esse potest ex vna parte, & non ex altera. Simile fuit in Giezi: sicut etiam sponsalia possunt esse ex vna parte, & non ex altera. extra de

Totum.]

TOtum.] CASVS. Dicitur hic ꝙ nomine pecuniæ intelligitur quidquid ab hominib. possidetur: & ideo si aliquid tale pro spiritualibus datur simoniacum est.
a ¶ Totum.] Probatur per hoc c. ꝙ sicut in pecunia simonia committitur, ita & in alia re.
b. ¶ Pecunia.] Strictius accipitur tātū pro pecunia numerata, infra 14. q. 3. c. 1. 2. & 3.
c ¶ Pecunia.] Nomē enim pecuniæ etiā iura continet quandoq;. ff. de verb. signifi. pecuniæ. Item qñque etiā speciem & rem quamlibet. 1 vt hic, & ff. d leg. 3. quisquis. item quandoque ea tantū, quæ consistunt in pondere, numero, vel mensura. ff. de leg. 1. l. talis scriptura 2. Pretiū autem non cōsistit nisi in numero tm̄, vt instit. de empt. & vendi. §. itē pretiū.

1 Dicit lex ꝙ pecunia est, quidqd pro pecunia accipitur. ff. de calū. l. 1. §. ult. ꝙ l. 2.
2 Adde not. per Bart. in d. l. talis scriptura. ff. de leg. 1. & l. 2. §. item mutuum. ff. si cer. per.

SI qs obiecerit.] CASVS. Quidam simoniac excusabāt se dicentes se non emere præbendas, sed fructus præbendarum, sed dicit Paschalis, ꝙ si quis pro temporali fructu pecuniam offerat sine quo ecclesiasticum beneficium esse nō potest, neutrum inuenditum derelinquit, nec solū pecuniam, sed nec pastū, vel pastellū ante vel post licet offerre.

Res spirituales emi non possunt.

d ¶ Sed res.] Non de rebus corporalibus, sed de iure spūalib⁹ cui cohęret officiū, intelligit. Vel intellige de iure percipiēdi res, vel de rebus ipsi officio adhęrētibus, vel de rebus cō secratis, vt in syndone. arg. 17. q. 4. si forte. ar. j. q. 6. hęc q ppe. inf. 16. q. 2. c. 1. §. vlt. Vel intelligas de rerū administratione. 3 Et fit in hoc c. de duob. mentio: scilicet de cōsecratione & administratione ex ordine proueniente. & facit ad hoc 1. q. 6. §. 1. vel de iure. 4 quo res ipsæ percipiuntur. Vel hoc intellige de rebus ipsis secundum Hug. & tunc qñ quis promouendus est ad ecclesiam uel ordinem fructus prouenientes iure ecclesiæ, uel ordinis non licitè emit perceptos uel percipiendos: tunc enim præsumitur emere ecclesiam uel ordinem. alio autem tempore emere nō est peccatum, ut extra ne prælati uices suas. cap. 12. q. 2. alienationes.
e ¶ Aut episcopus.] id est, dignitas episcopalis.
f ¶ Aut abbas.] idest dignitas abbatialis.
ECONTRA. CASVS. Hactenus probauit Gratia. peccata parentum filijs non nocere. Nunc probat Gratiã. econtra auctoritate Moysi, quod filius pro peccato patris punitur. Sed statim rñdet per Aug. dicentem, hoc non cõtingere propter inæqualitatem iudicij, sed propter clementiam Dei: qui non punit alium pro alio etiam corporaliter, nisi tertia uel quarta generatio veniat.

m ¶Visito.] Id est, postea uisitando ad pœnitentiã expecto usque ad senium. s. quousque videatur tertia & quarta generatio, quod est dicere, usque ad finem uitæ. sic Aug. exponit. unde & sic licet mihi exponere.

n ¶In filios.] Istud potest intelligi ad litteram. & hoc ideo dicit, quia homines non consueuerunt vltra uiuere.

Delictorū quadruplex est generatio.

uere. Vel potest intelligi mystice. nā prima generatio dr̄ primi motus: & isti nō puniuntur, de quibus dictū est: Beatus qui allidet paruulos suos ad petram. Secunda generatio dicitur cogitatio, quæ nō punitur. de pe. dist. 1. cogitationis. Tertia dicitur consensus: & iste punitur. nam faciētem & consentientem par pœna constringit. 2. 2. q. 1. notum. Quarta est opus; & ista similiter punitur in filios, cum sint imitatores paterni sceleris: aliàs non. sup. ea. q. 1. cito turpem. Aliter numerantur istæ quatuor generationes. de pœ. di. 1. super tribus.

a ¶ Redditurum.] Id est, vsque in tempus filiorum, & vltra eos expectaturum ad pœnitētiam de peccatis suis.

b ¶ Inæqualitate.] vt alij peccent, & alij puniantur, prout sequitur: & est una dictio inæqualitate. & hæc uerba, licet non inæqualitate, sunt verba Aug. & auctoritas ista facit ad propositum G. expositio vero contra eum.

c ¶ Venerit.] Id est, nisi cum vitam finierit. Ioan.

CVM ERGO. CASVS. Dixit supra Gratia. ꝙ peccatum patris filijs imputari non debet, & ꝙ per ignorantiam excusantur. Sed cum Inno. dicat, ꝙ baptizati ab hæreticis scienter promoueri non possunt, patet quòd infantes ab hæreticis baptizati, cum ipsi iuxta Africanum concilium valeant promoueri, sola ignorantia excusentur. Nam vt ait Aug. peccata parentū filijs non imputantur: nec spirituali pęna ꝓpter hæc puniuntur. quare ab officio & beneficio ecclesiæ propter hæc priuari non debent, cum sit pœna spiritualis. Præterea si excusatur qui ignorāter à simoniaco ordinatur: ergo iste de quo dictum est in themate, excusandus est: quia per ignorantiam simoniace ordinatur. Innoc. sup. 1. q. 1. ventum est. in fin. Africanū concilium sup. ead. q. placuit. Sicut Aug. 24. q. 3. si habes. Vrbani. sup. 1. q. 1. si qui à simoniacis.

d ¶ Cum ergo.] Hic ostendit ꝙ ignorantia excusat infantes ab hæreticis ordinatos: & à simili uidetur excusandus cui ignoranti pater ecclesiam adeptus est.

e ¶ Ignorantia.] Sed non semper. de pœn. dist. 2. sciendum. & inf. c. prox. turbatur. §. notandum.

& quartam generationem,] *licet non inæqualitate iudicij, sed magnitudine clementiæ Augustinus asserit hoc dictū, ita dicens:* [*In tertia, & quarta generatione peccatum patrum se Dominus comminatur in lege filijs redditurum* [a], *non inæqualitate* [b] *iudicij, vt alij peccent, & alij puniantur; sed magnitudine clementiæ: dum semper expectat ad pœnitentiam; & quod in prima generatione delinquitur, non prius corrigit, & emendat; nisi & tertia, & quarta generatio venerit* [c].] *Cum ergo* [d] *de baptizatis ab hæreticis Innocentius scribat:* [*Lex est ecclesiæ ijs, qui ab hæreticis baptizati sunt, per manus impositionem laicam tantum communionem præbere, nec ex his aliquem in clericatus honorem vel exiguum subrogare.*] *patet, quod infantes, qui ab hæreticis baptizati sunt, sola excusat ignorantia* [e]; *vt iuxta illud Africani concilij ad suscipiendum clericatus officium non eos impendiat nomen erroris.* sup. q. 1. vētum

Item sicut Augustinus scribit ad Auxilium episcopum, epist. 75. sup. ea. q apud.

¶ De eodem. C. X.

NOn imputantur filijs [f] peccata parentū, quæ post eorum natiuitatem à parentibus committūtur: nec pro peccatis parentum spiritali pœna [g] filij sunt plectendi.

¶ *In aliquot vetustis exemplaribus & caput hoc, & sequentia vsque ad finē quæstionis coniuncta sunt superiori. Nā sententijs hinc inde acceptis, verba fere de su. (quod sæpe facit) in his Gratianus affert. Et huius quidem partis sententia est apud B. Augustinum loco indicato. Verba autem ipsa referuntur infra 24. q. 3. sic habes.*

Officio autem, uel beneficio ecclesiæ priuari, spiritualis pœna est: non igitur hanc ex peccato patris promeretur filius. Item si excusatur [h] *qui ignorāter à simoniaco ordinatur, vt supra in cap. Vrbani legitur; & iste excusandus est* [i], *qui per ignorantiam simoniace ordinatur.* sup. ea. q. 1. si qui à simoniacis.

2 *Sed obijcitur illud Gregorij* α.

α ¶ Gregorij.] *In aliquot vetustis codicibus legitur*, Augustini. *Anselmus vero citat ex Alexandro secundo.*

¶ De ecclesia, quæ pactione consecratur. C. XI.

ECclesia, quæ pactione [k] consecrata fuerit, potius execrata, quam consecrata dici debet. Ans. l. 5. c. 20.

f NOn imputantur filijs.] Sup. ead. q. placuit.

g ¶ Pœna.] Scilicet excommunicationis. infr. 24. q. 3. si habes. sed alia bene. extra de fil. presb. c. 1. & inf. eo. q. 1. c. 1. & ideo sophistice procedit de vna ad aliā. Argu. contra 56. dist. c. 1.

h ¶ Item si excusatur.] Vt sup. ea. q. 1. si q̱ à simoniacis.

i ¶ Excusādus est.] Excusantur à reatu criminis: sed non quin priuentur beneficio. infr. ead. q. 5. capit. 1. & cap. præsentium.

SED OBIICITVR. Hæc est secunda pars quæst. in qua probatur contrarium per tres auctoritates. Io. de Fan.

Consecratio an possit fieri interueniente promissione.

K ECclesia.] ¶ Pactione.] Infra 18. q. 2. Eleutherius. contra. Sol. aliud est non prius cōsecrare nisi aliquid ex pacto detur vel promittatur, quod hic penitus reprobat. alitud est post dedicationē pacisci de annuo reditu

reditu ex oblationibus ecclesiæ suggerente episcopo,& eius ecclesiæ presbyteris pro futuro:quod ibi fieri permittitur.H. contra 7.q.1.episcopus:5.ea.q.1.nō nocet Sed dic ꝙ hic non fuit consecrata in forma ecclesiæ:& ideo debet consecrari. de cōse.dist.1.ecclesias. Vel dic in lucra sunt ab hæredibus extorquenda.ff.de calum.l.in hæredem.Arg.contra.C.ne ex delict. defun.l.vnica.sed de canonica æquitate semper tenetur,etiam si nihil ad eum peruenit ex maleficio,vt dixi 16.quæst.6. si episcopum.

Iosue 6. & 7. *Item peccato* [a] *ciuium, thesauri Hierico anathematizati leguntur. Vnde Achan, qui regulam auream, & quædam alia pretiosa furatus est, de anathemate dicitur tulisse.*
1.Reg.15. ¶ *Item peccato Amalechitarum, animalia eorum iussa sunt interfici: quibus quia Saul pepercit, audiuit à Samuele: [Nescis, quia peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere?]* *Exo.9.* ¶ *Item peccato Aegyptiorum possessiones eorum grandini traditæ, iumenta, & primogenita eorum, morte consumpta sunt.* *1.Reg.4.* ¶ *Item peccato Israelitarum, arca Domini Philistæis tradita est. Si ergo quæ sensu carent, ut ecclesia, altare, arca Domini, lapides Hierico, vel execrantur, vel peccatoribus traduntur, vel anathematizantur, vel grandine deuastantur; si ea, quæ vim intelligendi non habent, vt animalia Aegyptiorum, & Amalechitarum, peccatis hominum perduntur morte; patet, quòd nullum excusat ignorātia criminis: maxime cum ex eo utilitas deferatur ignoranti: ueluti si quispiam de latrocinio, & rapina filio suo ignoranti diuitias congreget, non excusat filium ignorantia; quin post mortem patris cogatur reddere malè acquisita* [b]. *Iosue 7.* ¶ *Item peccato Achan* [c] *plebs Israelitica in manibus hostium tradita est.* *1.Reg.4.* ¶ *Item peccato filiorum Heli, populus in manu* [d] *Philistinorum corruit.* *Psal 77.* ¶ *Peccato quoq; plebis electi eorum sæpè sunt impediti, & tandem cum eis prophetæ ducti sunt captiui.*

3 *His ita respondetur. Insensibilia, & irrationabilia peccato hominum uel execrantur, uel anathematizantur, uel morte perduntur, non participatione peccati, sed causa sacramenti* [e], *uel detestatione peccati, uel flagello* [f] *delinquentium. Causa sacramenti, vt thesauri Hierico* [g], *& animalia Amalechitarū. Hierico enim Luna interpretatur, & significat mundum istum; Amalechitæ interpretātur lingentes sanguinem, & significant cupidos, & auaros, & dæmonas. Israelitæ interpretantur uiri uidentes Deū, & significant multitudinem sanctorum. Lapides ergo, & thesauri Hierico anathematizantur; animalia Amalechitarum* [h]

c ¶Achan.] Et nōne iam dixit de peccato Achan,sic:sed non de plebe.

d ¶In manu.] Ideo repetit, ut addat de populo, de quo nihil dixerat.

HIS ITAQVE. Hæc est tertia pars q. in qua dicitur quòd septem de causis aliqui puniuntur propter aliorum peccata. Io.de Fan.

CASVS. Respondit Gratia quòd ita punitur unus pro alio:hoc accidit uel ex causa sacramenti, vel ex detestatione peccati, vel ex imperitia patientiæ, uel propter flagella eorum, qui deliquunt opere vel consensu. Et ad hanc quadrimembrem diuisionem præmissas historias competenter adaptat.

e ¶Sacramenti.] Id est,figuræ.

f ¶Vel flagello.] Aliter enumerat hic istos modos: & aliter exequitur in littera.

g ¶Hierico.] Historia. Legitur in libro Iosue,quòd Dñs anathematizauit vrbem Hierico, & omnia quæ in ea erant, præter metalla,quę in primitias operum Dei conseruabantur. Capta ciuitate, Achan filius Charmi furatus est clamydem coccineam, & centum siclos argenti, & regulam auream quinquaginta siclorum,& iratus est Dominus contra filios Israel. & cum Iosue mitteret tria millia expugnatorum ad expugnandam ciuitatem Hai, ceciderunt ex eis xxxvj. homines: & cæteri fuerunt in fugam conuersi. Relatumque est Iosue prostrato in terram quòd populus aliquid tulerat de anathemate: & ideo illud acciderat populo. surrexit itaque ex præcepto Domini: & conuocato populo misit sortes per tribus:& cecidit sors super tribum Iuda. Secundo per familias. & cecidit sors super familiam Zare. Tertio super domos:& cecidit sors super domum Charmi. Quarto super capita:& cecidit sors super Achan: & dixit ei Iosue: Fili da gloriam Deo, et confitendo quid feceris.cumque confiteretur,iussit eum lapidari à populo:& familiam eius,quam habebat comburi.

h ¶Amalechitarum.] Historia legitur in 1.lib.Regum quod cum Saul ex præcepto Samuelis pugnaret contra Amalechitas, præcepit ei vt homines & animalia interfi-

in odium consecrantis hoc dici.simile 24.quæst.1. pudenda.& ideo ita interpretatur Gratia. infra §. his ita. uersicu. in detestatione, quia reuera est consecrata.

ITEM PECCATO.CASVS. Hic probat quòd unus punitur pro alio temporaliter:& primo per historiā de Achan.Secundo per historiā Amalechitarū. Tertio per plagas Ægyptiorum. Quarto per arcæ Domini captionem.Quinto per historiam filiorum Heli,quæ habetur 36.dist.legant. Sexto per prophetas propter peccata populi captiuatos.

Punitur tēporaliter vnus ꝓ alio.

a ¶Item peccato.] Hic probat,quòd unus punitur ꝓ alio temporaliter.primo per historiam de Achan.secūdo per historiam de Amalechitis. tertio per plagas Ægyptiorum: quarto per arcæ captionem. quinto per prophetas propter peccata plebis captos.

b ¶Acquisita.] Idem est de usura. extra de vsu.cum tu.& est ratio,qua in uitium succedunt parentum.ff.de diuer. & tempo. præscrip. cum hæres, nam turpia

interfici iubentur ad examinandam[a] cupiditatem Israelitica plebis, & vt significaretur, quòd muri vitiorum, & huius mundi thesauri, qui per lapides, & thesauros Hiericho designantur, irrationabiles quoque vitiorum motus, qui per animalia Amalechitarum intelliguntur, non debent transire in sortem sanctorum. Animalia[b] vero Aegyptiorum[c], & possessiones eorum[d], & primogenita grandine, & morte consumpta sunt, vt in illis punirentur, quorum fælicitate lætabantur: & vt daretur intelligi, quòd mundus peribit, & concupiscentia eius. Sed & terra Israe- 1.Io.2.
litarum in salsuginem versa est, & segetibus eorum im- Psal.106.
bres aduersi sunt, animalia eorum sterilitate, & morbo confecta sunt, vt auctorem suum, quem per beneficia cognoscere noluerunt, saltem inter supplicia sentirent. In detestationem[e] vero peccati, pecunia Simonis damnata est, cui di- Act.8.
ctum est: [Pecunia tua tecum sit in perditionem: quia existimasti donum Dei pecunia possideri.] In detestationem quoque eiusdem criminis altare, & ecclesia[f], quæ per simoniam consecrantur, non tam consecrari, quàm execrari dicuntur: quia qui interuentu pecuniæ oleum consecrationis effundit, non consecrare, sed execrare dicendus est. Hinc est, quòd beatus Gregorius ecclesias ab Arrianis cōsecratas iterum consecrari præcepit: quia sanctificationem[g] conse- De cons. dist.1.
crationis, quæ non nisi in fide Trinitatis perficitur, præstare c. Arrianorum.
non poterant, qui fide carebant[h]. Arca vero, & prophetæ peccato suorum ciuium hostibus traditi sunt. Electi quoque, qui murmure eorum impediti sunt, non in pœnam criminis, sed in experimentum, & exemplum patientiæ hæc passi sunt. ¶ Item populus[i], qui peccato Achan, & filiorum Heli in manibus hostium traditus est, significat subditos corporaliter flagellari, vt inter ipsa flagella, peccata prælatorum feriantur: sicut Achan sorte deprehensus, lapidibus obrutus est:

Sic & nauicula Ionæ[k] periclitatur, vt fugitiuus sorte de- Ionæ.1.
prehensus fluctibus immergeretur. Aliquando pro meritis[l] prælatorū deprauatur vita subditorū, vt prælatis suis subditi fauentes ad malum cum eis simul corruant: sicut filij Israel diu portantes[m] peccata sacerdotum, tandem cum eis ceciderunt in manibus hostium. Item Dauid[n] populum 2.Reg.vlt.

interficeret. percussit ergo Saul Amalechitas, & omne uulgus interfecit: & apprehēdit Agag Regem pinguissimum: & pepercit ei, & omnibus gregibus ouium & armentorum, & uniuersis quæ pulchra erant uisu: nec uoluit disperdere ea: quidquid fuit inutile & reprobū, hoc destruxit & demolitus est. Dixitque Dominus ad Samuelem. Penitet me fecisse Saulem Regem, uenitq; Samuel ad Saulē, & dixit: Quænam uox est gregum & armentorum, quæ resonat in auribus meis? Et ait Saul: Tulit populus oues & boues pingues ad sacrificandum, dixitq; Samuel, peccasti: quia melior est obediētia q̃ uictima. & ait Saul, peccaui. sed hac uice supporta peccatū meū. Redijt ergo Samuel, cum Saule, & iussit Agag adduci Regem pinguissimum, & interfecit eum, & in frustà conscidit.

a ¶Ad examinādā.] Id est, ut examinētur cupidi à non cupidis. Alia littera est, ad exterminandam.

b ¶Animalia.] Hic de flagello delinquentium. simi. 16.q.1. reuertimini.

c ¶Ægyptiorū.] Historia. Legitur in Exodo ꝙ cū Pharao nollet dimitere populū Israelem exire de Ægypto, percussit Dominus Ægyptum x. plagis, quæ in Exodo exponuntur.

d ¶Eorum.] Simile 16.q.1. reuertimini.

e ¶In detestationē.] Hęc est detestatio criminis.

f ¶Ecclesia.] De cōs. dist.1. Arrianorū. & c. ecclesias ista duo ca. malè inducit Gra. quia Arrianorum ecclesię, non cōsecrantur à catholicis in detestationē criminis: sed quia non fuerunt consecratæ in forma ecclesiæ: ergo melius potuisset inducere. s. ea.q. ecclesia, quæ pactione.

g ¶Sanctificationem.] Supra ea.q.1. qui studet.

h ¶Carebāt.] Id est, extra formam ecclesiæ consecrabant, aliàs falsum esset.

i ¶Item populus.] Hic addit quartam.

SIC ET NAVICVLA. CASVS. Nunc redit Gratianus ad propositum, ut probet alios puniri pro peccatis aliorum. Et primo per exemplum Ionæ. Secundo p peccatū Dauid populū numerātis. Tertio per paruulos Sodomitarum. Quarto per paruulos Dathan & Abirō. Quinto per Chanaam, qui patre peccāte factus est seruus. Sexto per successionē Giezi. Septimo per reliquias Iudęorum. Octauo per quatuor successores Achab. Nono per Idumæos, qui descenderunt ad Esau.

K ¶Ionæ.] Historia. Legitur in Iona, ꝙ cum vellet Dominus Ionam mittere in Niniuē, vt prædicaret: surrexit Ionas vt fugeret à facie Domini in Tharsis: & descēdit in Ioppem, & intrauit nauē euntem in Tharsis, & descēdit ad inferiora: & dormiuit sopore graui. cum autē tempestas immineret, miserunt sortes ut scirēt cur hoc accideret: & cecidit sors super Ionam. At ille dixit ad eos: mittite me in mare: quia propter me hoc accidit uobis, & miserunt, & statim cessauit tempestas.

l ¶Pro meritis.] Infra 6.q.1 ex merito, ĵ.2.q.7.c.1.

m ¶Portantes.] Id est, tolerantes.

n ¶Dauid.] Historia. Legitur in secundo libro Regū, quod Dauid præcepit Ioab principi militiæ, ut populū numeraret: numerauit ergo, & dedit numerū Regi. & factus est sermo Domini ad Gad prophetam, dicens: Vade & loquere ad Dauid, hæc dicit Dominus; Elige unum de tribus quod uolueris: aut septem annis ueniet

numerauit: quo peccato gladius Domini desæuit in populum. Sed in lata[a] *gēte gloria regis est, in diminutione plebis contritio principis. Qui ergo de numerositate suæ gen-*
Prou. 14. secū dum 70. *tis superbiuit, iure in eius diminutione*[b] *punitus est.* ¶*Item*
Gen. 19. *paruulos*[c] *Sodomitarum non excusauit ignorantia; quin pro paterno scelere cælesti igne consumerentur: sed igne hoc pœna illis diminuta est; quibus successio paterni sceleris est adempta. Pariter*[d] *etiam demonstratum est peccatis parentum paruulos aliquando corporaliter flagellari*[e]*. Illud idem intelligendum est de paruulis, qui peccato Dathan, & Abiron viui descenderunt ad inferos.* ¶*Item Cham pec-*
Num. 16. *cante, Chanaam filius*[f] *eius maledicitur: Giezi delinquente, lepra transmittitur ad posteros. Iudæis clamantibus:*
Gen. 9. *[Sanguis eius super nos, & super filios nostros.] etiam reli-*
Matth 27. *quiæ eorum*[g] *pœnæ mortis Christi addictæ*[h] *sunt. Achab*[i]
4. Reg. 5. *quoque peccante posteri eius*[k] *regni solium amiserunt: &*
3. Reg. 21. *qui de eius semine in regno Iudæ nati sunt, vsque ad purgatam labem illius familiæ, à genealogia Domini sunt exclusi. Odium quoque Esau*[l] *(vt Malachias testatur) transi-*
Hieron. ad c. 1. Matth. Malach. 1. *uit ad Idumæos. Ex quibus omnibus colligitur, quod ignorātia peccati non excusat.* ¶*Sed his exemplis*[m] *non probantur teneri peccato aliorum; nisi imitatores nequitiæ eorum. Quicunque enim de semine Esau, & cæterorum ad Deum conuersi paternam malitiam detestati sunt: non odium, sed Dei clementiam experti sunt.*

Item vt Ambrosius ait sermone vndecimo.

C. XII.

ꝭ. 24. q. 1. c. non turbatur. TVrbatur[n] nauicula Petri, in qua erat Iudas: quia, qui suis meritis erat firmus, turbatus est alienis.

¶*Huius etiam capitis sententia sumpta est ex sermone xi Ambrosii, & lib 5. c. 1. comment ad c. 5. Lucæ. Ipsa autem verba habentur infra 24. q. 1. non turbatur.*

Ignorabat autem Petrus peccatum Iudæ. Non ergo ignorantia excusauit illum. Sed turbatio hæc non peccati coin-

veniet tibi fames in terra tua: aut tribus mensibus fugies inimicos tuos: aut tribus diebus erit pestilētia in terra tua. Cum autem Dauid ultimum elegisset, misit Dominus pestilentiam in Israel à mane usque ad tempus constitutum: & mortui sunt de populo extra Hierusalem lxx. millia hominum. cumque extendisset Angelus manum suam super Hierusalem ut percuteret eam, aperti sunt oculi Dauid: & uidens Angelum exclamauit dicens: Ego sum qui peccaui: conuertatur obsecro manus tua super me, & contra domum patris mei. Tunc autem pepercit ei Dominus, & iussit Angelo ut manum suam contineret.

g ¶Etiam reliquiæ eorum.] Id est, isti addicti sunt pœnæ propter mortem Christi.
h ¶Addictæ.] Infr. de pęnit. dist. 3. § ecce.
i ¶Achab.] Historia. Iste Achab fuit Rex Israel maritus Iezabel nequissimæ mulieris: cuius filiam duxit in vxorem Ioram Rex Iuda filius Iosaphath: cuius filius nepos & ꝓnepos, scilicet Ochozias, Ioas, & Amazias, qui & ipsi succedentes sibi inuicem reges Iuda fuerunt, in generatione Domini à Matthæo prætermittuntur: sed à Ioram transitum facit ad Oziam, qui fuit quartus post eum. quia dictum fuit per prophetam in throno regni, quemquam non esse sessurum de domo Achab vsque ad quartam generationem; quod intelligendum est de merito uitæ, quia tres præcedētes fuerunt reges, sed tñ mali fuerunt.
K ¶Posteri eius.] Euāgelista enim transitū facit a Ioram usque ad Oziam, qui fuit quartus r post eū: qa dictum erat per Heliam prophetam in throno regni, quemquam non esse sessurum de domo Achab: nisi in quarta generatione. tamen illi tres qui omissi fuerunt bene sederūt in throno: sed dicuntur nō se disse ex merito.

r Vnde dic ꝙ exclusi. i. prætermissi à Mattheo in euāgelio: ubi isti inter alios nō connumerant. Archid.

l ¶Esau.] Historia. Legitur in Genesi, ꝙ Dñs Iacob dilexit: Esau autem odio habuit. Esau autem dictus est Edom: unde & Idumæi, q ab ipso nati sunt: ad quos testante propheta Malachia, transiuit odium Domini.

a ¶In lata.] Hoc soluit statim.
b ¶In diminutione.] Ar. ꝙ in eo punitur quis, in quo deliquit. ꝭ. 17. q. 4. frater. ꝭ. 16. q. 1. reuertimini. ꝭ. 12. q. 2. de viro. & cap. qui & humanis. supr. dist. 81. ualet.
c ¶Paruulos.] Historiam habes 42. dist. §. 1.
d ¶Pariter.] Hic habetur alia responsio.
e ¶Flagellari.] Licet etiam in eis crimen paternum non timeretur.
f ¶Chanaam filius.] Et ideo maledixit Chanaam, & nō Cham, quia Dominus benedixit ei: & ideo nō fuit ausus ei maledicere: uel ratio in lege est, vt ff. quod metus cau.iiti quidem.

l ¶Esau.] Qui alio nomine dicitur Edom. Inde dicuntur Idumæi, quasi Edomæi.
ADDITIO. Ad istos testante ꝓpheta Malachia trāsiuit odiū Domini. etenim de Esau legitur ibidē, ꝙ Dominus dilexit Iacob: Esau autem odio habuit. Archid.

SED HIS. CASVS. Respondet illos pro peccatis aliorum puniri, qui sunt imitatores nequitiæ ipsorum, aliàs non.
m ¶Exemplis.] Scilicet postremis de Chan, Giezi, Achab, Esau, Ioan. de Fan.

TVrbatur nauicula.] CASVS. Adhuc ostendit, ꝙ iustus punitur pro impio, vt Petrus pro Iuda: sed illa turbatio non fuit peccati coinquinatio, sed temporalis persecutio & ita prædictis auctoritatibus non probantur simoniaci, pro quibus ignorantibus pecunia data sit.
n ¶Turbatur.] Infra 24. q. 1. non turbatur. infr. 7. q. 1. aduersitas. infra. de consecra. dist. 1. in sancta.

NOTAN-

quinatio, sed corporalis persecutio intelligitur; quia meritis malorum nonnunquam adeo premuntur boni, ut eorum turbetur firmitas. Non itaque his auctoritatibus simoniaci probantur, pro quibus ignorantibus pecunia data est. Non ergo potest probari iste reus criminis, cuius non habuit conscientiam.

4. *Notandum quoque est, quòd non omnis ignorantia*[a] *aliquem excusat. Est enim ignorantia, alia facti, alia iuris. Facti, alia est eius facti, quod oportuit eum scire: alia, quòd non oportuit eum scire. Quod non oportuit eum scire: sicut Apostolus ait: [Si quis infidelium uocauerit uos ad cœnam, & vultis ire, quidquid vobis appositum fuerit, comedite, nihil interrogantes. Si quis uobis dixerit*[b] *hoc idolis immolatum est, nolite comedere*[c].] *Ecce quòd vocatum ad cœnam non oportuit*[d] *scire carnes sibi appositas fuisse idolis immolatas. Quod oportuit eum scire, sicut ignorantia Iudæorum*[e], *& reliquorum infidelium, quia ea, quæ à prophetis de Christo fuerunt prænunci[illegible], ad[illegible] ignorar[illegible] esse completa: vnde à Iudæis ad[illegible] expect[illegible] [illegible]. [illegible] neminē excusat. ¶Item ignorantia iuris, alia naturalis, alia ciuilis. Naturalis omnibus adultis damnabilis*[f] *est: Ius uero ciuile alijs*[g] *permittitur ignorare, alijs non. Iuris ciuilis ignorantia nemini obest in damno uitando, si negotium*[h] *inde contigerit, ut si minor pecuniam dederit filiofamiliàs*[i], *repetit: in*

1. Cor. 10.

NOTANDVM. Hæc est quarta pars quæstio. in qua distinguit inter ignorantiam iuris & facti. Io. de Fan. CASVS. Hic innuit Gra. talem distinctionē. Ignorātia alia facti, alia iuris. Facti, quod scite non oportet, ut si apponatur tibi ignoranti idolothitum ad comedendum: facti, quod scire oportet, ut eorum quę dicta sunt ꝑ prophetas de aduentu Christi. Ignorantia iuris, alia iuris naturalis, quæ omnibus adultis damnabilis est. Alia iuris ciuilis, quæ in damno uitando nulli nocet. In tali casu, scilicet, si minor filiofamiliàs pecuniam dederit, mutuam, repetit: sed maior non repeteret: uel si talis casus incidit ut successionem sine iudice diuidas cum alio, quem putabas cohæredem, cum non sit: uel si soluas ꝑ errorem, uel promittas pecuniam indebitam iure naturali tantum, uel tam iure ciuili, quàm naturali: sed in delictis ignorantia iuris nullum excusat.

a ¶Omnis ignorantia.] Est ignorantia facti, & ignorantia iuris. Ignorantia facti semper excusat, siue ignoret de alieno facto, siue de proprijs, dumtamē probabilis sit. Ignorantia ꝓprij facti excusat, vt 24. q. 2. in lectum. & 1. q. 1. si qui à simoniacis. magis tamē excusat error in alieno facto quàm proprio: quia probabilis est ignorantia in alieno facto, ut ff. pro suo, l. vlt. sed non est verisimile, quòd quis dubitet siue erret de proprio facto, vel de propria re, ut C. de rescin. uen. quisquis. Licet autē sit ignorantia de alieno facto: dūtñ nō sit ꝓbabilis, non excusat, vt 12. q. 2. q. & humanit. 16. dist. quod dicitis. ad hoc autem vt qs ꝓbabiliter dicatur errare, non requiritur ꝙ sit nimis scrupulosus & diligens & curiosus in inquirendo: nec quòd sit nimis negligens & dissolutus non inquirendo, ut ff. de iur. & facti ignor. nec supina. Ignorantia iuris, alia est iuris naturalis, alia iuris canonici siue ciuilis. Ignorantia iuris naturalis neminem excusat, quia ibi nihil interest in vitio decipere, uel decipi, ut 16. q. 1. si cupis. & C. de in ius vocan. l. 2. & de hac ignorantia dicitur: Ignorans ignorabitur. 37. dist. §. vlt. 38. dist. qui ea 1. Ignorantia iuris canonici siue ciuilis neminem excusat, vt 38. dist. si in laicis. & c. quæ ipsis. & hoc intellige cum ius tale est, quod aliquis de facili per seipsum scire potuit, uel etiam per alios, dum tamen habuerit copiam iurisperitorum, vt ff. de iur. & fac. ign. regula, & ff. de bon. posses. in bonorum. ubi enim de bona fide agitur, non est de iuris apicibus disputandū, ut ff. man. si fideiussor. quædam. & hæc vera sunt, nisi sunt milites 2, rustici, minores, & mulieres, istos enim excusat iuris ignorantia. Itē iuris ignorantia, si est de damno uitando, excusat: si est de lucro captando non; ut ff. eo. iuris. Si quæras ergo quæ sit differentia inter has quatuor personas, & inter alias quantum ad ignorantiam iuris, cùm nulli noceat in damno uitādo, ut d. l. iuris. dic ꝙ licet omnibus alijs noceat in lucro, non tñ istis; aliter nō esset aliquod speciale in istis. Sed tamen not. differentiam inter istas quatuor, quia non concedo ꝙ mulieribus, & rusticis noceat in lucro, nisi vbi expresse inuenitur, quod no. 3 nam nocet quandoque, vt C. eo. si emācipata. aliàs vbi expresse inuenitur. sed ubi non inuenitur expressum, non

non subuenitur eis. Subuenit n. eis in Velleiano, & in alijs casibus not. C. eod. l. ulti. Sed militibus & minoribus ubique subuenitur, nisi ubi expressum inuenitur quod non sit subueniendum. Itē ignorantia iuris ciuilis siue canonici nocet omnibus in damno uitando, vt in temporalibus præscriptionibus: quia præscriptio introducta est ad rigorem iuris conseruandum. idem est in constitutione, si quis in tantam. C. unde vi. H.

b ¶Dixerit.] Ar. ꝙ ad dictū vnius statim aliquis teneatur & possit credere, vt 22. q. 4. innocens. De hoc no 23. q. 4. quàm magnum. & 11. q. 3. non solum, in prin.

c ¶Nolite comedere.] Expressa ergo nocent, non tacita: arg. ff. de cōdi. & demonst. nonnunquā. & ff. de euic. serui venditor. diuersa est enim causa uoluntatis expressæ, & eius quæ inest. ff. de ver. obli. eū qui certarum.

d ¶Oportuit.] Hæc non excusat, cum sit iuris naturalis. 38. dist. quamuis.

e ¶Iudæorum.] Hæc ignorantia iuris etiā dici potest, eo ꝙ ignorabāt ꝓphetas: quia si eos intelligerent, non ignorarent facta eorum, id est, Christum natum.

f ¶Damnabilis.] Velut de patronis absque uenia impetrata in ius nō uocandis ab eorū libertis: nec. n. in ea reparcendū est rusticitati, cum naturali rōne huiusmodi personis honor debeatur, ut C. de in ius uoc. l. 2.

g ¶Alijs.] Non in lucro captando, quia in damno uitādo omnibus. ff. de iur. & facti igno. l. iuris ignorantia.

h ¶Negotium.] Id est, si errat in contractu: nam aliter est in maleficio, in quo nec etiam minor excusatur 4. C. si aduer. delic. l 1. & 2.

i ¶Filiofamiliàs.] Maiori. nam tunc potest repetere. ff. de min. verum. in fi. Si autem filiusfamiliàs minor esset: non repeteret, si consumpta esset uel deperdita. ff. eo. tit. si minor.

a ¶Quasi

Ignorantia est duplex. s. facti, & iuris.

Ignotantia iuris est duplex.

1 De hac materia nota. 27. dist. in sum.

[Ignorantia iuris quatuor gña ꝑsonarum excusat.

2 Sub. qui ꝑꝑ rem publi. occupātur in castris, quos magis arma vult scire Imperator, quàm leges. Arch.

3 Cum ista glo. cōcor. l. fina. & ibi Bart. C. de iur. & facti ign. & Ful. in l. iuris. C. qui admit. & est de mente Bart. in l. 1. in uer. quærit gl. C. de iur. & facti ign. & plene ꝑ Doct. moder. in l. 1. §. nunciatio. ff. de ope. no. nū. post Bart. ibi in ulti. col.

Liberti pa[...] tronum i[...] ius sine ue[...] nia vocāti[...] rusticitati[...] parcēdum non est.

4 Sub. ni[...] quatenus miseratio[...] ætatis, & ff. de min[...] auxilium[...] Archid.

maiore vero quasi delictum est [a] *. ¶Item si successionem etiã tibi maiori delatam cum alio, sine iudice* [b] *diuidas, putans testamentum iure subnixum, cum non esset, solidam successionem obtinebis: uel si id, quod nullo iure debuisti, aut iure naturali* [c] *non debuisti, sed ciuili, tanquam ex chyrographo soluas, aut promittas, repetis* [d] *: non ita, si delictum. Nam si putat rem suam sibi per legem licere rapere, incidit in constitutionem* α *illam codicis lib. 8. titulo, vnde vi.*

tit. 4. le. 7.

α ¶Constitutionem.] *In plerisque uetustis codicibus legitur,* in cidi t in constitutionem, si quis in tantam. *reliqua vacant.*

Imperator Valentinianus Augustus.]

PALEA. C. XIII.

SI quis in tãtam furiosis audaciam peruenerit, ut possessionem rerum apud fiscum, vel apud quoslibet homines constitutarum ante euentum † iudicialis arbitrij uiolenter inuaserit: dominus quidem constitutus possessionem, quam abstulit, restituat possessori, & dominiũ eius † rei amittat: Sin vero alienarum rerum † possessionẽ inuasit, non solum eam possidentibus reddat, uerumetiam æstimationem earundem rerum restituere compellatur.

† *al. aduentũ*

† *al. eiusdem*

† *al. alienã possessionem*

In hoc autem non fuit ignorantia iuris, sed facti, et illius, quod non oportuit eum scire. A reatu ergo criminis eum ignorantia excusat paterni delicti: quod & si oportuisset scire, infirmitate tamen ætatis deprehendere non poterat [e] *.*

QVAESTIO V.

1 ps

QVod vero [f] *quinto loco quæritur, an liceat ei esse in ecclesia, uel fungi ordinatione, quam paterna pecunia est assecutus; auctoritate Vrbani definitur, qui scribens de simoniacis ait inter cætera in concilio Placentino, cap. 5. & sequentibus, itemque in concilio Romano.*

a ¶Quasi delictum est.] ff. ad Mace. l. 2. & bene dicit, quasi delictum. nam si verè esset delictum, nec minori subueniretur.

b ¶Sine iudice.] Secus si per iudicem. ff. fami. ercis. cũ putarem, & hoc. cum fidem & confessionem eius iudex secutus est. nam aliàs repetere posset. C. de iur. & facti igno. si post.

c ¶Iure naturali.] Cum quis soluit indebitum, aut indebitum, est iure ciuili tãtum: quale est illud quòd potest per Falcidiam retineri. C. ad legem Falci. error. hic si per ignorantiam facti soluit, repetit, C. de iur. & facti igno. cum quis. C. ad legem Falcid. error. Si per ignorantiam iuris soluit, nõ repetit, vt in legibus prædictis, nisi à minore, uel muliere, vel alia persona priuilegiata soluatur. ff. de ꝓb. cum de indebito §. si autem, & ff. de condi. indeb. interdum. aliàs indebitum est de iure naturali tãtum, quale est illud ad quod per chyrographũ obligamur, ut spe futuræ numerationis, aut indebitũ utroque iure. In his duobus casibus quacunque ignorantia soluat, repetit. ff. de cond. inde. indebitam, & ff de proba. cum de indebito. aut per 1. exceptionem tãtum, & tunc si temporalis est exceptio: dumtamen sit certum debitum, non repetit 2. ff. de cond. inde. sub cõditione. l. nam & maritus. Si autem est perpetua & fauorabilis, hic quacunque occasione soluit, repetit. C. ad Vellei. quamuis. ff. de condi. indeb. qui exceptionẽ. Si est odiosa, vel sciens soluit, uel ignorans: si ignorans. aut ius, aut factum. his duobus casibus non repetit. ff. de condi. inde. qui exceptionem. aliàs si rigore iuris cõseruandi gratia est exceptio introducta: hic sciens si soluit, non repetit. ff. de condi. inde. Iulianus. si ignorans, repetit secundum Pileum, cum illa exceptio sit perpetua, & non odiosa. Alij uero ꝯ, nam & post sententiam remanet debitum naturale: quia sententia de iure ciuili est, & ideo ea, quę iuris naturalis sunt, tollere non potest: 3. quare si soluat, non repetit: arg. ff. de cõd. indeb. Iulianus. Si autem dubitatur an tẽporalis, an perpetua, hic repetit. ff. de condi. indeb. sufficit.

3 Insti. de iure nat. §. vl.

d ¶Repetis.] Hoc tamen intra biennium, & hoc cũ ꝓmittit spe futurę numerationis.

e SI quis.] ¶Poterat.] Et ita dupliciter eum excusat.

QVòd uero.] Hæc quæstio diuidiť in tres partes. In prima parte probat, quòd filij non possunt tenere beneficium emptum à patre cũ erat puer. Secũda ibi, [Hoc autem.] Tertia ibi, [Ex hac.] Io. de Fant.

CASVS. Hic intitulať quinta quæstio, qua quæritur an liceat ei esse ĩ ecclesia, uel fungi ea ordinatione, quam paterna pecunia est assecutus ignorãter. De primo casu quid iuris sit, dř in primo capitulo. De secundo dicitur in capitulo, præsentium.

f ¶Quòd uero.] Huius quæstionis duo sunt articuli. Primus an liceat isti esse in ecclesia, quam paterna pecunia eo ignorante est assecutus. Secundus est, si pater ei non emit ecclesiam, sed ordinem, an liceat ei illo ordine fungi. De prima quæstione dicas, ꝙ postquam ecclesiam dimisit, ex gratia potest ibidem manere, ut ĩ. c. 1. & extra de simo. de regularib. In secunda dico, ꝙ si per patris pecuniam adeptus est ordinem, ita tamen quòd simonia non fuit in ordinante, postquam ordini renũciat, potest eodem ordine ex misericordia fungi, ut ĩ. e. c. vlt. si autem ipse dedit, uel simoniæ cõscius fuerit, tũc distinguiť, aut accepit ordinem uel dignitatẽ aliquam, uel aliquod beneficium ecclesiasticũ. si ordinẽ uel prælationem, deponitur, nec debet secum dispensari, ut s̃. e. q. 1. erga. & c. si quis neq;. & ĩ q. 7. si quis omnem. & c. requiritis. si uero ecclesiam, vel præbendam, uel simile beneficiũ, de iure deponitur, ut supra ea. q. 1. presbyter. sed ex dispensatione post renunciationem potest in eodem beneficio manere, ut infra cap. proxi. Ioan.

Ecclesiã à patre emptam utrũ quis possit retinere.

Ordine quẽ pater emit, an qs possit fungi.

Quidam-

¶De paruulis, qui cupiditate parentum, ecclesias emunt. C. I.

QVicumq. sane cupiditate parentum, cum adhuc paruuli [a] essent, ecclesias, vel ecclesiarum partes [b] α per pecunias adepti sunt, postquam eas omnino dimiserint, si canonice in eis viuere voluerint pro magna [c] misericordia ibidem eos esse concedimus [d]: neque pro hoc facto à sacris ordinibus remouemus, si aliàs digni inueniantur. Ansl.l.7.c.199. C.5.

¶Illi vero, qui per seipsos, cum iam maioris essent ætatis, nefanda ducti cupiditate eas emerunt, si in alijs [e] ecclesijs canonice viuere voluerint, seruatis proprijs ordinibus pro magna misericordia [f] ibi eos ministrare permittimus. Quòd si ad alias fortassis transferri non potuerint, & in eis canonice viuere promiserint, minoribus ordinibus cõtenti ad sacros ordines [g] non accedant; salua [h] tamen in omnibus Apostolicæ sedis auctoritate. C.6.

¶Si qui tamen ante emptionem [i] catholice ordinati sunt, cum ea, quæ emerunt, dimiserint, & vitam canonicam egerint, in suis gradibus permittantur [k]: nisi [l] forte eiusmodi ecclesia sit, vt ibi primum [m] locum debeant obtinere. Primum enim, vel singularem, vel præpositurae β locum in emptis [n] ecclesijs eos habere non patimur. C.7. C.8.

α ¶ Partes.] *In concilio ipso legitur*, beneficia. *sed ob glossam non est emendatum.*

β ¶ Præpositurae] *In concilio subiungitur*, uel officij.

2 *Hoc autem eum non in præiudicium canonum, sed ex misericordiæ dispensatione dixisse, ex epistola eiusdem colligitur missa Vitali presbytero in hac verba.*

¶In dignitate seruanda simoniacis misericordia potest impendi, si eos vita commendat. C. II.

EOs, qui ecclesiam emerunt, si persona talis fuerit, quã vita commendet, videlicet, vt in canonijs†, vel monasterijs regulariter viuat, in sui honoris officio, misericorditer condescendendo, ministrare concedimus, absque tamen [o] sanctorum canonum præiudicio. † *al. canonicis*

¶ *In libro manuscripto decretorum Pontificum hic canon citatur ex Nicolao ad Vitalem presbyterum Pruuiensem.*

QVicunque.] CASVS. Hoc c. diuidit in tres partes. In prima dicitur, ꝙ quidam paruuli fuerunt, quibus ignorantibus parentes emerũt ecclesias, de quibus dicit Vrbanus, ꝙ post renunciationẽ possũt ex misericordia in eisdem ecclesijs tolerari, & à sacris ordinibus ꝓpter hoc non debent repelli. In secunda dicitur, ꝙ qui adulti sibimet emerunt ecclesias, illis repudiatis de misericordia poterunt in alijs ecclesijs in suis ordinibus ministrare. quòd si ad alias transire non poterunt, in eis de misericordia, poterunt in minoribus ordinibus ministrare: ita quòd ad maiores non ascendant. In tertia dicitur, ꝙ si ante canonicè ordinati postea ecclesias emunt, eis dimissis in eisdẽ poterũt de misericordia tolerari: sed in eis prælaturas non habebũt. Secũda pars incipit ibi, [Illi vero.] Tertia ibi, [Si quis tamen.] Sequens §. cũ seq. c. patet.

a ¶Paruuli.] Hic præsumitur pro ætate. s̃. q.4. placuit.

b ¶Partes.] Id est, prębendas. & sic non est contra 21, qõ.2. sicut. extra de præben. maioribus.

c ¶Pro magna.] Et de iure: cũ enim nõ peccauerint isti, nõ sunt priuandi ordinibus suis. arg. j̃. §. ex hac.

d ¶Concedimus.] Vt & primum locum ibi obtinere possint, & illud, ibidẽ, nõ respicit nisi quod sequitur in fi. ca. secundum unũ intellectum.

e ¶Si in alijs.] Hic p̃sumitur contra ætatem, ut j̃. ead. q.7. qui in qualibet. s̃. dist.81. ualet. contra s̃. ea. q.1. si qui à pseudoep̃is. sed ibi illam ecclesiam licitè fuerat adeptus.

f ¶Magna misericordia.] Nam ex rigore iuris oĩno deponi deberẽt, ut s̃. ea. q.1. presbyter. & 7. q.1. præsentium. & c. sancitum est, & verè de misericordia. nam de iure non põt: & ideo hac misericordia digni sunt qui alieno laborant uitio. C. de natu. lib. l. legem.

g ¶Ordines.] Id est, ad ministerium sacrorum ordinũ, quos tamen post emptionem ecclesiæ receperat, & ita grauatur eorum pœna in ecclesiarum emptione.

h ¶Salua.] Vt scilicet Papa possit dispensare si uelit. uel hanc reuocet, si iterum ei uidebitur expedire.

Delictũ superueniẽs non uitiat legitimè factum. i ¶Ante emptionem.] Arg. superueniẽs delictum, uel nouam causam non uitiare legitimè factum. 30. qõ.1. nosse. & c. dictum. & s̃. dist.55. præcepta. 32. q.7. c.2. qui. infra ead. q.7. si quis omnem. contra.

K ¶Permittantur.] In eadem ecclesia. hæc est differentia inter istum casum & secundum.

ADDITIO. Ad hoc. ff. de verb. obli. pluribus. §. ult.

l ¶Nisi.] Istud, nisi, respicit duos articulos. nã ĩ primo casu bene potest ex dispensatione singularẽ locũ obtinere, sed malè dicit, qui hoc dicit: nã cũ ultimo magis dispensatur quo ad executionem ordinis, quàm cum medio, vnde istud, nisi, refertur ad primum membrum ca. Ego cũ H. dico, ꝙ istud nisi, respicit omnes tres casus prædictos. nam in nullo ipsorum primum uel singularem locum in empta ecclesia poterit obtinere, ut in fi. c. dicitur manifestè Phi. additio est.

m ¶Primum.] Arg. extra de si. ex insinuatione. & intelligũt quidã hoc tantum de prælatione. H. intelligit de qualibet dignitate; q̃a nec archip̃byter, nec decanus.

n ¶In emptis.] Si. 12. dist. nos consuetudinem.

HOC AVTEM. Hæc est secunda pars quæstio. in qua dicitur, ꝙ de rigore debent deponi simoniaci quocunque modo. Ioan. de Fan.

o EOs qui.] Absq; tamen.] s̃. dist.55. priscis. quasi non de iure communi, sed ex dispensatione.

4 *Ex hac itaque auctoritate colligitur, quòd ignorantia tales excusat à reatu criminis, ut supra dictum est, non à fructu emptionis; cum in ecclesiis, quas parentum pecunia adepti sunt, non nisi postquam eas omnino dimiserint [a], & ex misericordia, ibidem eis esse concedatur. In quo patet; quòd & si illis ignorantibus simoniæ peccatum sit admissum, fructum tamen paternæ emptionis reportare [b] nō possunt. Quòd vero à crimine excusentur, hinc patet; quia pro hoc facto à sacris ordinibus non remouentur. Si enim illius criminis participes essent, ad sacros ordines conscendere non possent. Illud idem intelligendum est de eo; qui per pecuniam est adeptus sacerdotij dignitatem, non episcopo, sed cuidam ex principibus eius datam: vtroque tamen ordinatore videlicet, & ordinato, hoc ignorante.*

Vnde Vrbanus secundus scribit Alberto Metensi episcopo.

¶De quodam, pro quo incuria parentum pecuniam dedit non episcopo, sed vni principum eius. C. III.

PRæsentium [c] portitorem, quem parētum incuria [d] per pecuniam non episcopo, sed cuidam [e] principum eius datam, inuitum [f] sacerdotij dignitatem obtinuisse significasti; licet sancti canones deponendum esse testentur; tamen, quia culpam [g] istam [h] nesciens, & coactus commisit, & quia ab eodem ordine, ut deponeretur, supplicauit [i] vltroneus; ex consideratione discretionis (quæ mater est omnium uirtutum) magis, quàm ex rigore canonum, misericordiæ viscera adhibendo, ipsum in eodem ordine esse fraternitati tuæ consulimus: ita tamen, ut si † ecclesia illa cui deseruit †, sacerdotum penuriam non patitur, suspensus à sacerdotali officio permaneat: Quòd si fortasse ecclesiæ vtilitas exegerit, ut curam regiminis assumat, liceat ex cōcessione sui episcopi, fratrumque [k] obedientia sacerdotali officio fungi.

† al quia
† al. deseruiuit

EX HAC. Hæc est terria pars qō. in qua dicitur, ꝙ si ordinatus fuerit inuitus simoniace eo ignorante, cū eo dispensatur. Ioan. de Faut.

CASVS. Infert Gratia. ex illa auctoritate, quicunque, ꝙ ignorantia excusat tales, cum possint ad sacros ordines ascendere; sed à fructu emptionis non excusantur. Idē intelligitur de eo, qui sacrum ordinem habuit per pecuniam, eo & ordinatore ignorantibus.

a ¶Dimiserint.] Hoc idem habes extra de simo. de regularibus.

b ¶Reportare.] Nam ex alieno dolo alius lucrum deportare nō debet. ff. de eo per quem fac. erit. l. vt. 4. res. & hoc verum est, nisi in casu. extra de simo. nobis scilicet per fraudem alterius.

PRęsentium. CASVS. Data pecunia cuidam amico, vel familiari principi episcopi, quidam ordinatus est presbyter ab episcopo vtroque ignorante pecuniā esse datam, qui presbyter ex quo factum cognouit, rogauit episcopū ut eū deponeret. unde Papa episcopo super hoc consulenti rescribit dicēs, ꝙ ex misericordia (licet de rigore deberēt deponi) toleretur in eodem ordine: & si ecclesiam, qua deseruit, non habet pecuniā sacerdotū, à sacerdotali officio cesset. Sed si vtilitas ecclesiæ exegerit, ut locum regiminis accipiat, potest de licentia episcopi sacerdotale officium exercere.

c ¶Præsentium.] Tria pro isto faciunt: coactio accipiēdi illum ordinem, scilicet sacrum, spontanea confessio, renunciatio. Duo faciunt contra, detestatio criminis, & disciplina ecclesiastica.

d ¶Incuria.] Id est, negligentia, uel stultitia, uel ignorantia iuris.

e ¶Cuidam.] Idem si episcopo supra. ead. q. 1. statuimus.

f ¶Inuitum.] Id est, coactum à parētibus: uel inuitum postquā sciuit.

g ¶Culpam.] Not. sermonis improprietatē, nam exponitur culpam, id est, defectum. supr. dist. 56. c. ulti.

h ¶Istā.] Hic collige rationem cum q̄s obijcit aliquid esse culpam, non quòd culpa sit, sed solet esse. sic 15. q. 1. c. mulier.

i ¶Supplicauit.] Vnde mitius cū eo agendum fuit, inf. 12. qō. 1. non dicatis. s̃. dist 50. quia te. C. ne tu. uel cura. uec. conducant. l. una. Sed nonne male rogabar, cum depositum sequatur, infamia. ff. de his qui not. infam. l. 2. §. ignominię. nec etiam quis deponi debeat nisi proximo crimine. 81. dist. Apostolus. Dic ergo, rogauit ut deponeretur id est ab executione suspenderetur.

Infamia sequtur depositum.

K ¶Fratrumque.] Et sic episcopus in tali casu dispensare non potest sine cōsensu & auctoritate fratrum. ar. 15. q. 7. ep̄s nullius. nam in omni dispensatione consensus capituli requirēdus est. p̄terea per c. istud no. dispensari circa simoniā cōmissam in ordine. nā si ipse ordinatus dedit pecuniam uel alius: dum tamen dat ep̄o, non poterit ep̄s hoc casu dispensare. & hoc notauit cum dixit, non ep̄o. q. d. secus si ep̄o esset data. unde strictior erit episcopi potestas dispēsādi in simonia commissa in ordine, q̄ in beneficio. s̃. e. q. 1. sed hoc non admitto. vnde dico, ꝙ siue simonia fuerit cōmissa in ordine, siue in beneficio, dum tamen ep̄o fuerit data pecunia, ꝙ episcopus non possit dispensare, sed in hoc dico esse differētiam, ꝙ si episcopo data fuerit pecunia pro beneficio, tunc non ep̄s, sed quilibet superior possit dispensare siue in illo beneficio, siue in alio, secundum eum modum, qui traditur sup. e. c. 1. Sed si fuerit episcopo data pecunia pro ordine, tunc non possit secum dispēsare nisi à solo Papa 1, ut s̃. q. 1. erga. & c. si quis neque. & infra q. 7. si quis omnem. & c. requiritis. Illud autem expeditum est, ꝙ episcopus uel capitulum potest dispensare cum eo qui ignoranter est adeptus beneficium etiam simoniace, vt extra de simon. ex infirmatione. Io. Quid autem iuris hodie seruetur, dixi per decre. s̃. q. 3. multis. in ult. gl. B.

Ep̄s an dispensare possit in simonia ordinis uel b̄ñficij. 1 Ray. dicit cum eo q̄ recipit simoniacum beneficiū, postquam resignauit. in executione ordinū post legitimam pænitentiā p̄ōt ep̄s suus si ab illo sit peccato immunis, alioquin metropolitanus debita discretione adhibita in pęnitentiali iudicio dispēsare. Archid.

Quid



Vid vero.] CASVS. Hic intitulatur sexta quæstio. Sed quia hæc quæstio expedita est supra. ea. quæst. 1. si qui à simoniacis. ideo ponit hic incidētem quæstionem, qua quęritur de illis, qui dant pecuniā non pro ordinatione, sed pro electione, uel ut decretum fiat electionis, uel ut confirmetur, vel vt non resistatur electioni. Et dicit Gratianus, quòd tales iudicandi sunt simoniaci, sicut illi, qui pro consecratione pecuniam dant.

a ¶Quid vero.] Hæc quæstio determinata est per c. quod G. inducit supr. q. 1. si qui à simoniacis.

b ¶Nunc autem.] hic ponit incidentem quæstionem, quæ dubia non est.

c ¶Rerum.] Supra q. 3. si quis obiecerit.

d ¶Per electionem.] s. distin. 40. sicut uiri.

e ¶Electione.] Si. inf. 15. q. 3. sane.

SI quis.] CASVS. Statuitur in hoc cap. vt nec aliquo timore, nec aliquo prætio, nec potentum suffragio episcopus confirmetur, aut electioni subscribatur.

f ¶Pecunia.] Infr. 18. q. 2. c. 1.

g ¶Suffragatrices.] s. ea. q. 1. estote. ꝟ. 16. q. 7. si quis episcopus. s. dist. 55. nullus.

h ¶Ad subscribendum.] s. cum patrini sunt: vel hoc cum specialiter uocantur laici ad electionem, 63. distin. Hadrianus. Vel dic, quod factum prohibet, non ideo dicit, quòd de iure subscribere debeant ciues. argu. extra de elect. c. 1. Subscribere tamen debent ciues, non ut eligentes, sed vt cōsentientes, vt ꝟ. 7. q. 1. episcopus de loco.

i ¶Timore.] Sed nūquid timor inducit simoniam? Dico quòd non: 1. peccat tamen mortaliter, qui per timorem obtinet beneficium. arg. contra, s. q. 3. res ecclesiæ. & est argu. ꝙ non tantum timor mortis, vel cruciatus corporis, sed etiam timor verborum vitiat electionem. arg. 23. q. 8. conuenior. Io.

Beneficiū per timorē obtinens peccat mortaliter. 1 Idem dicunt hic Lau. Ber. & Io. de Fant.

EGo autem.] CASVS. Quidam nomine Maximus electus fuit in episcopum, de quo Papa consultus respondet desuper, quòd iuste poterit pro vobis apud Deum intercedere, si sit non simonia uel alijs criminibus detētus, & obligatus, vnde de hoc inquiri desiderat.

K ¶Maximi.] De isto agitur secunda quæst. 5. quanto. 63. distin. Salonitanæ:

l ¶Exquiri.] Tunc tenetur prælatus inquirere, cū ad eum peruenit clamosa querelatio. extra de simo. licet Heli.

QVAESTIO VI.



Vid vero [a] de his fieri debeat, qui ignoranter à à simoniacis ordinati sūt (quod sexto loco quæsitum est) supra, in capitulo videlicet Vrbani, quod sic incipit: [Si qui à simoniacis, &c.] requiratur. Nunc autem [b] de illis quæritur, qui non pro ordinatione pecunias offerunt; sed pro electione, vel vt decretum electionis fiat, vel vt subscriptione firmetur, vel vt electioni non resistatur, aliquibus præmia largiuntur; an eorū electio vitiosa sit iudicanda. Non enim videntur spiritus sancti donum emere, qui non pro consecratione, sed pro electione munera largiuntur; cum nullius spiritualis gratiæ aliquos faciat electio participes. Sed sicut ecclesiasticarum rerum [c] emptores simoniaci iudicantur, quia ecclesiasticis officiis ita adiunctæ sunt, vt alterum sine altero alicui non proueniat; ita quia per electionem [d] venitur ad consecrationem, perinde simoniacus habetur, qui pro electione [e] præmia largitur, ac si pro consecratione munera dedisset. ea.

Vnde Symmachus scribit Cæsario episcopo, epist. 1. c. 5.

¶De ijs, qui muneribus ordinationem faciunt. C. I.

SI quis autem episcopatū desiderat, data pecunia [f] potentes personas minime suffragatrices [g] nec adhibeat: ad decretum sibi faciendum clericos, vel ciues ad subscribendum [h] adhibito cuiuslibet generis timore [i] compellat, lat, uel præmijs quibuslibet exhortetur. Poly. l. 2. tit. 1. Ansel. l. 6. c. 69.

Item Gregorius Salonæ † consistentibus, lib. 5. epist. 26. † *al. Salonis*

¶Simoniacus est qui, ut eligatur, præmia largitur. C. II.

EGo autem & vestræ dilectioni prouidens, & meæ animæ omnipotentis Dei iudicium pertimescens, eiusdē Maximi [k] causam subtiliter exquiri [l] desidero; si nullis criminibus pressus, quæ sacro ordini contradicunt; si non per simoniacam hæresim, id est, præmia quibusdam se eligentibus præbendo, ad sacerdotale pertingere officium conatur. Tunc enim liber pro vobis apud Dominum intercessor erit; si non obligatus de suis, ad locum intercessionis [m] uenerit. Ansel. l. 6. c. 76. Poly. l. 2. tit. 3.

Item Gregorius Syagrio episcopo Augustodunensi, & alijs episcopis. lib. 7. epist. 110.

n ¶In-

m ¶Intercessionis.] Infra 3. quæst. 7. in grauibus. 25. distin. cap. ult.

QVi non probauerit, quod obiecit; pœnam, quam intulerit, ipse patiatur;

Item α.

α ¶ Item.] *Sic est in plerisque vetustis codicibus. In vulgatis autẽ legebatur,* Item Damasus Papa. *Extat autem caput hoc in capitulis Hadriani, c.62. & in concilio Eliberitano, c.75. Iuo citat ex Carthaginensi. Et in tomis conciliorum adiungitur Carthaginesi tertio.*

¶ De his, qui falsis criminibus aliquem impetunt. C. IIII.

SI quis episcopum [d], aut presbyterum, aut diaconum falsis criminibus appetierit, & probare non potuerit; nec in fine α dandam ei communionem [e] censemus. Ansl.3. c.92. Iuo p.6.c.240. Burc l.2. c.195.

α ¶ Nec in fine.] *Sic legitur in concilio Eliberitano non in hoc tantum canone, sed etiam in alijs: quam ob causam, atque etiam ob glossam nihil est mutatum. Apud Hadrianum tamen est*, nisi in fine dandum ei non esse communionem. *Apud Iuonem*, non nisi in fine dandum ei esse communionem.

2 *Aliud est accusationem non implere, & aliud est, conuicium non probare. Illud enim nulli sine abolitione; hoc omnibus licet.*

Vnde Fabianus Papa ad Hilarium episcopum, epist.3. Cod. Theod.li. 9.tit.1.l.1.in interpretatione & in ca.l.7. ca. 364. & in epist. Sixti tertij, c.3. & in c. Hadriani.c.51.

¶ Conuicium non est pro accusatione habendum. C. V.

SI quis iratus [f] crimen aliquod cuilibet temere obiecerit, conuicium non est pro accusatione [g] habendũ: sed

Ira duos hẽt effectus. 2 Cũ probare nõ possit, vel noluit, vt 5.q.1.c.1. & 2.in fi. & sic etiam intellexit H.in c. inf.alle.si qs sacerdotum, quod dic. vt not.1 ... fi. Archid.

SI quis.] CASVS. Si quis aliquem accusauerit, & crimẽ illatum non poterit probare, infamis efficitur: & de cætero ad accusandum non ad admittitur, cum contra eum de calũnia præsumatur.

a ¶ Sustinere.] Non tamen ipso iure, sed per sententiam, vt ff. ex qui cau.irrog.isa. Athletas. §. calũniator. & inf. ead. §. notandum.

CAlumniator.] CASVS. Calumniator si ĩ accusatione defecerit, pœna talionis, idest, pęna simili punietur. Idem dicitur in sequenti capit. si quis episcopum.

Calũniator non semper punitur talione.

b ¶ Calumniator.] Fallit in sex casibus vt 33.q.5.hæc imago. & inf.5.q. 6.ca.3. tamen satis punitur qui amittit sacerdotium quod recepturus erat.3.q.4.Guilisarius. Item fallit extra de acc.super his. & in crimibus. ff.ad Turp.l.1. & in l.priuatis. & forte in denunciatione, extra de calum. cum dilectus, sed in inquisitione non est pœna ordinaria statuta: & ideo in arbitrio iudicis relinquitur. ext. de off.iud.delegat.de causis.

c ¶ Talionem.] i. aliam pœnam similẽ, vt inf.ead.c.proxi.ff. de iur.deli.l.1. extra de transa.c.fi. Dic ꝙ pœna quæ à lege statuitur, retractari non potest: quæ ab homine bene potest. ff.de vero.sign.l.pen.

Ansl.3.c.89. Iuo p.6.cap. 324. Pã.l.4. c.74.

SI quis episcopum.] CASVS. Si quis episcopum vel alium clericum falsis criminibus accusauerit: si defecerit, etiam in fine non erit ei communio danda.

d ¶ Si quis episcopum.] ff.de re mili.l.omne.§ 1. extra de sent.excom à nobis.

e ¶ Communionem.] Nisi resipiscat, vt sup.d.50. pœnitentes.con ... & 3.q.10. eos 27.q ... virgines.

ALIVD. Hæc est secũda pars huius q. in qua dicitur, ꝙ si aliquis irato animo uerba contumeliosa dixerit, non est habendum pro accusatione, & hoc probat per c.seq. eius Io.de Faut.

SI quis iratus.] CASVS. Huius c. talis est. Si aliquis calore iracundiæ alicui conuitium intulerit, hoc non est habendum pro accusatione. Si autem quod iratus obiecerit, voluerit probare hoc faciat per scripturam, se ad pœnam talionis obligando. Si autem quod per iracundiam dixerit, noluerit probare, reus obiecti criminis non habebitur.

f ¶ Si quis iratus.] Ita rescindit contractum, ff de pub. licitatio. in princip. & minuit delictum, vt C.de aduker. Gracchus.

g ¶ Pro accusatione.] Sed pro iniuria 2.ff.de iniur. item apud

apud.§.1.per totum.inf.11.q.1.si quis sacerdotum, contra.vbi.deponitur & curiæ traditur, qui dicit episcopo conuicium.Sed ibi loquitur de eo qui ex deliberatione,& sæpe loquitur conuicia.
a ¶ Tractandi.] Id est,deliberandi. Et per hoc est ar.q ibi non erratur,vbi deliberatione aliquid fit. Item ex hoc arg.est,quod etiam accusatori dandæ sunt induciæ argu.contra 3.quæst.3.§.spatium 1.

b ¶ Iratus.] quod probauit.C.de iniur.si non conuicij animo.si.extra de præsum.cap.1.
c ¶ Iterare.] Hoc ideo dicit, quia si iterauerit conuicium non videtur ex iracundia, sed ex deliberatione dixisse.sic.C.ad Vellei.si mulier 2.in fi.

permisso tractandi [a] spatio id, quod iratus [b] dixit, per scripturam se probaturum esse fateatur,vt si fortasse resipiscens,quæ pre iracundia dixit,iterare [c],aut scribere noluerit;non vt reus criminis teneatur.

3 Sed aliud est crimen illatum non posse probare α; aliud aliqua promissione accusationem deserere.Huic enim, qui promissione β deceptus accusationem deserit,venia datur: illi vero,qui crimen illatum probare non valuerit, infamia irrogatur.

Vnde beatus Gregorius scribit Ioanni episcopo Corinthiorum,libro quarto,epist.50.seu c.94.

α ¶ Probare.] *In plerisque exemplaribus sequitur*, quia falsum est aliud,&c. *Sed in emendatoribus ea verba vel non habentur, vel alia manu sunt addita.*

β ¶ Promissione.] *Non est simpliciter dicendum illis qui pro aliqua promissione deserunt accusationem,semper veniam dari, Nam in Paulo de quo in subiecto capite loquitur B. Gregorius alie aderant causæ,quæ in ipsa epistola exponuntur his verbis:* Tamen quia plus esse conuenit nos misericordes, quàm districtos; hanc ei culpam ignoscimus,atque eum in ordine,locoq; suo recipiendum esse cēsemus. Nam ei à tempore prolatæ sententiæ afflictionem,quam pertulit,credimus ad vindictam huius posse culpæ sufficere.*& inferius in eadem epistola refert aliqua à prædicto Paulo in vtilitatem ecclesiæ facta quæ etiam mouere B. Gregorium potuerunt,vt erga eum esset clementior: Erāt autem in ipso capite multa B.Gregorij verba omissa,quorum nonnulla visa sunt addenda.*

¶ De eo,qui promissione illectus accusationem deserit. C VI.

Poly.l.1.tit.6. Ansl.l.3.ca.113.

PAulum itaque diaconum,quamuis culpa sua vehemēter confundat,quòd deceptus promissione [d], ab accusatione nuper depositi quondam episcopi sui destiterit; tamen hanc ei culpam [e] ignoscimus.Omnis γ igitur, qui crimen obijcit, scribat se probaturum. Re vera ibi semper causa agitur †, vbi crimen admittitur:& qui non probauerit,quod obiecit,pœnam,quam intulerit, ipse patiatur.

† al.agatur.

γ ¶ Omnis.] *Hinc vsque ad finem in vetustioribus, ac melioribus Gratiani codicibus non leguntur:nec sunt Gregorij,sed Fabiani,& Hadriani Pontificum:quæ infra q.8.cap.qui crimen.& 3.q.6.c.1. citantur ex Fabiano,& c.fin.ex capitulis Hadriani.*

Idem Gregorius eadem epistola.

¶ De ijs,qui accusationem deserunt,vt ecclesiasticos ordines accipiant. VII.

Ansel.l.8.c.36.

EVphemium,atque Thomam,qui pro deserēda [f] accu

SED ALIVD EST. Hæc est tertia pars quæstionis in qua dicit, quod si aliquis est deceptus promissione testium, parcit ei: si autem pecunia defecerit, non parcitur illi: & hoc probat duabus auctoritatibus.Io.de Fan.
CASVS. Adhuc distinguit Gratianus, dicit quod aliud est nō probare crimen, quia falsum est illatum crimen: quo casu nō parcitur: aliud promissione aliqua deserere accusationē in quo casu venia datur:quia deceptus fuit promissione pecuniæ: vel quia testes ei promiserunt se veritatem de crimine commisso dicturos.

PAulum.] CASVS. Paulus episcopū suum accusabat:promissione eius deceptus destitit ab accusatione. Dicit Papa, q licet valde deberet puniri,tamen ei pœnam remittimus.
d ¶ Promissione.] Nō promissione pecuniæ talis enim nō posset petere abolitionem 3.nam solus ille petit,qui errore vel temeritate, vel calore iracundiæ ad accusā dum venit: vel qui suam iniuriam prosequitur: vel qui suos consanguineos accusauerit.C.de abol.l.2. ideo dic promissione,scilicet testium,q ei promisseras ferre testimonium contra illū,sed tunc sequens c.non facit ad propositum magistri.
e ¶ Culpam.] Sed nō infamiam vt in f.ea. indulgentia.

EVphemiū.] CASVS.Isti duo,episcopum suum accusabant: sed ab eodem ad sacros ordines promoti fuerunt, vt ab accusatione desisterent:quare dominus Papa eos deposuit ab omni officio priuando.
f ¶ Pro deserenda.] Qui ex pacto desistit, fortius incidit

§. ei autem Sed non ob. quia loquitur hic de inducijs deliberatorijs in de præparatorijs. Arch.
2 Adde hic Alexand.de Imo.in l.1. C.de. erro. cal.
3 Quæ sic tripliciter, vt not. su. e. q.1. phibentur.Arch.

Accusatori an dandæ sint induciæ.
1 adde &

satione episcopi sui α sacros ordines acceperunt, eisdem sacris priuatos ordinibus esse, atque ita, sicut sunt depositi, volumus permanere.

α ¶ Episcopi sui.] *Hæc verba in eo epistolæ loco non sunt: sed ex ijs, quæ antecedunt, innuitur, eum à quo Euphemius, & Thomas ideo ordinati fuerũt, vt ab ipsius accusatione desisterent, fuisse proprium illorum episcopum.*

Hinc colligitur clericorum infamiam [a] *per Romanum Pontificem aboleri posse contra illud Gelasii: [Quamquã animas per pœnitẽtiam saluare possimus, infamiam tamẽ abolere nõ possumus.] Contra illud Stephani, qui cum causas enumerasset, ex qbus infamia irrogatur: [Hos omnes*, *inquit, sub nota perpetuę infamiæ ad pœnitentiam suscipimus.] Vel nõ fiunt infames lege canonũ omnes, quos leges sæculi infames pronũciant, cum Paulus diaconus, qui nõ impetrata abolitione ab accusatione destiterat, hac auctoritate dignitatem officij sui recuperauit, quem senatusc õsultum Turpilianum infamem* [b] *pronunciat. Quod etiam de ea fateri cogimur, quæ intra tempus luctus nubit: cum matrimonia hodie regãtur iure poli, non iure fori; & iure poli mortuo viro mulier soluta est à lege viri: nubat, cui vult. Sed idem Stephanus econtra scribit dicens: [Infames dicimus; quoscunque leges sæculi infames pronunciant.] Sed illud* [c] *Gelasii, & Stephani: [Quanquam animas, &c.] & : [Sub nota perpetuæ infamiæ, &c.] de illis intelligitur quibus per iudicem ciuilem infamia irrogatur: quorum* [d] *sicut examinatio & castigatio, ita & in integrum restitutio nõ nisi ad ciuilem* [e] *iudicem spectat. De ea vero quæ intra tẽpus luctus nubit, nõ est cõtrariũ ei, quod Stephanus ait: [Infames dicimus, &c.] Cum enim leges sæculi præcipue in matrimonio sacros canones sequi* [f] *non dedignentur; nõ videntur pronunciare infamem, quæ apostolica, & canonica auctoritate non illicitè nubit.*

Iuo par 9. c. 23. omnia hęc ex Calixto, i cuius secunda epistola habentur.

In. proximè antecedenti cap.

l. 1. ff. de senatuscon. Turpil.

1. Cor. 7.

6. q. 1. infames, & in capit. Hadriani, c. 2.

4 ¶ *Notandum est quoque, quòd aliud est, cum aliquem pœnituerit criminaliter accusasse, & inscriptionem fe-*

dit in Turpilianum, quàm alter: quia etiam fœmina in hoc casu incidit, quæ aliàs non incideret, vt C. ad Turpilia. si fœmina. ff. ad Turpilia. mulier.

HINC COLLIGITVR. CASVS. Huius §. sic ponitur, Dictum est supra in illo c. Paulum, quòd Dominus Papa culpam remisit: & sic per consequẽs videtur quòd infamiã possit remittere. Sed cõtradicit Gelasius: qui dicit, quod quanquã animas saluare per pœnitentiam possumus: infamiam tamen abolere nõ possumus. Similiter Stephanus contradicit: qui dicit: Hos enim sub nota infamię perpetuæ ad pœnitentiã suscepimus. soluit statim, vbi dicit, vel nõ fiunt & dicit quod non omnes sunt infames secundũ canone quis sæculi leges infames dicunt, & ita Paulus non fuit infamis secundum canones, licet secus sit secundũ leges. Et hoc probatur exemplo mulieris, quæ nubit intra tempus luctus: quæ nõ est infamis de iure canonum, licet sit secus secundum leges. Sed opponit Gratianns huic solutioni. nam dicit Stephanus: Omnes infamęs dicimus quos sęculi leges infames pronunciat: & ita Paulus & mulier, quæ nubit intra tempus, &c. erunt infames secundum canones. sed soluit decendo, quòd illud Gelasij & Stephani, quãquã animas saluare &c. & hoc, sub nota ĩfamię perpetuę, &c. intelligitur de ijs, quibus infamia irrogata per ciuilem iudicem; quæ aboleri non potest nisi per ciuilem iudicem. Nec est contrariũ quod dicitur de muliere. quæ nubit intra tẽpus luctus, ei qđ dicit Stephanus, infames dicimus, &c. quia in matrimonio leges sacros canones imitantur: & ipsa mulier non est infamis. nec Paulus: cum ei nondum sit infamia per ciuilem iudicem irrogata.

a ¶ Infamiam.] Non facti i. sed iuris. Sed videtur quod potest, vt inf 6. q. 1. illi qui, contra extra de simo. ex diligẽti. inf. 15. q. 6. auctoritatem su. 1. qõ. 1. ventum. contra. vel supple non possumus nisi post pęnitentiam, vt inf. prox. cap. q 4. consanguineorum vel non possumus per pœnitentiam, sed per in integrum restitutionem. Vnde bene cõcedo, quod episcopus possit tollere infamiam in omni crimine in quo potest dispensare. nam & senatus tullit infamiam, vt ff. de postu. l. prima §. de qua. & ecclesia comparatur senatui, vt infra 16. quæstio. prima, ecclesia.

1 Concor. l. in bello. §. factæ. ff. de capt. & l 1. C. de sẽten: pas. l. 1. §. de qua. ff. de postu. Infamiã tollit, episcopus.

b ¶ Infamem.] Id est, infamandum per sententiã, non ipso iure, vt ff. ex quibus cau. irreg. inf. l. Atlethas. licet M. hic notauerit. [Hic fateor planè te mẽtiri Gratianè.] qui enim circa abolitionem desistit, non infamatur, sed punitur 2. in quinque lib. auri, vt ff. de præua. l. 3. §. vlt. sed tantum per sententiam infamatur, vt C. ad Turp. l. 2.

2 De hoc se. & no. inf. e. pũaricatione ver. si qs aũt. & inf. e. si quem dic vt ibi. Arch.

d ¶ Sed illud.] Suæ solutione obijcit quod est sexta q. 1. infames.

d ¶ Quorum.] Extra qui filij sint legi. per venerabilem. contra.

e ¶ Non nisi ad ciuilem.] Nisi velis dicere, quod Reges iurisdictionem habeant à Papa.

f ¶ Seqni.] In authentica, vt cler. apud proprios episc. §. penult. colla. 6.

NOTANDVM. Hæc est 4. pars huius qõ. in qua dr quod si pœnituerit aliquem accusasse, ante litis contestationẽ potest desistere, & probat per quandam legem Lombardam. Io. de. Fant.

CASVS. Soluit quod dictum est, & alio modo, vt locum habeat lex Lõbarda, quæ sequitur, vt dicit Gratianus. quod est aliud cum quis pœnitet aliquem innocentem criminaliter

minaliter accusasse, & ab eo absoluitur. aliud est cum pecuniam accepit à nocente, vt ab accusatione desistat. Et ad hoc inducit legem sequentem.
a ¶ Si ab innocente.] Et voluntate iudicis, vt C. de abol.l.1.& vlt.

3.& hanc pœnā nemo præstat, nisi quis desistit a publico crimine.ff.ad Turpil.si quis. §. si Stellionatus 2. sed q desistit ab accusatione priuati criminis, infamis est, & extra ordinē arbitrio iudicis punitur, vt ff ad Turp. & in priuatis.& C.eo.l.2.Sed si accusator absens est. & citatus noluerit procedere in accusatione, tum grauius punitur quam pœna 5.lib auri, vt ff.de pę. absentem.§ 2.Io.

2 Adde vsq; ad quod tps desistere licet ab accu. sine pœ. no. Bart.in l. q̄situm. ff. ad Turpil.

Si ... *cisse, si ab innocente [a] fuerit absolutus: aliud, si pecuniam à nocente acceperit, vt a probatione eius, quod obiecerat, desistat.*

Cod.Theod. li. 9.tit. 37. c. 1.in interpretatiōe.

Vnde in libro capitularium, c.175. legitur.

¶ De eo, quem pœnitet criminaliter accusasse. C. VIII.

Iuo p.16.c.251.

SI quem pœnituerit [b] accusasse criminaliter, & inscriptionem [c] fecisse de eo, quod probare non potuerit; si ei cum accusato innocente conuenerit [d], inuicem se absoluant. Si vero iudex eum, qui accusatus est, criminosum esse cognouerit, & inter reum & accusatorem per obreptionem α conuenerit de colludio; pœuam accipiat legibus [e] constitutam.

α ¶ Per obreptionem.] *Apud Iuonem legitur*, factum per corruptionem consensum, de colludio pœnam excipiat legib. constitutam. *Sed in interpretatione legis primæ, quæ est in Codice Theodosiano, hoc modo*, Per corruptionem de absolutione reatus conuenerit, is, qui reus probatur, remoto conludio pęnam excipiat legibus constitutam.

Tit.16.ad senatuscon. Turpillianum.

5 Notandum quoque est, quòd sicut digest. libro 48. titulo de abolitionibus criminum leg. prima, legitur. ¶ *Accusatorū temeritas tribus modis detegitur, & tribus pęnis subijcitur. Aut enim calumniantur, aut præuaricantur, aut tergiuersantur. Calumniari [f] est falsa crimina intendere: præuaricari vera crimina [g] abscondere: tergiuersari in vniuersum ab accusatione desistere. Calumniatoribus α pœna legitimè † irrogatur. Sed non vtique, qui non probat quod intendit, protinus calumniari videtur. Nam eius rei inquisitio arbitrio cognoscentis committitur: qui reo absoluto [h], de accusatoris incipit consilio quærere, qua mente [i] ductus ad accusationem processerit: & si quidem iustum eius errorem reperit, absoluit eum: si vero in euidenti calumnia eum deprehendit, legitimam pœnam ei irrogat. Quorum alterutrum ipsis verbis pronunciationis manifestatur. Nam si quidem ita pronunciauerit; non probasti, pepercit ei: sin autē pronunciauerit; calumniatus*

† *al. lege Rhemia. al. Memmia.*

NOTANDVM. Hæc est 5. pars quæstionis. in qua facit differentiā inter calūniatorem, & tergiuersatoem, & præuaricatorem. Io.de Fant.

CASVS. Supra in primo, secundo & tertio c. huius quæstionis fecit mētionē de calumniatoribus, & in illo c. Paulū. de tergiuersatore, & nō hic dicit, quid sit calumniator, quid præuaricator, & quid tergiuersator, & qua pęna puniantur.

ACCVSATORVM. CASVS. Accusator tripliciter delinquit. Aut enim calumniat id est falsa crimina intēdit. Aut præuaricat id est, vera crimina abscondit. Aut tergiuersat, id est, in totum ab accusatione desistit sine iudicis auctoritate. Sed q nō probat, nō statim calumniari vr, immo iudex inquirere debet, qua mente, & qua intentione ad accusationem prosilijt; & si in eo iustū errorē deprehēderit, absoluet eum. si eū in calūnia deprehēderit, cōdemnabit. sed si ita pronunciauerit, calūniatus es, condemnabit eū. & si pœnā nō dixit, quę legis auctoritate imponit, & non arbitrio iudicantis. Si autem ita pronunciauit, non probasti, vel eum temere accusasti, pepercit ei. temeritas enim, &c.

SI quem pœnituerit.] CASVS. Si quem pœnituerit innocentem criminaliter accusasse, & cum eo conuenerit, ad inuicem se absoluant. Si autem nocentem accusabat, & per obreptionē, id est, deceptionē accepta pecunia ab accusatione desistit, statuta pœna punietur.
b ¶ Pœnituerit.] Dum tamen non accusauerit 3. fallaciter, vt C.de abo.l.fallaciter.
c ¶ Et inscriptionem.] Nam ante inscriptionem potest desistere. ff.ad Turpil. quæsitum. & extra de acc. licet. in fine.
d ¶ Conuenerit.] Immo etiam eo inuito 30. dies potest: nisi reus iam sit passus aliquam iniuriā, vt C. de abol.l. fallaciter.
e ¶ Legibus.] Pœna 40. solidorum, vt est in Lombardia. nam secundum legem Lombardam qui desistit ab accusatione criminis, cōdemnatur in 40. solidis: sed secundum legem Romanam qui desistit ab accusatione publici criminis, punitur in 5. lib. auri. ff. de præuar. l. ...

3 Immo credebat se probaturum: nā si calūniosè accusaretur, non posset impetrare abolitionē, vt C.&c. vt sequitur secundum L. Accusationem deserens qualiter punitur.

f ¶ Calumniari.] Immo sic videtur q calumnietur, vt su.ea.q.proxi. qui nō probauerit. Sed intellige in his 3. quos excusat necessitas, pietatis officium, & criminis enormitas, & iustus dolor. C.de adul.quāuis. C.q accu. non possunt.l.2.& C.de fal.mone.l.1.& C. de calum.l.2.
g ¶ Crimina.] Id est, probationes.
h ¶ Absoluto.] Id est, absoluendo 4. ne sit contra C. de calum.l.1. Vel dic absoluto quo ad animū, vt ff. de ver. sign. fugitiuus. Vel dic quod si iudex ex officio suo vult punire calumniantem, hoc faciat ante sententiam absolutionis: vt C. de calum.l.1 sed aliquo accusante ipsum de calumnia quandocunque potest vel idem iudex vel alius, C.de aduo.diuer.iudi.l.1.& ff.ad Turpill. l.1.in princi.
i ¶ Qua mente.] Id est, quo aīo venit ad accusandum.

5 Scilicet q non ptinus vīr calumniari. P.

4 Adde qualiter ppriè capiat hæc dictio absolutus & absoluo, in l. ī cōtraria. ff. de vsu. & in l.1.ff ad Turpil.

a ¶ Leg s.]

es, cōdemnauit eum: & quamuis nihil de pena ſubiecerit tamen legis[a] poteſtas aduerſus eum exercebitur. Nā vt Papinianus reſpōdit, facti quidem queſtio in arbitrio[b] eſt indicantis: penę vero perſecutio nō eius voluntati[c] māda tur, ſed legis auctoritati reſeruatur. Si autē interloquēdo dixerit, Titius temere accuſaſſe videtur, non calūniatorē pronunciauit. Temeritas enim facilitatis veniā cōtinet: & inconſultus[d] calor calumniæ vitio caret; & ob hoc nullā pœnam huic irrogari oportet.] Vlpianus libro 47. tit. de p̄uaricatoribus, l. prima. [¶ Præuaricator, eſt quaſi varicator, qui diuerſam partē adiuuat prodita cauſa ſua. Quod nomen Labeo à varia certatione tractum ait. Nā qui p̄uaricatur, ex vtraq; parte conſtitit †, quinimmo[e], ex altera. Is autē p̄uaricator ꝓpriè dicitur, qui publico iudicio accuſauerit. Cæterū aduocatus nō propriè præuaricator dicitur. Quid igitur de eo fiet? ſiue priuato iudicio, ſiue publico præuaricatus eſt, hoc eſt prodiderit[f] cauſam, hic extra ordinē ſolet puniri. ¶ Sciendū[g] eſt, quod hodie ijs qui p̄uaricati ſunt, pena iniungitur extraordinaria. [& infra. ¶ Accuſator[h] de p̄uaricatione cōuictus, poſtea ex lege non accuſat. ¶ In omnibus[i] cauſis (p̄terquā in ſanguine) qui delatorē[k] corrūpit, pro victo habetur.] & infra lib. 48. tit de abolitionibus crimінū. [¶ Prēuaricatorē eſſe eū oſtēdimus q cōcludit cū reo, & trāslatitiè munere accuſādi defungitur, eo ꝙ ꝓprias qdē probationes diſſimularet, falſas vero rei executiones admitteret. ¶ Si quis aūt ab accuſatione citra abolitionē deſtiterit, punitur. Abolitio priuatim[l] à p̄-

Iudex pœnam arctare & ampliare poteſt.

Tit. 15.

† al. conſiſtit.

l. 2. Sciendum

l. 5. Accuſator

l. fin. eod. tit.

d. l. 1. ad ſenatus conſ. Turpil. §. præuaricatorē.

a ¶ Legis.] Fortè ſecundum diſt. quæ eſt. ff. de pœn. ab ſentem. in fi.

b ¶ Arbitrio.] Id eſt, inquiſitione.

c ¶ Voluntati.] Vt infra 5. q. 7. iudicet C. de pœ. ſi operis. C. ad leg. Iul. de pu. ſeruos. in fi. & ff. ad Turp. l. 1. in princ. Sed contra C. ꝓ infra. & ſi ſeuerior. 45. diſtinc. omnis qui contra. & infra 23 q. 5. c. 1. contra. de pœ. diſtinct. 1. § pęnæ. In omnibus iſtis contrarijs dicitur, quòd iudex poteſt moderari pęnam. Quidam dicunt iſtud loqui de ordinarijs penis, illud de extraordinarijs. Sed hoc nihil ē, qa in illo c. circūcelliones. 23. q. 5. c. 1. loquitur de ordinario crimine. ſ. homicidio. Sed dic ꝙ ex cauſa & perſona & ętate & ratione ſcandali, poteſt iudex arctare vel ampliare pęnam. Ex cauſa, vt 50. diſt. vt conſtitueretur & ff. de pœ. aut facta. §. vlt. Ex perſona, 23. q. 1. qui contra, & ff. de pœ. capitalium. §. vlt. vbi dicitur maiores puniri minori ſupplicio, & ſeuerius ſeruos quàm liberos famoſos quàm integri ſtatus. Ætate, 86. diſtinctio. tanta nequitia. Ratione ſcandali, vt ſupra quæſtio. 1. in primis. Vel dic, non poteſt ſine cauſæ cognitione, ſed cum cauſæ cognitione poteſt. Vel dic, non poteſt poſt ſententiam, ſed ante poteſt, vel in ſententia. C. de pœ. l. pœnam. vbi dicitur ſua dicta præſidi reuocare non licet. ff. de re iud. cum quęrebatur.

d ¶ Et inconſultus.] Arg. non eſſe imputandum quod fit cum impetu mentis, vt ſupra eo. ſi quis iratus. C. ſi ſi quis Imperatori maled. l. vna contra, infra 17. q. 4. ſunt quis opes. & extra de cle. male. innotuit.

PRÆVARICATOR. CASVS. Præuaricator dicitur ille, qui ſimulat diligere vnam partem & iuuare, & alteram iuuat, & dr̄ propriè præuaricator in[1] publico iudicio. Aduocatus non propriè dr̄ præuaricator, vnde ſi præuaricatus in publico iudicio vel priuato, extra ordinem punietur. omnis autem præuaricator extra ordinem punitur, & de cætero non accuſat, ſed qui accuſatorem ſuum corrumpit (niſi in cauſa ſanguinis hr̄ pro conuicto. Ponit etiam aliam acceptionem huius nominis, prēuaricator & hoc in prima parte. In ſecunda parte, quæ incipit ibi, [ſi quis autem.] dr̄ ꝙ nullus debet ceſſare ab accuſatione ſine abolitione, alioquin punitur. Dſcitur etiam qualiter debeat abolitio impetrari, & quòd de ſingulis criminibus debet impetrari iudice pro tribunali ſedente.

1 Ibi exponitur temeritate, i. ptinacia. ſm oēs aliàs obtinet qđ hic dr̄. De hoc dr̄ extra de cōuer. coniu. dudum. Archi.

e ¶ Quinimo.] Correctiuè ponitur. ſic ff. de hær. inſt. ſi ita fuerit ſcriptum aliàs pro vel, ponitur. C. de ſacroſanct. eccle. iubemus. §. œconomus. non propriè, ſed abuſiuè.

Quinimo dupliciter ponitur.

f ¶ Prodiderit cauſam.] Vel qui reuelant ſecreta cauſę aduerſario, vt ff. de re mili. omne. §. exploratores.

g ¶ Sciendum.] Lex ſecunda.

h ¶ Accuſator.] Hæc eſt lex quinta.

i ¶ In omnibus.] Scias ꝙ in omni crimine capitali qđ irrogat pœnam ſanguinis, licet tranſigi, præterquam in crimine adulterij. Sed in alijs capitalibus, quæ non irrogant pœnam ſanguinis, non licet trāſigi, niſi in crimine falſi, vt C. de tranſac. l. tranſigere. ſed in priuatis criminibus non inuenio prohibitum quin poſſit tranſigi. Sed vr̄ ꝙ ſm canones nō poſſit tranſigi ſuper aliquo crimine, quia ſm canones nullū crimen irrogat pœnā ſanguinis. 23. q. 8. his à quibus. & ita ſuper publico crimine non licet tranſigi. itē nec ſuper priuato, quia ſm canones omne crimē publicum eſt 2. in cā ciuili licet qñq; ab accuſatione deſiſtere, etiā ſine iudicis auctoritate, ſiue pecunia accepta, ſiue gratis, niſi ſit actio famoſa, vbi requiritur iudicis auctoritas. ff. de ijs qui no. infa. furti §. pactus. & §. q iuſſu. in cauſa criminali ante inſcriptionem ſp poteſt recedere, dum tñ gratis fiat ff. ad Turp mulier. & l. quęſitum. & extra de accu. licet. ſed poſtea nō licet niſi iudicis auctoritate, & rei cōſenſu, ſi reus fuerit aliqua tormēta paſſus. ſed ſi nō fuerit aliqd paſſus, tūc vſq; ad triginta dies pōt accuſator, eo inuito, deſerere accuſationē. C. de aboli. l. 12. & vlt. ſm canones fortè nō licet recedere ab [3] accuſatione ꝓ pecunia, nec tranſigi: qa oē crimen vr̄ ſm canones eſſe publicū vt hic, & extra de collu. dete. c. 1. & 2 atq. tñ eſt ꝙ poſſit auctoritate iudicis. 5. q. 2. ſi primates. & ext. de of. arch. ea quę. in parte deciſa. contra. ſu. 90. diſt. deſſidentes. ar. contra. 2 q. 7 qua pp 4. extra de ſimo. nemo. Sed in cauſa ſpirituali nullo modo licet pecunia accepta deſiſtere qa in ea nō licet trāſigi ꝓ pecunia. ext. de rer pmu. c. ſi.

2 Tranſigi licet in aliquibus criminibus.

3 Vt colligitē ex canone 6. q. 1. infames. vt ibi not. & ī ſeq.

4 Dic ꝙ prima pars vera eſt, & hoc c. qua pp. intelligitur. in cā denunciationis, vbi delinquens pęnitere nō vult. nō ob. ext. de collu. c. 2. qa locū hẽ. poſtquā de crimine conſtat, qđ vndecunq; claruerit, eſt puniēdū 24. q. 3. ecce ſm Tan.

K ¶ Delatorem.] Id eſt, accuſatorem. punitur enim talis in 5. li. auri. ff. ad Turpil. l. & in priuatis. ff. de præua. l. 3. ff. ad Turpil. l. 1. §. abolitio.

l ¶ Priuatim.] Id eſt, priuata.

8 ¶ Deman-

a ¶Demandare.] ff. de reg. iur. omnia quæ.
b ¶Singulorum.] Sic extra de senten. excomm. officij. & ff. de app. cum in vna. ff. de ope. no. nun. de pupillo. §. si pluribus.
c ¶Animum.] Præsumitur deposuisse, quia tempore statuto

nubit intra tempus luctus, nō notetur aliqua infamia: in hoc leges non dedignātur sacros canones imitari, vt extra de secun. nup. cap. peti. & si. nec canon aliquam pœnam imponit sic nubenti. Ioan. & sic non punietur aliqua pęna ex eo ꝙ nubit intra tempus luctus.

Mulier nubens intra tēpus luctus non infamatur.

†al. præside

sidibus† postulari, ac impetrari solet: pro tribunali, non de plano: nec præses hanc cognitionem alteri demandare[a] potest. Si plura crimina idem eidem intulerit, singulorum[b] abolitionum debet petere. alioqui, prout quid admiserit†, eius nomine senatus consulti pęnā patietur.] & titulo eodem: [Destitisse eum accipimus, qui in totum animum[c] agendi deposuit, non qui distulit accusationem: sed qui permissu Imperatoris ab† accusatione destitit, impunitus est.] Abolitio[d] enim pœnam remittit†, infamiam non tollit. Unde Imppp. Valētinianus; Valēs, & Gratian⁹ A A A. lib. 9. Cod. eo. titulo de generali abolitione dixisse legūtur. ¶[Indulgentia, Patres conscripti, quos liberat, notat[e]; nec infamiam criminis tollit, sed pœnæ gratiam facit. Si aūt, restituo te in integrum, princeps dixerit, infamiā tollit.] Unde in eodem libro. tit. de sententiam passis, & restitutis cuidam deportato in insulam Imperator Antonius dixisse legitur: [Restitno te in integrum prouinciæ tuæ,] & adiecit: [Ut autem scias, quid sit in integrum restituere, restituo te honoribus & ordini tuo, & omnibus cæteris.[f]]

†al. omiserit

l. 13. destitisse.

†al. accusatione

Adde hoc [e]sse verum, [n]isi accusa[t]or fraudulenter impe[t]ret eam. l. 2. [c]um ibi no. [p]er Cy. C. de [a]bolitio.

tit. 43. le. 3. & in cod. Theod. lib. 9. tit. 38.

tit. 51. l. 1. §. restituo.



Eficiētib⁹.] hęc q̄stio diuidit in quatuor partes. In prima parte probat per quatuor auctoritates Sāctorum, quòd sacerdotes ex leui cā iurare non debent. Secūda ibi, [Verum.] Tertia ibi, [Iuramēto.] Quarta ibi, [Sed q̄libet.] Ioan. de Fant. & potest superaddi quīta ibi, [Contra in concilio] Arch.

CASVS. Hic intitulatur quinta quæstio, qua quæritur, vtrum deficiente accusatore reus cogatur ad purgationem, & allegat pro vtraque parte, & primo ꝙ non: quia clerici iurare non debent. Et ponitur hic quæstio quinta, vel vitio scriptorum, vel ex obliuione, vel negligētia Gratiani: vel quia magis erat affinis tertiæ q̄ quartæ. Dicitur ergo in hoc §. ꝙ sicut aliquis non cogitur dicere titulum suæ possessionis, ita deficientibus accusatoribus, reus non cogitur ad purgationem, quia clerici iurare non debent. Et probat hoc per seq. cap.


g ¶Cogendus.] Primo probat, ꝙ nō sit cogēdus clericus ad purgationē, quia clerici non debent iurare. Sed not. ꝙ vulgaris expurgatio prohibetur: quia fabricante diabolo est inuēta, vt if. ea. Mennam. Et contraria cap. sunt abrogata, cum sint contra præceptum Domini. Non tentabis dominum Deum tuum. Canonica purgatio inducitur cum deficiente accusatore reus laborat infamia: aliàs non 2, vt 6. q. 5. qđ autem. fama autem orta à detractoribus, vel malis non inducit purgationem, vt 11. q. 3. in cunctis, item nec orta ab inimicis. extra de purg. can. cum in iuuentute 3. sed sola illa, quæ ex probabili præsumptione est orta. Quidam tamen dicunt, ꝙ vndecumque sit orta, inducit purgationem. argum. extra de acc. accedens. Sequitur videre quota manu sit expurgatio facienda, episcopus xij. sacerdotes, vij. diaconus iij. sui ordinis, vt inf. ea. si legitimi. & c. presbyter. & c. omnibus subdiaconus, vel interior potest sola manu, nam à solo episcopo iudicari potest in crimine. 15. q. 7. fœlix. hodie sunt arbitrariæ expurgationes, vt inf. ea. omnibus expurgatio fiet publice coram omnibus, si est publice infamatus. inf. eod. presbyter si à plebe si apud clerum, tunc tantum priuatim. sup. 15. q. cap. 1. Ioan.

Purgatio est duplex.
2 De hoc if. e. c. oībus. in glo. aut pro. &c. ibi videas sed hoc dictum hic approbat L. & p idem c. Sed arg. contra. infra eo. legitimi. & ibi dicam. Arch.
3 al. c. pen.

a ¶Calumniatoribus pœna legitime irrogatur.] *Hæc verba licet in collatis Gratiani manuscriptis exemplaribus non habeantur, tamenquia sunt etiam in Pandectis, non sunt expuncta.*

b ¶Si autem interloquendo.] *Hactenus retulerat Gratianus verba Iurisconsulti. Hinc autem vsque ad ver.* oportet, *refert tantummodo sententiam.*

QVÆSTIO V.



¶ *Quintam ponit post tertiam, quia harum quæstionum simillimum est argumentum.*

1 *Eficientibus vero accusatoribus reus nō videtur esse cogendus[g] ad purgationem. Sicut .n. rei poßeßor deficiēte actore, titulum suæ*

tuto non procedit ad accusationem, vt extra qui ma. ac. pos. cum in tua. & C. qui ac. non pos. si ea. nisi cū est protestatus. vel cum bienniū est elapsum, vt C. vt intra certum tempus criminalis quæst. l. vlt.

d ¶Abolitio.] Hic fuit deceptus Gra. ex eo ꝙ legē istā reperit insertā in tit. illo, quā non alia de causa iurisperitus ibi inseruit, nisi propter similitudinem: quia sicut abolitio infamiam tollit, sic indulgentia pœnam.

INDVLGENTIA. CASVS. Si princeps alicui damnato pœnam remittit, non tollit infamiam, secus si dicat, te in integrum restituo. Et hoc probatur lege sequenti, cuius casus patet.

e ¶Notat.] S. 1. quæst. 1. ventum. & sup. eo. §. hinc colligitur 1.

f ¶Et omnibus cæteris.] Argu. ꝙ rescriptum principis est latissime interpretandum, vt 12. q. 1. §. qui manumittitur. & extra de dona. cum dilecti. in fin. Fallit hoc, nā licet mulier restituatur famæ, quæ nubit intra tēpus luctus, tamen semissem bonorū tenetur dare filijs prioris matrimonij. C. ad Tertul. si qua mulier. Sed forte hoc talium est secundum ius canonicum, cum mulier, quæ

Gratianus nūq; deceptus fuit.

Et expone notat. i. nota pos infamia relinquit, nisi speciali ter notatur. ti et remittat infamiā, vel in intellig. ad oia te. tuat. Arch.

a ¶ Non

a ¶Nõ cogitur.] Vt inf.6.q.5.c.2.& vlt.nisi in casib.qu que.ss. cum quis possidet pro hærede vel pro possessore, vt C.de pe.hæ.l.cogi. Et etiam fundata intentione actoris, vt C.de prob.siue. Et cum aliquid possidetur contra ius commune.100.dist.contra morẽ. Et cũ iam est præsumptio cõtra eum. C.de fur.ciuile. Et cũ põt probari, ꝙ quandoque alieno nomine possederit. extra de pscript. si diligenti. C.de pscript. xxx. ann.male. Item & in vj.casu, cum ordinatus[1] ministrat, vt su. q.1.legũ, & extra de appel.personas. aliàs sẽper obtinet quod hic dicitur, & C. de rei vend. l. vltim. & ff. vti poss.iusta.

secundum consuetudinem quorundam: extra de for. compet. quod clericis, aliàs, si clericus.

e ¶Consecrationem.] Immo sufficit siue per salutẽ, siue per aliquid aliud iuretur. 22. quæst.5. c.2. & ff.de iureiuran. nõ erit ratum. Sic ergo aliquis põt se obligare sub

possessionis probare non cogitur[a] *; ita qui impetitur, ad innocentiam suam probandam cogendus esse non creditur. Auctoritate quoque Papæ Cornelij, & Triburiensis concilij sacerdotes iurare prohibentur, nisi pro recta fide.*

Ait enim Cornelius epist. secunda ad Ruffum episcopum orientalem.

¶ Iuramentum à sacerdotibus non est exigendum. C. I. — Burc.l.1.c.193. Iuo p.5.c.308. & p.12.c.77.

SAcramentum[b] hactenus[c] à summis α sacerdotibus, vel Dei ministris exigi, nisi pro fide recta, minime cognouimus: nec sponte eos iurasse reperimus.

¶ *In vetustis codicibus caput hoc coniunctum est cum duobus sequentibus, quæ sunt ex eadem epistola Cornelij Papæ.*

α ¶Summis.] *Sic habet originale. Sed Burchardus & Iuo in quinta parte*, ab episcopis, & reliquis ordinibus exigi: *idem vero Iuo in parte 12.* à summis sacerdotibus, vel reliquis Dei ministris.

Item paulo inferius.

¶ De eodem. C. II. — Iuo p.12.c.77.

NOs sanctorum exempla sequentes, sanctorum Apostolorum eorumque successorum iura firmamus, & sacramenta incauta fieri prohibemus.

Item ibidem.

¶ De eodem. C. III.

NOs sacramentum episcopis nescimus oblatum; nec vnquam fieri debet β.

β ¶ Debet.] *Sequebatur*, nisi pro recta fide, *quæ sublata sunt: quia neque in optimis manuscriptis, neque in ipsa epistola hoc loco habentur: sed supra ead.c.1.*

Item ex concilio Triburiensi, c.21.

¶ Si quis presbyter contra laicum, vel laicus contra presbyterum querimoniam habeat, episcopo præcipiente terminetur. C. IIII. — Burc.l.2.c.182. Iuo p.6.c.227. Pann.l.5.c.10.

SI quis presbyter contra laicum, vel laicus cõtra presbyterum aliquam habet querimoniæ controuersiam, episcopo præcipiente †[d], sine personarum acceptione finiatur*, & laicis per iuramentum † (si necesse sit) se † expurget: presbyter vero vice iuramenti †, per sanctam consecrationem[e] interrogetur; quia sacerdotes ex leui causa iurare non debent. Manus enim per quam corpus, & sanguis Christi conficitur iuramento polluetur? absit: cum

† *al. regente* † *al. pręiuramento* † *al. constringantur* † *al. præ iuramenti*

* Concord. text. ll. 1. C. de vete. iu. enu. & in Authen. de mona. §. 1. coll. 1.

SAcramẽtum.] CASVS. Dicit Corn. ꝙ sacramentum à sacerdotibus fieri non debet, nisi pro fide. Item prohibet sacramenta incauta fieri, & dicit se nescire sacramẽtum oblatum ab episcopo.

b ¶ Sacramentũ.] Scilicet incautum.

c ¶ Hactenus.] Vt C. de epis. & cl. cum clericis. & 22.q.5.c.vlt. Sed forte hoc obtinet in sacramẽto calumniæ, quod clerici per se prohibẽtur pstare: sed per alium possunt, vt extra de iura. cal. c.1.& 2. sed c. in pertractãdis. cõtra. Iurãt tñ pro recta fide, pro obedientia, & pro pace, & pro indemnitate ecclesiæ. extra de elect. signific asti. vl ra med.um. 28.d. de Syracusanæ. & cum quis absoluitur ab excommunicatione, vt extra de sen.exc om. c.nuper.

SI quis.] CASVS. Si quis presbyter cum laico controuersiam habuerit, laic[9] iuramento se expurget, presbyter p suã cõsecrationem adiuretur: quia sacerdotes, qui conficiunt corpus Christi, ex leui causa iurare non debẽt, cũ gerant, vicẽ Christi discipulorũ, quibus fuit præceptum ne iurarent.

1 Id est, si is qui dicit se ordinatum ministrat sacramenta in aliqua ecclesia secundum Io. de Fan.

Clerici quandoq; licite iurant.

2 Quando presbyteri iudices negotiorum esse mandati sunt. 95.d. ecce. secundum Baz.

d ¶ Præcipiente.] Sed quare hic actor non sequit forũ rei, contra id 11.q.1. experiẽtiæ, & C.de iurisd. om.iud. l. iuris ordinem? sed dic. ꝙ loquitur secundum ea tempora 2, quando omnes causæ determinabantur ab ecclesia, vt 11.q.1. relatum. & q.3. cum ap.d. Vel loquitur sub pęna ordinis sui, vt 1.q.7. quoties. & etiam sub pœna anathematis, vt ibi dicitur. Sed nũquid ille, qui obligat se sub pęna ordinis: vel beneficij, est priuandus ordine vel beneficio, si non sit verũ illud ad quod se obligat? Sic extra de elect. cum dilectus. in fi.

Obligare se potest aliqs sub pęna beneficij.

V E.

VERVM. Hæc est secunda pars quæstionis, in qua probatur contrariū eius quod præmissum est, scilicet, ꝙ ex causa iusta sacerdotes possunt iurare. Io. de Fan. & hoc probat per xiij. auctoritates sanctorum patrum. Ioan. CASVS. Dicitur hic, quod per supradicta prohibentur à sacer-

a ¶Iusiurandum.] inf. q. vlt. c. vlt. contra. Sed hic quando infamatur, ibi quando non infamatur.
b ¶In medio.] inf. 15. q. 5. c 1. contra. Sed illud verū est, cum non est publicè infamatus. sic 23. d. illud.

Habet.] CASVS. Leo episcopus erat infamatus, quare Papa de hoc q̄siuit diligenter, & in eo crimen aliquod non inuenit, verumtamen ne sibi aliqua ambiguitas remaneret, eū sup corpus B. Petri fecit iurare eo sic expurgato mandat Imperatori vt habeat eum pro episcopo, & ei tāquam episcopo reuerentiā præbeat.

c Proprium.] Exabundanti fiūt aliqua ad superandam hominum malitiam vt C. de iud. Authē. iubemus. 11. q. 3 inter verba. ext. de ele. bonæ. extra de dolo. & contu cum olim. Et quæ abundant, non solent vitiare contractum. ff. de reg iur. non solent. & ff. de verb. obl. quę extrinsecus. Sed quare dicit ex abundanti. Dicunt quidā 1. ꝙ ita exilis, idest, leuis vel modica fuit infamia quòd nec erat necessaria expurgatio. Certe s̄m hoc debuisset facta fuisse inquisitio, quia inquisitio nō est facienda nisi ita publica sit infamia, ꝙ vlterius sine scādalo nō possit tolerari, vt ext. de accus. qualiter. Melius dicas, ꝙ iste nō tenebatur expurgare se. Nā cū inquisitio præcedit expurgationē, si testes per quos fit inquisitio, dicūt ipsum reū statim punitur, nec auditur expurgatio sua. sed si semiplenè probant, tunc indicitur expurgatio, vt extra de pur. cano. Iter. Sed si p̄ dicta testiū nulla est suspicio cōtra ipsū, tūc non est onerādus expurgatione vt hic. Sed quid si infamatus vult expurgare se iudex aut vult inquirere de fama eius? Vr ꝙ iudex potius inquirere possit ut hic & ext. ea. inter. Sed cōtra illud est ordinarium, ꝙ infamatus se expurget: ergo beneficiū illud nō est ei auferendū 2. su. ea. q. 1. multi circa fi. Sed dic. ꝙ eps si vult non ingrere: quia crimen q̄nque per inquisitionē reuelatur, quod p purgationē occultatur. Sol. in infamia orta est cōtra eu iudex

1 Vt Lau

Inquisitio qñ fieri dēt.

Inquisitio an possit fieri cōtra uolentē se purgare.

2 28. dist. de his in aūth. de nup. §. si autem.

Dominus in Euangelio discipulis suis (quorum vicem nō indigni in sancta gerimus ecclesia) dicat: [Nolite omnino iurare, Sit autem sermo vester, est, est; non, non. Quod autem his abundantius est, à malo est.] — *Matth. 5.*

2 ***Verum his auctoritatibus non omnimoda iuramenta prohibentur fieri à sacerdotibus, sed tantum incauta, & ea, quæ pro qualibet causa temporali iudicio offeruntur. Cum autem populari infamia sacerdotes opprimuntur; tunc ad innocentiæ suæ assertionem iuramenta debent offerri.***

Vnde Gregorius Papa tertius ad Bonifacium epist. 1. — & l. 7. capit. c. 281.

¶Sacerdos à populo accusatus, iuramento innocentiam suam asserat. Cap. V.

Ansel li. 3. c. 79. Burc. li. 2. c 186. Iuo p. 6. c. 231. Pann. li. 5. c. 9.

PResbyter, vel quilibet sacerdos, si à populo accusatus fuerit, & certi nō fuerint testes, qui criminis illati approbent ueritatem; iusiurandum [a] in medio [b] erit, & illum testem proferat de innocentiæ suæ puritate, cui nuda & aperta sunt omnia.

Item ex regesto Gregorij lib. 2. indict. x. epist. 23. ad Iustinum prætorem α.

α ¶Prætorem.] *In codicibus Gratiani est*, Imperatorem, *in epistola excussa legitur*, Iustino presbytero, *emendatum uero est ex duobus uetustis codicibus epistolarum, & Polycarpo, estque idem Iustinus, ad quem scripta est secunda epistola primi libri, in libris etiam impressis incorrupta inscriptione.*

¶De Leone episcopo, quem Beatus Gregorius purgationem præbere fecit. Cap. VI.

Poly. li. 6. tit. 11. Ansel. li. 6. c. 162. Burc. lib 1. c. 194. Iuo p 5 c. 309. Pann. li. 5. c. 5.

HAbet hoc propriū [c] antiqui hostis inuidia, vt quos in prauorū actuū perpetratione (Deo sibi resistēte) deijcere nō valet, opinionē eorū falsa ad præsens simulandi, dilaceret. Quoniam igitur quædam cōtra sacerdotale propositum de Leone fratre, & coepiscopo nostro sinister rumor aspersit, vtrū vera essent, directa diutius fecimus inquisitione perquiri: & nullam in eo de his, quæ dicta fuerant, culpam inuenimus. Sed ne quid videretur omissum, quod nostro potuisset dubium cordi remanere, ad Beati Petri sacratissimum corpus districta eū ex abundanti fecimus sacramenta præbere. Quibus præstitis magna sumus exultatione gauisi, quòd huiuscemodi experimento innocentia eius euidenter enituit. Pro qua re gloria vestra predictū virum, cum omni charitate suscipiat & reuerentiam ei, qualem sacerdoti decet, exhibeat;

à sacerdotibus fieri incauta iuramenta. sed si essent infamati á populo, iurare debent. Et hoc probat per sequentia cap.

PResbyter.] CASVS. Si presbyter fuerit infamatus, & testes non inueniantur, suo iuramento expurget suam innocentiam.

iudex inquirere potest. extra. de accus. qualiter.
a ¶ Dubietas.] Ergo post expurgationem non potest accusari ab aliquo super illo crimine, vt extra de accu. de his criminibus & 23. q. 4. si illic. Nec enim sæpius q̃rendum est de delicto eiusdem hominis, vt ff nau. cau. stab. licet. arg. cotra. 33. q. 2. admonere. 25. dist primum. extra de accus. veniēs. vbi etiā post absolutionem cogitur ad expurgationē. Tu dicas, quod illum, qui semel est absolutus, amplius nullus potest accusare super illo crimine, nisi ī duobus casib. 1. scilicet si suā iniuriam prosequatur & probat se ignorasse accusationē fuisse ab alio institutā, vt ff de acc. si cui. §. 1. & cū vult probare de præuaricatione prioris accusatoris, vt ff. de pœna. l. 3. Ioā Decreta. tñ videtur dicere, q̃ solum isti prohibentur accusare, q prius stabant contra ipsum, vt extra de accus. cum P. Manconella.

Ab solutus semel, ī duobus casibus accusari potest.

1 Adde gl. & Docto. in l. 3. C. de accu gl. magistralis in ca. cū dilectus, de elect.

sic 5. 32. dist. §. verum. Fuit tamen hic nimiū papaliter dispensatum, quod episcopus expurgatur coram Papa cogitur adhuc coram muliercula se purgare: cum tamen plenissimas debeat habere vires, quod auctoritate Papæ fit, licet per se sit inualidum 4. extra de transa. c. 1.

Papa q̃ñq̃ nimium papaliter dispensat.

4 Potest dici s̃m Ioan. q̃ hoc totum iō fuit, vt fama eius clarior appareret. arg. 5. q. 1. quidam.

nè qua in cordibus remaneat, de his quæ sunt iam purgata, dubietas[a]. Sed ita suprascripto vos episcopo deuotissimè oportet in omnibus adhærere, vt congruè, decenterque Deum in eius persona, cuius minister est, videamini honorare.

Item ex eodem ad Brunichildam Reginam Francorum lib. 11. epist. 8.

¶ Quomodo Beatus Gregorius Mennam episcopum iuramento purgari fecit. Cap. VII.

Poly. ibidem. Burc. li. 1. c. 196. Iuo p. 5. c. 311. Pann. li. 5. c. 6.

† *al. reuerentissimū.*

MEnnam vero reuerendissimū † fratrē, & coepiscopum nostrū, postquam ea, quæ de eo dicta fuerāt, requirentes, in nullo inuenimus culpabilē esse, qui insuper ad sacratissimū corpus B. Petri Apostoli sub iure iurando satisfaciens, ab his, quæ obiecta eius opinioni fuerant, se demonstrauit alienū; reuerti illuc purgatum, absolutumque permisimus: quia sicut dignum erat, ut si in aliquo reus existeret, culpā in eo canonice puniremus; ita dignū non fuit, ut eum adiuuante innocentia diutius retinere, vel affligere in aliquo deberemus. ¶ Purgationē *a* tñ ante te, duobus sibi sacerdotibus iunctis, ubi accusator cessauerit[b], eūdē ex se præbere tuo cōmittimus arbitrio[c]. Vulgarē deniq;, ac nulla canonica sanctione fultam legem, feruentis scilicet, siue frigidę aquæ, ignitique ferri contactū, aut cuiuslibet popularis inuentionis (quia fabricante hæc sunt omnino facta inuidia) nec ipsum exhibere, nec aliquo modo te uolumus postulare, immo Apostolica auctoritate prohibemus firmissimè.

Alex. 2. Raynaldo episcopo. Iuo p. 10. c. 15. Pann. li. 5. c. 8.

a b q s ¶ Purgationem.] *Hic erat grauissimus error. Coniunctè enim ac legebantur cum superioribus, quæ Brunichildæ sunt scripta: qua si purgatio presbyteri a* B. G*regorio mulieri committeretur. Sed nil tale legitur in epistola B. Gregorij, ex qua prior pars huius capitis est accepta. Verum Iuo p. 12. c. 15. & Pann. li. 5. c. 8. citant hoc ex epistola Alexandri secundi Raynaldo Cumano episcopo, cuius epistolæ initium est infra eadem c.* super causā. *Et hic versiculus,* Purgationem *cōtinenter legendus est post extrema verba illius capitis. Ac propter citationes doctorū hinc quidem mutus non est: sed additum est in margine nomen Alexandri secundi. Ita nihil loci relinquitur admirationi auctoris glossæ. Nusquam enim Romani Pontifices huiusmodi causas mulieribus leguntur commisisse.*

Item Gregorius Castorio Notario Rauennæ, lib. 7. indic. 2. epist. 80.

MEnnam.] CASVS. Beatus Gregor de crimine Mēnnæ epi, qui fuerat infamatus, diligenter inquisiuit, & cū in eo crimē non inuenisset, eū supra corpus B. Petri iurare fecit, & sic eum demum ad reginam Francorum transmisit. & hoc in prima parte. In secūda parte, quæ incipit ibi, [Purgationem] &c. mandat Greg. eidē reginæ vt si accusatores non appareant indicat eidem episcopo purgationem cū duobus sacerdotibus: purgationem tamen vulgarē non imponat.

b ¶ Cessauerit] Si dicas, quod verbū hoc cessauerit, sit pteriti 2 tp s, non procedit obiectio, vel secundum H cum quis ex purgatur non præcedente accusatione, tunc post purgationem bene admittitur accusator: secus si præcesserit accusatio. Vel dic, quod si accusatore absente & nō citato audita est expurgatio, idem accusator potest ei denuo accusare, vt C. de acc. l. 4. secus si eo præsente. Vel loquitur 3 cum suam iniuriam vult prosequi. Vel ignorabat accusationem ab alio institutam. ff. de præua l. 3. & ff de accus si cui.

2 Hoc dicebat L. & est sensus, quia destitit accusator.

3 Scilicet lex pximè allegata.

c ¶ Arbitrio.] Delegatur hic laico spirituale negocium, c. 1. in fi. C. de test. omnium. Item cum iusiurandum sit maioris auctoritatis quam res iudicata. ff. de iureiuran. l. 2. & illud obstat omnibus accusare uolentibus, etiam in publicis criminibus. ff. de iureiur. eum qui. §. in popularibus. multo fortius res iudicata obstabit omnib Quare ergo postea admittitur accusator 5. potest dici, quod fuit absolutus sub conditione, nisi accusator appareret, uel fuit absolutus ab instantia iudicij, nec ideo his penit. ff de iudic. & post dictum.

5 Adde ad hoc gl & ibi Bar. in l aut priuatim, & in l. mulier. ff. ad Turpi. no. in l. 1. C. si reus vel. accus. mor. fuer.

Quan-

¶De Maximo Salonitano episcopo, qui sacramento se ipsum purgauit. Cap. VIII.

QVanto a nobis[a] credi tibi, & necessarias vides causas iniungi; tanto te strenuum debes, & solicitum exhibere. Proinde, si Maximus Salonitanus præstito sacramento firmauerit se simoniaca hæresi non teneri, atque de alijs ante corpus sancti Apollinaris tantummodo requisitus innoxium se esse responderit[b], & de inobedientia sua pœnitentiam[c] (sicut reputauimus) egerit; volumus, vt ad consolandum illum, epistolam[d], quam ad eum scripsimus (qua ei & gratiam nostram, & communionem nos reddidisse signauimus) experientia tua dare debeat, quia sicut in contumacia persistentibus seueros nos esse conuenit, sic iterum humiliatis, & pœnitentibus[e] negare locum veniæ non debemus[f].

Idem Mariano episcopo Rauennæ, lib. 7. epist. 79.

¶De eodem. Cap. IX.

Poly. l. 2. tit. 37.

QVæ de causa[g] Maximi sint agenda, ex epistolis, quas ad vos ante transmisimus, agnouistis. Sed quia, qualis de hac re fraternitatis vestræ voluntas sit, magis, a præsentium latore Castorio chartulario nostro renunciante cognouimus; ideo, si idem Maximus coram vobis, & prædicto chartulario nostro, de simoniaca hæresi præstito se sacramento purgauerit, atque de alijs ante corpus sancti Apollinaris (vt scripsimus) tantummodo requisitus liberum se esse responderit, causam ipsius, fraternitatis vestræ, de eo, quod excommunicatus Missarũ solemnia agere præsumpserit, iudicio committimus, qua dẽat pœnitẽtia, talis culpa purgari. Et ideo quidquid[h] vobis secundum Deum placet, securi disponite: nec aliquod de nobis dubium habeatis. Nam quicquid a vobis de hac causa fuerit ordinatum, nos & grate suscipimus, & libenter admittimus.

Item Sixtus Papa III. epist. ad Orientales episcopos, cap. 1.

f ¶ Si hæreticus.] Hæc authentica est falsa: quia nunquā hæreticus admittitur ad accusandum, vt inf.4. q. 1.ca.1. forte loquitur de minoribus hæreticis, qui non peccāt in præcipuis articulis fidei, qui non admittuntur in iudicijs, idest de his, quæ acta sunt coram iudice: sed in alijs contractibus propter inopiam probationum admittuntur, non tamen sine tormentis. vt 4.q.3.§.in crimina li.ver.si res.& C.de hære.l.vlt.Io. Sed certe secundum canones non admittitur hæreticus cum sit excommunicatus, & debeat statim occidi.ext. de hæret.excommunicamus.& c.pen.B.

Hæreticu nunquā ac cusat.

a ¶ Con-

a ¶ Contra hæreticum.] Arg. aliquid admitti pro aliquo, quod non admittitur contra se. si 37. dist. c. si quid veri. arg. contra 4. q. 3. si quis testibus. Secundum est regulare, primum casuale propter odium hæresis.

SED QVÆRITVR. CASVS. Dictum est supra in §. oppoponitur. in fi. quod quilibet criminosus pōt hæreticum accusare. modo incidentem quæstionem mouet, an pessimus catholicus possit accusare hæreticum de alio crimine, quàm de hæresi? Hanc quæstionem soluit Gra. dicens. quòd in quo hæreticus est inferior, scilicet in hæresi, potest à flagitiosissimo catholico accusari. In quo autem hæreticus est superior, scilicet in conuersatione vitæ, non potest accusari a flagitiosissimo catholico. Postea dicit, quod illud quod dicitur in 1. c. huius quæstionis. &c. accusatio. & alijs multis cap. s. quod pastores sunt potius tolerandi quàm corripiendi à subditis, intelligitur de criminosis, vel etiam de bonis, qui crimina probare non possunt, & ad hoc inducit seq. cap.

b ¶ Sed quæritur.] Hanc soluit Vrbanus 12 q. 1. scimus. vel aliter respicit illud quod dicitur. su ea §. opponitur. & mouet incidētem quæstionem, & diuiditur in duas partes.

c ¶ Pastores.] In pri. q. quæ tñ non sunt verba illius c. sed sensus est eius.

ticum[a] litiget, liceat cuiuis eorum hæreticum testem adducere. Sin autem orthodoxus contra hæreticum litiget; pro orthodoxo quidem etiam hæretici testimonium valeat: contra orthodoxum autem solius orthodoxi testimonium valeat. ¶ Orthodoxis autem litigantibus ad testimonium nulli hæretico pateat aditus.

Sed queritur[b], si flagitiosissimus Catholicus possit conuenire hæreticum de alio crimine, quàm de hæresi? Huic quæstioni ita respondetur. In quo hæreticus inferior est, videlicet in regula fidei, in eo a malo catholico accusari potest. In quo autem superior fuerit, videlicet in conuersatione vitæ, in eo a flagitiosissimo coueniri non potest. ¶ *Item quod dicitur pastores pro suis actibus magis sunt tolerandi, quàm corripiendi, dupliciter intelligitur, vel quia a criminosis tolerandi sunt, & non corrigendi: unde ibi subinfertur, quia sæpè pro meritis subditorum deprauatur uita rectorum. Quorum ergo merito (Deo permittente) uita rectorum deprauatur ab eis potius sunt tolerandi, quàm corrigendi. Vel quia sunt quidam, qui sæpè deseruntur publicis documentis, & crimen, quod intendunt, probare non ualent.*

su. c nō est à ple be. & c. accusatio 1.

De quibus in homilia de pænitentia, c. 12. August. ait.

l. 50 homil. ho. 50. c. 12. Beda, 1. Cor. 4.

¶ Quæ publicis documentis probari non possunt, toleranda sunt. C. XXVII.

PLerumque[a] boni viri propterea sufferunt aliorum peccata, & tacent[c]; quia sæpè deseruntur publicis documentis, quibus ea, quæ ipsi sciunt, iudicibus[d] probare non possunt.

a ¶ Plerumque.] *In aliquot vetustis codicibus legitur, pleriq; quemadmodum & apud Bedam, & in originali, cuius tamen non ipsa prorsus verba hic referuntur.*

su. e. c. sentētia.

4 *De his[e] etiā illud Anacleti[f] intelligitur: [Sentētia Chā filij Noe, qui dānantur, qui suorum doctorū, uel pposito-rū culpā produnt ceu Cham, qui patris pudenda nō operuit, sed magis deridenda monstrauit.] Hac enim auctoritate subditi non prohibentur ab accusatione, sed a proditione. Aliud est .n. prodere, aliud accusare. Prodit, qui nō probāda defert; accusat, qui reo præsente crimen iudici offert probaturus quod intendit. Cham solus uidit pudenda patris, & ideo per eum intelliguntur, qui cum soli sint cōscij.*

Gen. 9.

¶ Concor. ext. in l. libellorum ff. de accu. & de priu. de. c. l. 1. cum concor.

PLerumque.] CASVS. Dicit hic Aug. quod boni viri quñque sciunt occulta peccata aliorū, & tamen tacent. quia pbare non possunt ea iudicibus, vnde non imputatur eis.

c ¶ Et tacent.] Dicat tñ ei, qui pōt prodesse, & non obesse. 22. q. 5. hoc vr. sed in publico nō dēt dicere, vt 6 q. 1. si oia. hæc ergo taciturnitas nō obstat ei, qui non pt probare. Itē non nocet ei, qui nō potest impedire, vt ff. de cō trah. emp l rem alienam, vel etiam erubescit loqui, vt ff. de fur. l pe Item nec nocet ei, qui scit suum ius durare. ff. q mo. p'g. vel hyp. sol. sicut. §. non videtur. aliàs semper obstat taciturnitas, vt extra de his quæ fi. à præla. c. 2. & 54. d si seruus.

Taciturnitas qñq; nō obstat.

d ¶ Iudicibus.] Iudici ergo facienda est probatio 2. non aduersario, vt 4. q. 3 §. item in criminali. vers. sæpè. & C. de cond. ob turp. caus l. 1. arg. contra. 1. q 1. si quis episcopus.

2 Ad idem ext. de pb. ex litteris. §. 1. ver. quib. & de ele. scriptum. §. verum. I prim. Arch.

DE HIS. Hæc est iiij pars huius qō. in qua probat, quod subditi secretè, & pacificè possunt suos prælatos redarguere. non autem palam nisi peccassent in publico: & ita omnes auctoritates quas inducit, debent intelligi & hoc probat per iiij. exempla & per x. aucto. sanctorum patrum. Io. de Fan.

CASVS. Qui soli sciunt, tamē accusant, & infamant, intelligitur (vt dicit Grat.) quod dicitur su. c. sententia. de Cham, qui pudenda patris non operuit sed ridēda mōstrauit. sed hac auctoritate non prohibentur subditi ab accusatione sed a proditione sicut fecit Chā, per quem intelliguntur illi, qui soli sciunt; alios tamen infamant.

e ¶ De his.] Qui accusant prælatos de crimine quod non possunt probare.

f ¶ Anacleti.] Supra ea. c. sententia.

ITEM

criminum suorũ prælatorũ, atq; ideo accusare nõ possunt;
vitam tamen eorum infamando aliis ridendam offerunt.
¶Item obiicitur, quòd subditi et religiosi prælatos suos ac
cusare non possunt. Legitur .n. in Exodo[a], quod Maria so- Exod 15.
ror Aaron, quæ prima post transitũ maris rubri sumpto Num. 12.
tympano hymnum cantare meruit, postea murmurans in
Moysem, eo quod Aethiopissam duxerat in vxorẽ, a Do-
mino lepra percussa est.¶Itẽ in libro Regũ legitur, quod 1. Reg. 24.
cũ Dauid fugeret à facie Saul; latuit in spelunca, in quã
cũ Saul diuertisset ad purgandũ ventrẽ, Dauid præcidit
orã chlamydis eius; quod se fecisse postea grauiter doluit,
& vehemẽter pœnituit. Saul à Domino erat reprobatus, 2. Reg. 16.
& ex inuidia Dauid persequebatur, vt eũ morti traderet.
Dauid erat vir humilis, & mitis Sauli à Domino substi
tutus per Samuelẽ vnctus in regẽ: sed tamẽ, quia præcidit
oram chlamydis Sauli, grauiter fleuit; cum à Saule sola
administratione vnctionis superaretur. Unde datur intel Glos. ordinaria
ligi, quod subditi, quãuis religiosi sint, prælatos suos crimi
nosos accusare non possunt. Nam per Saulem, qui vẽtrem
purgabat, prælati intelliguntur, qui malitiã suam corde 1. Reg. 24.
conceptam in opus producũt.¶Item legitur in libro Regũ, 2. Reg. 6.
quòd cũ arca Domini reduceretur de Gabaa in Hierusa-
lem, bobus recalcitrantibus arca inclinata est: cui dũ Oza
leuita manũ adhiberet, vt eam erigeret, à Domino per-
cussus[b] interiit. Per arcam prælati intelliguntur, per Ozã
subditi, per inclinationem areę casus intelligitur prælato-
rum, per illũ, qui manum adhibuit, intelligũtur repreben
dentes, vel accusantes vitam doctorũ, qui a Domino per-
cussi intereunt.¶His ita[c] respondetur. Verum est per arcã
significari prælatos, & per Ozã subditos. Illud vero fal-
sum est, quòd per inclinationẽ arcæ casus significetur prę-
latorum.¶Aliud est enim inclinari, vel descendere; aliud Io. 8.
cadere. Legitur enim quòd Saluator noster se inclinaue-
rit, sicut quando digito scribebat in terra; & de montibus
frequenter descenderit, in quos ascẽdebat, vel vt pernocta
ret in oratione, vel vt discipulos in monte altiora doceret[d]
præcepta, vel vt turbas fugiens, ex altitudine montis eas
respicere, & libere posset docere. Inclinatio vel descensio
humilitatẽ significat, qua spũales nonnunquã carnalibus
condescendunt, & eorum infirmitati cõpatiuntur, iuxta
illud Apostoli: [Quis infirmatur, & ego non infirmor?]
Hos etiam[e] significauerunt Angeli, quos Iacob vidit in 2. Cor. 11.
scala descendentes. De his etiam per Prophetam dicitur, Gen. 28.
[Inclinauit cœlos, & descendit.] Per arcam ergo inclina- Psal. 17.
tam intelliguntur prælati, qui subditorum culpam miseri-
corditer portant, & eorum infirmitati humiliter compa-
tiuntur. Unde bene dicitur, quòd bobus recalcitrantibus
arca inclinata est. Boues quippe recalcitrantes subditos
significãt suis doctoribus non obedientes; quibus dum præ
lati compatiuntur, quasi bobus recalcitrãtibus arca incli-
natur. Leuita, qui manum adhibuit, significat illos, qui
misericordię compassionem in prælatis suis reprehendunt,
eosque in seueritatis amaritudinem erigere volunt. Vn-
de bene Leuita iste Oza dicitur: Oza quippe robustus

ITEM OBIICITVR. CASVS. Opponitur adhuc, s. quod subditi et religiosi prælatos suos accusare nõ põt. Et hoc probatur quatuor obiectionibus. Prima est de Maria sorore Aarõ, quæ lepra percussa est, quia murmurauit in Moysem, quia duxerat Aethiopissam in vxorẽ. Secunda obiectio est de Dauid, qui cum fugeret à facie Saulis, & latitaret in spelunca, abscidit oram chlamydis Saulis purgantis ventrem: De quo idẽ Dauid seipsũ postea reprehendit. Tertia est de Oza, qui cum arca Domini reduceretur de Gabaa in Hierusalem, & bobus recalcitrantibus inclinaretur, manũ apposuit. Quarta est, quod infames efficiunt qui accusant prælatos suos; & ideo accusare nõ possunt. Has obiectiones soluit, & dat cuilibet obiectioni suam solutionem Grat. concludendo, quod propter hoc non remouentur subditi ab accusatione prælatorũ. Et primo soluit quod dictũ est de arca, & innuit quod per mariã, Dauid & Ozam, & per eos qui reputabuntur infames, intelliguntur illi, qui bonam fidem, & bona facta suorũ prælatorum reprehẽdunt, bonitatem eorum obfuscare volentes. Sed malos prælatos bene possunt accusare: quod probat sequenti capitulo, quia mali prælati non sũt prælati.

a ¶ In Exodo.] Melius in libro Nume. 50. d. §. econtra.

b ¶ Percussus.] Quia ea nocte non se ab vxoris amplexu abstinuerat.

c ¶ His ita.] Incipit rñdere his trib. obiectionibus, & primo respondet vltimæ.

d ¶ Altiora doceret.] Arg. quod magister debet docere in alto.

e ¶ His etiã.] s. spirituales prædicatores.

a ¶ Pec-

dicitur. Illi enim robusti dicuntur, qui cum de sua iustitia præsumunt, misericordiam peccantibus negandam putãt, & impediẽtes reprehendunt. Unde à Domino percussi intereunt; quia iudicium sine misericordia erit illis, qui nolunt facere misericordiam delinquentibus: Cui per Salomonem dicitur: [Noli esse nimis iustus, quia est iustus, qui perit in iustitia sua.] Sic & illud Moysi intelligitur. Per Moysem enim prælati intelliguntur, per Aethiopissam peccatores designantur. Moyses Aethiopissam vxorem ducit; cum quilibet prædicator peccatorẽ [a] sibi copulat; ut ex eo sobolem bonorum operum Deo gignere valeat. Hanc copulam dum Maria, idest subditi reprehendunt, lepra peccati inficiuntur. Vel per Mariam synagoga intelligitur quæ in Moysem, idest in Christum murmurauit, quia Aethiopissam id est ecclesiam de gentibus sibi copulauit: quos lepra perfidiæ & erroris sordidos fecit. Non ergo his auctoritatibus subditi prohibentur ab accusatione suorum prælatorum; sed monentur, ne reprehendant misericordem compassionem eorum. ¶ Item[b] per Saulem prælati intelliguntur, & per David[c] subditi. Saul[d] purgans ventrẽ eos significat; qui malitiam corde conceptam foras in opus producunt. Sed in præcisione chlamydis nõ significatur [α] nisi reprehensio peccati. Per chlamydẽ enim regni potestas intelligitur. Hãc præcidit, qui prelatum sententia damnationis ferit: quod nulli subditorum licet. Facta .n. pastoris, oris gladio, idest sñia damnationis à subditis ferienda sũt. Hinc est, quòd Hieronymus ait super Marcum de Pontifice, qui scidit vestimenta sua, Scissio vestis scisionem significat sacerdotij, quod in proximo erat scindendum, & auferendum Iudæis. Vel per David significantur, qui nequitiam suorum prælatorum videntes, maiora eorum peccata contemnũt, minima vero, & leuia, quasi extremam oram chlamydis præcidentes reprehendere, & lacerare satagunt. Vel quia Saul solus[e] diuertit in speluncam, in qua David solus [β] latebat. ¶ Item super hoc potest intelligi, quod de Cham dictum est, qui solus vidit pudenda patris, quæ non cooperuit, sed ridenda monstrauit. Hac itaq; auctoritate non inhibetur subditis accusare prælatos, si accusabiles fuerint. Item probatur, quòd subditi prælatos suos accusare nõ possunt, etiam si religiosi fuerint. Infames enim sunt eo ipso, quod suorum doctorum vitam reprehendere conantur. Infames enim fiunt (vt canonum tradit auctoritas) omnes, qui in Patres armantur, & qui doctorum suorom vitam reprehendunt, vel accusant. Nullus autem infamis in accusatione prælatorum est audiendus, nisi forte à fide exorbitauerit, vt supra dictum est. Cum ergo subditi eo ipso, quòd in accusationem prelatorum prosiliunt, infames efficiantur, infamibus autem copia accusandi denegetur; patet, quòd subditi prelatos suos accusare non possunt. ¶ His ita respondetur[f]: non omnes prælati pro prælatis habentur. Nomen enim non facit episcopum, sed vita.

Margin: Iac. 1 — Eccl. 7. — Gregorius in past. p. 3. c. 5. — Nicolaus I epistola 7. ad Michaelem. — sup. c. omnes. — ad c. 14. — sententia

α ¶ Non significatur.] *In aliquot vetustis exemplaribus legitur*, non significatur reprehensio peccati: *in alijs vero nonnullis*, significatur reprehensio peccati.
β ¶ David solus.] *Primo regnorum, c. 24. legitur.* Porro David, & viri eius in interiore parte speluncæ latebant.

a ¶ Peccatorem.] In hoc tamen nõ peccauit, qa adhuc non erat prohibitum, nec hodie est si sub hac conditione ducitur fiat fidelis 28. quæst. prima, non oportet. Ioan.
b ¶ Item.] Ad hoc similiter tripliciter respondet, & vltimo male.
ADDITIO. Et est responsio ad secundam obiectionem. Arch.
c ¶ Per David.] Secunda solutio.
d ¶ Saul.] Tertia responsio.
e ¶ Solus.] Et tamẽ cum socijs suis.
f ¶ Respondetur.] Quibus dicitur, q subditi non possunt accusare prælatos.

a Arg. ad hoc 33 q. 4. obijciuntur. & c. dixit, vel dic sm Hu. q fecit instructũ spiritus sãi. ar. 25. q. 1. §. hac itaq. Io.

PAulus.] CASVS. Ianuarius episcopus

Unde Gregorius Ianuario episcopo scribit lib. 7. indict. 2. epist. 1.

¶ Quem ætas, non vita seniorem facit, grauiter est increpandus. C. XXVIII.

Ioan. diaconus lib. 3. num. 32.

PAu-

scopus de Dominica ante Missam, & etiam post, exarauit messem cuiusdam la c v olenter. de quo reprehendit eum Papa. Ille autem dicebat se nō fuisse arguendū. Et hoc probat auctoritate Pauli, qui dicit, seniorem ne increpaueris. sed Gregor. respondet & dicit hoc esse seruandum cum seniores boni sunt, sed cū suo exēplo iuuenes corrumpuntur, increpandi sunt seniores: & hoc probat duob. auctoritatibus.

a ¶ Paulus.] Scilicet in epist. 1. ad Timoth. 5.

b ¶ Regula.] Arg. quod possumus interpretari, & arctare generalia verba Apostoli, vt 33. q. quos Deus coniunxit 32. q. 5. hoc videtur. & ff. de in ius vo. l quamuis. & ff. de testi. quæsitum.

c ¶ Seruanda.] Exēpla enim prælatorū & senū facilius corrumpūt, & ideo magis sunt punienda, vt 11. q. 3. præcipue. & 85. d. tanta 2.

d ¶ Scriptum.] Scilicet in Esaia.

e ¶ Laqueus.] Scilicet malo exemplo.

f ¶ Puer 3.] Canon pp malitiam aliquorum fingit aliquid esse quod non est, & econuerso. 40. d. multi sacerdotes.

1 Arg. cōtra su. ea. q. 1. cōsuluisti. 31. q. quod si dormierit.

Prælatorum exempla mala alios corrumpunt.

2 Et gñaliter quicunq. publice peccat exemplū peccādi cuilibet tribuit: & in totam ecclesiā delinquit. 16. q. 2. sed illud. sm L. & Hu.

3 Dic quòd puerilis ętas durat vsque ad puberta tē, vt l. pueri. cum gl. ff. de ver. sig.

N On omnes.] CASVS. Dicitur hic, quòd per columbam bonus prælatus intelligitur, qui est audiendus. Per coruum autem malus prælatus intelligitur, qui est repellendus.

p ¶ Corui.] Coruo æquiparatur malus prælatus vel presbyter in nigredine vitiorum. & in raucedine vocis, & in voracitate, scilicet mortuorum 5 oblationum & in fœtore spiritus, & garrulitate, & furto. 23. q. 4. tres personas Io de Fant.

Presby... malus co... æquipara...

5 Quia... oblation... sibi vsu... & rapiu... quia ad... prædicā... viuat sm...

lus [a] dicit: [Seniorem ne increpaueris.] Sed hæc eius regula [b] in eo † seruanda [c] est, cum culpa senioris exemplo suo non trahit ad interitum corda iuniorum. Vbi autem senior iuuenibus exemplum ad interitum præbet, ibi districta increpatione feriendus est. Nam scriptum [d] est: [Laqueus [e] iuuenum omnes vos.] & rursus Propheta dicit: [Maledictus puer α [f] centum annorum.]

1. Tim. 5.
† al. tunc
Esa. 42.
Esa. 65.

α ¶ Maledictus puer. *In codicibus B. Gregorij partim isto ferè modo legitur, partim vero,* & peccator centum annorum maledictus est, *quemadmodum & apud Ioan diaconum, & in vulgata, nisi quod hæc habet non,* est, *sed,* erit, *Septuaginta autem, vt est apud B. Hieronymum, habuerunt*, & qui moritur peccator centenarius, maledictus erit.

Item Hieronymus ad Heliodorum, epist. 1. de laude uitæ solitariæ.

¶ Dignitas non facit episcopum, sed vita.
C. XXIX.

N On omnes episcopi sunt episcopi [g]. Attēdis Petrū: sed & Iudam considera. Stephanum suspicis: sed & Nicolaum [h] respice. *& infra.* ¶ Non facit ecclesiastica dignitas Christianum. Cornelius [i] Centurio adhuc ethnicus [k] dono sancti spiritus mundatur; presbyteros [l] Danjel puer iudicat. *& infra.* ¶ Non est facile stare loco Pauli, tenere gradum Petri, iam cum Christo regnātium, *& infra.* ¶ Infatuatum sal [m] ad nihilum prodest, nisi vt proijciatur [n] foras, & à porcis [o] conculcetur.

Act. 10
Dan. 13.
su. d. 40. non est facile.
Luc. 14.

Item Augustinus tractatu sexto in c. 1. Ioannis.

¶ Non episcopi nomen, sed vita reuerentiam meretur. C. XXX.

N On omnis, qui dicit, pax vobiscum, quasi columba est audiendus, *& infra* ¶ Corui [p] de morte pascuntur. Hoc columba non habet: de frugibus terræ viuit, innocens eius victus est.

Item Beda ad c. 2. epistolæ 2. Petri.

Et ibi gl. ord.

¶ Docti ab indoctis, clerici à laicis quandoque merito reprehenduntur. C. XXXI.

S Ecuti sunt [q] viam Balaam [r] & Bo-

2. Pet. 2.
Num. 22.

N Oh omnes episcopi.] CASVS. Heliodorus quæsiuit à Hieronymo, an prælati essent accusandi & eijciendi. Et rñdet quod boni, vt Petrus & Stephanus non sunt accusandi. sed honorandi: mali vero sūt accusandi & proijciendi sicut sal infatuatum, vt Iudas & Nicolaus, nec prodest ecclesiastica dignitas in hoc. Et probatur exemplo Cēturionis & Danielis.

g ¶ Non omnes episcopi sunt episcopi.] idest, non omnes episcopi voce, sunt episcopi re.

h ¶ Nicolaum.] Qui fuit vnus de septē diaconis, quos Apostoli instituerunt, qui fuit reprobus 4.

i ¶ Cornelius.] Qui primus ex gentibus nomen Iesu Christi est secutus. 26. dist. deinde.

k ¶ Ethnicus.] Idest, gentilis

l ¶ Presbyteros.] Qui condemnuerūt Susannam. inf. ead. §. item cum Balaam.

m ¶ Infatuatum sal.] Idest, stulti prælati, insipidi in prædicando, fatui in delinquendo.

n ¶ Proijciatur.] Idest deponatur.

o ¶ Et à porcis.] Idest, dæmonibus, qui dominantur malis prælatis quasi pecori suo. 24. q. 1. §. his auctoritatib.

4 Et dicūt quod iste fuit machomet9 quē colunt pagani. Hu. & de hoc habetur i. f 24. q. 3. quidam. ver. Nicolaitæ. sm L. qui asserit, quod iste fuit machometus.

Dæmones malis prælatis dñantur.

S Ecuti.] CASVS. Beda ponit in hoc c. verba Petri in epistola canonica, & exponit ea, intendens probare, quod prælati possunt accusari à suis subditis etiam laicis: quia Balaā malus propheta redarguitus fuit ab asina, quam equitabat. Mali prælati comparantur Balaam, & fontibus sine aqua, & nebulis tenebrosis. Per asinam vero etiam subditi laici intelliguntur.

q ¶ Secuti sunt.] Prælati & doctores mali.

r ¶ Balaam.] Supple venientis;

a ¶ Et Bosor.] Verba sunt Petri, vsque ad ver. plerumque. vbi Beda exponens verba Petri in canonica dicit, ꝙ hæretici à gentibus reprehensi comparantur Balaā correpto ab asina. comparantur etiam & mali prælati reprensi à laicis.

b ¶ Redarguantur.] Non dicit accusentur. vnde non pôt hic sumi arg. ꝙ laici possint accusare clericos, vt su. 21. dist. nolite. in fi. contra. Soluit ibi, quòd triplex est reprehensio: quod ibi vide.

c ¶ Fontes.] Verba Petri.

QVI. CASVS. Concludit Gratiauns ex supradictis c. ꝙ mali prælati possunt accusari à subditis, non excusante eos officio vel auctoritate, quia criminaliter peccās alterat, & capite minuitur: quod probat sequenti c.

d ¶ Quia ergo.] Infert ex his trib. c. ꝙ mali prælati cum criminaliter peccant, possunt à subditis accusari. & ad hoc inducit seqnentia.

d ¶ Alteretur.] Idest, in alterius statum cō mutetur. transit em̄ de familia Dei ad familiam diaboli. 24. q. 3. si quis nō recto.

f ¶ Vt ita dicam.] Videtur etiam, ꝙ infamis capite minuat. ff. de va. & extraor. cogni. cugnitionum. § existimatio.

QVi nec.] CASVS Dicit Aug. ꝙ q nec sua delicta nec filiorum corrigit, nō est dicendus episcopus, sed canis impudicus.

g ¶ Crimen.] Talis enim ad accusationē vel ad testimonium. non admittitur, vt 37. dist. legant. inf. 6. q. 1. qui crimen.

QVIBVS ERGO. CASVS. Concludit Gratian. ex supradictis, & dicit, ꝙ cum mali prælati admittunt nomen episcopi senioris & columbę, merito poterūt à subditis accusari, & aduocari. Infames ergo sūt bonos accusāt. q vero malos, laudabiles fiūt. In fi. §. exponit qđ dr̄ su. c. maiorū. Et đt ꝙ minor ibi intelligitur nō dignitate, sed vita. Et hoc clare ī seq. c. probat.

h ¶ Hieronymus.] s. in tribus proxi. cap.

sor [a], qui mercedem iniquitatis amauit: correctionem vero habuit suæ vesaniæ. Subiugale mutū in hominis † (†al. muta hoīs) voce loquens prohibuit prophetæ insipientiam.] Plerumque hæretici tam stulta dogmata, tam execranda proferunt sacramenta, vt etiam hebetum sensus, & paganorum, & qui ratione diuinę agnitionis omnimodo carent, illorum detestetur insaniam, & illorum distorta, & Deo contraria itinera sanius sapiendo redarguāt. Et (quod peius, quia frequentius est) nonnunquam multi catholicorum in tantum mercedem amant iniquitatis, vt etiam docti ab indoctis, à laicis clerici merito redarguantur † (†al. lacerātur) [b]: qui iure comparantur prophetæ, qui verbis asinæ contra naturam loquentis corripitur; nec tamen à proposito praui itineris retardatur. Quibus etiam aptissime nomen congruit ciuitatis; (Ibidem.) de qua Balaam venisse perhibetur. Bosor namq; carneus, siue in tribulatione α interpretatur. Neque enim alia maior † (†al. magis) causa luxuriosis existit, verbum veritatis amore pecuniæ, vel desiderio rerum temporalium adulterare: quàm quòd carnis se concupiscentiæ mancipauerunt. *& infra*. ¶ Sed & nomen ipsius Balaam, qui vanus populus, siue præcipitans eos interpretatur, talibus conuenit. Qui enim agnitam veritatis viam sponte ipsi deserunt: quid nisi vanus sunt populus? Quid, nisi in præcipitium suos mergunt auditores, quibus non salutaria, quæ corrigant, sed quæ illos delectant, erronea prædicant? de quibus bene subditur: [Hi sunt fontes [c] sine aqua, & nebulæ turbinibus exagitatæ, quibus caligo tenebrarum reseruatur.]

α ¶ Tribulatione.] *Sequebatnr*, positus, *quæ dictio sublata est, quia neque apud Bedam, neque apud Hieronymum in nominum hebraicorum interpretatione habetur.*

(sup. ca. non oēs. & c. uō omnis.) *Quia ergo* [d] *non omnes episcopi sunt episcopi, presbyteri à Daniele puero iudicantur, sal infatuatum a porcis cōculcatur, & quid dicit, Pax ñobiscum plerumq; nō columba, sed coruus reputatur: patet quòd non semper pro officio, atque † (†al. vel) auctoritate personæ ab accusatione est cessandū, immo contra prauos est agendum, cum omnis persona criminaliter peccans alteretur* [e], *& (vt ita dicam* [f]*) legibus capite minor censeatur. Qui enim facit peccatum; seruus est peccati tam in pœna, quam in culpa.* (Ioan.)

Vnde Augustinus ait.

¶ Qui susceptum officium non administrat, non est episcopus, sed canis impudicus. C. XXXII.

(Burc. l. 1. c. 203. Iuo p. 5. c. 317.) QVi nec regiminis in serationem habuit, nec sua delicta detersit, nec filiorum crimen [g] correxit; canis impudicus dicendus est magis, quàm episcopus.

¶ *Caput hoc apud B. Augustinum, ex quo citatur, non est inuentum, Burchardus & Iuo citant ex Gregorio, & eadem fere verba ipse quoque Gratianus supra dist. 83. subnectit capiti,* Nemo quippe, *quod est Gregorij. Simile quiddam Burchardus l. 3. c. 13. & Iuo p. 5. c. 67. asserunt ex origine.*

Quibus ergo Hieronymus [h], *Augustinus, Gregorius*

a ¶ Dissimulans.] Aufertur enim alicui nomen ꝑp suā malitiam.33.q.2.admonere.sup 19. dist. secundum.& 1. q.4.§.item peccato.sup.ea.q.1.scelus.

PAulus.] CASVS Istius c.planus est. Et inducuntur 5.cap.ad probandum,ꝙ licet aliquis sit in minori di gnitate alio, maior tamen est eo vita & sanctitate.

tamen in cathedris est differentia.

g ¶ Exi.tiam.] Sic dicam Cyprianum in oībus æqualem,

h ¶ Cuilibet.] Sup.21.dist. in nouo.sup.24.q.1.loquitur contra.

ADDITIO. Dic ꝙ ratione ordinis Petrus fuit par alijs Apo-

auferunt nomen columbæ, episcopi, senioris: nōne & priuilegium est auferendum dignitatis, vt possint à subditis reprehendi? Vnde scriptura dissimulans [a] *priuilegium prauæ senectutis, ait: [Maledictus.] Non senior [puer centum annorū.] Apparet ergo, quòd hi ex accusatione prælatorū infames fiunt, qui eorum vitam reprehendere, & lacerare conantur, qui locum sui regiminis non nomine tantum, sed vita, & moribus tenent. Alij aūt potius laudabiles fiunt ex accusatione prelatorum suorum, quàm infames Item, quod dicitur: [Maiorum quispiam minorum accusationibus non impetatur,] minores intelligendi sunt non dignitate, sed vita.*

Vnde Hieronymus ait de Paulo super epistolam ad Gal.

sup. ea. Paulus. Es.65.

fu.e.c. maiorū.

¶ Maiores & minores non dignitate, sed vita intelligi oportet. C. XXXIII.

PAulus Petrum reprehendit: quod non auderet, nisi se non imparem [b] sciret [c].

¶ *Caput hoc, quod citatur in plerisque exemplaribus ex B. Hieronymo & in aliquot ex B. Augustino, in neutris libris inuentum est: sed in glossa ordinaria ad ea verba ipsius epistolæ ad Galatas,* in faciem eius restiti *additur hæc interlinearis explanatio,* quod non auderet, nisi se non imparem sentiret. *Et in commentarijs B. Ambrosij in illū eundem locum hæc leguntur.* Nam quis eorum auderet Petro primo Apostolo, cui claues regni cœlorum Dominus dedit, resistere, nisi alius talis, qui fiducia electionis suæ sciens se non imparem, constantes improbaret, quod ille sine consilio fecerat?

Gal.2.

Hoc non de officio [d] *ecclesiasticæ dignitatis, sed puritate vitæ, & sanctitate conuersationis intelligitur: solus enim Petrus inter Apostolos primatum gerebat.*

Hinc Augustinus ait ad Hieronymum epist.19.prope finem.

¶ Non episcopi nomen, sed vita maiorem facit. C. XXXIIII.

QVamquam secundum honorum vocabula [e], quæ iā ecclesiæ vsus obtinuit, episcopatus maior presbyterio sit; tamen Augustinus [f] in multis rebus Hieronymo minor est.

Idem lib.2.de baptismo contra Donatistas, c.1.

¶ Episcopi licet pares sint meritis, gradu tamen differunt dignitatis. C. XXXV.

PVto, quòd sine vlla sui contumelia Cyprianus episcopus Petro Apostolo comparatur, quantum attinet ad martyrij coronam. Cæterum magis vereri debeo, ne in Petrum contumeliosus existam [g]. Quis enim nescit illū Apostolatus principatum cuilibet [h] episcopatui præferendū? Sed etsi distat cathedrarū gratia, vna tamen est martyrum gloria. *Item infra.* ¶ Cū Petrus à Paulo posteriore corri-

Iuo p.5.c.24.

b ¶ Imparem.] Meritis non tū administratione.d.80.ī illis.

c ¶ Scilicet.] Ex hoc patet, ꝙ aliquis scit se habere charitatē per reuelationem. Paulus alibi dicit: Scio ꝙ neque mors, neque vita, neque aliud me poterit separare à charitate Dei. alibi tū dicit, Nihil mihi conscius sum, &c. vt su. 40.di. vlt.

ADDITIO. Ista cōcor. respicit literam, non imparem, ſm Laud. Ad idem 21. qō.4. sicut excellentiam.

d ¶ Hoc non de officio.] Quòd non possit esse impar Paulus Petro.

QVamquam.] CASVS. Arg. hic cōmendat Hier. & dicit quòd quamuis Aug. sit eps, & Hieronym' presbyter: tū Hierony. est maior Augustino vita & sāctitate.

e ¶ Scdm honorum vocabula.] Eps est nomen dignitatis, ꝑsbyter nomen ætatis.93.d. legimus.

f ¶ Augustinus.] An forte hoc cedebat. nō.n.licuit ei mentiri pro humilitate.22. q.2.cum humilitatis. & cū Heronym' fuit presbyter Cardinalis, patet quod quilibet episcopus maior est presbytero Cardinali.

PVto.] CASVS. Probatur in cap. isto, ꝙ cōcilia vniuersalia præferātur propter dignitatem statuti vnius episcopi, vel prouincialis concilij: q̄a licet Cyprianus & Paulus sint in martyrio Petro equales, tamē Petrus maior est dignitate, & statuta eius sunt magis seruanda quàm aliorum licet.n. vna sit martyrij corona,

Nomen aufertur à malitia.

Pauli charitas magna fuit.

Eps maior ē presbytero Cardinali.

1 Illa gl. reputatur à Doctorib. sing. ad hoc ꝙ dicit epm maiorem ꝑsbytero Cardinali.s. dignitate respectu ordinis epalis. vnde epi dīr summi sacerdotes vt ca.1. post med. de sac. vnc. & æquiparatur illustribus seu ꝑfecto prætorio, vt no.gl. in l.epali.C. de epis. aud. & non hēnt maiorem dignitatē Cardinales, quā epi: sed hēnt maius officium, vt inquit Bart. in l.1.§. si quis. in 1.col. ff.d ap. facit tex. in c.si abbate.de cle.li.6. & no. p Ab. in c. ecclesia vrā. Ledernier de elec. in pe. & vlt. col.

Apostolis & cæteris episcopis,sed ratione administrationis fuit maior.
a ¶ Promouetur.] Ita vt in hoc videantur ipsi esse pares,& etiam statuta eorum.
b ¶ Quanto, &c.] Et est hic argu. q potius statur ei quod quod à pluribus,quàm quod à paucioribus dicitur. & 19.d.in canonicis.

Q Veritur.] CAVS. Dr h c,q licet pater coram iudice conqueratur de filio,& econuerso,filius est patri præferendus in veritate, in honore tamen pater est filio præferendus,& sic honor debitus patri seruatur,vt æquitas non perdat meritum.
c ¶ Queritur.] Secundum canones ergo filius conqueritur de patre in tam in ciuili quàm in criminali negotio:sed secundum leges non in ciuili,nisi tamen in causa castrensi,vt ff.de iu.l.lis nulla.& ff de furt.si quis vxori 1.respon. non tamen potest eum conuenire de furto, sed actione in factum, vt C.de dolo malo, si superstite. Emancipatus autem potest agere ciuiliter cõtra patrem,sed venia impetrata[1], vt C.de in ius voc.l.vlt. Sed in criminali causa non auditur contra patrem sup.ea.q. 1. prohibentur. nec pater contra filium, nisi iniuriam in ipsum commiserit, vt C.de pa.po.l.3.

1 De hoc est no.23.q. 4. si eccl esia gl. melius, ibi videas.

† al. custoditus.
† al. prouehitur.

gitur, & pacis atque vnitatis vinculo custodito † ad martyrium promouetur† [a];quanto [b] facilius,& fortius,quod per vniuersæ ecclesiæ statuta firmatum est,vel vnius episcopi auctoritati,vel vnius prouinciæ concilio præferendum est?

Idem tractatu 30.in Joannem,in fine.

¶ Non in honore,sed in veritate filius æquatur,vel præponitur patri. C. XXXVI.

Queritur [c] pater de malo filio, aut queritur filius de duro patre:Seruamus honorificentiam, quæ debetur patri à filio,quæ deficit à filio. Non æquamus [d] filium patri in honore; sed præponimus, si bonam causam habet,filium [e] patri in veritate : & sic tribuimus honorem debitum,vt non perdat æqualitas † meritum.

† al.æquitas.

d ¶ Non æquamus.] sic Celsus corrigit dicta patris sui ff de cõdi.cau.da.l. dedi.§. si qs quasi statu. liber. Itẽ arg. q aliquis potest esse maior & minor altero diuerso respectu.sup.ead. quanquam.25. dist. periectis.
e ¶ Filiũ.] Arg. q veritas à quocũque plata amplectẽda est. Et est etiam arg. contra testimoniũ honorabilium personarum. simile dist. 9. ergo.

Item Ambrosius sermone 66.de natali Petri & Pauli.

¶ Aequales fuerũt meritis (licet gradu differentes) Petrus & Paulus. C. XXXVII.

Beati Petrus & Paulus eminent inter vniuersos Apostolos,& peculiari quadam prærogatiua præcellunt: verum inter ipsos quis cui præponatur, incertũ est. Puto enim illos æquales esse meritis, qui æquales sũt passione; & simili eos fidei deuotione vixisse, quos simul videmus ad martyrij gloriam peruenisse.¶ Non enim sine causa factum putemus,quòd vna die, vno in loco,vnius tyranni tolerauere sentẽtiam. Vna die passi sunt,vt ad Christum pariter peruenirent; vno in loco, ne alteri Roma deesset; sub vno persecutore,vt æqualis crudelitas vtrumque constringeret. Dies ergo pro merito,locus pro gloria, persecutor decretus est pro virtute [f]. Et in quo tandem loco ijdem martyrium pertulerunt? in vrbe Roma;quæ principatum,& caput obtinet nationum:scilicet vt vbi caput superstitionis erat,illic caput quiesceret sanctitatis ; & vbi gẽtilium principes habitabant, illic ecclesiarum principes morarentur.

B Eati.] CASVS. Probat Ambro. in hoc ca. Petrũ Paulum fuisse æquales in passione , & fidei deuotione ; qa eodẽ die,eodẽ loco, & sub eodem persecutore susceperũt martyrij coronam,vt vbi erat caput superstitionis, vigeret caput sanctitatis.
f ¶ Pro virtute.] Scilicet vt parẽ virtutẽ & constantiam 2 contra persecutionẽ in passione habuisse videantur.

2 Cũ ex sæuitia psecutionis virtus patriæ claruerit in vtroq; Hu.

¶ Sermo vnde hoc caput sumptum est, inter sermones B. Ambrosij est 66.inter sermones B. Augustini de sanctis, vigesimus septimus, & apud Maximum Taurinensem, quintus in festo eodem, qui num. 54.est.

5 Item pœnitentes [g],bigami,sacerdotes accusare non possunt.Vnde generaliter colligitur quòd quicumque sacerdotes non sunt, vel esse sacerdotes non possunt,in sacerdotes accusationem,vel testificationem proferre non possunt.

ITEM POENITENTES. Hæc 5. pars huius quæst. in qua dicit, quid sit in hac quæstione tenẽdum:& dicit,quod tales qui sacerdotes esse nõ posũt,nec eos accusare[3], nec in eos testificari pñt; redarguere tñ posũt occulte & pacifice : & hęc pbat p tria exẽpla& v.auct.sãctorũ patrũ.Io.d Fã. CASVS.Probatum est sup.in multis. c. q. criminosi accusare non possunt. Idem dicit Gratianus de pœnitẽtibus & bigamis.& ita colligitur,q qui non sunt sacerdotes,nec dici possunt , in sacerdotes accusationem vel testificationem proferre non possunt. Et hæc probantur duobus capitulis sequentibus.
g ¶ Item pœnitentes.] Solẽniter.inf.6.q.1. qui crimen.

Filius patrẽ conueniri pót.

IPſi Apoſtoli.] CASVS. Quæſitum fui à Fabiano Papa qui reppellantur ab accuſatione in teſtimonio ſacerdotum. Et reſpōdet ꝙ illi remoueantur, qui nō ſunt ſacerdotes, nec eſſe poſſunt intellige ratione criminis vel irregularitatis.

a ¶ Ordinis.] In criminali. ſeu in ciuili poſſunt omnes. ext. de teſtibus, tam litteris.

1 Scilicet. exiſto. c. & ſeq.

b ¶ Neceſſe.] Ex his duobus c. 1. colligit ꝙ hęc tria accuſatio teſtimoniū, & ordo pari paſſu ambulāt, vt quicumque nō admittitur ad vnū, nec ad reliquū. Sed obijcitur. quicumque ſemel in peccato mortali fuerit, nō admittitur ad ordines, vt 25. diſ. primum. ergo nec ad teſtimonium. Item ſi crimen ciuiliter fuerit probatum, nō admittitur ad ordines. vt diſt. 24. q̄ñ. ext. de accuſa. ſuper his. ergo nec ad teſtimonium: & ſm hoc nullus inuenitur teſtis, cū nemo ſine crimine viuat. 25. diſt. §. noīe autē. Tu dicas ꝙ regula. q hic tradit locum habet cū criminaliter agitur. Si enim ciuiliter agitur aut crimen eſt occultum quod obijcitur teſti, aut manifeſtū. ſi occultū, præſumo eum inde egiſſe pęnitentiam. quia occultum in meliorē partem interprętamur. extra de ſortilegijs. ca. ex. tuarum. & extra de reg. iuris. eſtote. Si aūt manifeſtū, probauit ſe egiſſe pœnitentiam per ſacerdotē. quod facere poteſt, vt extra de ſimo. nemo. 50. diſt. in capite. 2. q. 1. ſi peccauerit, in fi. niſi tale ſit crimen, quod etiam poſt pęnitētiam irroget infamiam, vt cum aliquis conuictus eſt de periurio. vt 3 q. 7. §. porro. Si autem criminaliter agitur: ſiue ſit occultum, ſiue manifeſtum ſiue inde egerit pœnitentiam, ſiue non, repello eum, vt 6 q. 1. qui crimen 2. Vel diſtingue ſicut notaui ſuper illo cap. qui crimen. Ioann. & extra de teſt. teſtimonium. vbi deffinitur breuiter B. circa hanc materiam conſueuit quæri: ſi quis vinum non poteſt bibere, an poſſit promoueri: cum ipſum miniſtrantem oportet communicare. de conſecra. diſt. 1. epiſcopus Deo. & diſt. 2. peracta? Dic ꝙ non. Nec. etiam accuſare poteſt 3. Ille, qui caſu membrum amiſit. 55. diſtin. ca. vlt. tamen inferiorem vel parem poteſt accuſare: quia poteſt remanere in executione illius ordinis. diſtin. 55. præcepta. nam qui eſt intra 30. annos. poteſt accuſare ſacerdotes. Item clericus bigamus non poteſt accuſare clericum coniugatum. qui vnicam, & virginem habuit vxorem: quia clericus coniugatus gaudet priuilegio clericali. 32. diſt. ſi qui vero. Hug. dicit quòd ſacerdos depoſitus alium poteſt accuſare. Sed hoc non placet, nam ex quo eſt de crimine condemnatus, ſtatim eſt delictum eius notorium, extra de cohabita. cler. veſtra. Item nec ille admittitur ad accuſationem, cui crimen eſt in modum exceptionis probatum, per quod eſt repulſus à teſtimonio, licet non ſit infamis. argu. extra de ele. ſuper eo. & 2. q. 1. prohibentur. grauata eſt tamen eius opinio ſicut illius, qui ancillam oppreſſit. C. de adul. & ſi libidine. Nam inhoneſtum eſt tales ordines admitti, vt dicit lex de his, qui ſupponuntur fuſtibus ab ædibus 4, licet non ſint infames. ff. de decur. eos. niſi ſit neceſſitas. ff. de mune. & hon. l. vl. gradatim. & hoc ideo, quia opino eius in nullo vacillabit, vt 33. diſt. laici. & no. ſup. ea. 1. in primis, in fi. Io. & probatur hodie tota hæc diſtinctio in decreta. de teſtibus cap. teſtimonium. Quid iuris ſit de ordinando, nota ui ſupra 25 diſt. primum. B.

Teſtis an ſit repellendus propter crimē ſibi obiectum.

2 Vide qđ not. 3. q. 7. q. fine. in fi. ſacerdos nō efficiatur. q. vinum bibere non poteſt.

3 Hic adde qđ non ſup. ea. in sūma ver. tales.

Accuſare non poteſt de crimine conuictus in modum exceptionis.

4 Id eſt, à cuſtodibus ędiū ab incendio p noctē. ff. đ of. præfe. vi. l. 1. & 2.

Vnde Fabianus ait epiſtola ſecunda ad epiſcopos Orientales.

¶ Qui ſacerdotes eſſe non poſſunt, ſacerdotes accuſare non valent. C. XXXVIII.

IPſi Apoſtoli, & eorum ſucceſſores olim ſtatuerunt, vt ſacerdotes Domini non accuſent, nec in eos teſtificentur, qui ſui ordinis [a] non ſunt, nec eſſe [b] poſſunt.

Anſ. l. 3. c. 47. Poly. l. 5. titu. 1. Mutata eſt verborum ſeries.

Item Damaſus Papa ad Stephanum archiepiſcopum, epiſt. 3. c. 3.

¶ Sacerdotes accuſare, vel in eos teſtificari non valent, qui ad ſacerdotium prohibentur eligi. C XXXIX.

TEſtes α abſque vlla infamia, aut ſuſpicione [c], vel manifeſta macula, & veræ fidei plenitudine β inſtructi eſſe debent, & tales, quales ad ſacerdotium eligere iubet diuina auctoritas. ¶ Quoniam ſacerdotes (vt antiqua tradit auctoritas) criminari nō poſſunt, nec in eos teſtificari, qui ad eundem non debent, nec poſſunt prouehi honorem.

Poly. ibidem. Burc. l. 1. c. 1. 172. Iuo p. 5. ca. 290. Pann. l. 4. c. 186. Anſel. l. 3. c. 41. ſup. ea. ſacerdotes.

α ¶ Teſtes.] *Damaſi verba hæc ſunt*, Accuſatores autem epiſcoporum. & teſtes, ſuper quibus cogitaſtis, abſque vlla infamia, aut ſuſpicione, &c. *ſicque referuntur à Burchardo & Iuone: Pannormia autem habet vt Gratianus.*

β ¶ Plenitudine.] *In epiſtola ipſa legitur*, pleniter. *Burchardus vero & Iuo habent*, vera fide pleniter.

Sic & illud [d] Silueſtri intelligitur: [Laicus non accuſet clericum, &c.] Id eſt, qui in inferiori gradu conſtituti ad ſuperiorem aſcendere non poſſunt [e], in ſuperioribus agentes accuſare non debent.

ſup. ea. nullus laicus.

¶ Ecce oſtenſum eſt, quid reſpondeatur auctoritatibus, & argumentis. quibus ſubditi ab accuſatione prælatorum vi

TEſtes.] CASVS. Idem quærebatur in hoc ca. quod quæſitum fuit in ſuperiori, & reſpondetur, ꝙ teſtes debent eſſe ſine omni macula & ſuſpicione: quia ſacerdotes criminari non poſſunt, nec in eos teſtificari, qui ad eundem honorem prouehi non poſſunt. & ſic intelligitur §. ſequens.

c ¶ Suſpicione.] Repellitur teſtis propter ſuſpicionē 5. vt ſup. ead. accuſ. in prin. Arg. contra de conſe. diſt. 2. non prohibeat.

5 Odij, vel inimicitiæ vel criminis occulti, ſecundum H. ad idem 3. q. 5. quia ſi per totum. ibi videas, Arch.

ADDITIO. Dic quòd aſſumptio corporis non nocet niſi ſumenti ſed accuſatio alij nocet.

d ¶ Sic & illud.] Supra ea. nullus laicus.

e ¶ Non poſſunt.] Qualiter hic intelligitur, habetur infra 4. q. 1. c. 1.

ECCE. CASVS. ſup. probatū eſt ꝙ ſubditi non poſſūt accuſare prelatos: & reſponſum eſt contrarijs auctoritatibus

debantur repellendi. Nunc demonstrandum est: quibus rationibus probentur recipiendi, & quid contra respondeatur à prælatis. Christus qui erat pastor pastorum, ouibus suis, de quibus ait: [Non sum missus, nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel, &c.] Inter opprobria, & verbera, quæ ab eis patiebatur, ait: [Si male locutus sũ, testimoniũ perhibe de malo, &c.] Item: [Quis ex vobis arguet me de peccato?] At quicunq; ad testificandũ in aliquẽ, vel ad arguendum admittũtur: ad eundẽ accusandum admitti possunt. Cum ergo oues, vt aduersus pastorem suũ testimoniũ ferant, & vt ipsum (si possunt) reprehendant, admittũtur: patet, quòd subditi possũt accusare prælatos suos. ¶ His ita respondetur. Christus, quãuis esset pastor suarũ ouiũ, quas verbo & exẽplo pascebat: tamẽ quantum ad officiorum distributionẽ (ex qua hodie in ecclesia alij præsunt alijs, vnde quidã plati, qdã subditi vocantur) in populo suo † pastorale officium nõ gerebat. Mystica. n. & uisibili vnctione nec in regẽ [a], nec in sacerdotẽ vnctus erat: quę solæ duæ psonæ in populo illo prælaturæ nomẽ sibi vendicabãt. ¶ Nõ ergo ex hac auctoritate subditi probantur admittendi in accusatione prælatorum: sed tantum ostenditur, quòd auditores eos reprehendere possunt, & in eos testificari, qui cũ officia ecclesiastica non habeant, verbo tamen & exemplo quoscunq; valent, lucrari Deo satagunt. Respondetur & aliter. Aliud est, qđ de rigore cogũtur seruare disciplinæ: aliud, quod admittitur ex perfectionis cõsideratione. Christus ad se arguendum Iudæos admisit perfectione humilitatis, non seueritate iuris. Si enim legis rigore essent admissi, hac auctoritate criminosi, & infames in accusatione religiosorum essent recipiẽdi: cum essent sceleratissimi, qui de Christi nece tractantes innocentem cõdemnare volebant. Hoc ergo exemplo prælati non cogantur recipere subditos in accusatione sui, sed permittuntur. ¶ Item Paulus Petrum reprehendit, qui princeps Apostolorum erat. Vnde datur intelligi; quòd subditi possunt reprehendere prælatos suos: si reprehensibiles fuerint. Sed hoc facile refellitur, si vnde reprehensus aduertitur. Petrus cogebat gentes iudaizare, & à veritate Euangelij recedere, cum Iudæis gregem faciens, & à cibis gentilium latẽter se subtrahens. Par autem in se est à fide exorbitare, & alios exẽplo, vel verbo à fide deijcere. Ergo hoc exemplo nõ probantur prælati accusandi à subditis; nisi forte à fide exorbitauerint, vel alios exorbitare coegerint. ¶ Item cum Petrus intrasset ad Cornelium, conquesti fratres sunt, qui erant in Iudæa, & reprehenderunt eum, quod ad gentilem diuertisset. Ecce, quod prælati iure possunt reprendi à subditis.

Matth. 16.
Ioan. 18.
Ioan. 8.
† al. illo
Gal. 2.
Act. 11.

Sed huic oppositioni B. Gregorius respondit dicẽs Theotistæ patriciæ, lib. 9. epistola 39.

¶ Petrus à fidelibus interrogatus cur ad gentes intrasset, non ex potestate respondit, sed humiliter rationem reddidit. C. XL.

Act. 11.

PEtrus potestatem regni acceperat: & tamen idem Apostolorum primus querimoniæ contra eum à fidelibus factæ, cur ad gentes inrasset, non ex potestate officij (qua posset dicere, oues pastorem suum non accusent, nec

ritatibus. Nũc econtra ostendit ꝙ subditi possunt accusare prælatos: & hoc probatur exemplo Domini & Petri. Nam Dominus permisit Iudæos contra se testificari: & ita per consequens eum accusare potuerunt. Nã cui permittitur testificatio, & accusatio. Sed ad hoc dupliciter rñdetur prima responsio est, ꝙ licet Christus sit pastor ouium non tamen secundum legẽ veterem & nouã in regem vel sacerdotẽ inũctus erat, quæ vnctio prælaturam confert. Vel dicas quòd Dñs hoc fecit ex humilitate, & non de rigore iuris Paulus similiter reprehendit Petrum, qui maior erat eo. Sed rñdetur ꝙ non fuit mirum: quia cogebat gentes iudaizare, & à fide recedere: ĩ quo casu bene accusantur plati à subditis. Itẽ Petrus fuit reprehẽsus à fratrib quia intrauit in domũ Cornelij gentilis. Sed huic obiectioni respondetur in sequenti c.

a ¶ Nec in regem.] immo nec regnum eius erat de hoc mũdo. 23. q. 3. §. 1.

PEtrus.] CASVS. Iudæi reprehendebant Petrum, qui intrauit domũ Cornelij gẽtilis: sed dicit Greg. ꝙ Petrus bene poterat suos repellere subditos ex potestate sui officij: sed respõdit se hoc fecisse auctoritate diuinę virtutis.

a ¶ Re-

reprehendant:(ſed ex ratione diuinæ virtutis, qua gentiles acceperant ſpiritum ſanctum, reſpondit [a].

¶ *Operepretium fuerit ad ipſum B. Gregorium adire: copioſe enim exponit, quæ hic à Gratiano conciſe referuntur.*

Cum ergo Petrus potuit ex officio repellere querelas, ſed noluit: non hoc exemplo prælati coguntur ſuſcipere reprehenſionem ſubditorum. Ex hoc etiam humilitatis diſpenſatione intelligitur illud Leonis quarti Ludouico Auguſto dictum.

¶ *Apud Iuonem huius capitis hæc eſt inſcriptio.* Quòd in præſentia legatorum Imperatoris Leo Papa cauſam ſuam examinari voluerit, idem Nicolaus Imperatori.

¶ Imperiali iudicio Apoſtolicus ſe emendare promittit, ſi quid erga ſubditos iniuſte commiſit.

C. XLI.

NOs, ſi incompetenter aliquid egimus, & in ſubditis iuſtæ legis tramitem non conſeruauimus, veſtro, ac miſſorum veſtrorum cuncta volumus emendare iudicio: quoniam ſi nos, qui aliena [b] debemus corrigere peccata, peiora committimus; certe non veritatis diſcipuli, ſed (qđ dolentes dicimus) erimus pro cæteris erroris magiſtri. Inde magnitudinis veſtræ magnopere clementiam imploramus, vt tales ad hæc, quæ diximus, perquirenda miſſos in his partibus dirigatis, qui Deum per omnia timeat, & cuncta (quemadmodum ſi veſtra præſens fuiſſet imperialis gloria) diligenter exquirant: & non tantum hæc ſola, quæ ſuperius diximus, quærimus, vt examuſſim [c] exagitent; ſed ſiue minora, ſiue etiam maiora illis ſint de nobis indicata negotia, ita eorum cuncta legitimo terminentur examine; quatenus in poſterum nihil ſit, quod ex eis indiſcuſſum, vel indiffinitum remaneat. Iuo p.5.c.22.

6 *Item, cum Balaam ariolus [d] iret ad maledicendum populū; Angelus Domini, aſinæ, cui inſidebat, in via ſe oppoſuit: euaginatoq; gladio eam ab itinere compeſcuit; quā dum ille verberib. affligeret, in vocem prorupit, & prophetæ veſaniam redarguit. Si ergo animal mutum angelica virtute, prophetæ inſipientiā reprehēdit, multo magis ſubditi poſſunt accuſare prælatos ſuos. ¶ His ita reſpondetur. Verum eſt, quòd per aſinam ſubditi ſignificantur, & per Balaā, prelati: non tamen hoc exemplo probantur prælati accuſandi à ſubditis: ſed ſubditis tātum forma datur humiliter renitendi prælatis, ſi forte eos ad malum cogere voluerint. Balaam namque aſinam vrgens, vt ad maledicendum populo Dei eum ueheret, ſignificat eos, qui uerberibus, & cruciatibus a ſubditis exigūt, ut eis in malo fautores, & coadiutores exiſtant. Sed quia Angelus, quili-* Num.22.

a ¶ Reſpondit.] Dicens, eandem Deus dedit gratiam eis ſi. ut nobis, qui credimus in Ieſum.

CVM ERGO. CASVS. Concludit Gratianus ex ſupra dicto cap. dicens, quòd non coguntur prælati exemplo Petri recipere ſubditorum accuſationem, niſi faciant hoc ex humilitate, ſicut fecit Petrus, non coactus; ſed volens: & ita intelligitur ſequens cap.

NOs ſi.] CASVS. Quidam cōquerebantur de Leone Papa apud Ludouicum de iniuria eius facta: Papa committit ſe Imperiali iuriſdictioni: & rogat Ludouicum Imperatorem, vt tales nūcios mittat ad hæc inquirenda, qui Deum timeant: & qui vicem Imperialis gloriæ ſic examinent, & diffiniant, vt nulla poſſit in poſterum dubitatio remanere, etiam ſi maiora opponantur, ei, quàm ea quæ dicta ſunt.

b ¶ Aliena.] Hic Papa ſe ſubijcit aliorū iudicio. quod facere pōt 1, vt ff. de iuris om. iud. eſt receptū. non tamen eum poſſunt deponere. 9. q. 3. nemo. ſecundum H. poſſunt: quia & ſe ipſum poteſt deponere, vt 21. diſtin. nunc autem.

c ¶ Examuſſim.] i. regulariter vel indubitanter, vel perfecte: quia amuſſis eſt inſtrumentum plumbeum cum quo rectificantur. parietes vel plumbantur.

ITEM CVM BALAAM. Hæc eſt 6. pars huius quæſt. in qua probat quod probatum erat, quòd ſubditi poſſunt prælatos reprehendere, & etiam accuſare, ſi ad eundem ordinem venire poſſunt, non autem debent eos de occultis vel pene occultis diffamare, & hoc probat per 7. exempla. & per 10. auctoritates ſanctorum patrum. Ioan. de Fant.

CASVS. Adhuc probat Grat. quinq; exēplis, qđ ſubditi poſſunt accuſare prælatos, ſcilicet exemplo Balaam, qui fuit ab aſina reprehenſus: & exemplo Dauid, qui fuit à Nathan propheta reprehenſus: & exemplo iniquorum presbyterorum qui fuerunt à Daniele reprehenſi, & exemplo Damaſi & Symmachi, qui fuerūt à ſuis ſubditis reprehenſi & accuſati. Sed ſingulis obiectionibus ſingulas ponit ſolutiones per ordinem reſpondendo.

a Conc. Ale. de Imo. in l. eſt receptū. ff. de iu. om. iud. in glo. 3. vbi dicit idē eſſe in Rege Francorum, nō recognoſcente ſuperiorē q̄ pōt eſſe iudex in propria cā, qđ intellige verum quo ad ſibi ſubditos: non quo ad alios, vt patet in ca. nouit & ibi Ho. & Ioan. And. ext. de iud.

d ¶ Ariolus.] Ariolus dicitur qui circa aras idolis preces nefarias effundit: & fructum ſibi in triſtitia affert. 26. q. 3. igitur genus.

a ¶ Ario-

a ¶ Tia-

bet videlicet prædicator euaginato gladio apertè scilicet prædicato timore, & horrore futuræ vindictæ, à consensu alienæ malitiæ illos reuocat; licet eis in huiusmodi vocem conquæstionis prorumpere, & prælatis suis dicere; cur nos verberibus affligitis? cur nobis iniuste irascimini? nunquid vobis inobedientes aliquãdo fuimus? nisi nunc, cum ad malũ cogimur? videte illum qui prohibet ab incepto. Non ergo hinc prælati probantur accusandi à subditis.

a ¶ Trahenda.] 12. quęst. 2. si quis per vetus.

Accusato absente põt dari libellus.

e ¶ Absens.] Potest enim libell[9] dari ab sente accusato, vt 5. q. 6. Epiphanium. C. de exhi. re. l. 2 & etiã die feriato, vt ff. de adult. miles. §. sexaginta. prius tamen denunciabit eum accusator quem vult accusare: al. às non audietur, vt ff. de adul. denunciasse. & C. de accu. absentem: deinde det libellũ iudici: iudex tamen non prius libellum recipiat, quàm inscriptio sit facta, & fideiussorem dederit de lite prosequenda. C. ad Turpil. l. 1. & C. qui accu. non pos. l. 3. Postmodum vocandus est reus 1 secundum legem. C. de exhi. re. l 2. & nomẽ eius recipietur inter nomina reorum. & hoc fit cum lis est c[illegible]. ff. de adult. si maritus. §. præscriptiones. & si de iure fis. fiscus & prius habebit inducias xx. dierum ad deliberandum, non trium tantum

1 Ad hoc C. de casu. nõ prius. ff. de iu. ti lógius. & ita not. Vinc. extra de elec. cum gregato.

SED CALIXTVS. CASVS. Grat. soluit contrarietatem hanc: quia quod dicit Calixtus, intelligitur, quòd accusator debet præsente accusato & in scriptis accusationem iudici offerre: sed Stephanus prohibet ne aliquis accuset alium per epistolam.

LIBELLORVM. CASVS. Dicitur in hac lege, qualiter libellus accusationis in adulterio concipi debeat; dẽc fieri hoc modo, Lucius T. ius [illegible] apud talem iudicem accusat B. mulierem de adulterio, quod dicit eam cum M. commisisse in tali ciuitate, mense tali, in domo tali diebus consulibus tunc existentibus. sed diẽ & ho-

& horam commissi criminis, assignare non compellitur. Et si libelli non sunt legitime concepti, nomen rei aboletur, & iterum poterit accusari. Præterea inscribere debet accusator, vel alius pro eo, si ipse nescit litteras: & si aliud crimen obiicitur, debet in libello accusationis comprehendi. & si accusator decesserit, vel alia cã eũ imp edierit accusare, nomen rei abolet reo postulante & ex integro intra triginta dies poterit ab eo accusari. Eodem modo sm̃ Decretistas formabiĩ libellus, excepto eo, ꝙ vbi ponitur nomen Imperatoris, ibi ponetur nomen Papæ, & vbi ponitur nomen Consulis, ponetur nomen episcopi.

concepti libellis, vt supra diximus. penitus contrarium est in ciuilisius actionibus, vt ff. de eden. le. 1. §. diem autem. A testibus autem quæritur dies, vt 3. qn 9. nihilominus. & 35. q. 6. de parentela. De hoc plene dicemus infr. 4. quæst. 3. in testibus 2. & etiam dicent in qua parte domus. — Testis an de ponere deat de die.

conceptio talis est. Consul, & dies a. *Apud illum prætorem, vel proconsulem Lucius Titius professus est se Mæuiam lege Julia de adulteriis* †, *ream deferre, quòd dicat eam cum Caio Seio* b *in ciuitate illa, domo illius, mense illo, Consulibus illis, adulterium commisisse. Utique enim & locus designandus est, in quo adulterium commissum est* †, *& persona cum qua admissum dicitur, & mensis. Hoc enim lege Julia publicorum iudiciorum*† *cauetur, & generaliter præcipitur omnibus, qui aliquem reum deferunt. Neque autem diem* c, *neque horam inuitus comprehendet. Quòd si libelli inscriptionem legitimè ordinati non fuerint, rei nomen aboletur, & ex integro repetendi reum potestas fiet.*

† *al. lege Iulia adulterii rea.*

† Abest à pandectis Florent

¶ Item subscribere debebit is, qui dat libellum †, *se professum esse* d, *uel alius pro eo, si litteras nesciat. Sed etsi aliud* e *crimen obijciat, ueluti quod domum suam præbuit, ut stuprũ materfamilias pateretur, quòd adulterum deprehẽsum dimiserit, quòd pretium pro comperto stupro acceperit; & si quid simile, idipsum* † *libello comprehendendum erit. Si accusator decesserit, aliaue quæ* † *causa eum impedierit, quominus accusare possit, etsi quid simile est; nomen rei aboletur, postulante reo* f, *idque & lege Iulia de vi, & senatus consultis* † *cautum est, ita ut liceat alii ex integro repetere reum: sed intra quod tempus uidebimus* g. *Et utique triginta dies utiles obseruandi sunt.*

† *al. libello.*

† *al. & ipsum libellis.*

† *al. aliaue cã*

† *al. senatus consulto.*


sm̃ Hug. dies est assignanda: quia non licet vagari cum discrimine alterius, vt ff. de iniur. l. prætor. 10. Tamen dic, ꝙ non aliud tenetur dicere testis, quàm accusator proposuit: quia non aliud iudicandũ est, quàm in libello comprehensum sit, arg. ext. de causa poss. cum super electione. de simon. licet Hely. vltra medium. Bar.

d ¶ Se professum esse.) Idest, se velle prosequi accusationem & subiturum talionem si non probauerit. Ioan.

e ¶ Sed & si aliud.] i. eodem modo est ꝓcedendũ, si aliud crimen obiiciat.

f Reo.) Hoc etiam fit elapso biennio, vt C. vt intra certum tempus. l. ult.

h ¶ Videbimus.] ff. ad Turp. l. in senatus. §. vlt



Vuidã episcopus.) CASVS. Supra in proxima causa tractauit de ordine iudiciorum, & de restit. spolia. Sed quia non ad plenum dixerat, ideo supponit hanc causam tertiam in qua plenius tractat de restitut. spoliat. & de indiciis dandis, & an infames sint admittendi ad accusandum, & quales testes sint admittendi, & qualis debet esse iudex, & de multis aliis: quæ omnia, vt apertius pateant thema proponit, de quo xi. elicit quæstiones.

CAVSA TERTIA.



Vidam episcopus h *à propria sede deiectus est, petit restitui, post restitutionem ducitur in causam, inducias postulat tandem ad eius accusationem procedit quidam non legitime coniunctus. & duo infames, & tres religiosi, accusatores testes de domo sua producunt, & alios sibi inimicos extra suam prouinciam,*

a Cousul & dies.] Institutæ accusationis: quia de die cõmisi criminis loquitur, nam Consul. & dies sunt ꝓponendi. ho die primo ponitur Imperatoris nomen, postea Consulis: postea indictio: postea mensis & dies. in Auth. vt præpo. nomen Imper. coll. 5.

b Caio Scio.) Ideo nomen exprimitur, vt sm̃ qualitatem personæ puniatur magis uel minus. Sed quid si ignoratur quæ sit illa persona? Videtur quod nihilominus ip ũ accusare possit, vt 5. q. 1. c. 2.

¶ Neque autem diem] Commissi criminis 1, sed non

h ¶ Quidam episcopus.] Hic primum agitur, an spoliatus sit restituendus, sed supra causa 1. qõ. 2. agebatur an spoliatus esset in ius vocandus. Est autem regula, quòd spoliatus ab alio, quam a iudice, vel etiam si a iudice est spoliatus sine ordine iuris, semper statim est restituendus, non obstante exceptione alicuius criminis, vel non canonicæ institutionis, vt extra de restitution. spoliati. in litteris, & capitu item cum quis & capit conquerente. & 6. quæst. 3. denique. Fallit in casibus hic notatis. Intrusio, scilicet quando aliquis occupauit sedem Apostolicam violenter, vt infra ead §. pater. sed hoc speciale est in Papa. Dilapidatio, vt 3. q. 2 quia e. sed hodie hoc nõ tenet, quia non est spoliandus aliquis nisi probata suscipione, vt extra de simon. licet. Criminis enormitas, vt 2. q 5. super

Spoliatus ẽ semper restituendus regulariter.

Spoliato in multis casi. denegat restitutio.

per.cā. Infamia & criminis euidentia, vt 2.qu.5. presbyter si & qu.1. scelus. & cap. man. fsta. Item crimen simoniæ, extra de simo.accusatum & c.tan.a. Contumacia, vt 2.q. 9.decernimus. Scandalum, vt 2.qu 6.hæc quippe. Fornicatio notoria.extra de diuor.significasti. Item cum reus est absens. extra de off.iud.deleg. consultationibus. Cum incontinenti deiecit.extra de resti.spol olim Item cum spoliatio est probata in modum exceptionis.extra de ord. cog.cum dilectus. Item secundum quosdam cum incontinenti spol a-tor vult probare exceptionem. extra de restit. spol litteras ff. ad exhib.le.3. §.ibid. Item cum à muliere obiicitur sæuitia viri vt extra de restitut. spolia.ex transmissa. Item. in casu quem habes, ext.de diuor. gaudemus.in fi. Item exceptio rei iudi 2.q. 6.§ diffinitiua. Item exceptio iurisiurandi, vel pacti secundū quosdam, vt extr. de restitu.spoliato. accepta.& cap.cū.ioane.te Item si sub conditio ne possedit, ext. de rest.spol olim causā. Item si ex gratia vel precario possedit infra 10.q 3. quia cogno uimus.& ext. de exc. prælat. cum ad quorundam. Item si possedit, vt colonus ff.de vi.ar.cum fundum. Hoc autem scias, ꝙ quatuor sunt auxilia producta, p quæ petitur restitutio, actio, interdictum, conditio ex canone, iudicis officium. Actione petitur restitutio, vt actione qd metus cā dat restitutio contra quemlibet 1 possessorē.ff.quod met.l.metu.§.volenti. Item actione.de dolo petitur restitutio & p illam nō fit restitutio, nisi contra illum qui dolum fecit.,ff. de dolo.l. si plures. Item per interdictum restitutio datur contra illum solū, qui vim fecit.vt extra de resti spol.cum ad sedē.in fin. Per conditionem ex canone datur restitutio contra quemlibet possessorem, vt extra de app.bonæ memoriæ & extra eod c.sæpe.& inf.ea.d redintegranda. item per iudicis officium petitur restitutio cum aliquis propter absentiam p dit rem suam, de qua agitur.ff.ex quibus cau. maio. leg. 1.& per totum, & illa potest agi contra quemlibet pooessorem, vt 16.q.3.porro.

Restitutio petitur quatuor auxilii

1 Nā p hanc actionē aduocatur res ēt ab eo qui metum nō itulit: ff.qd met.caus. si cum excep. §.2.C.eo:ti. non interest Archid.

danda oīb.expoliatis. Et probatur ꝙ sic per ca. sequentia.

E Piscopi] CASVS. Quæsitum fuit vtrum crimen aliqđ possit obijci episcopis reb.suis expoliatis, vel de sedibus suis eiectis ante restitutionem? Et certe respondet Papa, quòd non.

reus criminoso iudicic offertur ab vno tantum audiendus, & iudicandus. Quidam de accusatoribus & testib.absentes per epistolam illum accusare, & in eum testificari contendunt: cum multa capitula obiicerentur, in prima accusatores deficiunt, demum accusatio in accusatorem vertitur.

1 *Hic primum quæritur, an restitutio danda sit quibuslibet expoliatis.*

2 *Secundo de induciis, an post restitutionem tantum, an etiam post vocationem ad causam quibuslibet concedendæ sint.*

3 *Tertio, quo spatio mensium vtrique sint concedendæ.*

4 *Quarto, an infames, & non legitime conuicti, ad accusationem sint admittendi.*

5 *Quinto, an testes de domo accusatorum sint producendi vel inimicorum uox sit audienda.*

6 *Sexto, an extra prouinciam reus sit producendus.*

7 *Septimo, an sit audienda eius sententia, quem cum reo par inficit malitia.*

8 *Octauo, an ab uno tantum episcopus sit audiendus, uel iudicandus.*

9 *Nono, an accusatores, uel testes in absentem uocem accusationis, uel testificationis exhibere ualeant.*

10 *Decimo, an deficientes in primo capitulo sint admittendi ad sequentia.*

11 *Undecimo, an accusato liceat accusationem in accusatorem uertere.*



QVAESTIO. I.

Vòd restitutio quibuslibet danda sit, multis auctoribus probatur. Ait enim Gaius Papa, epist. unica ad Fœlicem episcopum capit. 3.

¶ Expoliatis, vel eiectis omnia sunt redintegranda. C I.

Mutatis verbis, sed incolumi sententia. Ans.l.3 c.46.

EPiscopis suis rebus expoliatis, vel a proprijs sedibus eiectis omnia [a], quæ eis ablata sunt, legibus sunt redintegranda: quia priusquam hoc fuerit factum, nullum crimen [b] eis obijci potest.

Item Fabianus epist. 2. episcopis Orientalibus.

a ¶ Omnia.] Etiam deposita. vt ff. deposi. l 1. qui autem, & ff de vi.& vi.ar.l.1. quod autem

b Nullum crimen.] A Spoliatore, vel generaliter à nullo cum sit inermis. vt inf.ea.q.2 oportet.

b ¶ Nullum crimen.] Pro quo fuerant spoliati secundum Hug. vel nec illud nec aliud potest obiici a spoliatore. 2.q.2. in scripturis, & c. nullus Sed mirum est, si aliquis non potest, cum de crimine illo accusare, vt inf. qu. 2. cum ecclesiæ &c. prox. cum res inter alios acta aliis non præiudicet. item nunquid spoliator potest eum accusare postquam est restitutus? Arg. ꝙ non, ext. de rest. spol. itē quis, arg. contra ꝙ possit saltem ciuiliter 2.inf.ea.q.2.audiuimus.

Adde ꝙ cō criminali concor. te in l.fi. C. ord.co.& l.si mari C.de do. vi.& vi



Vòd restitutio.] CASVS. Hic intitulatur prima quæst. qua quæritur an restitutio sit

Episco-

EPiſcopi.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ debēt epiſcopi ad ſynodum vocari, vel eis crimē aliquod obijci, niſi prius rei propriæ, vel eccleſiæ eis fuerint reſtitutæ, niſi ſpoliati eſſent auctoritate Romani pontificis.

a Epiſcopi.] Si tamen ſpoliatus velit agere contra ſpoliatorem,

SED NOTANDVM. CASVS. Dicit Grat. in hoc §. ꝙ non ſufficit, ꝫ reſtitutio fiat ſolis verbis, vel per ſententiam, niſi præſentialiter omnia reſtituantur officio iudicis, vt expulſus habeat ciuilem, & naturalem poſſeſſionem per ſe, vel animo ſuo, & corpore alieno, vt per procuratorem, & in eodem loco vnde ablata ſunt fiat reſtitutio quod probatur per ſeq. cap.

c Naturalem.] Nec ſufficit dare pignora. ext. de ſent. & re iud. cum aliquibus. ſimiliter in prætorium pignus eſt quis corporaliter mittendus. ff. de pigno. act. non eſt mirum. ſecus in conuentionali. ff. ea. l. 1. & ff. de dolo. l. ſi plures.

Pignus prætoriū & conuentionale.

Spoliatus a ſpoliatore reconueniri pt

¶ De eodem. C. II.

Anſ. l. 3. c. 50.

EPiſcopi [a], ſi a propriis ſedibus, aut eccleſiis ſine auctoritate Romani Pontificis [α] expulſi fuerint, antequam ad ſynodum vocentur, proprius locus, & ſua omnia eis redintegranda ſunt. Nulla. n. permittit ratio, dum ad tempus eorum bona, vel eccleſiæ, atque res ab æmulis, aut a quibuſcunque detinētur, vt aliquid illis obiici debeat. Nec quidquam poteſt eis quoquo modo quilibet maiorum, vel minorū obijcere [b], dum eccleſiis, rebus, aut poteſtatib. carent ſuis.

α Sine auctoritate Romani Pontificis. *Sunt hæc uerba etiam apud Anſelmum licet non ſint expreſſa in originali; cuius hic ſententia potius, quam ipſamet uerba referuntur uſque ad uer.* Nulla.

Sed notandum eſt, quod reſtitutionis ſententia ſola non ſufficit, niſi præſentialiter omnia iudicis officio reſtituantur vt eiectus, uel ſpoliatus etiam naturalem [c] poſſeſſionem recipiat, ſiue animo ſuo, & corpore alieno, ueluti per procuratorem, ſiue animo, & corpore ſuo. Cuncta quoque, quę ſibi ablata fuerant, quacumque conditione, in eodem loco, vnde ſurrepta fuerant, reuocanda ſunt.

Vnde Ioannes vrbis Romę epiſcopus ſcribit Zachariæ archiepiſcopo, epiſt. 1.

Et Euſebi⁹ epiſto. 2. & in 5 ſynodo Romana ſub Symmaco. Anſ. l. 3. c. 51. & 44.

¶ De eodem. C. III.

j REdintegranda ſunt omnia expoliatis, vel eiectis epiſcopis præſentialiter ordinatione Pontificum, & in eo loco [ϱ] [d] vnde abſceſſerant funditus reuocanda, quacumque conditione temporis, aut captiuitate [e], aut dolo [f], aut violentia † maiorum, aut per quaſcumque iniuſtas cauſas, res eccleſiæ, vel proprias, aut ſubſtantias ſuas perdidiſſe noſcuntur ante accuſationem. [y] aut regularem ad ſynodum vocationem eorum. *& reliqua.*

† al. uirtute.

ϱ In eo loco. *Apud Iuonem, & Symmacum legitur,* & in eorum vnde abſceſſerint, poteſtatem, funditus reuocanda. *Apud Euſebium vero.* in eorum vnde abſceſſerunt, loca funditus reuocanda.

y Ante accuſationem. *Hæc uſque ad finem addita ſunt ex originali, quibus oratio abſoluitur, & quorum pars in fine huius quæſtionis a Gratiano repetitur.*

j REdintegranda ſunt.] CASVS Quæſitum fuit a Io. Papa per Zachariam qualiter debeat fieri reſtitutio expoliatis epiſcopis & eiectis. Et reſpondet Io. Papa, ꝙ omnia corporaliter ſunt eis reſtituenda in eo loco vnde ablata ſunt, quacūque cōditione fuerint eis ablata, ſiue per dolū, ſiue per violentiam, vel quacumque alia iniuſta cauſa.

d In eo loco.] Etiam vltra mare, & ſunt reuocanda ſumptibus ſpoliatoris. ff. de rei vend. ſi uero.

e Captiuitate.] Inf. 16. q. 3. porro. & c. pcedenti.

e Captiuitate.] Si enim per vim aliquid ab eo extortum eſt vel ablatum, intra annum poteſt agere cōtra deiectorē in quadruplum: poſt annū in ſimplum. ff. de vi, & vi arma. l. 1. Sed ſi per metum eſt extortum aliquid, tunc cōtra omnem poſſeſſorem agitur, intra annum quadruplūcum non vult reſtituere, ff. quod met. cauſa. ſi cum exceptione. §. 1. 2. & 3.

Spoliatus ꝑ vim, vel motum agit ad quadruplū.

torem, reconueniri poteſt, ab eo, ut argum. ff. de iudic l. 2. §. item.

Sed hoc uerum eſt, cum non agit de ſpoliatione. extr. de ord. cog. dilectus, & melius in c ſi poteſt etiam, eū reconuenire de alio ſpolio. ext. de reſt. ſpol. c. ult.

Hoc hodie intelligēdum cum de terminatione, & declaratione dec. c. 6. de reſt. ſpol. frequēs eſt.

b Obiicere.] Quid ſi nunquam uelit petere reſtitutionē, vt ſic non puniatur de crimine pro quo eſt ſpoliatus, cū tamen inde grauiorem pœnam meretur. Dicerem ꝙ in tali caſu bene poſſit accuſari ante reſtitutionē 1, ne fraus ſit ei lucroſa arg. ext. de iud. intelleximus. & 11. q. 3. priuilegium, ſed ſi minorem pœnam de illo crimine meretur, non eſt accuſandus de illo cum ſatis ſit punitus arg. 2. q. 6. ſi quis ex pluribus. Dic tempus prefigendum. vt ext. de reſti. ſpol. frequens. lib. 6.

f Aut dolo.] Et tunc uſque ad biennium poteſt conueniri qui dolum committit, ut C. de dol. l. ult. ſed perpetuo poteſt conueniri actione in factum de eo, quod ad eum peruenit, uel ſi dolo fecit quominus ad eum perueniret, vt ff. de dol. in hæredem & l. eatenus, & l. dolove. Cum autem canon æquiparet dolum, metum uel uiolentiam, uidetur ꝙ condictione ex hoc canone quilibet poſſidens conueniri poſſit, arg. ad hoc ext. de iud. quia & extra de tranſac. ueniens, & ext. de emp. & uend. peruenit, extr. vt lit pend. eccleſia. & ext. de app. bonæ memoriæ, & eſt expreſſum, ext. de reſti. ſpol. ſæpe.

Doloſus an poſſit in perpetuū conueniri.

g Aut dolo.] Argum. ꝙ reſtituendus ſit qui dolo ſuo iuri

renunciat, vt inf. 15.q.6.c.1.& 30.q.1.dictum, & C. de in-off.test.eum qui.1.resp.ext. de his quæ vi metusve causa fiunt, cum dilectus, cont.& 20.q.3.constituit.cont.

NVlli dubium est.] CASVS. Quidam episcopi iniuste fuerunt expoliati, & a suis sedibus electi. alii episcopi non iuuabant eos: immo (quod deterius est) ponebant insidias, diabolo instigante, quos Alexander rephendit dicẽs tales esse schismaticos, & Christum crucifigentes in ipsis expoliatis episcopis, & quod facere non debent, hoc probat, q̃a sæpe boni diabolo co operante tribulationem patiuntur per malos.

a Auxilio.] Episcopi sibi inuicem dẽnt prestare mutuum auxilium, vt sup. distin. 50. precipimus, & iõ inducit hoc cap. scilicet, quod semper sit subueniendum spoliatis.

b Vestro.] Argum. ꝙ quilibet tenet patrocinium pro sua ecclesia prestare, 95. distinctio. si Imperator 1. & si contra ecclesiam suam præstaret, priuandus esset eo quod habet ab eadem 1. quæstio. 7. ca. 1. C. locat. milites. & est expressum extra de postulat. capitul. vlt.

DEus ergo.] CASVS. Præcipit Fabianus Papa omnibus episcopis, ꝙ ipsi opem ferant, & auxilium sacerdotibus expoliatis, eos restituendo, & eorum calumniatorem, & persecutorem excommunicando.

PATET ERGO. CASVS. Concludit Grat. ex supradictis, quod expoliati non debet uocari ad causam, nisi prius fuerint corporaliter restituti. Huic conclusioni obiicit hoc modo. Nam vbi non fuit legitima institutio, restitutio esse non potest. Vnde si qui fuerint expoliati, q̃a canonice non fuerint electi, vel per simoniam fuerint electi, restitutionem postulare non possunt. Et hoc probat Gratian. per capitulum 79. distinc. si quis pecunia. Postea soluit, & dicit quod illud capit. intelligitur tantum in eo casu quo sedes Apostolica per violentiam occupatur, & si talis expellatur, non fit restitutio, quia non esset iudex superior, sub quo restitutus conueniretur. Alij vero inuasores, & iniusti

Ecclesiam suam quilibet defendere tenetur. 1 Vbi de hoc su. 1. q. 7. c. 1 ibi videas, & qđ le. & no. 16. qõ. 1. uos autem. & 11 q. 3. quid ergo. Arch.

Item Eusebius Apostolicæ sedis episcopus, epist. 2. ad Aegyptios.

¶ De eodem. C. IIII.

ij REdintegranda sunt omnia expoliatis, vel eiectis episcopis, &c. *vsque*, funditus reuocanda, *eodem modo, vt supra.* Ansel. ibidem.

Item Alexander Papa epist. 2. in principio.

¶ Non est sacerdos, sed schismaticus, qui fratrum se subtrahit obsequiis. C. V.

NVlli dubium est, quia boni a malis semper persequuntur, & tribulantur. Propter quod humiliemur sub potenti manu Dei, vt liberet nos in tempore tribulationis. Nã, sicut leo rugiens circuit quærens quem deuoret, sic diabolus non cessat circumire, & quærere, quos ex fidelibus perdat, & *1. Pet. 5.* maxime illos, quos ardentiores in seruitio Saluatoris, eique familiares inuenerit, Familiares dico eos, quos sibi sacrari, & in ordine Apostolatus constitui voluit. Ipsi enim pro populo interpellant, & populi peccata comedunt, quia precibus suis, & oblationibus ea delent, atque consumunt. *& infra.* Qui autem ex vestro collegio fuerit, & ab auxilio [a] vestro [b] se subtraxerit, magis schismaticus, quam sacerdos esse *Osea 4.* probabitur. § Ecce (inquit Propheta) quam bonum, & quam iucundum habitare fratres in vnum. § Illi vero in vnum non *su. 1. q. 1. ipsi sacerdotes.* habitant, qui a fratrum solatio se subtrahunt aut (quod dete *Burc. l. 1. c. 129* rius est) fratrib. insidias præparant, aut laqueos ponunt. *& Iuo p. 5. c. 222. Psal. 13[2]* *in fi. epistolæ tertiæ.* Dominum crucifigunt, qui eum in sacerdotibus suis persequuntur, quia crux a cruciatu dicitur. Magnum vero cruciatum substinet qui vim patitur.

Item Fabianus Papa epist. 2. ad piscopos Orientales.

¶ Excommunicentur qui opprobrium, & calumniam inferunt sacerdotibus. C. VI.

DEus ergo, Fratres, ad hoc præordinauit vos, omnes, qui summo sacerdotio funguntur, vt iniustitias remoueatis, & præsumptiones abscindatis, & in sacerdotio laborantibus sucurratis opprobriis, & calamitatibus eorum locum non præbeatis, sed ei qui calumniam, & opprobrium patitur, adiutorium feratis: illum vero, qui calumniam, vel opprobrium facit, abscindatis, & Domino in suis sacerdotibus opem feratis.

Patet ergo, quod expoliati prius sunt presentialiter restituendi, antequam ad causam sint vocandi. Sed obijcitur, vbi non fuit legitima institutio, ibi non potest esse restitutio. Non enim probatur destitutus, qui prius non fuit institutus: ac per hoc nec restaurationem postulare potest. illi ergo, quorum electio vitiosa est, vel qui a clero non sunt electi, vel a populo expetiti, vel qui per simoniam irrepse-

& iniusti detentores si spolientur, debent restitui, nisi con tinuatio libello possessio fuerit recuperata: secus si non cõ tinuato libello.

a Si quis pecunia.] Sup.d.79.si quis pecunia. hoc tamen ibi non dicitur, sed melius posset induci quod est 23. dist. in nomine. vt etiam nulla ei audientia detur. De illo inuenies. 14.q.1.in prin.& in sum.

b Non continuato.] Idest, si non interponitur contrarius actus. ff.de test. hæredes palam, vel continuato cum primum poterit 1 ff.ad Tertul.l.2.§ confestim.

runt, non sunt habendi inter episcopos: & ideo. si à sedibus quas tenere videbantur, expulsi fuerint, non possunt restitutionem petere, antequam vocentur ad causam. Unde supra in tractatu ordinandorum: [Si quis pecunia [a] vel gratia humana, seu populari, vel militari tumultu, & c.) Sed hoc in eo tantum casu intelligitur, quo Apostolica sedes per violentiam occupatur: quo casu iudex non inuenitur, cuius officio ille Apostaticus possit excludi. In aliis autem locum nõ habet, cum violenta possessio, nisi per iudicis sententiam, uiolento detentori detrahi non possit. Si autem uerus Dominus bello non continuato [b], sed renouato vt illum de possessione eiecerit, iuducis auctoritate predoni possessionem restituet. Si ergo episcopi à sedibus, quas quomodo tenere videbãtur, non per iudicem, sed uiolenter eiecti fuerint, post eiectionem restituendi sunt ante regularem ad synodum uocationem.

Sup.d.79. si q̃s pecunia.

QVÆSTIO. II.



E induciis [c] autem post restitutionem præstãdis, & quo spatio temporis concedendæ sint, scribit Ioannes Papa epistola prima ad Zachariam archiepiscopum dicens.

Et Euseb.ep.2

¶ Secundum tempus expoliationis conceduntur induciæ restitutionis. C. I.

inf.e.c.prius.ipsa prors⁹uerba

QVanto [d] tempore expoliati, vel expulsi esse videbuntur, antequam ad synodum conuocentur, sub eodem spatio temporis eis induciæ indulgeantur.

Item Pelagius Papa secundus episcopis Italiæ.

¶ Dum possessiones, vel res episcopi detinentur, aliquid sibi obijci non potest. C. II.

A 1s.l.3.c.63.

CVm ecclesia alicuius episcopi, aut possessiones, vel res ab æmulis eius, vel à quibuscunque aliis non sua sponte [e] detinentur, aliquid illi non debet aut potest à quoquam ante redintegrationem omnium rerum suarum obijci, Sed prius illi legibus redintegranda sunt omnia & postea tempore a patribus definito, sunt negotia ventilanda.

DE indicijs.] Hæc quęstio diuiditur in duas partes, in quarum prima probat per octo auctoritates, quòd induciæ post restitutionẽ sunt dandæ spoliatis & restitutis, vt diu gaudeãt commodo possessionis ante quam spoliatoribus respondeãt: quæ tamen arbitrariæ sunt. Secunda ibi, (Quod si male.) Io.de Fant.

CASVS. Hic intulatur 2.qõ.qua quæritur an dandæ sint induciæ post restitutionem. & ꝓbat Grat.per seq.c.ꝙ sic.

c ¶ De induciis.] Quinque sunt genera induciarum, restitutoriæ, præparatoriæ, citatoriæ, deliberatoriæ, & iudicatoriæ, siue excutotiæ [2]. In causa criminali restitutoriæ non erunt minores vj. mensibus nec maiores anno, & habent locum ante uocationem in ius in causa criminali. inf.ea. electis. vel verius est, ꝙ sint arbitrariæ, vt inf ea. si eps Citatoriæ erunt vnius vel duorum vel trium mensium, vt 4 q.5.c.1.& 5.q.3.c.1.& habent locum post citationẽ & contestationem illæ autem quæ habentur, 5.q.2 c.presenti. sunt paternales adiectiones, de quibus mentiuntur quidã, quòd sint clericorũ minorum vel laicorum, tñ ar.est pro eis.15.q.7.si autem. Aliæ sunt presbyterorum, vel diaconorum, vt dicunt. quidam Præparatoriæ, erunt anni & dimidij, vel vnius anni, vel sex mẽsiũ, vt inf.ea.q.3. de induciis, & hæ dãtur an telit.conte. & post 5.q.2.si primates. In ciuili aũt causa sunt induciæ deliberatoriæ, xx. dierum, vt inf.ca.q.3.offeratur. Citatoriæ xxx. dierum in authen de litig. §. omnem, collat. 9. & per trinum edictum vt 24.q.3. de illicita. Iudicatoriæ quatuor mensiũ, quæ dãtur iudicatis, vt extr.de of. iud deleg quærenti. In criminali vero non danẽ deliberatoriæ [3] quia certus dẽt esse reus vtrum velit crimen confiteri, an negare, cum sciat se esse reum, vel non. Item nec iudicatoriæ dantur, quia ibi pœna non differtur nisi in rasibus, vt 11.q.3.cum apud.

Induciarũ quinq. sunt genera.

2 Dicas ꝙ hæ appellationes magistrales sũt, quæ nõ sunt contẽnẽdæ. eat. de decr. tua. Idẽ no. sñ Laur.

3 Tu dic ꝙ opin. contraria ẽ verior, vt per do. in ca.2.de dila. & per Bal.& Sal.in auth. offeratur.C. de li.contes. & Alexã.de Imo.in l. 1. ff.de edend. post.prin.

Adde ad hoc qd̃ le.& not.extr. de rest.spol.olĩ & pertim. vide qd̃ le.de hom. significasti. gl. vlñ fi.

QVanto.] CASVS. Dr̃ in hoc c ꝙ tantum tempus dandum est expoliatis antequàm ad synodum vocentur quanto tempore fuerunt expoliati, vt sub eodem tempore eis induciæ dentur.

d Quanto]i.quali.i si longo tp̃e fuit spoliatus, longo tẽpore erit restitutus sic 90.d.si quis monachus. in fi.

CVm ecclesia] CASVS. Dicitur hic ꝙ nihil potest obijci spoliato, nisi primo ei omnia fuerint restituta, quibus fuerat spoliatus, & nisi post restitutionem habuit tẽpus a patribus diffinitum. Casus autem seq.c. facilis est, & per te videbis.

e Sponte.] Arg. ꝙ spoliatus suo iuri potest renunciare. ar. contra extra de rest.spol. solicite.

a OPortet.] Nudi.] Ecce ratio canonicis quare spoliatus non tenetur respondere, & est forte ideo statutum, quia cum est spoliatus non potest sufficere ad sumptus iudiciales, nec inuenit hoies adeo fauorabiles, & per hoc videt, q nec spoliatori, nec alii teneatur respondere super aliquo quod ei obiicitur. argu. sup. ea. cu ecclesiæ & sup. q. prox. cap. 2. Itē videtur q si modicum esset ei ablatum, q tunc quilibet & pro qualibet causa teneatur respondere vt extra de rest. spol. frequens. lib. 6.

Spoliatus rñdere non tenetur.

A Vdiuimus quosdam.] CASVS. Quidam quosdam episcopos infamauerant, & a propriis sedibus expulerunt, & eis expulsis alios loco eorum substituerunt expulsis viuentibus: quare. Grego. Papa reprehēdit eos grauiter, & mandat deiectoribus, vt deiectores restituant, & subditos deijciant, quos præcipit infames fieri, & ab honoribus ecclesiæ arceri. Si autem isti deiecto res aliquam querelam cotra eos habuerint, eis restitutis apud Romanam sedē proponant. Casus autem sequentis c. planus est.

b Infamatos.] De facto, vel ab æmulis alias enim non restituerentur si essent infames de iure, vt 2. q. 5. presbyter si. B.

c Quia alibi.] Supr. 80. dist. episcopi.

d Habueritis.] Sed quam possunt habere querelā? criminalem non pñt, cu sint inimici, ext de restit. spol Itē cum quis 1, non ciuilem, quia ceciderunt a iure suo. 16. q. 6. placuit forte loquitur de his, qui suam iniuriam prosequuntur, vt 4. q 6. omnibus

1 Ista decre. non vr̄ inhibere, nisi ante restōnem vt ibi not. Go. q post restōne bene pōt, vt in hoc c. audiuimus & ar. ext. de ord. co. c. vl. Arc.

e E Iectus.) Anniuersariæ.] Ad plus, vt sex mēsium ad minus

PRius ergo. CASVS. Hoc ca. Idē dicit cum superiori cap. cum ecclesiæ. Sequitur vero eidem dicit cum illo ca. quanto.

Item Stephanus Papa quintus α *Girardo Leodiensi.*

α Quintus. *Addita est hæc uox ex uetustis codicib. & restituta uox,* Leodiensi. *cum antea legeretur,* Laodicensi. *Nam mansi, de quibus in subiecto capite agitur, ostendunt non ad Græcum episcopum, sed Germanum, uel Gallum hac fuisse scripta.*

¶ Ante litem contestatam violenter ablata restituantur. C. III.

OPortet, vt primum vos tam inuasis ciuitatibus & monasteriis, & mansis, quam de reliquis generaliter rebus redinuestiri facietis, quia nec nudi a contendere, nec inermes inimicis vos debemus opponere.

Item Euaristus Papa epistola 2.

¶ Deiiciantur a clero, & infames fiant, qui loca expulsorum adulterina fœditate, inuaserunt. C. IIII.

AVdiuimus quosdam a uobis infamatos b, & dilaceratos episcopos, ac è ciuitatib. propriis pulsos (quia alibi c episcopi constitui non possunt, nisi in ciuitatib. non minimis) & alios in eis, ipsis viuentibus constitutos. Ideo hęc vobis scribimus, vt sciatis hoc fieri non licere, sed proprios reuocari, & integerrime restitui debere. Illos vero qui adulterina fœditate sponsas suas, (quas & vxores eorum præfixo tenore esse intelligimus) tenent, eiici vt adulteros, atque infames fieri, eosque ab ecclesiasticis honorib. arceri iubemus. Si autem aduersus eos aliquam querelam habueritis d his peractis inquirendum erit, & auctoritate huius sanctæ sedis terminandum. Poly. l. 2 ti. 11. Bur. l. 1. c. 140. Iuo p. 5. c. 254. Ans. l. 3. c. 45.

Item Gaius † *epistola* 1 *ad Fœlicem.* † In vulg. legebatur, Gelasi°.

¶ Induciæ sex mensium eiectis, vel expoliatis prestentur. C. V.

ELectis, vel expoliatis, post integram restitutionem anniuersariæ e induciæ, vel sex mensium indulgendæ sunt.

Item Eusebius Papa, epist. 2.

¶ Post restitutionem induciæ præstandæ sunt. C. VI.

PRius ergo oportet omnia illis expoliatis legib. redintegrari, & ecclesias, quæ eis sublatæ sunt, cum omni priuilegio sibi † restitui, & postmodum non sub angusti temporis spatio, sed tantum temporis spatium eis indulgeatur, quantum expoliati, vel expulsi esse videntur, antequam ad synodum conuocentur, Et Io. 1. epist. 1. su. ea. c. quāto. Iuo p. 5. c. 249. Ans. l. 3. c. 44. pan. l. 4. c. 50. *al. suo.*

Item Felix Papa II. *in rescripto ad episcopos Aegypti, c.* 8.

De eodem. C. VII.

TAmdiu in sede propria pacifice, & potestatiue cuncta disponens resideat, quamdiu expulsus, vel expoliatus suis carere visus est rebus. Poly. ibidem. Ans. l. 3. c. 53. Pan. l. 4. c. 52.

Item Felix Papa I. *epist.* 2. *ad episcopos Galliæ.*

SI episcopus.] CASVS. Aliquis episcopus erat spoliatus rebus suis, vel ecclesiæ, vel erat de ecclesia eiectus. Quæsitum fuit a Fælice Papa, vtrum possit compelli venire ad synodum, & respondere obiectis ante restitutionem. Et respondetur, ꝙ non, nisi suo statui & honori primo fuerit restituturus, nec vocari poterit, nisi sponte venerit pro suis negociis, minime tamen iudicandus, cũ propter hoc non venerit, post restitutionem vero gaudebit induciis, prout iudices viderint expedire.

¶ Ante restitutionem aliquis ad causam vocari non debet. C. VIII.

Ansl. l. 3. c. 84. Iuo p. 5. c. 248. Pan. l. 4. c. 44.

SI episcopus suis fuerit, aut ecclesiæ sibi commissæ rebus expoliatus, aut (quod absit, quod alienum ab omnib. esse debet fidelib.) a sede propria eiectus, aut in detentione a aliqua a suis ouib. fuerit sequestratus, tunc ✱ canonice ante in pristinum statum restituatur omni priuilegio suo honoris, & sua omnia, quæ insidiis inimicorum suorum ei ablata fuerant, legibus redintegrentur. Non. n. conuocari b poterit, vel præiudicari c, nisi ipse pro sua necessitate (minime tamen iudicandus) aduenire sponte d elegerit. Nullatenus ergo a quoquam respondere cogatur, antequam integerrime omnia, quæ per suggestiones inimicorum suorum amiserat, potestati eius ab honorabili concilio legali ordine redintegrentur. Præsul vero cum omni honore statui pristino reddatur, & ipse dispositis, ordinatisque libere, ac secure diu e suis rebus, tunc regulariter intra quatuor, vel quinque, vel sex f, aut septem menses, iuxta quod possibilitas ei fuerit, & non ante conuocatus g ad tempus in concilio legitimo, & canonico veniat ad causam, etsi ita iuste h videtur, accusantium propositionibus respondeat.

Pan. l. 4. c. 48.

✱ Tunc canonice: *In originali sic legitur*, tunc canonice (antequam in pristino statu restituatur cum omni priuilegio sui honoris, & sua omnia, quæ insidiis inimicorum suorum ei ablata fuerunt, legibus redintegretur) nec conuocari, nec iudicari poterit, nisi ipse, &c. *Nec multo secus habent Iuo, & Pannormia, nisi quod loco*, antequam, *legunt ut Gratianus*, ante.

2 *Quod si male viuendo facultates ecclesiæ dispersit episcopus, ab eius patrimonio, quousque de dilapidatione rerum ecclesiasticarum cognoscatur, submouendus est, exemplo tutorum, & curatorum, qui dum fuerint suspecti, a tutela, uel cura remouentur, donec de suspecto cognoscatur.*

Vt 23. q. 8. conuenior. & ibi de hoc. 2. q. 1. null9 episcopus.

a Detentionem.] Si detinens me ne possim intrare possessionem competit mihi interdictum vnde vi. ff. ne vis fiat ei qui in poss. mi. l. 1. § si uero autem, & 92 d. si quis. & constitutione ext. de resti. spol. sæpe.

Citatio in multis casibus non valet, nec adstringit citatum.

b Conuocari.] Sed nunquid veniet allegare priuilegium 1. vt extra de app. cum parati, & c. si duobus? Respondeo non: cum constet eum esse spoliatum. sic ff. de pec. eo tempore. Scias ergo, quod vbi euidens est citationem non tenere, reus non tenetur uenire etiam ad allegandum suum priuilegium. Scias ergo quod quandoque citatio non valet, quia intra angusta tempora fit, vt 5. q. 2 c. vlt. quandoque non valet, quia non reprimitur causa quare fiat citatio, vt 5. q. 2. c. vlt. quandoque non valet: quia nimis maturatur peremptorium, ut extra de dila. dilecti. qñque non ualet citatio ratione temporis, vt si fiat tempore feriato, vt 15. quæstio. 4. c 1. & 2. & ff. de feriis. l. 1. quandoque non ualet ratione loci, ut si citatur extra prouinciam 2. vltra duas dietas, ut extra de rescript nonnulli. vel si citatur ad locum periculosum, vel inhonestum, vt extra de app. ex parte, ff. de arbit si cum dies, §. si arbiter, quandoque non tenet ratione iudicis, vt si cui dens est ipsum non esse iudicem qui citat, vt extra de offic. iudic. deleg. ex litteris, & extra de app. si duobus Item non valet si rescriptum Apostolicũ non infertur, vt ext. de dila. præterea. & ext de offi. iud dele. cum in iure. Item si euidens est iudicem esse inimicum 3. vt 3. q 5. q a Item non valet si ille, qui citatus est, spoliatus est, vt hic. Itẽ non valet si ad querelam liberti citatur patronus. 4. q. 3. liberti. & generaliter vbicumque euidenti exceptione reus se tueri põt. ff de iudi. non videtur. Sed si dubiũ est, an citatio teneat, tunc tenet venire ad allegandum suũ priuilegiũ, vt ext. de ap. si duob. & c. cum parati. ff. de iudi. si quis ex aliena. Inuenio tamen, quod citatio quãdoque nulla est, & tamen nisi citatus defendatur, procedatur contra ipsum vt ff. iudi. sol. si reus. Item inuenio, ꝙ citatio est iniusta ex ꝑsona agentis, cum agens agit calumniosè, & tamen nisi citatus venerit ad iudicium, punitur, vt extra de accus. veniens & ar. si ne quis eum qui in ius vocã. est, vi eximat. l. pe. Io. Tutius tamen est, ꝙ citatus vadat allegaturus priuilegiu suum, vel appellaturus, si eum grauauerit, nisi quando constat eum non esse suum iudicem. B.

De hoc no. 3. q 6. nemini. & ne ext. de app el. ex parte tua. q̃ gl. ibi posita fuit, & Io. & Vin. & Tan.

3 Nã tũc ab ea põt recedi, qđ dic, vt leg. & no. 2. q. 6. quoties eps. Arch.

c Vel præiudicari.] i. præiudicium fieri.

d Sponte.] Hinc assignant quidam aliquẽ posse iuri suo renunciare. 7. q. 1. q̃ periculosum. & C. de epis. & cle. si q s in conscribendo, Certe contrariũ innuit ex illo uerbo, minime, nec hoc refertur nisi ad illud uerbum conuocari.

e Diu.] Dicitur dic quod est usque ad quatuor menses, sic 63. d. dilectis. sic hæc dictio, mox, ampliatur 30. q. 2. c. 1.

f Vel quinque uel sex.] Arg. inducias esse arbitrarias. extra de app. cum sit Romana ff. de iud. nonnũquam. Sed arg. contra in Auth. de nup. §. sed hoc quidem. 28. dist. de his. in fi. & inf ea. q. 3 c. 14.

Induciæ sũ arbitrariæ.

g Ante conuocatus. Quam possibilitas ei sit.

h Si ita iuste.] i. si iustum crimen ei obiicitur.

4 Dic vt no. in ꝓdi. ca. cũ sit ext. de offi dele. querenti. ext. de ꝑcu. cap. dilectus. Arch.

QVOD SI MALE. Hæc est secunda pars quæstio in qua probatur, quod dilapidator remouebitur ex sola suspicione. Sed hoc hodie correctum est per decre. ext. de simon. licet Hely. & de off. deleg. uenerabili, quia primo probari debet, & ea probata datur illi coadiutor usque ad finẽ litis. Io. de Fan.

CASVS. Supra dictum est generaliter expulsos esse restituendos, nec aliter cogi possunt respondere. Modo

 excipi

excipit Gratia. casum, in quo non videtur restituendus, ante causæ cognitionem, puta si suspectus est de dilapidatioe exemplo tutorum & curatorum, & hoc probatur seq. cap.

Qui autem criminaliter conuictus est, remouetur ab ordine, si vero ciuiliter tantum, ab administratione. extra de simo. per tuas. in fin. & regulares prælati ex modicis causis remouentur ab administratione, vt in eadem decr. per tuas, in fi. Item si ideo quis remouetur, quia dolose admini-

Vnde Pelagius Papa Petro presbytero.

¶ Ab administratione remoueantur, qui res ecclesiæ male viuendo dispergunt. C. IX.

QVia ea a, quæ de fraudibus Maximiliani α flebili ad aures nostras supplicum relatione venerunt, non facile secundum veritatem agnosci poterunt, nisi facultas ecclesię, quam in vsus suos male conuertendo dispersit, ab eius potestate, donec causa b cognoscatur, seponatur, idcirco nos eũ & a supradictæ ecclesiæ patrimonio volumus interim submoueri, & in vestro, discussionis ipsius tempore, moderamine detineri.

α Maximiliani. *In vulgatis sequebatur,* presbyteri, *quæ uox inducta est. quia in nullo vetusto codice Gratiani ex ijs, qui collati sunt, habetur. Gratianus autem caput hoc de episcopo, non de presbytero.*

QVAESTIO III.

QVod uero c post vocationem venienti ad iudicium, inducię negandæ non sint, Fœlix Papa secundus in epistola ad fratres Aegypti, c. 8. testatur dicens.

¶ Venienti ad iudicium, induciæ non negentur, C. I.

CVm accusatus ad iudicium venerit, si voluerit, & necesse fuerit ę, induciæ ei petenti a patribus constitutæ absque impedimento concedantur, & iudices a se electi d sibi rribuantur. Iuo p.6. c.335. Pan.l 4. c.98. Ansl.1.3.c.55.

ę Et necesse fuerit. *Hæc aditta sunt ex epistola ipsa, Iuone, & Pannormia, habenturque infra ca. e. inducia 2.*

QVia.] CASVS. Clerici quidam accusabant Maximilianum de dilapidatione, quare Pelagius commisit causam Petro presbytero, cui præcipit, vt eũ ab administratione rerum ecclesiæ remoueat, donec de causa cognoscatur: quia si remaneret in administratione, non posset de facili veritas cognosci, cum multa p pecuniam fiant.

a Quia ea.] Ideo forte remouetur suspectus ab administratiune, quia forte timor est ne corrũpat iudices: & ideo nec creditores ei soluentes liberantur, ff. de sol. ꝙ si forte.

b Donec causa.] In crimine dilapidationis speciale est, ꝙ sequestrat̃ possessio a possessore antequã sit conuictus, contra id 16. qō. 4. volumus. nam & post appellationẽ sequestratur ab eo possessio. ff. de appel. Imperatores. & 2. q. 6. quoties r quãcito ergo aliquis accusatur, statim ab eo remouenda est administratio. vt hic, & C. de suspec. tut. l. eum. & sine accusatore potest remoueri, si iudici liqueat ex apertissimis argumentis eum suspectum. ff. de suspe. tuto. l. 3. §. præterea. Suspectum autem dicimus illum, qui moribus talis est, vt suspectus dici debeat, vt ff. de suspec. tut. suspectum. Nec audiretur talis licet vellet satisdare, quod bene administraret, vt insti. de suspect. tut §. nouissime. Hodie tamen videtur, quod non est remouendus ab administratione, nisi probetur suspicio, vt extra de simo licet. Hely. & de offic. deleg. venerabili. dic vt ibi

r Immo p̃cedere dẽt suspicio, đ qua prius summarie constare dẽt, vt Pan. in c. veritatis de do. & cōtum.

Suspectus quis est.

Suspect⁹ an possit ab oĩbus accusati

Item ad accusationem quilibet admittitur, vt in auth. de non alie. aut permu. in fin. C. de suspe. tuto. l. eum. & l. pietatis. & absens potest condemnari, vt C. de pę ne diu nec enim aliquo debet gaudere priuilegio, qui suos contubernales afflixit vt C. vbi de ratioci agi. opor. 2. tamen probabilius videtur, quod soli illi admittantur quorum interest, vt 16. q. 7. filiis. & sup. 2. q. 7. quapropter vel saltẽ soli clerici, vt 12. q. 2. non liceat. nam in popularib. actionib. non admittuntur infames, vt ff. de pop. ac popularis.

Item nec ad accusationem talium iudex statim remouebit accusatum ab administratione, sed summatim cognoscet, an calumniose accusetur, an non ar. ff. de præto. stip. l. 1. §. vlt. & si qui sciuerint suspectum, & passi sunt eũ per aliquod tempus esse in administratione, non videtur ꝙ tales possint dicere eum suspectum, vt ff. de priui. cred. si creditores. & arg. ext. de his quæ fi a maio. parte c. ex ore. & arg. ext. de acc. nulli. Credo verum si scientes & negligentes, sed scientes & quærentes probationes, bene audirentur postea, 2. q. 7. plerum.

Clericus de crimine cōuictus qualiter punitur.

ministrauit, infamis est factus, sed si propter negligentiam remoueretur, non sit infamis 2. vt C. de suspe. tuto. l. vlt. Hoc autem scias, quod quandoque administrat quis temporalia, quandoque spiritualia, & secundum hoc remouetur ab illorum, & illorum administratione 12. q. 2. Vulteranæ, vnde licet quis sit remotus ab administratione temporalium propter suspicionem, adhuc tamen remanet prælatus quoad obediendum sibi, vt 8. q. 4. nonne & 15. q ult c. vlt.

2 Dicas, judex ex... mit in ... ꝙ p p fra... dem eum... mouet, i... mis est, ... si p p se... tiem, no... de susp. ... 3. §. q ob... mi segn... Insti. e. t... §. suspec... Arch.

QVod uero.] Hæc q. diuiditur in tres partes, in quarum prima probat per tres auctoritates, ꝙ induciæ sunt dandæ post vocationem ad synodum. Secunda ibi, [Spatium uero.] Tertia ibi, [Offeratur.] Io. de Fan.

CASVS. Hic ponitur tertia quæstio, in qua quæritur, an post uocationem facta restitutio sint induciæ concedendæ. Et respondetur, quod sic, & hoc probatur per ca. seq. & agitur de præparatorijs inducijs tam in criminali causa, ut sequentibus cap. quam in ciuili, ut in l. seq. in §. spatium.

c Quod uero.] Hæc quæstio loquitur de inducijs præparatorijs.

CVm accusatus.] CASVS. Quæsitum fuit a Fęlice Papa, an accusato sint pręparatoriæ inducię denegandę cum ad synodum uenerit? Et respondetur ꝙ non si ipse eas postulauerit. & iudices quos elegerit tribuantur sibi.

d A se electi.] Supra causa proxi. q. 6. a iudicibus, contra

sed

sed illud forte obtinet in crimine 1. alias contra ff. de iud. obseruandum. Quid iuris sit de hoc, quære. 11.q.1.c 3.& 4.

DE induciis.] CASVS. Duo episcopi Aegyptiorum quę fierunt a Fœlice Papa qualiter induciæ præparatoriæ

Item ex eadem epistola ad fratres Aegypti, c. 20.

¶ Quot mensium induciæ episcopis præstandæ sint. C. II.

Ans.l.3.c.218. & 119. Poly.l.5.ti.3. Bur.l.1.c.180. Iuo d.5.c.296. † antea legebatur) *imperitorũ.* † *aut sex*) or.

DE induciis † uero episcoporum a, super quibus consuluistis, diuersas a patribus regulas inuenimus institutas Quidam enim ad repellenda impetitorum † machinamenta, & suas præparandas responsiones b, & testes confirmandos c, & consilia episcoporum, atque amicorum d quęrenda annum, & † sex mandauerunt menses e concedi. Quidam autem annum, in quo plurimi f concordant. Minus uero quam sex g menses, non reperi, quia & laicis hæc indulta sunt, quanto magis Dominis sacerdotibus, *& infra.* ¶ Induciæ namque non sub angusto tempore, sed sub longo spatio concedendæ sunt, vt accusati se præparare, & uniuersos communicatores h in prouinciis positos conuenire, & testes præparare, atque contra insidiatores se pleniter armare ualeant.

Pan.l.3.c.102.

Item Eleutherius Papa in epistola ad Galliæ prouincias.

¶ De induciis præstandis. C. III.

Bur. l.16.c.30. Iuo p.6.c.315. Pann l.4.c.103. Ans.l.3.c.56.

j INduciæ l non modicæ ad inquirendum dandę sunt, ne ne aliquid præpropere agi a quacunque parte uideatur quia per subreptionem k multa proueniunt.

[*Item Damasus Papa, episto. 3. ad Stephanum archiepiscopum.*

¶ De eodem. PALEA. C, IIII.

Ans.l.2.c.76. Ioo p.3.c.287. Pann.l.4.c.101.

ij INduciæ accusatis in criminalibus causis † sex mensium, uel eo amplius, si necesse fuerit, concedendæ sũt.

Lege prima, §. quod hac rõne

2 *Spatium uero dilationum, sicut in tertio libro Codicis,* t *titulo 11. de dilationibus inuenitur* l, *hac ratione moderandum est, ut si ex ea* m *prouincia, ubi lis agitur, uel persona* n, *uel instrumenta poscentur, non amplius quam*

Hec est ue... [marg.] † al. induciis † al. epõs.

tra de proba. licet. & extra de simo per tuas: & c. licet Hely in fi.

d Atque amicorum.] Non facile tamen inuenitur, ꝙ ob hoc sit danda dilatio, arg. ad id ff. de vsu. sciendum. sic in aduocato. ff. ex quibus cau. maio. ait prætor in fine & l. ab hostib. in fin. extra vt lit. non contest. c. 1. alias prætextu absẽtiæ auocati non potest quis petere inducias, extr. de do. & contu. prout.

e Annũ & sex mã dauerũt mẽses.] Cõr. in aut. ut cler. apud proprios episc. §. si tamen. collatio 6.

f Quidam autem annum in quo plurimi] Ergo illud ẽ potius remedum, vt 16. dist. Isidorus. 19. dist. in canonicis. Sed obiicitur. reo dãtur trinæ induciæ. ff. de fer. l. vl. ergo cã prorogatur ultra triennium; quod esse nõ debet. vt C. de iu. properandum Sol: hic primo dabit annum, sed postea minus dabitur. vel hodie sunt arbitrariæ, su. e. q. 2. si episcopus.

g Sex.] In auth. de oanc epi. §. 3. col. 9.

h Cõmunicatores.] id est, episcopos 2.

Nducię.) CASVS. Dicit in hoc c. ꝙ magnæ induciæ dandæ sunt ne inordinate aliquid fiat: quia multa fiunt per obreptionem.

i Inducię.] Ergo tam actori quam reo dandæ sunt induciæ 5. quæst. 8. si autem ff. de fer. l. vlt nisi in casu ut infra ea. §. iudicantes.

k Per subreptionem.] Sic 98. d. transmarinos

Induciæ nõ dantur ob aduocati absentiam.

2 Scilicet cõprouinciales qa oẽs cõiter cãæ interesse dẽt inf. eo. q. 6. si quis epõrum.

riæ, & quales essent episcopis concedendę, & respondet quòd quidam concedunt annum & dimidium, quidam tamen annum, alii uero sex menses, & si hæ conceduntur laicis, multo fortius sunt sacerdotibus concedendæ. Non enim sub angusto tempore sunt eis inducię cõcedẽdę, sed sub longo, ut possit se præparare ad suos testes producendos, & ad quærenda amicorum consilia, vt resistere insidiatoribus ualeant.

a Episcoporum.] Eadem sunt presbyterorum, & diaconorum & subdiaconorum, 15.q.7. si autem.

b Responsiones.] i. exceptiones, quas probare tenentur, ff. de probatio. in exceptionibus.

c Confirmandos.] Idest, comprobando eos honestos quod forte post publicationem potest facere, non quòd eos debeat instruere quid dicant quia hoc esset subornare, uel potest confirmare illorum testimonium, qui sunt probati criminosi, adducendo alias præsumptiones pro dictis illorum, quia & si debilitentur dicta talium non tamen ex toto euacuant, ut ex-

INducię.) SPATIVM. Hæc est secunda pars q. Ioa. de Fa. & hic tractat de induciis præparatoriis in causa ciuili, & etiam in criminali, quæ pares uidentur. B.

CASVS. Hic tractat de induciis præparatoriis, in causa ciuili, & etiam in criminali, quæ pares uidentur secundũ leges.

l Inuenitur.] In l.1.

HAC RATIONE. CASVS. Quæsitum fuit ab imperatore sub quanto spatio induciæ præparatoriæ deberent dari. Et respondet dicens, quòd si instrumenta, uel testes petuntur in ea prouincia ubi lis est, dantur tres menses si ex conuicinis prouinciis, sex menses, si ex transmarina, dantur nouem menses. nec has inducias putant iudices semper pro suo arbitrio tribuendas, sed tunc demum cũ necessitas exegerit, nec facile amplius quam semel, ne causa protrahendæ litis dilatio tribuatur.

m Dt si ex ea.] Hoc non est principium legis: quia lex incipit, quoniam plerumque.

n Persona] Id est. testis uel aduocatus.

a Ex

a Ex continentibus.]Id est,quæ modico freto distant, vt ff.de uerb.signi.notionem. §. 1.
b Exegerit.]Vsque in finem lit.s.
c Amplius.] In causis pecuniariis non datur amplius dilatio quam semel:nisi in opinatum quid emergat: sed In criminalibus dantur actori duæ 1. reo tres,vt ff de fer l.ult. sed in crimine adulterii nulla datur dilatio,ff. de adult. in crimine, licet sit arg. cōtra 33. q.2. siue de cōiugi. fœ lere.
d De accuſatorib.] Secundum leges de crimine nunquam proceditur contra abſentem lite nõ cont. ff. de pœ. abſentem. niſi in caſu cõtra appacitores, vt C. de pęne diu. pro contumacia aũt adnotantur bona ei9, & expectatur per annũ: & ſi intra annũ non venerit, poſtea bona deuoluũtur ad fiſcum nec ſuper bonis auditur, ſed bene auditur ſuper crĩe, vt C. de requi. reis. l. 2. Si autem intra annum veniat, bona recuperat ſi velit iudicio ſtare. Si aũt lis eſt conteſt. & liquet de cauſa ĩ maiorib. criminib. nunquã procedit contra abſentem: imo auditur quandocunque venerit, vt ff. de requir. reis, annus 2. ſed in minoribus quæ pœnam relegationis vel damnum exiſtimationis continent, bene proceditur contra abſentem. ff. de pę. abſentem. fallit C. de adul. quamuis, in. c. decernimus, ſcd̃ũ canones diſtinguit H. an liquet de cauſa, an non. Si liquet de crimine, põt condemnari abſens. 3. 4. q. 5. c 1. & 3 24. q. 3. de illicita. Si non liquet, eſt excommunicandus, vt 11 quæ 4. rurſus. & c. quicunque. in hoc tñ peccat H. quia non diſtinguit an lis ſi conte. vel non: nam ſecundum eum non refert an lis ſit cont. vel non. Ego tamen dico, quod cum lis eſt conteſta. & liquet de cauſa, locum habet illud, c. decernimus. Sed ſi lis non eſt conte. vel eſt conteſ. ſed non liquet de cauſa, locus eſt illus, c. rurſus. & ca. quicunque. nam ante lit co. nunquam ſunt recipiendi teſtes in crimine. ext. lit non conteſt. ad hoc Deus. niſi aliquid ſpeciale dicamus de dilapidatione, vbi publica commoda periclitantur, vt ſu. e. q. 2. qui ea. & C. de pæ. ne diu

Abſens in crĩali pot in bonis puniri

2 Sed ibi de li. cõt. nihil d̃:ĩed ita intelligitur per doct. Barto.

Abſens an poſſit condemnari.

3 Adde ad hanc qõnẽ. no. ĩ l. ſeruũ §. publice. ff d̃ proc. & in l. 2. C. de re. re.

Teſtes li. nõ conteſ. poſſunt quãque recipi.

tamen Papianus qui hanc legem edidit, intellexit, quod ſi tu me conueniſ actione mandati, ego te poſſum reconuenire contraria mandati: alias non, C. de ſent. & inte. loc. cum Papinianus. ſed Iuſtinianus auxit intellectum eius per aut. ad omnes cauſes. C eo. tit. auth. & conſequenter.

a Eligantur.] Ideſt, conueniantur.

b Iudicetur.) Seu propter contumaciam excommunicatur. inf. ea. q. 9. abſens, & c decernimus.

SVggero.) CASVS. Dicitur quod epiſcopus accuſatus non poteſt congregare omnes epiſcopos de prouincia: ne ĩ crimine, ideſt, ſuſpicione remaneat, cauſa eius à duodecĩ epiſcopis audiatur.

c Incurrerit.] Sed ſi non ſint tot epiſcopi in prouincia: aduocabit vicinos, vt 65. d. ſi forte. & 6. q. 4. c 1. 2 Alioquin metropolitanus, vel epiſcopus non poſſet audire cauſam criminalem clerici: cum non ſint tot epiſcopi in prouincia. 15. q. 7. Fœlix.

t Et sic dēt intelligi ex. de do.& cō. veritatis.sm̄ L vbi plene de hoc. Arc.

Nullo enim priuilegio gaudere debet, qui male administrando suos conturbenales affligit, vt C. de ratioci. le.2. *. Idem est in causa inquisitionis: quia testes recipiuntur lit. non contesta. vt extra vt lit. non contest. quoniam frequēter. Item vbi quis infamatus deficit in purgatione. punit lit. non con. vt ext. de purg cum Petrus. ext. a de sim. de hoc. Item in hæresi post mortem, vt 24. qu. 2. sane profertur. Sed in cā ciuili non proceditur lit non contest. nisi in casib. qui sunt extra vt lit. non contest. quoniā frequenter. Item in causa appellationis, vt C de app. sæpe & 2. q. 6. ei qui. Item in absentia actoris, vt extra de do.& contu. causam, quæ est hodie correcta per dec. qñ frequenter. sicut credo. C. qño & qñ iudex. authen. qui semel. Item vbi agitur iudicis officio. C. simi. se ab hæ absti in auth. ibi posita. ff. de min. in causę § causa. Itē in causa surreptionis ext. de sente. & re. iu. cū olim. Itē sm̄ quosdam in causa libertatis. C. de inge. ma. diffamari. Itē in petitione legati, vel fideicōmissi. Ar. C. de vsu.& fru. lega. vel fideicom. le. 2. Itē in Trebellianica restitutione. C ad Trebel. l. pen §. cum autem. Item cum electus non comparet extra de elect. dudum. 1. in fine. Alias nunquam ferenda est sententia ante lit. contestat. sed proceditur contra absentem, prout traditur extra vt li. non contest. quoniam in fi. Quod dicitur de officio iudicis, hodie certum est. ex. de off iud. c vlt. te. ff. loc. item quæritur. §. exercitu. Argu. contra extra. vt lit. non cont. qm̄ §. si vero 2. nam ibi dr̄, ꝙ ēt in causa matrimonij non est procedendū contra absentē, licet nō inueniatur. q. a pōt esse ꝙ habeat iustam causam absentiæ. nec etiam videtur contumax qui vocē præconis non audiuit

¶ Nisi reo præsente accusator non audiatur.

C. I.

Accusatori omnino non credi decernimus, qui absente aduersario causam suggerit, ante vtriusque partis iustam discussionem. — Ansl. 3. c. 12. & 97. Inrescripto Iulij, c. 24. In conc. Cart. 4. c. 30. In c. Had c. 53 In ca. l. 7. c. 219. Burc. l. 16. c. 14.

Item Eleutherius Papa in epist. ad episcopos Galliæ.

¶ Absente aduersario sententiam ferre non licet.

C. II.

Caueant b iudices ecclesiæ, ne absente eo, cuius causa vētilatur, sententiam proferant; quia irrita erit † imò etiā & causam c in synodo pro facto dabunt d. Proditoris vero nec calumnia, nec vox audiatur. — Ansl. 3. c. 27. Iuo p. 5. c. 319.

† Conc. re. in l. ea qu. &ibi gl. cum con. C. qñ & qñ iud.

Item Calixtus Papa, epist. 2. ad episcopos Galliæ.

¶ Reo absente accusator non audiatur. C. III.

Absente eo, quem accusare voluerit quispiam †, accusatori non credatur, quia sine scripto difficile e, perscriptum autem nūquam recipiatur: quia per scripturam nullus accusare, vel accusari potest; sed propria uoce, & præsente eo quem accusare voluerit, suam quisque agat accusationem. — sup. 2. q. 7. c. 1. Ansl. 3. c. 55. Burc. l 1. c. 172. Iuo p. 5 c. 289.

† al. quicunque accusator

Item Cornelius Papa ad Rufum, epist. 2. c. 2.

¶ Quæ in absentes geruntur, omnia euacuentur.

C. IIII.

Omnia, quæ aduersus absentes f in omni negotio aut loco aguntur g, aut iudicantur, omnino euacuen- — Ansl. 3. c. 62.

a Accusatori.] ¶ Qui absente.] Quia merita causarum & C. si per vim vel alio modo. l. vlt. nec ēt in causa restitutionis auditur quis volens de iure suo docere in absētia alterius partis, vt extra. de off. delegati. consulationibus.

ADDITIO. Ext de integ. rest. cum ex litteris. Arch.

Caueant.] CASVS. Quæsitum fuit ab Eleutherio, an iudices possint sententiare contra absentem non ex contumacia. Et respondet ꝙ non: & si tulerit, irrita erit sētentia ipso iure: vel per sententiam irritabitur: & iudices pœnam sustinebunt: & eius qui semel calumniatus est accusatio non audietur.

b ¶ Caueant.) Arg. est hic pro opinione illorum, qui dicunt, quod sententia nulla est cum peremptoriū nō venit ad notitiam absentis C. qño & qñ iud. l. ea quæ. & ff. quæ sen. sine app. resc. l. 1. §. cum ex edicto. sed ibi non peruenit: quia nec propositum fuit. vnde sm̄ plerosque bene tenet sententia. licet peremptotium non venerit ad notitiam rei sed hic expones irrita. i. irritanda. Vnde satis videtur sufficere si absens sufficienter sit requisitus, ad hoc vt possit ferri sententia, licet non sit inuentus, vt extra de do & cont causam, extra de cler. non resid. ex tuæ. arg. ad hoc 7. q. 1. præsentium. C. de iud. properandum §. & si quide. ff. de eui si ideo. & l si dictū. §. præsentiā. — Snīa lata cōtra eum ad quē citatio nō peruenit an valeat.

diuit. ff. de in inte. rest. l pen. & vlt. Hoc tñ certum est, ꝙ si ue peruenerit ad eum citatio, siue non: si probauerit iustam causam absentiæ, retractatur id quod factum est, vt extra de sent. & re iud. cum Bertholdus. Ioan. Hoc teneas ꝙ sufficit si citetur aduersarius publicè ad domum vbi consueuit morari, vt extra de do. & contum causam. & c. vlt. & si non veniat li. non cont. fiat missio in possessionem. vel excommunicabitur, vt extra vt lite non contest. uæ. lite vero contestata. 3. ad sententiam proceditur, vt C. de iud. properandum. §. & si quidem. & §. sin autem & si postea veniat assignando iustam causam absentiæ, retractabitur quod factum est, vt ext. de sent. & re iu. cum Bertholdus. B.

c Causam.] Idest, pœnam.

d Dabunt.] Idest, pœnam.

Absente.] CASVS. Quæsitum fuit ab Eleutherio, an absens possit accusari: & an absens possit per epistolam accusari. Et respondet ꝙ nō: sed reo præsente & voce propria, & in scripturis: nisi in casibus exceptis.

e Difficile.] i. non, vt 2. q 6. biduum. vel difficile i. vix: q a in casibus fit accusatio sine inscriptionis vinculo, vt no. 2. q 8. in prin.

Omnia.] CASVS. Quæsitum fuit vtrum testes recepti contra absentem, vel sententia lata contra absentem valeant? Et respondet quod non: quia nulla lex damnat absentem.

f Absentes.) Non per contumaciam, & in casibus exceptis in sum. Io.

g ¶ Aguntur.) Nota etiam quòd gesta, quę fiunt absente altero, non valent, vt inf. ead. chartæ. & sup. ead. caueant.

a ¶ Addi-

Vbi de hoc ext. de exc præla. ex li & videas q ibi no. Inn ad huius d clarationem

3 Hoc inte lige vt no ext. de dol put. & de a sæpe & c. p tuas. & no Go. in sum de iud. §. i & post 5. q sed si. Arc

tur, quoniam absentem nullus, addicit a nec vlla lex damnat.

Item Marcellus Papa ad Maxentium, epist. 2.

¶ Non iudicetur, qui præsentialiter non accusatur, vel conuincitur. C. V.

NOn oportet quenquam iudicari, vel damnari, priusquam legitimos habeat præsentes accusatores, locumque b defendendi accipiat ad abluenda crimina.

Item Damasus ad Stephanum archiepiscopum, epist. 3. cap. 8.

Ans. l. 2. c. 39. Iuo p. 6. c. 347

¶ De eodem. C. VI.

HAbetur quoque in decretis sanctorum patrum sancitũ, non fore canonicum quenquam sacerdotum iudicare, vel damnare, antequam accusatores canonice examinatos c præsentes habeat, locumque defendendi accipiat, id est inducias d ecclesiasticas ad abluenda crimina.

(*Idem Damasus ibidem continenter*).

Ans. & Iuo ibi. †*al. prima.*

PALEA. C. VII.

NEc extra propriam α fiat prouinciam primo † discussionis accusatio, sine Apostolica præceptione, cui in omnibus causis debet reuerentia custodiri: quoniam & antiqua docet hoc patrũ regula, in qua & Imperialia pariter statuta concinunt. Criminum, inquiunt, discussio ibi agenda est, vbi crimen admissum est. Nam alibi criminum reus prohibetur audiri. Et alibi in canonibus præcipitur. § Quęcumque negocia in suis locis, vbi orta sunt, finienda sunt. § & reliqua talia, & his similia: salua tamen in omnibus Apostolica Auctoritate, vt nihil in his definiatur, priusquam ei placere cognoscatur, qua omnes suffultos oportet.

Cod. vbi de cri. agi opor. l. 1. & in cod. Theo. l. 9. tit. 1. in expositione legis x.

α Propriam. *Sic est emendatum ex epistola ipsa, Anselmo, & Iuone. Antea legebatur.* Nec extra patriam fiat prouincia. *Addita autem & nonnulla sunt ex epistola.*

Item ad episcopos Italiæ, epist 6.

Ans. l. 3. c. 51. Iuo p. 6. c. 348.

¶ De eodem. C. VIII.

QVi accusare alium elegerit, præsens per se, & non per alium accuset, inscriptione videlicet pręmissa e. Neq; vllus vnquam iudicetur, antequam legitimos accusatores præsentes habeat, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina.

Et in Vuormaciensi, c 42.

Item ex concilio Toletano 6. cap. 11.

Burc. l. 16. c 5. † *al. quisquis* † *al. dedicetur.* α*l. deputetur.*

¶ De eodem. C. IX.

DIgnum est, vt innocentis f vita nulla maculetur pernicie accusatorum, ideo si quis † a quolibet criminatur, non ante accusatus supplicio detur † quam accusator pręsentetur, atque legum, & canonum sententia exquiratur. Quod si indigna ad accusandum persona inuenitur, ad eius accusationem non iudicetur, nisi β vbi pro capite regiæ maiestatis causa versatur.

β Nisi. *Hæc sunt addita generali.*

Item Bonifacius Papa ad Gallos, epist. 2.

Ans. l. 3 c. 38. Burc. l. 1. c. 161. Iuo p. 5. ca. 171. & par. 6. c. 338.

¶ Sententia feriatur, qui causæ suæ negligit adesse. C. X.

DEcerni-

a Addicit.] Id est, punit.

NOn oportet.] CASVS. Dicitur, hic, ꝙ nullus debet damnari, nisi legitimi appareant accusatores, & præsentes: & tunc locus defendendi accusato præbeatur, id est, induciæ dētur ad delenda crimina. Idem dicitur in seq. cap.

b Locumque.] Id est inducias, vt inf. c. prox.

c HAbetur.] Examinatos.] Hoc cum sint ignoti, vel suspecti, vt 2. q. 7. quęrendum.

d Inducias.] Arg. sententiam non valere, nisi præcesserint legitimæ induciæ. extr. de dil. dilecti. & 5. q. 2. vocatio.

QVi accusare.] CASVS. Dicit hic ꝙ qui vult alium accusare, debet præsens hoc facere, & nō per procuratorem, vt reo reseruetur copia defendendi.

e Præmissa.] In scriptio enim semp̱ præcedit accusationem 1. vt ext. de acc. qualiter 1.

1 De hoc no 2. q. 8. ĩ sum.

DIgnum. CASVS. Dicitur hic, quod non debet aliquis accusari nisi præsens fuerit accusator: quia examinari debet, si est idoneus ad accusandum.

f Innocentis.) Sanctius est enim nocentem impunitum relinquere, quam innocentem condemnare, vt ff. de pœ. absentem.

DEcernimus. CASVS. Maximus Valentinæ ciuitatis episcopꝰ fuit de multis criminibus accusatus. post litem contest. multoties citatus non venit, ita quod causa nō poterat terminari. præcipit ergo Papa episcopis Galliæ, vt ante Kalendas Nouēbris synodo congregata illum citent: & si venire noluerit, ferāt sententiam in illum tãq̃ in contumacem: nec curent si omnia deli-

cta non comprobentur, cum per suam contumaciam videatur de omnibus confiteri. Quidam tamen dicunt, quod iste fuerat infamatus, & procedebatur contra eum in modum inquisitionis. Sequens c. planum est.

a Decernimus.] Quidam ponunt casum sic, quod eps iste fuit infamatus: & Papa committit istis, vt in modū inquisitionis procedant, & si nō venerit, vt se purget, vel si defecerit in purgatione, videtur confiteri de crimine. vnde potest condemnari, vt extr. de fi. de hoc & c. insinuatum vel intelliges quod hic fuit lis conte. sicut in summa itellexi hoc Vel non loquitur de diffinitiua sententia, sed de iterlocutoria, vel excommunicatione 1. vel missione in possessionē. Vr tñ, quod etiam lit. non conte. ferri possit diffinitiua snia, sed non de crimine, sed depositionis pro contumacia, vt videtur colligi extra de do. & cont. veritatis. Io.

1 Pro isto intellectu facit quod no. s. p. q. proxi. c. 1. in gl. sed pro cōtumacia: sed hunc intellectum nullum puto. Arch.

b Voluerit.] Maximus Valentinę ciuitatis episcopus.

c. Sniæ.] Ferendæ cont ff. de pœ. absen tem. illud sm leges.

d. Manifestum est.] presumptiue, vt ff. de re iudi. contumacia. §. 3. sic 34. q. 3. de illicita si s. Sed videtur, quod semper liqueat de causa, quia aut pbat auctor, quod asserebat, & tunc condemnandus est reus, aut non probat, & tunc est absoluendus reus vt 6. q. vlt. auctor. Respond. illud obtinet cum vterque est præsens, & præterea, quod reus absoluitur, non proced. tex eo, quod de causa liqueat, sed q a partium iura sūt obscura, & in dubio fertur sententia pro reo, vt instit. de interd. §. commodum, ext. de fid. instr. inter. in fi. nam quandoq; actor probat intentionem suam, & tamen iudici non liquet de causa. ff. de re iud. l Pomponius.

Snīa in dubio fertur pro reo.

e Purgandi.] Id est, ostendendi innocentiam suam, vel causam absentiæ.

f Non omnia.] Dummodo illa, quæ probat a sunt, sufficiant ad condemnationem, & omnia simul obiiciantur, vt 23. dist. illud. Arg infra. 4. 10. placuit.

R Euera.] CASVS. Quoniam conquestus fuit de quodam, presbytero absente forte ex iusta causa coram Galione archiepiscopo, qui testibus receptis sententiam contra eum absentē tulit. & quia sententię parere nolebat, dictus archieps excōmunicauit eum, quare sacerdos ille appellauit ad sed. Apo. sed impediebatur appellationem prosequi, vnde Papa ipsum archiepm reprehendit, & præcipit ei, quod si post excommunicationem suam appellationem voluerit prosequi nullus eius iter impediat.

g Monemus.] i. mandamus. 2. q. 1. notum sit. 28. q. 1. sic enim. & no. sup. 2 q. 7. sicut inquit.

h Post excōicationem.] No. quod excommunicatus appellat. arg. ext. de sent. exc. per tuas.

i Absens.] Nisi fuerit.] Hæc verba ponuntur in auth. vt omnes obe. iu. §. si vero coll. 5.

k Contumacia.] sic ex. de testi. in nomine domini.

Ndicas.] CASVS. Hermānus eps fuit famosus, quod contra bat Apostolico, q. postea homicidium vel aliud scelus commisit, de quo cum sæpe coram Gallione archiepo accusatus fuisset, appellauit ad Papam. Archieps autem indignatus rogauit Papam, vt de crimine cognosceret, & ipsum condemnaret. Nicolaus uero dicit, quod non potest facere trib. rationibus. s. quia Hermānus erat absens,

---

mus † a vestram † debere intra prouinciam esse iudicium, & congregari synodum ante diem Kalendarum Nouembriū, vt si adesse voluerit b, præsens, si confidit, ad obiecta respondeat, si vero adesse neglexerit, dilationem sententię c de absentia non lucretur. Nam manifestum est d, confiteri eum de crimine, qui indulto, & toties delegato iudicio purgandi e se occasione non vtitur. Nihil enim interest, vtrum in præsenti examine non omnia α f, quæ dicta sunt, comprobentur, cum ipsa quoque pro † confessione procurata toties constet absentia.

† al. *Decreuimus.*
† al. *uestrum.*
† Antea legebatur, *professio ex procurata.*

α Non omnia. *In originali, & apud cæteros collectores, & in uno peruetusto Gratiani codice est,* omnia, *quia idem sensus elicitur, & adest, glossa, non est mutatum.*

Item Fœlix Papa ad episcopos Galliæ, epist. 2.

¶ Absentes nec accusari, nec iudicari possunt. C. XI.

& in c. Hadriani c. 4. Poly. l. 5. tit. 1. Ans. l. 3. c. 7. Iuo p. 5. c. 248. & p. 6. c. 331. Pan. l. 4. ca. 54.

ABsente aduersario non audiatur accusator, nec sententia, absente alia parte, a iudice dicta vllam obtineat firmitatem †.

† Conc. tex. in l. absentē ff. de pę. & l. seruum. §. publicę. ff. de procur.

Item Nicolaus Papa Gallioni archiepiscopo Senensi. †

† al. *Senonēsi.*

¶ Altera parte absente, diffinitiua non feratur sententia. C. XII.

Snīa hr inepisto. Nic. ad episcopos, qui in Conuiciniū cōueneiāt nuper impressa.

REuera iustus mediator non est, qui vno litigante, & altero absente, amborum emergentes lites decidere non formidat. His ite præmissis, volumus & Apostolicæ auctoritate monemus g, vt si presbyter, de quo agitur, post excommunicationem h suam, Apostolicam sedem adire voluerit, nullus iter eius impedire præsumat.

Item Zepherinus Papa ad episcopos Siciliæ, epist. 1.

¶ In absentem non est ferenda sententia. C. XIII.

q. 8. c. 3. Burc. l. 16. c 13. Ans. l. 3 c. 62. Iuo p. 5. c. 243.

ABsens vero nemo iudicetur, quia & diuinæ & humanæ hoc prohibent leges.

Nisi fuerit i *absens ex contumacia. Pro præsenti namq. eum contumacia* k *haberi facit.*

Item Nicolaus Papa Gallioni Senensi † *archiepiscopo.*

† *al. Senonensi.*

¶ De eodem C. XIIII.

INdicas Her-

sens,& quia non dixerat ei qui fuerunt illi excessus super quibus accusabatur, nec utram tempore delicti fuerit sanæ mentis, uel non, & ideo donec ista probentur, potius est sibi compatiendum, quam sit sñia feriendus.

a Hermannum.] Iste in furore occiderat hominem.

b Quia.

† al, Hermannum.

mannum †[a] episcopum super quibusdam frequenter fuisse accusatum, pro quibus (quia[b] ex parte ipsius, persona de est) nos vni parti ad discrimen alterius credere proculdubio non possumus: quamuis[c] nec vsque adhuc, qui fuerint[d] illi excessus, dixeris, nec vtrum[e] sanæ mentis erat idem antistes, necne, cum ipsos excessus perpetrabat, euidenter ostẽderis[f], satiusque arbitramur, quamlibet interim infirmitatẽ ad pœnam pecccati, quam ad ipsum pertinere peccatum, cui magis consulendum[g] sit, & compatiendum, quam puniendum, vel aliquo modo feriendum.

Item Calixtus Papa ad episcopos Galliæ, epi. 2.

¶ Testes non dicant testimonium, nisi de his, quæ præsentialiter, & veraciter nouerunt. C. XV.

Bur l. 1. c. 171. Ansl. l. 3. c. 55. Iuo p. 5. c. 289. Pann. l. 4. c. 93.

TEstes per quamcunque scripturam[h] testimonium non proferant, sed præsentes[i] de his, quæ nouerunt, & uiderunt[k] veraciter testimonium dicant. Nec de aliis causis, vel negociis dicant testimonium, nisi de his, quæ sub præsentia[l] eorum acta esse noscuntur.

De his ẽt, qui audierunt[m], si ad hoc conuocati sunt, in ciuili causa testimonium dicere possunt, ut in Authenticis

b Auia.) Prima ratio est.

c Quamuis.] Secunda ratio est.

d Fuerint] Et ita non tenebatur uenire, vt 5. q. 2. si primates

e Nec utrum.] Tertia ratio est.

f Ostenderis.] Archieps bene fatebatur, ꝙ qñq; fuerat furiosus, sed tñ dixit eum non esse sanum, & in sanitate occidisse hominem, alias tenetur ille potius probare, qui dicat aliquem in furore peccasse, vt extra de succes. ab intest. cum dilectus, & C. de cod. l. non codicillos.

g Cosulendum.] Q d. satis ipso furore punitur, sic sup. d. 5. baptizari. ff. de offi. præsid. diuus, iudex tamen diligentissime inquiret, an fuerit furiosus, quia multi fingunt furorem, vt sic excusentur, ut ff. de cur. fur. obseruare. & inf. ea hortamur.

TEstes.] CASVS. Hoc c. introducitur pro alia parte quæstionis, scilicet quod non debet quis testificari contra absentem. Dicitur ergo hic per Bene. quòd Calixtus fuit interrogatus utrum in causa criminali testes absentes possent testificari per scripturam? & respondet quòd non, sed præsentes dẽnt dicere veritatem de iis quæ viderunt, & nouerunt, & non de aliis negocijs nisi de his, quæ sũt acta in eorum præsentia. Posset etiam hoc intelligi in qualibet causa, quia semper debet esse p̃sens ille, contra quẽ inducuntur testes. Vnde testes absentes non possunt per scripturam testificari, sed in præsentia partium.

h Scripturam.] Nunquid litteræ episcoporum non valeant? Non in ferendo testimonio, quia testibus, non testimonijs credendum est, vt extra de coha. cle. & mutua. De hoc notaui, inf. 11. q. 3 curæ 1. arg. ff. de cust re. diuus. alias extraiud. cium secus, est vt 11. q. 3. curę. 71. dist. extra neo

Adde q̃ not 12 q. 6. statuendam in gl. instrm &c.

i Sed præsentes.] Fallit ff. de iureiur. ad personas, extra de teni. quis estium.

i Sed præsentes.] In causa criminali semper testes erunt præsentes, sed in ciuili seruetur connsuetudo regionis, vt ff. de testi l. 3. in fi.

k Quę nouerunt & uiderunt.] Id est, aliquo sensu cor-

poreo perceperunt[2], large enim sumitur, visus, vt ibi, Gustate & videte, & legitur in Exodo, Videbant uoces, id est, audiebant, unde si auditu aliqui conscii sunt de aliquorum fornicatione, bene possunt de hoc testificari, de testibus præterea. & quòd de auditu recipiatur testimonium, patet extra de testi. cum causã, nam sufficit quali ercunque aliquid sciatur, 22 q. 5. hoc videtur. Si ergo aliquis est mutus, dum tñ audiat, & scribere sciat, bene testificatur, vt C. qui testa. fac. pos. discretis. Similiter cæcus testificatur, si uoces cõtrahentium habet notas. Nec obstat si dicas, quòd cæcus põt in uoce decipi, vt 27. q. 1. nec aliqua, nam in uisu possumus decipi, vt 31. q. 1. qũo. & in tactu, 34. q 2. in lectum.

2 Sequitur Ale. de Imo. in l. bene ad cognitione col. 6. ff. si cepet.

Mutus & surdus testificari p̃nt.

k Nouerũt) Ergo de iis, quæ pupillus uidit, non potest esse testis, quia hæc ætas ignorat quid uideat. C. de falsa mo. l. 13.

l Præsentia.] Dum tamen intelligant, nam aliter non dicũtur præsentes, vt ff. de verb. sign. si coram. Non intellige præsentem prout ponitur 16. q. 3. potest, sed intellige præsentem siue in eadem domo, siue alibi sit, dum tamen audiri possit, vt ff. ad Syl. l. 1 §. eo. tecto.

3 Sed cõt. d̃ consec. d 3. placuit de infantibus, & c seq. ubi de hoc 37. d. relatum, Ar.

DE HIS. CASVS. su in c. testes, dictum est quòd testes testificantur de iis, quæ viderunt & nouerunt. Nunc autẽ vult ostendere casus in quibus etiam de auditu ferunt testimonium, si vocati sunt ad hoc: sed certe si bene inspiciatur, in l seq. non est testimonium de auditu proprie, sed de confessione facta in oculis eorum, qui ad hoc vocantur.

m Audierunt.] Plures possunt notari casus vbi ferũt testimonium de auditu. Vnus hic Alius cũ probatur volũtas ob morientis vt 26. q. 6: qui recedunt, &c his qui. Alius in matrimonio, vt 35. q. 6 de parentela. Alius in probatione periurij. 22. q 5; c. hoc vr̃. Alius in memoria facti operis, vt ff. de proba si arbiter. Alius extra de testi. præterea: & extra eo. tit. cum causam. Sed certe non concedo, quòd alicubi sit testimonium de auditu, nisi vbi testatur quis quòd sic audiuit recitari a maioribus, vt dicitur extra de testi. quoties, & hoc tamen contingit in matrimonio, & in memoria facti operis, licet hodie circa matrimonium illud ex parte sit immutatum, extra de testibus licet 2 nisi quis velit dicere ibi ideo esse testimonium de auditu, quia melius in talibus comprehendimus per auditum quam per visum. Vnde si duo interessẽt contractui, quorum vnus esset surdus, & alter cæcus, vnus audiret verba contractus, alter videret numerare pecuniam, per illos forte non probaretur contractus, quia singulares, ext de elect. cum dilecti. Sunt tamen hic alia duo specialia, scilicet quòd ualet confessio extra ius sicut & alibi, extra de excep. præla. quàm sit graue, & in a 10 casu quando quis cofitetur se debere pecuniam causa adiecta, ut C. de non nu. pec. generaliter, in casu qui habetur de secunda cautione, quam mulier post biennium emisit, C. ad Vell. b mulier, & generaliter dicunt quidam valere confessionem factam extra ius, vbi testes intersunt rogati. Item aliud speciale est hic quòd non ualent testes nisi sint rogati, & iidem requiruntur in testis, & in

Testimoniũ de auditu sæpe admittit.

Confessio extra ius qñq; ualet.

Testes an debeant esse rogati,

codi

coll. vii. tit. de testibus, legitur. ¶ *Si debitum scriptum sit, & probatio solutionis proferatur a litigantibus per testes sine scriptura, tunc susceptibilem eam apud iudicem esse uolumus, dum ad hoc ipsum testes assumantur, ut perhibeant testimonium pro facienda solutione, aut pro memoria* [a] *alicui iam factæ solutionis, & pro confessione* [b] *eius, qui pecunias accepit. Hæc autem inania, & ex transitu perhibita testimonia (ut si propter aliud opus adueniens audiuit aliquem dicentem se accepisse ab aliquo aurum, aut debere alicui) nulla ratione ualere censemus.*

& Nouella. 90 nō iisdem omnino uerbis.

Simul autem necesse est ut uideant. Quòd si alius uno, alius alio tempore uiderit, diuersitas temporum, eorum testimonium non admittit.

Vnde Leo Papa.

¶ Non admittuntur ad testimonium quos non eodem tempore negocio interfuisse constiterit. C. XVI.

NIhilominus quoq; puniendi [c] sunt testes, qui ad calumniam aliquid testificātur, nec eorum voces tanquam plurium admittuntur, quos temporum [d] quidem diuersitas simul [e] interfuisse prohibuit.

Item Ambrosius in libro de Paradiso, c. 12.

¶ Ad seriem gestorum testis ex suo nihil adiiciat. C. XVII. Ans. l. 3. c. 58.

PVra [f], & simplex [g] testimonii series intimanda est. Plerumque testis, dum aliquid [h] ad seriem gestorum

[r] Hoc est falsum, ut C. de cod. vlt. § fin.

codicillis 1. C. de test. auth. rogati. & in matrimonio ut vř 30. q. 5. nostrates. & in diuortio. ff. de diuo. l. nullum. alias non requiritur, quòd testis sit rogatus, vt inf. prox. causa q. 3. ad fi. Io consueuit generaliter dici, & est uerum, quòd confessio extra iudicium non præiudicat nisi causa adiiciatur, vt confiteor me tibi debere centum ex causa mutui, vt C. de nō nun. pec. l. generaliter. B. & scias ꝙ omnes isti testes rogati dicantur interesse, quia rogati sint audire, licet ad aliud venerint, ut ff. de test. hæredes palā. auth tamen. generaliter, uidetur dicere quòd testes debeant esse rogati, vt C. de testa. auth rogati sed hoc verum est cum contractus est in scriptis.

SI DEBITVM. CASVS. Debebat alicui qs pecuniā ꝑ scripturam tempore procedente in præsentia testium pecuniam sibi soluit, uel cōfessus fuit sibi esse solutā, quæsitum fuit ab Imperatore an solutionem illam, uel confessionem possit probare per testes, qui interfuerunt? Et respondet ꝙ sic, si ad hoc fuerunt uocati, alioquin non. Idem est in eo casu qn̄ debitor cōfitetur se debere pecuniam creditori, scilicet vt testes ad hoc probandum non valeant, si ad hoc non fuerunt vocati.

a Pro memoria.) Tres hic ponit casus, ꝙ testes rogati possunt testificari, vel pro solutione quam voluit facere creditori debitor, vel pro solutione ei facta, uel pro confessione creditoris.

2 Super hoc uideas qđ ie. & no. su. 76 d. c. hūc numerū. Arch.

b Confessione.) Immo magis est pro debitore confessio creditoris, quam si sit ei redditum instrumentum 2. C. de solu pecuniæ.

SIMVL. Hæc est 3. pars, in qua probat, quòd testes debent se concordare, & nil falsi admiscere, & hoc probat ꝑ per tres aucto. Io. de Fa.

CASVS. Supra in c. testes dictum est, quòd testes debēt ferre testimonium de iis, quæ viderunt. Dicit hic Gratianus, quòd simul videre debent: & si diuersis temporibus viderunt, non non ualet eorum testimonium.

NIhilominus quoq;.] CASVS. Quęsitum fuit a Leone qualiter puniendi sunt testes, qui falsum testimoniū dicunt? Et respondet quod puniendi sunt sicut accusatores qui calumniantur, nec uoces eorum sunt audiendę tāquam plurium, qui diuersis temporibus aliquid vidisse testantur.

c Puniendi.] In criminali punitur testis capitali pœna. 35. q. 5. hæc imago. hoc secundum leges veteres. secūdum canones infamis est, 6 q. 1. quicunque 22. q. 5. si quis, sed secundum legem accusatur de crimine falsi. ff. ad leg. Corn. de fal. eos qui. Non ob. ff de iis qui no. infa. Lucius. extra de ord. cog. cum dilectus, quia ibi non est sententia lata contra testem.

d Quos temporum.] Simile 4. q. 3. in testibus. C. de eod. l. vlt. §. vlt. in C. de testa. si unus.

e Simul.) Quidam dicunt hoc tenere in iis, quæ non nisi semel committūtur, vt homicidium alicuius, sed si sępius aliquid potest committi, ibi non nocet temporum diuersitas, sed eis obiicitur de Susanna 2. q. 6. §. item Daniel, sed illi respondent, quòd ideo fuerūt illi testes reprobati. quia dixerunt quòd in eadem hora, & in diuersis locis commissum esset adulterium, sed non poterat committi in eadem hora, & in diuersis locis, & hoc dicunt ꝑꝑ expressam similitudinem, & non ꝑꝑ identitatem: nam reuera aliud est adulterium quod hodie fit, aliud quod cras, sed est simile illi, quod non concedo, cum singuli sint in suis dictis singulares. Si tñ aliquem actum continuum uiderent aliqui, licet diuersis horis, uidetur quòd testimonium teneret, ut si successiue in vno foramine uiderunt aliquos fornicari 3. Vel si aliqui volunt testari ꝙ aliquis excommunicatus celebrauit, & unus audiuit finē missæ, alter principium. hoc casu concedo eos bene testari de una re propter continuationem actus, sicut propter continuationem possessionis una dicitur præscriptio, licet facta sit a diuersis personis 16. q. 3. §. potest 4. uersicu. quòd si ab eo, sicut etiam unus dicitur proconsulatus, licet diuersæ personæ ipsum exercuerint, vt ff. de off. procoo meminisse. Item quid si conueniant in tempore, sed discordāt in officiis? unus dicitđ missa, alter dicit de uespe ris? Eadem est quæstio si vis probare solutionem decimæ, & vnus dicit frumentum solutum, & alter dicit fabam. Et respond. quod non ualet testimonium: quia omnes sunt in suo testimonio singulares, vt extra de elect. cum dilectus, diem forte non tenetur testis exprimere sed mensem, vt sup. 2. q. 8. libellorum.

3 Vide late de hac qo. Iac. Bnr. in l. fi. C. đ test. Cin. & Pet. ī l. testiū e ti.

4 Melius §. ꝑscriptionū vèr qđ si ab eo. Arch.

PVra.] CASVS. Quæsitum fuit ab Amb si testis admiscet uero aliquid falsitatis, an eius testimonium ualet? Et respondet, quòd non: quia pura & simplex est testimonii series intimanda.

f Pura.] Idest, sine dolo.

g Simplex.] Qualiter hoc intelligatur, dixi 4. q. 3. in testibus.

h Aliquid.] Arg. vtile ꝑ inutile vitiari, vt 12. q. 2. si quos

de

de seruis.sup.d.37.si quid vero 1. Sed contra ff.de exc tu. qui testamento.sup.dist.9.si ad scripturas. Sol. vtile per inutile vitiatur, vbi in iure inuenitur expressum. alias non. arg.15. q.3.§.cum autem.
a Adijcit.] Vel subtrahit, vt 5.q.vlt.presbyteri. extra de verb.

ex suo adijcit [a], totam testimonii fidem partis mendacio decolorat. Nihil igitur, vel quod bonum videtur, addendum [b] est.

a Simplex. (*Integer locus B. Ambrosii est.* Pura, & simplex mandati forma seruanda, uel testimonii series intimanda est.

Item Fœlix Papa ad episcopos Galliæ, epist. 2.

Poly.l.5. tit.1. Iuo p.5.c.248. & p.6.c.331.

¶ Absens per alium nec accusare, nec accusari potest. C. XVIII.

ABsens per alium accusari, aut accusare + non potest, nec affinis [c] testis admittitur.

§ *Nisi in crimine iniuriarum, in quo illustris persona etiã per procuratorem [d] intendere, & excipere potest, seruatis cæteris solemnitatibus, vt Cod. tit. de iniuriis, l. vlt.*

Item Pelagius Papa Sindulę a magistro militum.

a Sindulæ.) *Iuo p.8. c.67. refert aliud quoddam caput epistolæ à Pelagio ad Sindulam magistrum militiæ scripta.*

¶ Reo [d] absente libellus accusationis frustra offertur C. XIX

CHartæ [e] quas dedit nobis Lucidius, si illo tempore aduersarius ipsius illic præsens fuisset, validæ erant. Sed quia aduersario absente [f] gesta, quæ nobis recensuit, facta leguntur, talia leges, non recipiunt.

Idem Decorato patricio.

¶ Testes corporaliter præstito iuramento testimonium dicant. C. XX.

HOrtatur, vt sub timore Domini consuetam conscientiæ vestræ sinceritatem in hoc quoque negotio conseruantes, omnẽ personis, quæ veritatem causę istius scire possunt, faciatis amputari [g] formidinem, & vestris præsentari [h] conspectibus, tactis sacrosanctis Euangeliis, præbito etiam legaliter sacramento, quæ in veritate rerum nouerunt [i] †, pro fessione suæ testificationis aperiant, vt patefactis omnibus, quę secundum leges, & iustitiam censenda sũt cognoscatis, & competentem † legibus, & veritati terminum detis.

† *al. conueniẽtem.*

Item Nicolaus Papa Hincmaro Rhemorum Archiepiscopo.

¶ Accusator, & accusatus simul debent adesse. C. XXI.

NEcesse est secundum sacrarum scripturarum documenta, ac secundum iustitiæ tramitem, & accusatum & accusatorem simul adesse, & vnam partem, quanta-

verb.sign.forus.§.vltim.arg.11.q.3.quisquis metu. 25. q. 2.præscriptione.22.qu.2.cum humilitatis. C.de testib.testium.
b Addendum.) Quia non præiudicaret hoc alicui, si de hoc non iurasset, vt ext.de test.c.de testibus.

ABsens.] CASVS. Dicitur hic, quod absens non potest accusare, vel accusari per procuratorem, nec testis affinis recipitur.
c Nec affinis.] Sup.ead.q.5.similiter 2.
NISI. CASVS. Excipit Gratianus vnum casum in quo absens potest accusare per procuratorẽ, vt illustris persona in crimine iniuriarum.
d Per procuratorẽ.] De hoc dixi sup.2.q.6.si quando.
e Reo.] Hæc rubrica est falsa, quia non intelligitur de libello accusationis, sed de libello attestationum.
CHartæ. CASVS. Quidam accusatus fuit, vel conuentus corã Sindula magistro militum Dñi Papę. In absentia autem rei sunt testes recepti, reus statim cũ sciuit, appellauit ad Papam. Sindula vero misit attestationes Papæ per Lucidium accusatorem actorẽ: quas cum audiuit a Lucidio fuisse receptas absente reo, dixit esse inualidas.
f Absente.] Sup.2. q.1.in primis.ext. de test.in nomine Domini. capit.de cætero.
HOrtamur.) CASVS. Pelagius commisit quandam causam Decorato patricio. hortatur ergo vt sicut cõsueuit, ita pure procedat super hoc negotio, & faciat a testib qui veritatem illius causę nouerunt omnem formidinem amputari, vt præstito sacramento dicant testimoniũ veritatis. & omnib. patefactis causam decidat.
g Amputari.] Hic est ar. quod iudex præstabit saluũ coductum & securitatem testibus.extra vt lit. non cont.accedens. & de elec.bonæ memoriæ ext.de app. ex parte. 33.q 2.siue.
h Præsentari] Sic sup.ead.testes.
i Nouerũt.] Testis enim pro vtraque parte testabitur, 14.q.5.non sane & iurabit, quòd nihil falsitatis dicet. 2.q.4.nullam.
NEcesse.] CASVS. Hincmarus quæsiuit à Nicolao, vtrum reo absente sit accusator audiendus? Et respondet, quòd non: sed vterque debet esse præsens &

2 Adde an & quã admittũtur Bar.not. in l.qui testamento. ff.de auct.iu.& in l.qui testõ ft. qui ma. acc. poss.
Testib. est præstanda securitas.

& quantæcunque auctoritatis sit aliquis, sic debet in iudicio audiri, vt alteri parti nullum præiudicium fiat.

a Quantacunq.] Paritas.n. seruanda est in iudiciis. C. de prox. sacrorum scrin. in sacris. lib. 12. ff. de arb. si cum dies. §. si arbiter. arg. contra extr. de dolo & cont. ex litteris 1: & est simile. 1. q. 1. teneamus. su. di. 9. ego. in sententia & in iudicio nulli est defendendum: sed in sedendo, & in similib. sic. 2. q. 8. quisquis.

b Præiudicium.] sic 11 q. 3. si quis vetro. C. de sta. & imag. l. 4.

1 Loquitur in pœnis inferendis in quib. defertur. 50. d. contumaces. ex de of. dele. pastoralis. qd dic, ut not. extra de transcul. in gl. pen. Arc.

Quidam sic ponunt casum. Accuso te super pluribus criminibus simul & eodem libello, & litem super his omnibus contestor: licet in vno deficiam, tamen admittor ad sequentia, licet iam sim infamis: & hoc est deo quia tempore lit. contest. sui bonæ famæ, vt ff. de publi. iud.

cunque [a], & qualicunque prædita sit auctoritate, sic prorsus audiri, vt alteri parti nullum præiudicium [b] irrogetur.

QVAESTIO X.


Vòd[c] vero deficientes [α] in primo capitulo non sint admittendi ad sequentia; ex concilio Carthaginensi septimo confirmatur, in quo sic capitulo tertio statutum legitur. Et Afric. c. 97.

α Deficientes.) *In vulgatis codicibus legebatur, testes deficientes: sed expuncta est vox, testes quæ abest a plerisque uetustis codicibus. Quæ enim in hac quæstione afferuntur, non ad testes, sed ad accusatores pertinent. Et superius initio caussæ in propositione huius quæstionis decimæ nulla est mentio testium.*


Vòd vero testes.] CASVS. Hic intitulatur decima quæstio, qua quæritur an deficientes in primo cap. sint admittendi ad sequentia capitula? Et respondetur quòd nò. Vnde quidam dicunt, vt Bene. quòd qui deficit in maiori, vel minori, nõ admittitur ad sequẽtia. quia præsumitur calumniator, vt inf. ead cap. 1. nisi in criminib. exceptis. in quib. quilibet admittitur ad accusandu. Alii vero dicunt, quod nõ admittitur ad accusandum postea ad leuiora, sed ad grauiora sic. Sed primum cap. huius quõnis indistinctè loquitur, vnde verius dr̃ quod dicunt primi.

¶ Qui in primo capitulo deficit, ad cætera non admittatur. C. I.

PLacuit, vt quotiescunque clericis ab accusatorib. multa crimina objiciuntur, & vnum ex his, de quo prius egerint, probare nõ voluerint, ad cætera iam non admittantur[d]. Rab. in pę. c. 1. Burc. l. 2. c. 198. Iuo p 6 c. 271. Pan. l. 4. c. 64.

Probatur illud idem auctoritate Arelatensis concilii secundi, in quo sic c. 24. diffinitum est.

¶ Qui falsa fratribus obijciunt, vsque ad exitum non communicent. C. II.

EOs, qui falsa fratribus capitula † obie- Capi. l. 6. c. 241. & Arelat. 1. c. 14. † al. capitula

Accusator deficiens in uno, an admittatur ad alia.

2 Ver. quod si forte pot. n. quis de pluribus condemnari simul, vel absolui. 2. q. 6 si quis ex pluribus.

c Quòd vero.) Vbi quis simul de pluribus criminib accusat, si in vno deficiat, bene admittitur ad alia, sup. 2. q. prima in primis 2 dummodo non sit calumniator, vt 2. q. 3. Paulum. & condemnatus prosequitur crimen, de quo inscripserat pendente accusatione, vt inf. e. q. proxi. negã da 2. & ff. de publ. iud. is qui §. illud. Sed capitula hic posita loquuntur, ubi quis de calumnia conuictus vult accusare al. quem re deceptus fuit, secus si in promissione aliqua deceptus fuit, vt 2. quæstio. 3. Paulum. H. & alii distinguunt vtrum defecerit in minori, vel maiori. si in minori admittitur in sequentia, alias non, vt 2. quæst. prima, in primis. In ciuilibus a tem causis conuictus de calumnia, bene ad sequentia admittitur, vt C. de inof test. eum qui. intitit. de execu. tut §. qui autem. extra de appell. consututus 2. Quidam dicunt quòd si quis accusauit de pluribus criminibus simul, & contestatus est item super omnibus, licet in vno deficiat, bene tamen admittitur ad sequentia tanquam iam incepta. Sed si tantum super uno est litem contestatus, & deficit in illo, non admittitur ad sequentia, quasi suspectus sit. de acc si cui 6. q. 1. quicunque. Tu distingue an sit calumniatus vel non, ut dixi: tamen si quis primo egit criminaliter, siue obtinuerit, siue succubuerit, potest postea agere ciuiliter. C quãdo ciuilis actio criminali præiudicet, l. 1.

PLacuit.] CASVS. Quæsitum fuit in Chartag nensi concilio, si accusatores, cum obiiciunt plura crimina. & in primo deficiunt, an sint admittendi ad sequẽ ia? Et respondet quod non. Sequens §. paret sed quens c. non probat bene quod dicitur in §. & c præcedenti.

iud. is qui. & 2. q. 1. in primis. ibi, an grauiora, & c. Si autem te primum accuso de vno crimine, & deficio, non ad mittor postea ad alia. Ioan. Sed certe mirum videtur de istis opinionib us. nam si litem contestatus est accusator super pluribus criminibus, publ. catis attestationibus postea non admittitur ad probandum aliud, sed si super vno tantum contestatus est, & non probauit uidetur calumniari: & ita non admittitur postea ad sequentia, ut hæc capitula dicent, quæ in hoc casu intelligunt. B.

d Non admittantur.] Sed uidetur, quod huiusmodi exceptio non possit obijci post litem contest. ut ff de adul. si maritus. §. præscription es. maxime cum exceptio. tu es calũniatus, sit d latoria: quia tamen declinatoria est iudicii, q. 6. §. 1. quod ex hoc patet. nam ab alio adhuc accusari potest. Respondet quidam speciale esse in adulterio, ut etiã peremptoriam ibi aliquis non possit objcere post lit. cõtest. l. hanc, tu per quinquenium remisti, ut C. de adult. adulter. sicut & speciale est in illa exceptione, extra qui ma. accu. pos cum in tua. Alii dicunt, quod hæc exceptio, tu es calumniatus: bene potest obijci post litem contest. Sed melius dic, quod hic lis non fuit contestata, nisi super eo in quo deficit. Vnde cum uult procedere ad alia super quib. lis non est contestata, iuste admittitur huiusmodi exceptio contra illum, uel dic, quod illa exceptio de nouo cepit competere unde potest ea uti post litem contestatam, ut ext. de off. deleg. insinuante.

EOs.) CASVS. Dicitur in hoc capitulo, quòd si qui conuincantur falsa crimina aliquibus obiecisse, debent

bent excommunicari vsque ad mortem, nisi ante resipiscant.

a Obiecisse.) Calumniosè subaudi.

SI accusatorum.] CASVS. Quidam reperti sunt culpabiles in accusatione episcoporum, quæritur utrum isti sit de centem potest tamen libellum iudici porrigere. Secunda ibi, [Aliquando.] Tertia ibi, [Causa vero.] Ioan. de Fan.

CASVS Ponitur hic 11. q. qua quæritur, an accusatus possit vertere accusationem suam in accusantem & certum est, quod nō, in aliquo crimine, si nomen accusati iam receptum sit inter reos vt ff. de adul. si mariti §. prscriptiones, si non est receptum, non potest illum accusare nisi de maiori crimine, vel nisi suam iniuriam prosequatur. Si vero in modū exceptionis crimē obiicit, ut repellat accusatorē ab accusando prius auditur excipiens de quocunq; crimine, vt C. de adul. quoniam Alexandrum, & 32. q. 6 nihil iniquius.

e Ab accusato.] Si accusatus crimen proponit contra suū accusatorem pendente accusatione, aut pro ponit in modum accusationis, aut in modum exceptionis. si in modum accusationis, aut nomen accusati est receptum inter reos, aut nō; hoc est dicere si lis est contesta aut non, si non pōt 2. eum accusare de maiori crimine, & audietur prius ut infra e. prius & infra c. 2. Si est receptū nō pōt, sed pendente accusatione pōt contra eum inscriptionē deponere. & post finitā eam consumare, ut inf. e. c. 2. & ff. de pu. iud. is qui. Si autem suam iniuriam prosequitur, tūc & ante, & post damnationē potest ipsum incipere accusare, ff. de accu. qui iudicio. 4. q. 6 omnibus, si uero in modum exceptionis proponitur crimen prius, semper auditur excipiens, ut C. de adul. quoniam Alexandrum, & 32. q. 6 nihil iniquius, C de lib. cau. si filium, & extra de ord. cog. l. cum dilectus 3.

Accusatus an pendente accusatio ne possit suum accusatorem reaccusare.

2 ff. de adul. l. si maritus §. prscripoēs.

cisse a conuicti fuerint, placuit vsque ad exitum non communicare, (sicut magna synodus ante constituit,) nisi digna satisfactione poenituerint.

Arelat. 1. c. 14.

Item Fœlix Papa in secunda decretali episcopis Galliæ.

¶ Qui, quod obiicit, probare non ualet, de cætero ad arguendum nō admittitur, nisi propriam causam ciuilem duntaxat asserere uoluerit.

C. III.

SI accusatorum personæ in iudicio episcoporum culpabiles b apparuerint, ad arguendum episcopos de cætero α non admittantur, nisi proprias causas asserere (non tamen criminales, vel ecclesiasticas d) uoluerint.

inf. 4. q. 6. si accusatorum. In c. Hadriani c. 4. Capi. l. 5. c. 231 Ans. l. 3. 86. Iuo p. 6. c. 4. 8.

α Episcopos de cætero.] *Voces istæ absunt ab omnibus uetustis codicibus, & cæteris locis indicatis. Auctor tamen casus, eas habuit, & pōderauit.*

Cum ergo qui falsa fratribus obiiciant, vsque ad exitum vitæ à communione prohibeantur, cum illi, qui in episcoporum iudicio culpabiles inueniuntur, ad arguendum de cætero admitti prohibeantur, apparet, quòd in primo capitulo deficientes, tanquam falsorum obiectores ad sequentia procedere non ualent †.

Concor. l. ui crimen, ibi Cy. C. ui acc. non of. gl. in l. §. de acc

QVÆSTIO XI.

AB accusato e uero accusationem in accusatorem uerti, multorum auctoritatibus prohibetur.

In cod. Theo. l. 9. ti. 1. l. 2.

Ait enim Stephanus Papa, epi. 2. c. 7.

¶ Accusati, nisi prius se purgauerint, alios accusare non possunt. C. I.

NEganda f est accusatis g licentia criminandi h, priusquam se crimine, quo premuntur, exuerint, quia non est credendum contra alios eorum confessioni, qui criminibus implicati sunt, nisi se prius probauerint innocentes, quoniam periculosa est, & admitti non debet rei i

Bur. l. 1. c. 164. Ans. l. 3. c. 74. Iuo p. 5. c. 274. Paun. l. 4. c. 67

de cætero admittendi ad accusandum? Et respondetur, quòd non, nisi in propriis causis ciuilibus: in criminalib. tamen, vel ecclesiasticis non admittantur. Dicit hoc contra episcopos, sed contra alios bene agent proprias causas criminales, vel ecclesiasticas.

b Culpabiles.] Id est, calumniose subaudi.

c Non tamen.] Suam iniuriam non prosequendo, sed publico iudicio accusando, uel speciale est in calumniatore episcopi, ne sit contra 4. q. 6. omnibus, & supra 2. q. 1. prohibentur.

d Ecclesiasticas.] Hoc ideo dicit, quia causa ecclesiastica non est agenda nisi per hominem bonæ opinionis, 5. q. 3. quia 1.

CVM ERGO CASVS. Concludit Gratianus ex illo c. eos, & ex illo, si accusatorem, quòd deficientes in primis non admittuntur ad sequentia.

De hoc n. c. q. 7. c. 1

AB accusato.] Hæc quæstio diuiditur in tres partes. in prima quarum probat per tria cap. quod accusatus accusare non potest de minori vel pari, prius quam probauerit se inno-

NEganda.] CASVS. Bene sic ponit casum hunc. Quidā accusatus volebat suum accusatorem reaccusare de pari, uel minori crimine ante lit. conte. de maiori, quæsitum est a Stephano an possit? Et respondet quòd non, quia non est credendum accusatis contra alios, nisi prius probauerint se innocentes.

3 De hac materia no. C. q accu. non dos. l. prima

f Neganda.] Nota in criminibus non habere locum reconuentionem, ut hic, & inf. cap prius, ut no. iu. q. 8. c. 1.

g Accusatis.] Inter reos receptis, ut ff. de adulte. si maritus §. præscriptiones.

h Criminandi.] Etiam si suam iniuriam prosequatur, secundum R. 4: quia non relatione criminum, sed innocentia, reus purgabitur, ut ff. de pub. iud. is qui. sed hoc n̄ est uerum, ut infra c. prox.

i Rei.) Id est, accusati,

4 Sub. & H. qui ēt idem sentit. & ea. rōne. & idē vī sentire In. ut dixi s ea. q. 8. c. 1.

Quem.

a Quemcumque.] Ergo eo ipſo, quòd quis accuſatur, perdit legitima iura, ut ff. de mu. & hon reus 81. d. tantis, ext. de acc. Deus omnipotens.

Neganda.] CASVS. Quæſitum fuit ab Imperatore utrum accuſatus poſſit ſuum accuſatorem accuſare de pari, uel minori crimine? Reſpondetur, quòd non, prius quàm ſe crimine, quo accuſatur, exuerit: niſi proſequatur ſuã, uel ſuorum iniuriam, poteſt tamen deponere inſcriptionem apud iudicem pendente accuſatione. Sequens c. planum eſt, quod habet eundem caſum cum primo c. huius quæſtionis.

b Suas.] Sed tunc non permittitur, niſi ponas illum primum quia accuſat, ſimiliter proſequi ſuam iniuriam, alioquin concederetur poſteriori, quod aufertur primo: cõdemnatus autem non poteſt, niſi ſuam iniuriam proſequatur, ff. de accu. qui iudicio, cum iam ſit infamis, ff. de pub. iudi. infamẽ. & hoc ſi poſt condemnationem accuſationem inchoat in extraneũ, non in ſuum accuſatorem ſi. n. in ſuum accuſatorem, poteſt: ſi non, perdit ex illo crimine ciuitatem, vel libertatem, ut ff. de pub. iud. l. is qui, & hoc ideo, quia parcitur illi, qui prouocatus vult ſe vlciſci, ff. de bo. lib. qui cum maior. §. ſi libertus ſecundum canones aut cum quis eſt damnatus de crimine: amodo non poteſt accuſare, nec ſuum, nec extraneum accuſatorem, vt 11. q. 1. qui crimen, niſi ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequatur, 4. q. 6. omnibus.

Cõdẽnatus de crimine, an poſſit accuſare.

rius dixit illud eſſe falſum. quæſitum eſt ab Imperatore; quæ quæſtio precedere debet? reſpondet, quod de crimine falſi prius eſt cognoſcendum tanquam de maiori.

c Sæpe fit.] Nam quandoque aliter fit, extra de teſt. ſp. item cũ quis, C. de do. inter vi. & vxo. ſi maritus poſſet tñ illud

aduerſus quemcumque a profeſſo.

Lib. 9. Codicis titulo primo l. 19. Imppp. Valentinianus, Valens, & Gratianus, AAA.

titulo, qui accuſare non poſſũt l. neganda.

¶ De eodem. C. II.

ij NEganda eſt accuſatis (qui non ſuas b, ſuorumque iniurias perſequuntur †) licentia criminandi in pari, vel minori, prius quam ſe crimine, quo permuntur, exuerint ſecundum ſcita veterum iuris conditorum, ita tamen, vt & ipſi inſcriptiones contra eos etiam pendente accuſatione deponere poſſint.

Inſ. non eſt credendum.
† *al. exequuntur.*

Item ex decreto Hadriani Papæ, c. 33.

¶ De eodem. C. III.

In c. Hadriani c. 33.

NOn eſt credendum contra alios eorum confeſſioni qui criminibus implicantur, niſi ſe prius probauerint innocentes, quia periculoſa eſt, & admitti non debet rei aduerſus quemcumque profeſſio †.

Anſ. l. 3. c. 92.

NVper Foropopulensis † ecclesiæ clericis una cũ Sabino episcopo & Pelagio, & laicis propria suggestione reserarũt, præsulem suum graui quadam necessitate vexari, cuius eũ dicerẽt incursione frequẽter elisum. Qđ ne scandalũ fidelibus videretur ingerere, & ecclesiã Dei vbiq; positam hac offensione turbare, præcipuè, cũ eodem ipso volente huc se perrexisse firmarẽt, ad dilectionẽ vestrã scripta direximus, vt ecclesiæ, cuius rector tali casu tenetur adstrictus, visitationem congruam reddatis. Verũ, quia nunc idem ipse venit huc pontifex, falsaque oĩa de se iactata disseminat, sub diuini cõtẽplatione iudicij, vestręq; cõsciẽtiæ, existimationisq; respectu, † al.Foropopiliensis.

QVod autẽ.] CASVS. Hæc est q. 2. qua quæritur, vtrum recuperata sanitate possit quis repetere cathedram cui renunciauit. Et respondet ꝙ non: & transfert se G. ad aliam quæstionem incidentem, scilicet vtrum sacerdos, qui dimisit celebrationem Missæ propter morbum caducum: recuperata sanitate possit celebrare? & respondet cum distinctione, scilicet utrum quis vexeẽ morbo epileptico vel caduco frequenter, aut raro. si frequẽter, oĩno dẽt cessare a celebratione Missarũ, vt inf. e. c. 1. Si uero raro, aut uexatẽ cũ spumæ iactatione, & uocis cõfusæ emissione: & tunc nullo mõ celebrare põt, ut inf. ea. c. 2. aut uexatẽ, sine spumę iactatione, & sine uocis confusæ emissione: & tũc celebrare potest: ita tñ ut habeat iuxta se uicini solaminis adiutorem, ut sup. ead. q. 1. illud. si plene ẽ liberatus, non est quęstio quin possit celebrare.

a ¶ Quòd autem.] Si quis de licẽtia Papæ renunciauit, & ad p̃ces eius alter substitutus est: certũ est ꝙ ille non põt repetere eã, licet cõualescat, ut supra ea. q. 1. hoc nequaquam. Et ideo magister aliam quæstionẽ tractat. utrum ille qui abstinuerit a Missa pro ægritudine, recuperata sanitate possit celebrare? Et certũ ẽ ꝙ potest. 1 inf. ead. c. 1. dũmodo certũ sit eũ esse sanatum. Si autẽ fuit dæmoniacus, uel epilepticus, debet prius per annũ esse liberatus. 33. dist. cõiter. 55. d. præcepta. & ar. ff. de redhibit. actio. quod ita. In ægritudine cõstituti Missas celebrare possunt supra ea. q. 1. c. illud. nisi ita debiles sint, ꝙ ceptũ officium nequeant adimplere & nisi habeant morbum caducũ. 33. d. cõiter. Tñ cum distinctione an morbus iste sit cũ spuma & clamore, ut tunc non possint: uel sine spuma & clamore, & tunc possint, ut ibi notaui, sed quidam. 2 indistinctè dicunt, quod non debent celebrare infirmi.

1 Sub. nec distinguendũ est q̃ fuerit ęgritudo dummodo, &c. ut sequitur.

Epilepticus an possit celebrare.

2 Vt Ryan.

IN tuis literis.] CASVS. Quidam presbyter morbum patiebatur caducum: quare Gebonardus Viuarien. archieps̃ ei celebrationẽ Missę interdixit: & per illũ presbyterum consuluit Alexandrum dictus archiepiscopus an iste presbyter posset Missarum solennia celebrare. Nunc Papa rescribit dicens, quomodo ei cõstitit ꝙ ille cadebat. vnde mandat ei: ꝙ si iste presbyter frequenter cadit, & vexetur morbo caduco, non debet celebrare: si autem conualuerit, non prohibeatur.

b ¶ Frequenter.] Ideo quidam. 3 dicunt quod si raro accidit, potest celebrare, dummodo habeat socium sup. ea. q. 1. c. illud. uel supple, maxime uel distingue, ut 33. d. communiter.

3 Lau

c ¶ Interdicimus.] Sic ergo propter infirmitatem non repellitur quis ab officio diuino, uel a perceptione sacramentorum, ut sup. d. 5. ad eius uero.

Infirmit[as] non repel[litur] ab officio [di]uino.

NVper Foro.] CASVS. Clerici Foropopulensis ecclesiæ una cum Sabino & Pelagio, & laicis Romam uenerunt & dixerunt Gelasio, ꝙ episcopus eorum lędebatur morbo caduco frequenter, asserentes se de eius voluntate uenisse. quare Papa illi ecclesiæ duos dedit uisitatores, s. Rusticum & Fortunatũ, sed quia idem episcopus

scopus postea Romam pergens dixit omnia, quæ de eo dicta fuerunt, falsa esse: ideo Papa præcepit eisdem visitatoribus narrando prædicta, ut ueritatem perquirant: & si prædictum epm inuenerint fuisse repente prolapsum cum voce confusa, & spumæ iactatione, eum celebrare

rerum fide solertissime perquisita, si aliquando scilicet, vel in domo, vel in processione, vel in alio quocumq; loco probatur repente collapsus, vocesq; dedisse cōfusas, & spumas ore iactasse; quanta fieri potest examinatione quæratur. Quod tamen, siue non possit aliquorum factū testificatione firmari, siue nunquam contigisse dicatur, non putandum est posse sufficere, sed certum, manifestūque documentum, quia de tanta re non segnius [a] agendum est. Faciat rem tua dilectio frater Rusticè sui moris, & aptam magno pontifici; ut eum triginta [b] α diebus tecum esse constituas, eumque carnibus indifferenter uti necessaria probatione compellas vti.

α ¶Triginta.] *In duobus codicibus vetustis legitur* octuaginta.

CAVSA OCTAVA.



Vidam episcopus agēs in extremis successorem sibi ex testamento instituit: inde suorum amicorū patrocinio in eundē episcopatum eligitur: post electionem pro indemnitate ecclesiæ canonicis iuramentū præbuit: accusatur de simonia, tāquam munus ab obsequio præstiterit; ante tempus sententiæ a clericis suis derelinquitur: sine literis Apostolicis † *ad ecclesiam suam reuertitur episcopus.*

† al. Apostolici.

1 *Hic primum quæritur, an liceat episcopo sibi successorem instituere.*

2 *Secundo, an amicorum patrocinia in electione debeāt conualescere.*

3 *Tertio, an sit habendus simoniacus: qui post electionē huiusmodi iuramentum canonicis præstat.*

4 *Quarto, an liceat clericis ante sententiæ tempus ab episcopo suo discedere.*

5 *Quinto, an sine literis Apostolicis* † *debeat redire ad propriam ecclesiam.*

† al. Apostolici.

QVAESTIO I.

sup. 7. q. j. c. petijsti.



Vod autem [c] *episcopo successorem sibi instituere liceat, ex verbis Zachariæ Papæ conijcitur, quibus Moguntino archiepiscopo permisit adiutorem sibi statuere,*

tur purgatio; ut extra de causa poss. & proprie. cum ecclesia in fi.

b ¶Triginta.] Contra 33. d. cōmuniter. Sed ibi certum fuit eū esse demoniacū, sed hic dubium, & omnes cibos ideo iubetur comedere, ne morb. possit occultari, quod physicum est, unde signatur contrariū j. de consecr. dist. 5. contraria, 1 ideo autem hic dantur omnes carnes isti pter hœdinas, quę prouocant dæmones.

Carnes hœdinæ prouocant dæmones.

1 Nō est cōtra, quia hic loquitur de experimētis medicinæ, q̄ bona sunt & necessaria, vt hic: ibi autē loquitur de nimio vsu medicinæ, q. est habitus ut q̄ non ieiunetur, uel aliud simile est cont. legē diuinā. Arc.



Vidā episcopus. CASVS. Quia in superiori cā in illo c. petijsti. fuit cōcessū priuilegiū Mogūtino de eligendo sibi successorē: ne aliquis dubitaret hoc esse licitum de iure communi, ideo Gra. hanc 8. causam supponit. in qua ostēdit, q̄ nulli licet eligere successorē: & q̄ amicorū patrocinia in electionib. cōualescere non debent: & q̄ nō est simoniacus, qui post electionem pręstat canonicis iuramentū de indēnitate ecclesię: & alia plura, q̄ oīa vt pleniꝰ elucescāt, ponit thema de quo quinque elicit q̄stiones.

Vod aūt.] Hæc quæstio diuiditur in quatuor partes: in quarum prima probat magister per 4. auctor. sanctorum patrū, q̄ potest eps seu prælatus sibi eligere successorem: & hoc vsq; ad §. [His omnibus.] ubi dat solutionem. postea quædam adiūgit ad electionē pertinentia. Secunda ibi, [Olim. Tertia ibi. [Oportet eum.] Quarta ibi, [Audacter.] Io. de Fant.

CASVS. Hęc est 1. q. qua quæritur an liceat episcopo sibi eligere successorem. & certū est: q̄ nō, nisi p priuilegiū hoc habeat. Primo tñ probat Gra. q̄ sic exemplo Moguntini, & auctoritate Symmachi a contrario sensu. & exemplo Petri. Postea ptobat contrarium in §. [sed in Antiocheno] & in §. [His auctoritatibus.] dat solutionem.

Successorem sibi instituere nulli licet

brare prohibeant. Si autem hoc inueniri non potest: pręcipit Rustico, ut faciat eum carnibus uti xxx. diebus indifferenter.

a ¶Segnius.] Not. q̄ in magnis rebus diligentior inquisitio est facienda, ut 42. distin. quiescamus, & 61. distin. miramur. Et ideo hic actore non probante, reo indici-

c ¶Q[u]od aūt. [Certum est, q̄ non licet 2 nisi cui hoc specialiter permittitur, ut Mogūtino. 7. quęst. j. petijsti. nec

2 Sed contra vr̄ expresse 16. q. vl. c. vl.

nec obstat 79.dist.si trãsitus.ubi innuitur, ꝙ Papæ licet sibi instituere successorem. sed dicitur ibi, ꝙ potest cũ fratribus deliberare de successore. 1

a ¶Decernere.] idest, deliberare.

SI Petrus.] CASVS. Petrus Apostolus cum instare, vellet verbo prædicationis, & orationi, ĩ temporalib. Linum, & Cletum præfecit: sed solum Clemẽtẽ sibi successorem elegit, cui potestatem tradidit ligãdi, & soluendi.

b ¶Si Petrus.] Si, id est, quamuis.

c ¶Aut ligãdi.] Non intelligeꝙ isti prius nõn habuerint potestatẽ ligãdi: sed hoc vult dicere, ꝙ istis ñ dedit Papa plenã potestatẽ: ne sit ꝯ 2.q.1.nemo, 24.q.j. qđcunque vbi dicitur, quod omnes presbyteri hanc habent potestatem. Habuerũt ergo prius hanc potestatẽ, sed non tantam. Isti autem duo temporalia pauperibus erogabant: ad quod officium Apostoli diaconos elegerant.93.d. legimus. quod hodie hẽt camerarius Papę, & patet ꝙ Linus, & Cletꝰ non fuerunt Apostolici, & hoc est verũ, ꝙ post Petrum statim nõ fuerunt Apostolici, sed Clemens fuit post eum Apostolicus, videns aũt Clemens ꝙ hoc esset perniciosũ exẽplo, ꝙ aliquis sibi eligaret successorẽ, renũciauit Papatui: & tũc electus fuit Linus: eo mortuo electꝰ est Cletus: quo mortuo denuo fuit Clemẽs, electus, & sic Clemens ẛm unam cõputationem fuit secundus, & secundũ aliam fuit quartus. Vnde versus. [Disputat hic mũdus, quartus fueritve secundus.]

d ¶Tradẽte.] Ad hoc inducitur capitulũ.

VNde.] SED IN ANTIOCHENO. CASVS. Hucusque probauit Grat. superficialiter episcopo licere sibi eligere successorem: nũc autem probat contrarium.

EPiscopo.] CASVS. Statutum fuit in Antiocheno concilio, ut nullus eligat sibi successorum, & si factũ fuerit, irritum sit: sed eligatur a clericis episcoporum iudicio. Idem est casus sequentis c.

e ¶Successorem.] Verum est quod non potest de iure com-

1 Sub. ꝙ aliud est q̃ sibi successorẽ eligere, nam illud est licitũ, ut ibi, illud uero illicitũ, vt hic; nam deliberare licet cuilibet prælato de suo successore, cum videt sibi mortem imminere. vñ ibi dr̃ decernere .i. deliberare: non eligere, ẛm Hug.

Clemens noluit esse Papa statim post Petrũ.

qui ei defuncto in plenitudinem potestatis succederet. ¶*Item ex verbis Symmachi Papæ dicentis:* [*Si transitus Papæ inopinatus euenerit, vt de sui electione successoris non possit ante decernere* [a], *&c.*] *apparet, quod episcopi successores sibi instituere possunt.* ¶*Item exemplo beati Petri illud idem probatur, qui beatum Clementem sibi successorem instituit.* — Dist.79.si transitus

Vnde Ioannes tertius scribit episcopis Germaniæ, & Galliæ, epistola vnica, c.2.

¶Quòd Petrus Linum, & Cletum adiutores sibi asciuit, sed Clementem successorem. C. I.

SI Petrus [b] princeps Apostolorũ adiutores sibi asciuit Linum, & Cletum; non tamen potestatem pontificij, aut soluendi, aut ligandi [c], eis normam tradidit; sed successori suo sancto Clementi: qui sedem Apostolicam post eum, & potestatem pontificalem, tradente [d] sibi beato Petro, tenere promeruit. Linus vero, & Cletus ministrabant exteriora, princeps aũt apostolorum Petrus verbo, & orationi insistebat. — Ans.l.1.c.55. Poly.l.1.tit.1.

PALEA Cap. II.

V*Nde ipse Clemens in epistola ad Iacobum Hierosolymitanũ missa, inter cætera scribit, quod Petrus adhuc uiuens Clementem in episcopum elegit.* ¶Simon Petrus in ipsis diebus quibus vitæ finem sibi præsensit, apprehensa manu mea repente consurgens in aurib. totius ecclesiæ, hæc protulit verba, Clementem hunc episcopum vobis ordino; cui soli meæ prædicationis, & doctrinæ cathedram trado, quem præ cæteris expertus sum Deum colentem, homines diligentem, castum, discendi studijs deditum, sobrium, benignum, iustum, patientem, & scientem ferre nonnullorum, etiam ex his, qui in verbo Dei instituuntur, iniurias. — Ans.l.1.c.3. Clemens ep.1. Omittuntur hic aliquot uerba.

Sed in Antiocheno concilio hoc omnino fieri prohibetur, in quo c.23. sic statutum legitur.

¶Episcopo successorem sibi constituere non licet. Cap. III.

EPiscopo non licere pro se alterum successorẽ [e] sibi constituere, licet ad exitũ uitæ perueniat. Quòd si tale aliquid factum fuerit, irritum sit huiusmodi constitutum. Seruetur autem ius ecclesiasticum id continens, non oportere aliter fieri, nisi cum synodo, & iudicio episcoporum [α], qui post obitum quiescentis potestatem habent, eum, qui dignus extiterit, promouere. — Poly.l.2.tit.17. Ans.l.6.c.57. Burc.l.1.c.185. Iuo p.5.c.301.

α ¶Episcoporum.] *In codicibus Gratiani etiam manuscriptis sequebatur,* & electione clericorum: *quæ sunt expuncta, quia neque in originali, neque apud cæteros collectores leguntur.* — Idest, in capitulis Martini Bracha.c.8.

¶*Item ex concilio Martini Papæ, c.8.*

communi, sed de dispensatione Papæ 7.q.1.petijsti. nec obst.20.q.3. pñs. vbi pater volebat quod eo mortuo filius eius fieret monachus. sed ibi nõ erat successio iuris.

a ¶ Episcopo.] ¶ Episcoporum.] Hoc requiritur in ordinatione, sed non in electione 64.d.per totum.

Ple-

in principatu, sed noluit, immo extraneum, & de alia tribu elegit, scilicet Iesum, qui Iosue, & Iesus Naue dictus est.

d ¶ Facie.] Idest familiariter.

e ¶ Deus locutus est.] Secundum quosdam apparuerat per Angelum in specie uisibili, sicut dicitur descendisse per Angelos 2.q.j. De⁹. Ioan. autem dicit in canonica epistola: Deũ nemo uidit vnquam, tamen ex eo quod dicitur Mosẽ vidisse posteriora Dei: dicunt quidam eum vidisse in specie visibili.

Deũ nemo vidit vnquã.

f ¶ Potuit.] Quia adhuc nõ erat prohibitum hoc: simile 32.q.4.obijciuntur.

g ¶ De alia tribu.] Moyses enim erat de tribu Leui: Iesus Naue siue Iosue fuit de tribu Effraim. de his tribubus habes. 7.q.1.denique.

Moyses fuit de tribu Leui.

h ¶ Non sanguini.] Arg. q reges dẽnt fieri p electionem 93.d.legimus, & j.ead. si. ergo nisi habeant ex priuilegio constituere successorem sibi ut 63.dist.in synodo. alias etiam de iure, omnes sæculares potestates non dẽnt succedere, vt C. ut oẽs tam ciui. q mili. iud. l. vnica. in prin. quod autẽ Dauid in vita sua Salomonem sibi successorẽ instituit, instinctu Spiritus sancti est factũ. Arg. tamẽ cõtra 7.q.1. deniq;.

Reges eligẽdi sunt.

i ¶ Sed vitæ.] Supra 40.d. nos qui.

K ¶ Rogauerit.] Ergo uidetur q preces inducãt simoniam. vt hic, & 1.q.1. sunt nonnulli. Et dici cõsueuit, quòd si pces fiunt pro digno, nõ inducũt simoniã, ut 1.q.j. quibusdam, in fi. hoc verũ est si nõ

Preces an inducant simoniam.

¶ De eodem. C. IV.

Burch.l.1.c.187. Iuo p.5.c.303. vtrique ex concilio Spalensi.

ij Episcopo non liceat ante finem vitæ alium in loco suo cõstituere successorẽ. Si quis autem hoc vsurpare tentauerit, talis constitutio irrita erit. Non ergo aliter fieri oportet, nisi cum consilio, & iudicatu episcoporum [a], qui post exitum prædecessoris potestatem habent dignum eligere.

Item Hilarius Papa in synodo Romana, c. 5.

¶ De eodem. C. V.

Poly.l.2.tit.18. Ansel.l.6.c.56. Iuo p.5.c.104.

Plerique sacerdotes in mortis confinio cõstituti in locum suum feruntur alios designatis nominibus subrogare: ut scilicet non legitima expectetur electio; sed defuncti gratificatio pro populi habeatur assensu. Quòd, quàm graue sit, æstimare. Atq; ideo [α], si placet, etiã hanc licentiã generaliter de ecclesijs auferamus: ne, quod turpe dictum est, homini quisquam putet deberi, quod Dei est. Ab vniuersis acclamatũ est [b]. Hæc præsumptio nunquam fiat, Quę Dei sunt [c], ab homine dari non possunt.

α ¶ Atque ideo. *Hac usque ad vers.* Ab vniuersis, *addita sunt ex ipso concilio, Anselmo Polycarpo, & Iuone.*

Item Hieronymus ad Titum, c. 1.

¶ De eodem. C. VI.

In comment. ad ea verba [& constituas per ciuitates presbyteros.

Exo.33.

Moyses amicus Dei, cui facie [d] ad faciẽ Deus locutus est [e], potuit [f] vtiq; successores principat⁹ filios suos facere, & posteris propriã relinquere dignitatẽ: sed extraneus de alia tribu [g] eligitur Iesus, vt sciremus principatum in populos, non sanguini [h] deferendum esse; sed vitæ [i]. At nunc cernimus plures hanc rem beneficiũ facere, vt non quærant eos in ecclesia erigere columnas, quos plus cognoscãt ecclesię prodesse, sed quos, vel ipsi amant, vel quorum sunt obsequijs deliniti, vel pro quibus maiorum quispiam rogauerit [k], & (vt deteriora [l] taceam), qui, ut clerici fierent, muneribus impetrarunt.

Num.27.

Item Innocentius Papa II. in concilio Romano, c. 16.

De eodem. C. VII.

Pann.l.8.c.152.

† al. capellas.

Apostólica auctoritate prohibemus, ne qs ecclesias, & prębẽdas [m], præposituras, capellanias †, aut aliqua ecclesiastica officia hereditario iure ualeat vendica-

Plerique.] CASVS. Quidam episcopi in mortis articulo constituti, designabant sibi nominatim successores vt, non legitima electio expectaretur: sed hoc prohibet Hilarius Papa in synodo: quia iura spiritualia non possunt aliquo hæreditario iure concedi.

b ¶ Acclamatum est.] Ab uniuersis.

c ¶ Quæ Dei sunt.] Vt ecclesiasticæ dignitates. 1. ut 16. q.1. in canonibus & 23.q.8. conuenior. Io.

1 7.q.5. remoto. in fi.

Moyses. † CASVS. Hieronymus reprehendit hic illos episcopos, qui instituebant sibi successores cõsanguineos, uel amicos: uel illos q ut clerici fierent, muneribus impetrabant, & docet hoc non esse faciendum, exemplo Moysi: qui filios potuit instituere successores

sint cõsanguinei sui, ut extra de eta. & qual. tuam. in fi. Io. Non credo, q preces consanguineorum inducant simoniã, si fiant pro digno, ut 1.q.1. latorẽ & maximè cũ quis possit p se rogare si dignus est, ut ext. de sim. tuã. nec illa decre. tuam, contradicit si bene inspiciatur. B.

l ¶ Vt deteriora.] Color est rhetoricus, quando dicit q dicit se uelle tacere: & dicitur præoccupatio.

Apostolica.] CASVS. Statuitur in hoc c. ne quis iure hæreditario sibi uendicet uel postulet ecclesias, præbendas, præposituras, capellanias, uel aliqua ecclesiastica officia: quod si quis præsumpserit, careat eisdem in perpetuum.

Filius sacerdotis ecclesiam paternam habere non potest.

m ¶ Præbendas.] Episcopo non licet filios instituere in

re,aut expostulare presumat. Quod si quis improbus,aut ambitionis reus attentare præsumpserit, debita pœna mulctabitur, & postulatis carebit.

His omnibus auctoritatibus prohibentur episcopi successores sibi instituere. Sed aliud est de sui successoris electione cum fratribus deliberare aliud est ex testamēto,tanquam suæ dignitatis hæredem sibi quærere. Illud fieri permittitur: hoc autem penitus prohibetur. Illud autem B. Petri Apostoli ab illis valet in argumentum assumi, qui tales sibi substituunt, qualem sibi successorē beatus [a]Petrus quæsiuit. Verum, quia officium non vitæ, sed sanguini cæpit deferri, atque ad episcopatum tales quisque sibi successores quærere cæpit, qui vel odiosi populis,uel a plebe docendi inuenirentur; idcirco sacris canonibus statutum est, ne quisquam sibi sui officij quærat successorem, sed populi electione quæratur, qui eorum vtilitati digne deseruiat; qui illorum vtilitatem nō sua lucra quærat, qui Christo semen uelit suscitare, non sibi diuitias congregare. Quod qui facere contempserit, iure ab ecclesia repudiatur.

Vnde Augustinus contra Faustum Manichæum, lib. 32. cap. 10.

¶Qui sibi & ecclesiæ prodest, vtroque pede calceatus intelligitur. C. VIII.

2 OLim iussus est frater premortui fratris vxorē ducere,ut nō sibi,sed illi sobolem [b] suscitaret,eiusque vocaret nomine [c], quod inde nasceretur. Quod si recusaret; discalceatus vno pede cōspui solebat in faciem. Deuter. 25.
Nunc Euangelij quisque predicator ita debet in ecclesia laborare,vt defuncto fratri, idest Christo, suscitet semē, qui pro nobis mortuus est: & quod suscitatū fuerit,eius nomē accipiat At vero qui electus ab ecclesia ministeriū euangelizandi ꝯ renuerit; ab ecclesia ipsa merito,digneque cōtemnitur. Qui enim,& sibi prodest,& ecclesiæ,bene intelligitur vtroq; pede [d]calceatus. Vnde illud. [Quā speciosi pedes euangelizantium pacem,euangelizātium bona.] Esa. 52. Rom. 10. Qui autem curam lucrandorum refugit aliorum, discalceati illius non figuratum [e] significauit, sed in se impletum portabit opprobrium.

in paternis ecclesijs, extr. de fil. presby. præsentium. nisi per mediam personam, vt extra eo. ex transmissa. præbendam autem potest habere in eadem ecclesia, si est legitimus. extra eo. tit. ad hec. sed licet sit legitimus, Beneficium tamen paternum non potest habere: sicut hic dicit, sed illegitimus in eadem ecclesia seculari esse non potest canonicus, vt extra eo. tit. ad abolendā. tamen per illam cōstōnem vī ꝙ etiam legitimus nō possit habere beneficium cum patre. & hoc intelligas de omnibus descendentibus. argu. extra de iure pa. cōsuluit. 1 extra de inst. ad decorē. & ff. de verb. signif. filij. Fortè aliud in collateralibus & ascēdētibus. arg. de pen. d. 1. penæ. licet sit ar. contra ext. de insti. ad decorem. Io. sed certè pōt probabiliter dici, ꝙ hoc non extenditur ad nepotes: quia pœnæ sunt restringēdæ. ff. de liber. & posthu. cum quidā, in fi. nec semper nomine filiorū nepotes intelligunt, vt inst. qui dare tut. pos. ī fi. ti. B. Sed q̄d de illo q̄ renunciat, vt det alij forte consanguineo. Hanc renunciationem Papa approbat ext. de offic. deleg. ex parte 1. Sed dic, ꝙ ibi fuit pura renunciatio.

1 Vbi s̄m veterē cōpilationē erat illud verbum, nepotū, q̄d hodie est sublatum. Archid.

HIS OMNIBVS. CASVS. Soluit Grat. dictam contrarietatem, dicēs ꝙ tractare cum fratribus de electione successoris licet, sed eligere non licet. Exemplum vero Petri nō debet trahi ad consequentiam. nisi ab his qui talem vellēt eligere successorem, qualis fuit Clemens. verū quia cōsueuerāt eligere cōsanguineos & malos, cōnstitutum est ut clerici, uel patroni eligant prælatos tales, qui Deo dignè seruire ualeant. quod si facere recusauerint: iure ab ecclesia repudientur quod probat per seq. cap.

a ¶Beatus.] Sed nunquid adhuc Papa posset facere sibi successorem? Non quia hoc esset immutare statutum ecclesiæ, vt 25. q. 1. quæ ad perpetuam, & quia statutum facit in id tempus in quo non est futurus iudex. ff. de iurisd. om. iud. eum qui.

OLim.] Hæc est 2. pars q. in qua redarguit electos & dignos, qui nolunt recipere prælationem: & hoc facit per 4. auctor. Io. de Fan.

CASVS. In veteri lege præcipiebatur, ꝙ frater duceret vxorē fratris sui defuncti, vt ei sobolem suscitaret, quæ soboles defuncti fratris diceretur: quod si recusabat, in faciem eius conspuebatur, & scalceabatur vno pede. Exinde domus eius vocabatur domus discalceati. Sic vnusquisq; predicator dēt Christo, qui ꝓ nobis mortuus est, filios suscitare: qui Christiani, a Christo vocentur. Quod si recuset, respuitur ab ecclesia tanquam uno pede discalceatus: & portabit opprobrium illius non figuratum, sed figurans: quia hoc significat opprobrium illius: qui vero hoc adimplet, utroque pede dī calceatus.

b ¶Sobolem.] Tamen istius erat carnalis filius, sed erat filius mortui legalis, ut 56. dist. Ismael & Matthæus ponit carnales patres vbi dicit, qui genuit. Et Lucas ponit legales, cum dicit, qui fuit: duos enim habebat patres huiusmodi filius, carnalem & legalem.

c ¶Nomine.] Idest, filium mortui.

d ¶Vtroque pede.] Quia & de se curat, & de proximo.

e ¶Non figuratum.] Sed ēr signū & figuram, & hoc est dicere

Chrift tres fu duplice

..quia fa- ..idius est ..& signifi ..ns factū ..s figura ..ignans, ..factum ..ius, &c. vt ..quitur.

dicere. factum istius 1 signum est & figuræ & figurati. Vel hoc vult dicere, quod factum illius non significat factū istius, sed factū istius significat factū illius. Vel ideo dicit hoc, quia in facto istius completur illa figura.

In scripturis.] CASVS. Quidam cum eligebantur ad præ-

¶ Hic verba B. Augustini, & in summā reducta & interdū mutata sunt, quod alijs etiam locis est adnotatū.

α ¶ Euangelizandi.] *Sequebatur in vulgatis*, & baptizandi: *quæ sunt expuncta, quia in manuscriptis non leguntur, sicut neque in originali.*

Item Gregorius Papa in regesto, lib. 6. epist. 5. siue capite 169. Cyriaco episcopo.

Iuo p. 5. c. 350.

¶ Locus regiminis sicut desiderantibus est negandus, ita fugientibus est offerendus. C. IX.

† al. scriptis.

IN scripturis † vestris vos magnopere requiē quæsisse narratis, sed per hoc ad pastoralem solicitudinem vos congrue venisse [a] ostenditis, quia, sicut locus regiminis desiderantibus negādus est, ita fugientibus [b] offerendus. ¶ Et sicut scriptū est. [c] [Nec quisquā sibi sumit honorem, sed qui vocatur à Deo tanquā Aaron,] † & rursus [d] idē prædicator egregius dicit, [Si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, & pro omnibus mortuus est Christus, vt & qui viuunt, iam non sibi viuant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit,] & pastori sanctæ ecclesiæ dicitur, [Simon Ioānis amas me; Pasce oues meas,] ex quibus uerbis colligitur, quia si is, qui valet, omnipotētis Dei oues renuit pascere, ostendit se pastorem summum minime [e] amare. Si enim vnigenitus patris pro explenda utilitate omnium de secreto patris egressus est ad publicū nostrum, nos quid dicturi sumus, si secretū nostrum præponimus vtilitati ꝓximorū? ¶ Quies itaque nobis ex corde appetēda est, & tamen ꝓ multorum lucro aliquādo postponenda. Nam sicut toto desiderio debemus occupationem fugere, ita si desit, qui prædicet, occupationis onus libēti necesse est humero † subire. Quod ex duorū prophetarum opere [f] docemur, quorum vnus prædicationis officium vitare conatus est, & alter appetijt. Nam mittenti se Domino Hieremias respondit dicens. [A, a, a, Domine Deus nescio loqui, quia puer ego sum.] Et cum omnipotens Deus personam ad prædicandū quæreret, dicens, [Quē mittam, & quis ibit nobis?] vltro se obtulit Esaias dicens, [Ecce ego, mitte me.] En ab vtrisque exterius diuersa vox prodijt, sed nō à diuerso dilectionis fonte manauit. Duo quippe sunt præcepta charitatis, Dei videlicet amor, & proximi. Per actiuam igitur vitam prodesse proximis cupiens Esaias, officium prædicationis appetijt. † Per contemplatiuam

Heb. 5.
Num. 25.
2. Cor. 5.
Concor. ..x. in simi- ..in l. item ..orum. §. si ..curiones. ..quod cu- ..sque uni- ..r.
Io. 21.
† al. animo.
Hier. 1.
Esa. 6.
† Concor. tex. in l. 3. §. fi. C. de principi. lib. 12. & l. 2. ff. ad municip.
Electioni qualiter cōsentiēdū est.

prælaturas, recusabant eas, dicentes se velle esse in contemplatione. Sed Greg. dicit, quod ex hoc se magis esse dignos ostendūt: qa sicut ambientibus magis est dignitas deneganda: sic est renuentibus concedenda. Et docet quod qui eliguntur ad dignitates, & ad officium prædicandi, non debent renuere, si digni sunt. Quod tribus rationibus, vel auctoritatibus probat: & hoc in prima parte. In secunda parte ostendit quod quietem contemplationis debemus desiderare: sed cum necesse est, postponenda est propter multorum vtiliatem. Quod probat duobus exemplis, scilicet exemplo Hieremiæ, qui cum inuitaretur ad prædicandum, dixit A, a, a, Domine nescio loqui, quia puer ego sum. Et exemplo Esaiæ, qui de cōtēplatione obtulit se dicens: Ecce ego, mitte me. Sed sciendum, quod isti non fuerunt cōtrarij. qa Hieremias nō ex toto recusauit, sed timuit subire officiū prędicandi. Nec Esaias ante missus ē, q se ꝑ altaris calculū purgatū vidit. i. per carbonē sumptum de altari, vbi erat ignis perpetuus ad opus sacrificij. Prima auctoritas vel ratio est ibi, [Et sicut scriptum est, [&c. Secūda ibi,] Et rursus.] Tertia ibi, [Et pastori.] Secūda pars incipit ibi, [Quies itaque, &c.]

a ¶ Venisse.] Per electionē, vel forte volebant recusare.

b ¶ Fugientibus.] Sic 40. dist. ante omnia. C. de epis. & cl. si quēquam. & sup. 74. dis. episcopus. cōtra. Sed illud de penitus inuito: sed ab initio aliqs dēt cogi vt consentiat: nā nullus eligēdus est nisi ab initio dissentiat. 1. q. 6. c. vlt. tepide tamen debet dissentire. sicut femina. 32. q. 2. honorātur alias si diceret, nolo, cū forte vellet: faceret cōtra cōsciētiam. extra de præsumptio. c. vlt. vel si forte diceret, nō sū dignus. licet. H. dixerit quod possit simulare se, non esse idoneum. arg. 22. q. 2. vtilem.

c ¶ Scriptū est.] In epistola ad Hebr.

d ¶ Et rursus.] In secunda epistola ad Corinthios.

e ¶ Minime.] Ergo qui se dignū credit, & prælaturam sibi oblatam nō recipit, mortaliter peccat, vt su. ea. ꝓxi. & inf. e. qui episcopatū.

f ¶ Opere.] Arg. diuersarum personarū sniam vtrāque tenere. 22. q. 2. beatus. & de cōsec. dist. 2. quotidie & 35. q. 5. ad sedem. Itē arg. pro diuersis consuetudinibus. 12. dist. illud. 31. dist. aliter. & de consecr. dist. 4. de trina. Item arg. pro diuersitate testium, extra de verb. sig. nihil obest. & de pęn. dist. 1. periculose. 23. q. 7. quicunque. sup. dist. 5. ad eius. & extra de testi. cum tu fili.

a ¶ Ple-

Electus per quæ uerba consentire debet.

a ¶ Plene.] Ecce responsio illius, qui ad episcopatũ petitur, non dicet expresse nolo: quia tunc mentiretur. 22. q. 2. cum humilitatis, nec debet se statim ingerere, sed dicat vt dixit Mutinensis episcopus. Nolens volo, & volẽs nolo. 16. q. 1. vos autem.

h ¶ Ex aduerso.] i. ex eo ꝙ vnum contrarium commendatur, aliud vituperatur, vt inf. de pœ. d. 2. §. econtrario. & no. hic ꝙ optima est probatio, quæ fit per suum contrarium, vt hic, & 1. q. 1. c. 1. & 13. q. 2. animæ. ff. de off. eius cui mand. est iurisdic. l. 1.

vero Hieremias amori cõditoris sui sedulo inhærere desiderans, ne mitti ad prædicandum debeat, contradicit. Quod ergo laudabiliter vnus appetijt; hoc laudabiliter alter expauit: iste, ne tacitæ cõtemplationis lucra loquẽdo perderet: ille, ne damna studiosi operis tacendo sentiret. sed hoc in utrisque est subtiliter intuẽdũ; quia & is, qui recusauit, plene [a] nõ resistit: & is, q. mitti uoluit, ante se per altaris calculum purgatum [b] uidit: ne, aut non purgatus adire quisquam sacra ministeria audeat; aut quem superna gratia elegit, sub humilitatis specie superbe contradicat.

Idem in Moralibus, lib. 35. c. 13. ad c. 42. Iob.

¶ Locus deiectionis in uoto dignitatis, semper fit in necessitate. C. X.

Et Aug. serm. 5. ad fratres in heremo. Poly. l. 6. tit. 22.

SCiendum summopere est, quòd obedientia aliquãdo si de suo [c] aliquid habeat, nulla est: aliqñ autem, si de suo aliquid non habuerit, † [d] minima. Nam cum huius mundi successus præcipitur, cum locus superior imperatur; is, qui ad percipienda hæc obedit, obediẽtiæ sibi virtutem euacuat, si ad hæc etiam ex proprio desiderio anhelat. Neque enim se sub obedientia dirigit, qui ad accipienda huius uitæ prospera libidini propriæ [e] ambitionis seruit. Rursus, cum mundi despectus præcipitur, cũ ꝓbra adipisci, & contumeliæ iubentur; nisi ex se ipso animus hæc appetat, obediẽtiæ sibi meritũ minuit: quia ad ea, quæ in hac uita despecta sunt, inuitus [f] nolensque descendit. *& paulo superius.* ¶ Obediẽtia quippe uictimis iure præponitur: quia per victimas aliena caro, per obedientiam uero uoluntas propria mactatur. Tanto igitur quisque Deum citius placat, quanto ante eius oculos repressa arbitrij sui superbia, gladio præcepti se immolat. Quo cõtra, ariolandi peccatũ inobediẽtia [g] dicitur, ut quanta sit uirtus obedientiæ, demõstretur. Ex aduerso [h] igitur melius ostenditur, quid de eius laude sentiatur. Si enim: [Quasi ariolãdi peccatum est repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere,] sola est [i], quę fidei meritum possidet, obedientia. † sine qua quisque infidelis esse conuincitur, etiam si fidelis esse uideatur.

† al. habeat.

c. 12. 1. Reg. 15.

Ibidem.

† abest ab ori.

Item Augustinus lib. 19. de ciuitate Dei, c. 19.

¶ Qui præesse, & non prodesse desiderat, episcopare non debet. C. XI.

Ans. l. 6. c. 28.

QVi episco-

Promouendus crimen suum confiteri debet.

b ¶ Purgatum.] Arg. pro H. ꝙ promouendus debet episcopo confiteri crimen, & episcopus debet eũ purgare. i. secum dispẽsare. Esaias. n. adhuc immũdus obtulit se: & postea fuit purgatus. Itẽ est hic arg. ꝙ si aliquis eligitur, qui adhuc est in mortali peccato, ꝙ ideo non est vitiosa electio si ipse velit corrigi 1 vt sup. 50. dist. quid est. Itẽ est hic argum. quòd duo simul possunt eligi, vt si vnus succũbat, alter obtineat, vt dixi sup. 61. dist. studij.

1 Ar. ad hoc 50. dist. quid est. 24. q. 3. dixit.

SCiẽdũ.] CASVS. Hoc. c. diuidit in duas partes. In prima parte dr̃ ꝙ cũ q̃s inuitatur ad dignitatem & ad prospera, & obediat, si anhelanter aspiret, nulla est talis obediẽntia, quæ non habet meritũ: quia de suo ꝓprio motu habet, & de ambitione. Si vero incitat ad opprobria & cõtumelias, & non obedit libẽter, nullũ habet meritũ ex obedientia. In secunda parte cõmẽdat Greg. obediẽtiam, eam victimis vitæ præponẽdo, & vituperat inobediẽtiam, eã idololatriæ comparando. Secunda pars incipit ibi,] Et paulo superius.]

c ¶ Si de suo.] Idest, ex ambitione, ponitur enim in mala significatione, vt 3. q. 9. pura.

d ¶ Non habuerit.] De propria voluntate.

e ¶ Propriæ.] Hic patet rõ, quare episcopo inuito nõ potest clericus eius vocari ad episcopatũ, vt 63. dist. litteras: sed inuito eo fit monachus. 19. q. 2. duæ. quia iste præsumitur facere ex ambitione, & facit ad suum commodum: ille nequaquam.

Clericus inuito epo nõ fit eps, sed bene monachus.

f ¶ Inuitus.] Arg. quod remunerari nõ debemus de eo quod inuiti facimus, vt 13. q. 2. quàm prępostérum 20. q. 1. illud & 32. q. 5. ille.

g ¶ Inobedientia.] In hoc patet quòd inobedientia æquiparatur hæresi, vt dixi. 4. q. 1. in sum.

i ¶ Sola est.] Idest, necessaria, sic sup. dist. 8. c. si solus.

QVi episcopatum.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte ponit Aug. litterã Apostoli dicẽtis. Qui episcopatũ desiderat, &c. & dicit quòd episcopatus est nomen laboris, & non honoris tantum, vt ille, qui præficitur, pro subiectis debeat laborare: & si præesse voluerit, & non prodesse, episcopum se putare non debet. In secunda parte dicitur quòd otium contemplationis est desiderandum: dignitas autem non est pe-

petenda. sed si propter necessitatem imponitur est susci pienda pro plurimorum vtilitate: ita tamen, vt ex toto contemplatio non deseratur. Secunda pars incipit ibi, [Itaque a studio cognoscendæ.]
a ¶ Qui episcopatũ.] Idest, episcopari, idest, præesse vt profit, nõ vt præsit, ut 40. dist. multi. sperare ergo & desiderate possumus episcopatum, vt 59. d. si officia. 72. d. in singulis. & 1. q. 1. non est putanda.
b ¶ Itaque.] Dixit ꝙ quis potest desiderare episcopatum: modo dicit qualiter, scilicet ut non ingerat se. ff. de procu. l. quæ omnia.

Episcopatũ desiderare possumus.

patum [a] desiderat, bonũ opus desiderat.] Exponere voluit, quid sit episcopatus: quia nomen est operis, nõ honoris. Græcum est enim atq; inde ductum vocabulum, quod ille, qui præficitur eis, quibus præficitur, superintendit, curam eorum, scilicet gerens. ἐπι, quippe, super, σκόπος vero, intentio, est. Ergo episcopos α, si velimus, latine superintẽdentes possumus dicere: vt intelligat nõ se esse episcopum, qui præesse dilexerit, nõ prodesse. Itaque [b] a studio cognoscendæ veritatis nemo prohibetur, quód ad laudabile pertinet otium. Locus vero superior, sine quo regi populus nõ potest, & si ita teneatur, atque administretur, ut decet; tamen non decenter appetitur.[c] Quamobrem otium sanctum quærit charitas veritatis: negotium iustum suscipit necessitas charitatis: quã sarcinam si nullus imponit percipiendæ, atque intuendæ vacandũ est veritati: si autem imponitur; suscipiẽda est propter charitatis necessitatem: sed nec sic omnimodo veritatis delectatio deserẽda est, ne subtrahatur illa suauitas [d], & opprimatur β [e] iusta necessitas.

α ¶ Episcopos.] *Apud sanctum Augustinum & Anselmum legitur*, ἐπισκοπεῖν, si velimus latine, superintendere possumus dicere.
β ¶ Opprimatur.] *in originali est*, & opprimat ista necessitas. *sed ob glossam non est emendatum.*

In epist. 1. Clementis ad Iacobum.

Item Petrus.

¶ Pro ingenio discentium doctor moderetur verba doctrinæ. C. XII.

3 OPortet eũ, qui docet, & instruit animas rudes, esse talem, vt pro ingenio [f] discẽtium semetipsum possit aptare, & verbi ordinem pro audientis capacitate dirigere. Debet ergo ipse præcipue apprime [g] esse eruditus, & doctus [h], irreprehẽsibilis, maturus, pauidus: † [i] sicut ipsi probastis † fore [k] hunc clementem post me.

In eadem epist.
† al. impauidus.
† al. probabitis.

Item eiusdem.

¶ Qui omnibus præest, singulos releuare contendat. C. XIII.

CLemens, tanquam qui omnibus præesse te noueris singulos, prout potueris, iuua [l]; & singulos releua [m] qui & singulorum onus & solicitudinem portas.

In comm. ad ea verba [& constituas per ciuitates.]

Item Hieronymus ad Titum, c. 1.

¶ Contra Christum faciunt, qui gratia, non meritis gradum ecclesiasticum tribuunt. C. XIIII.

Luc. 10.

QVi uos spernit, me spernit. Ex quo manifestum est eos, qui Apostoli lege contempta, ecclesiasticum gradum non merito uoluerint alicui deferre, sed gratia; contra Christum facere: qui qualis in ecclesia presbyter constituendus sit, per Apostolum suum in sequentibus executus est.

c ¶ Appetitur.] Arg. ꝙ aliqs seipsum nõ debet eligere si potestas in eũ sit translata su. c. ĩ scripturis. & 16. q. 1. uos aũt, qa inter cõferẽtẽ & eũ cui cõfertur, erit distãtia, ut extra de bapt. debitũ simile extra de iure patro. per nostras, & extra de instit. cum ad nostram. tñ potest se coeligere, vt ext. de elec. cum in iure.

Eligere seipsum nemo potest.

d ¶ Suauitas.] Contemplationis.
e ¶ Et opprimatur.] idest, ut contẽplatio eum penitus nõ impediat, qui forte nimis vult esse intentus cõtemplationi.

OPortet.] Hęc est tertia pars qõ. I qua oñdit magister quales dẽnt esse, q eligũtur, vt præsint alijs, scilicet tales ꝙ ad eorum comparationẽ cęteri grex dicantur. & hoc ꝓbat per sex auctoritates. Ioa. de Fant.

CASVS. Petr⁹ elegit Clementem sibi successorẽ: & docuit ꝙ prelatus dẽt esse doct⁹, & irreprehẽsibilis ad instar Clemẽtis, vt animas rudes docẽdo pro capacitate audiẽtiũ possit instruere. Sequentia duo cap. plana sunt.

f ¶ Pro ingenio.] Simile 43. d. sit rector.
g ¶ Apprime.] idest, valde.
h ¶ Et doctus.] Quę sacerdotes, vel episcopi scire debeant habes 38. d. nulli, &c. seq. sufficit tamẽ mediocris scientia, vt ext. de electio. cũ nobis.
i ¶ Pauidus.] idest, timens peccare.
k ¶ Fore.] idest, futurum esse.

l CLemens.] ¶ Iuua.] Largus enim erit. 86. d. fratrem.
m ¶ Releua.] Ar. iudicẽ poti⁹ ũbere ser uare

1 Ad hoc facit quod le. & no. ī f.22. q. 4. innocēs, in fine.

uare misericordiam, quam rigorem. 1 vt 45.dist.licet, & 50.dist.ponderet.in fine, quia statim non debet punire, sed tenetur sæpius remittere, vt 45.dist.licet.& 26.q. 7.alligant.

nasterium. vbi dicitur, sufficit ꝙ non sit malus, quia illud intelligunt cum alius ibi melior non est. In monachis etiã obtinet quod sp melior est eligendus. in auth. de mona.§.vlt.colla. 1.ego magis adhæreo opinioni H. nam cum non sit vitium in eligentibus, nec in electo, quare

Item Hieronymus in libro Leuitici.

Origenes ho. 6. ad c.8. Leuitici.

¶ *In hoc & duobus sequentibus capitibus pro Origene citatur B. Hieronymus harũ homiliarũ interpres. Quod cur fieri potuerit sup dist.36 c.*si quis *est adnotatum.*

¶ Ad sacerdotium non eligatur, nisi qui cęteris & sanctior, & doctior habetur. C. XV.

Leui.8.

LIcet ergo Dominus de constituẽdo principe pręcepisset [a], & Dominus elegisset; tamen cõuocatur etiã synagoga. Requiritur enim in ordinãdo sacerdote & pręsentia populi [b]: vt sciant omnes, & certi sint, quia qui p̄stantior [c] est ex omni populo, qui doctior, qui sanctior, qui in omni virtute eminentior, ille eligitur ad sacerdotium, & hoc astante † populo [d]: ne qua postmodum retractatio [e] cuiquam, ne quis scrupulus resideret. Hoc est autem, quod & Apostolus pręcepit in ordinatione sacerdotis dicens: [Oportet autem illum, & testimonium habere bonum ab his, qui foris sunt.] Ego tamẽ, & amplius aliquid video in eo, quod dicit, [quia conuocauit Moyses omnem synagogam:] & puto, quòd conuacare synagogam hoc sit, colligere oẽs animos, & in vnum cõgregare virtutes: vt cum sermo de sacerdotalibus sacramentis habetur, vigilẽt omnes animi virtutes, & intẽtæ sint, vt nihil in eis sapiẽtiæ, nihil sciẽtię, nihil desit industrię: sed adsit omnis multitudo sensuum, adsit omnis congregatio sanctarum cogitationum: vt quid sit pontifex [f], q̃d vnctio, quid † indumenta [g] eius, conferens intra sacrarium cordis sui, possit aduertere.

† *al. attestante.*

1.Tim.3.

† *al.qua.*

LIcet.] CASVS. Hoc cap.diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, ꝙ electio prælati fieri debet in pręsentia populi, ne aliqua postea retractatio fiat, & vt sciant omnes qui sanctior & melior ad episcopatum eligitur. Et hoc probatur exemplo Moysi, qui in electione Iosue totam congregauit synagogam, & auctoritate Pauli. In secunda parte dicitur, ꝙ cõgregare synagogam siue populum est, qñ prælatus & electus cõgregat oẽs virtutes animi simul & sensus, & bonas cogitationes, sciẽtiã, & bonos mores, vt ille electus intra se cõferens, intelligere possit quid sit põtifex, quid vnctio quid indumẽta episcopi. Secunda pars incipit ibi, [Ego tamen.]

a ¶ Præcepisset.] Ar. ꝙ qñque licet iudici excedere fines mandati, dum tamẽ alias sententia nihil cõtineat iniqui. arg. ext. de sent. & re.iu.causam. Nam qui datur ad eligẽdum potest postulare, ut extr. de elec. ĩ causis 2. & de renun. post translationem. in princ. Et procurator datus ad rem vendicandã, põt agere ad exhibendum. ff. de pc. ad rem mobilẽ. sufficit. n. quod fiat id quod est vicinum mandato; licet ipsum non sit mãdatum, vt ff. de iud. sol. iam tamen. §. vlt. ff. mand. l. vlt. Item arg. quod licet cõtradicere rescripto vel mandato principis quandoq; extra de off. deleg. ex parte. quia licet mandet soli epo, ꝙ det alicui præbendam: tamen non facit hoc sine consensu canonicorum, vt no. 7. q. 1. petijsti.

2 Vbi đ hoc & 61. distī. nullus ī gl. 2. in fin. & 22. q. 4. innocens, in fine.

Principis mandato. Cõtradicere licet.

b ¶ Præsentia populi.] Sup. dist. 63. plebs Diotrensis. & c. nosse. & c. vlt. & sup. 1. q. 1. ordinationes.

c ¶ Qui præstantior.] Hic comparatiua temperat H. secũdum eum sufficit ꝙ bonus eligatur est autem aliquis bonus eo ipso ꝙ nõ est malus, vt extra de præsump. dudum. & ff. de leg. 2. cũ pater. §. rogo. nec enim maior bonitas vnius alijs debet facere præiudicium, vt 3. q. 9. necesse. & 1. q. 1. teneam⁹, & C. de stat. & imag. l. ult. Si autem aliquis de alia ecclesia eligitur, ipse debet optimus esse: sicut si tutor de eadem ciuitate sumitur, satis est si est bonus: si de alia; tunc erit optimus, ff. de tuto. & cur. dat. diuus. Alij dicũt 3 meliorem semp esse pręferendũ. vnde si pauciores volunt eligere optimũ, maior pars minus bonũ, si minor pars appellat, tenet eorũ appellatio. nam iustam causam assignant, ut extra de his quæ fiunt à maio. parte. c. cũ in cunctis. sed si illi elegerint, cassanda est eorũ electio, qui non semper optimum dubuerũt eligere, ut 63. di. metropolitano. 61. dist. nec emeritis. 75. dist. cap. vlt. 74. dist. episcoporũ. nõ obst. 16. q. vlt. monasterium.

Electio facta. de bono an ualeat ubi melior est.

3 Secundũ L. cuius fuit tota ista glo. usque. ibi, magis, &c.

quare erit electio cassanda? nam appellatio non debet cassare nisi ea quæ iniuste facta sunt. ext. de rest. spol. audita, & ext. de elect. cum nobis. Item si bonus iuste potest eligi, ergo contra illam electionem non admittitur appellatio: quia contra ea quæ perpetuo decreto sancita vel statuta sunt, non admittitur appellatio. ff. de appell. reci. uel non l. pen. & ult. nõ enim est quęrendũ de meritis personæ, cum maior sit numerus ex una parte quã ex altera, ut extra de elect. dudum. sic uides in simili. nã semper de eadem ecclesia debet prælatus eligi. si tñ maior pars eligat de ecclesia aliena, licet post appellationem præualet electio maioris partis, cum altera pars neminẽ eligit, ut ext. de elect. cum inter R. imo ex aliorũ opinione sequeretur, ꝙ quilibet peccaret bene faciendo quia bene posset meliorem rem facere: & magister peccat in legendo, quia posset melius facere. s. orare.

d ¶ Populo.] Ergo in his quæ publicè facta sunt nõ potest cõtradici. 54. d. nulli. 87. d. si expositus. 16. distinct. quod dicitis. & cum in principio electionis, quis cõsensit, postea non auditur contradicens, sup. di. 3. in istis. & inf. ead. q. 2. dilectissimi.

e ¶ Retractatio.] Per hoc uidetur, ꝙ populus possit retractare electionem, quæ fit in eius absentia, cum excipere possit cõtra electum, ut 23. d. illud. cum eis inuitis non sit dandus episcopus, ut 63. d. c. ult. Sed hoc nõ concedo, ut dixi. 62. dist. c. 1.

Electio an possit populus contradicere

f ¶ Pontifex.] Vel eius officium. 36. dist. si quis uult.

g ¶ Quid indumenta.] 43. d. sit rector discretus.

Si

SI ergo.] CASVS. Probat Hiero. in hoc c. ꝙ nulli licet sibi eligere successorem. argu. à minori, quia si non licuit Moysi, qui tantus erat, multo minus licebit alijs, nisi Deus alicui aliquid reuelaret, sicut fecit Moysi, qui de præcepto Domini Iosue coram populo sibi suc-

a ¶ Quis erit.] Argu. ꝙ non licet minori quod maiori non licet. 22. q. 5. si Paulus.

b ¶ Clamoribus.] Sic ergo. electio, quæ fit ad clamorem populi, non valet, vt hic, & extra de elect. Osius, & est simile. C. de pœ. l. decurionum sic 22. q. 4. vnusquisque. 1 qui enim ad clamorē populi manumittit aliquē, vī coactus manumittere. C. qui manumit. nō poss. l. 2. & ff. q. & a qb. si priuatus. Quandoq. ad uocem populi aliquid fit. 28. d. de Syracusanæ. 50. d. constitueretur attamen ad clamorē populi remittit alicui pœna ff. d sica. l. penul. De hoc no. 61. dist. miramur.

Electio ad clamorē populi non debet fieri.

1 Vbi d hoc. & 7. q. 5. sūt qui opes. in prin. ibi videas.

Origines hom. 22. ad c. 27. Num.

Item ex libro Numerorum.

¶Populi gubernatio diuina electione præstetur. C. XVI.

† al. permittitur.

SI ergo tantus ille, ac talis Moyses non permittit† iudicio suo de eligendo principe populi, de constituēdo successore; quis erit,[a] qui audeat, vel ex plebe, quę sæpè clamoribus[b] † gratiā, aut ad pretium fortasse excitatis moueri solet vel ex ipsis etiā sacerdotibus, quis erit, qui se idoneum[c] ad hoc iudicet, nisi si cui orāti, & petenti à Domino reueletur? sicut & Deus dicit ad moysem [Assume ad temetipsum Iesum filium Naue hominem, qui habet spiritū Dei in semetipso, & impones manus tuas super eum: & statues eum corā Eleazaro sacerdote: & præcepta ei dato in conspectu totius synagogæ, & pcipe de ipso coram eis: & dabis claritatem tuam super illum, vt audiant illum filij Israel.] Audis euidenter ordinationē principis populi tam manifestè descriptam, vt penè expositione nō egeat? Nulla hic populi acclamatio,[d] nulla consanguinitatis ratio, nulla propinquitatis habita contemplatio est. Propinquis agrorum, & prædiorum relinquatur hæreditas. Gubernatio populi illi tradatur, quē Deus elegerit; homini scilicet tali, qui habet, sicut scriptum audistis, in semetipso spiritum Dei., & præcepta Dei in conspectu eius sunt, & qui Moysi valde notus, & familiaris sit: idest, in quo sit claritas legis, & scientia, vt possint eum audire filij Israel.

† al. aut gratia, aut pretio fortasse excitata.

Num. 27.

Item Gregorius clero, & ciuibus Neapolitanis, lib. 8. epist. 40.

Ans. l. 6. c. 9. Poly. l. 2. tit. 1.

¶Non ex fauore, sed ex iudicio debet venire electio. C. XVII.

NEc nouum,[e] nec reprehensibile[f] est in eligēdo episcopo populi se vota in duas partes diuidere: sed graue est quando in huiusmodi causis non ex iudicio, sed ex solo fauore venit electio.

sup. si ergo.

Cum autem gubernatio populi ei tradi iubetur, quē Deus elegerit; datur intelligi, quòd aliquando quibusdam traditur quos Deus non elegit.

Vnde Hieronymus.

Origenes hom. 4. in lib. Iudicū. & glossa ordi. ad c. 4. Iudic.

¶Non ex arbitrio Dei aliquando datur princeps ecclesiæ. Cap. XVIII.

4 AVdacter fortassis aliquid dicimus: tamē quod scriptum est, dicimus. Nō semper princeps populi, †

† al. populo.

c ¶ Qui se idoneū.] Ar. null9: pt se eligere su. ea. ī scripturis.

d ¶ Acclamatio.] su. c. prox. cōtra. Sed ibi bonū testimonium populi auditur: hic vero strepitus negatur 5. q. 4. in loco.

NEc nouum.] CASVS. Neapolitani nō solum discordabant in electione archiepiscopi sed ēt eligabāt aliquos nō cōsiderata bonitate, sed potius amore & cōsāguinitate. quare Grego. scribit eis dicēs non esse nouū, nec reprehensibile vota eligētium se in duas partes diuidere: sed tunc est reprehensibile cū electio non prouenit ex iudicio, sed ex fauore.

e ¶ Nec nouum.] Simile. 63. di. nosse qa quot sunt homines, tot sunt sententiæ, quot sunt sentētiæ: tot sunt opiniones, inf. de consec. disti. 4. sicut in sacramentis. & ff. de recep. arb. item si vnus §. principaliter.

f ¶ Nec reprehensibile.] Si non est reprehensibile, quare ergo cassatur electio, quę fit in schismate; vt extra de elect. quia. 2

2 Dic ꝙ tūc nō est reprehensibile cū vtraqs pars mouet bono zelo. ar. 65 dist. ca. 1. 70. distin. si duo Arch.

CVM AVTEM CASVS. Sup. in hoc c. si ergo dictum est. ꝙ gubernatio populi traditur illi, quem Deus elegit, de quo colligitur a sensu contrario: quod aliquando traditur dignitas illis, quos non elegit Deus, vt inf. c. proxi.

(Casus cont.) successorem eligit. Et hoc in prima parte. In secunda parte dicitur, ꝙ gubernatio populi tali debet concedi, qui spiritum Dei in se habeat, & præcepta Dei in conspectu suo, & qui sit notus & familiaris Moysi, id est, Deo, & instructus in lege Dei, secunda pars incipi ibi, [Gubernatio populi.

AVdacter.] Hæc est 4. pars q. in qua dicitur, ꝙ quandoque dat Deus malos plātos propter peccata populi. & hoc probat per cap. istud & sequens. Io. de Fan.

CASVS. Hieronymus docet in hoc c. ꝙ prælatus ecclesiæ quandoque datur bonus, quandoque malus pro meritis subditorum Et probat exemplo Saulis, qui non fuit electus Deo iubente, sed prout mala merita populi exigebantur. fuit electus Deo permittente. Elegerat permittendo, & elegerat p Samuelem ad instantiã populi petẽtis. fieri iusserat, non secundum voluntatẽ Dei spontaneã, sed extortam.

a ¶ Arbitrium.] Approbatũ, ne sit cõtra 8.23.q.1. q̃d culpatur. vbi di, ꝙ nõ est potestas nisi à Deo iubente vel sinente, 2.q.5. nec mirũ, sed non approbat 1, sed pmittit eos regnare. si.6.q. 1. ex merito.

¶ Omnia, quæ in hoc capite leguntur, habentur in epistola Gelasij ad episcopos per Dardaniam, sed non eodem ordine cõposita. Caput autem sequens, in quo multa huius ipsius capitis verba continentur, in eadem epistola eodẽ prorsus modo habetur. Itaq; fieri potest, vt ex alia epistola caput hoc sumptum sit, quæ non extet: aut Grat. hæc duo tanquã diuersa capitula referat quod apud antiquiores etiam collectores distincta repererit. in epistola etiam Nicolai ad episcopos Galliæ, quæ nuper est impressa in appendice bibliotheca, hoc citatur ex Gelasio.

Idem episcopis per Dardaniam constitutis.

¶ De eodem. C. XVIII.

Cuncta per mundum nouit ecclesia, quoniam quorũlibet sententijs ligata Pontificum, sedes beati Petri Apostoli ius habeat resoluendi; vtpote, quæ de omni ecclesia fas habeat iudicandi, &c.

Item Sixtus Papa secundus Hispanorum episcopis, epist. 2. c. 4.

¶ De eodem. C. XIX.

Fratres, quos timore terreno iniuste damnastis, scitote a nobis iuste esse restitutos: quibus ex sancti Petri & Apostólica auctoritate omnia, quæ eis ablata sunt, integerrime reddi præcipimus, si nõ vultis & vos, & principes vestri a collegio nostro, & membris ecclesiæ separari. — Ans. l. 2. c. 25. Poly. l. 1. tit. 8. Burch. l. 1. c. 192. Iuo p. 5. c. 247.

Item Stephanus episcopus Gualberto Patriarchæ.

¶ Cuiuslibet ecclesiæ clericos Papa valet ordinare. C. XX.

Ansel. lib. 6. c. 31. Iuo par. 5. c. 13.

NVnc vero iterato tibi scribimus, nolentes alicuius ecclesiæ priuilegium [a] infringere, licet Apostolica prærogatiua possimus de qualibet ecclesia clericum ordinare; desine iam cuiuspiam zelo Cumensis [α] ecclesiæ antistitem protelare: quia si protelaueris, & eum consecrare iam toties monitus non maturaueris; proculdubio ad nos veniens, consecratus abibit.

α ¶ Cumensis. *Sic etiam Anselmus, sed apud Iuonē plenius* Desine iam cuiuspiam zelo electum à clero, & expetitum à populo Lintuardum Cumensi ecclesiæ antistitem protelare.

Item Nicolaus Papa Michaeli Imperatori in epistola, cuius initium. [Propo sueramus.]

¶ De eodem. C. XXI.

supra 1. q. 1. Ansel. lib. 1. c. 72. & lib. 2. c. 14.

PEr principalem [b] Beatorum Apostolorum Petri & Pauli de qua supra partim exposuimus, potestatem, ius habemus, non solum monachos, verum etiam quoslibet clericos de quacunque diœcesi, cum necesse fuerit, ad nos [c] conuocare: atque ecclesiasticis exigentibus opportunitatibus inuitare.

Sed aliud est, quod ex temeritate assumitur præsumptionis: aliud quod ex necessitate geritur charitatis. Cum suffraganei archiepiscoporum subditis suis ad malum fauere cœperint, atque circa eorū correctiones, negligentes [d] extiterint; tunc licet metropolitanis præter illorum voluntatem; & ligandos damnare, & recōciliandos absoluere. Cū vero episcopi zelo diuinæ charitatis accensi, bonos verbo, & exemplo ædificant, & malorum vitia aspera increpatione redarguunt: absque talium consilio non licet metropolitanis in eorum parochia aliquid agere, vel disponere. Vnde in fine capituli Martini Papæ non simpliciter dictum est [nihil agat.] sed cū determinatione, [nil p̄sumptiue assumat absque eorum consilio,] vt vitium præsumptionis videatur improbatum, non officium charitatis. Sic & Apostolus quia Corinthios vidit negligentes circa correctionem fornicatoris, sua auctoritate illum dānauit. Ioannes vero, quia episcopum Ephesiorū vidit paratum ad corrigenda vitia subditorum, sine eius auctoritate illos corrigere noluit: sed illum tantum de eorum correctione admonuit.

sup. ead. per singulas 1.

sup. cum simus, §. probatur.

sup. episcopi.

NVnc vero.] CASVS. Gualbertus Patriarcha antistitem Cumensis ecclesiæ consecrare nolebat. sed Stephanus scripsit ei, vt eum consecraret, & quia eum adhuc non consecrabat, iterum scribit ei præcipiens, vt eum debeat consecrare: & si non fecerit dicit, quòd si Romam venerit, consecrabit eum.

a ¶ Priuilegium.] Rescriptum Apostolicum sic interpretaberis, vt nulli afferat præiudicium, vt hic, & extra de consuet. cum olim, in fi. 63. dist. quanto. sic 99. dist. eccè. C. de emanc. nec auus. 1

1 Ad idem 35. dist. c. 1. ī ubi de hoc & 25. q. 2. ser ... atis. ī prin. ... bi videas.

PEr principalem.] CASVS. Dicitur in hoc cap. quòd Apostolicus habet potestatē de qualibet parte mundi monachos, vel clericos sæculares ad se vocare, & opportunitatibus exigentibus inuitare ad ordinem, vel dignitatem, vel officium aliquod.

b ¶ Per principalem.] Hoc c. est s̄. 1. q. 1. c. per principalem, post principium.

c ¶ Ad nos.] Sicut Papa priuat aliquem clerico suo, eadem ratione potest Imperator aliquem priuare seruo suo, C. quib. ex cau. serui. pro præ. liber. accipi. l. 1. Item alicui potest rem suā auferre, vt C. de quadri. præs. bene. Similiter auferre potest & Papa beneficium. 19. dist. ī memoriā. Itē potest alicui auferre ius p̄sentādi, etiam legatus Papę, vt extra de offi. leg. dilectus. & extra de cōcess. præb. & ecc. non vacan. quia diuersitatē. & episcopum deponere. Sed nunquid omnes simul? Non, quia sic vniuersam ecclesiā turbaret, quod esse non debet. 1. q. 7. & si illa.

Beneficium potest auferre Papa.

SED ALIVD. CASVS. Supra probauit Gratianus, quòd archiepiscopus potest iudicare parochianū sui suffraganei eo ī cōsulto: postea probauit contrarium. Nunc autē soluit dicens, ꝙ quando suffraganei fauent subditis suis ad malū, & circa eos sunt negligētes in corrigēdo, potest tunc archiepiscopus soluere, vel ligare inuitis suffraganeis. quando vero sunt soliciti circa subiectos, non potest tūc eis inconsultis. Et hanc solutionem probat auctoritate Martini, & duobus exēplis, scilicet Pauli, & Ioannis.

d ¶ Negligētes.] Magister dicit, ꝙ quam cito negligēs est p̄latus in corrigēdo, sine omni admonitione auferet ei iudiciū, 2 vel iurisdictio sic supra ead. cū simus. sic extra, de acc. sicut olim. & ex eo. quòd non vult iudex procedere, videtur quòd statim expirauit sua potestas, ut extra de offic. deleg. cùm super. & C. de appell. ex eo. & C. de offic. præfec. Orien. si quos. & extra de foro compet. ex transmissa. Argum. contra supra ead. nunc vero. & extra de statu monach. in singulis.

Prælato negligenti auferatur iurisdictio.

2 Sed H. ītelligit post admonitionē.



Vidam laicus.]CASVS. In superiori causa dictũ est quid iuris habet archieps̃ super suffraganeis suis. Nunc vero supponit x. causam, in qua ostẽdit Gratia. q̃d iuris habeat eps̃ in ecclesijs sui episcopatus. Et v: hoc cõpetẽtius agat, ꝓponit thema, d̃ quo tres elicit q̃stiones.

a ¶ Quidam laicus.] Lex diœcesana consistit in recipiẽdo, vel cathedraticum, vel tertiam partem decimarum, vel quartã, vel hospitiũ. Lex iurisdictionis consistit in cõferẽdo, potest enim cõferre sacramenta, coercere delicta, de causis cognoscere. Quãdoq; lex diœcesana cõprehendit etiam legem iurisdictionis, vt extra de præscr. auditis. quantũ ad legẽ iurisdictionis subsunt episcopo, & ecclesiæ, & monasteria omnia. 18. q. 2. hoc tantum. & c. monasteria. & c. cognouimus & 16. q. 1. inter dicimus, quantũ ad legẽ diœcesanam solę sæculares, vt ĩfra eo. de his, & c. antiquos. 2. q. 2. statuimus. sed regulares ecclesiæ, vł monasteria nõ, vt hic & c. 1. & 16. q. 1. cũ pro vtilitate. & 18. q. 2. q̃ sit necessariũ cathedraticum. n. nõ soluunt. ĩ. ea. q. 3. inter cętera nec partẽ decimarũ. 16. q. 1. cum pro vtilitate ea. quæsti. & e. decimas. nec ep̃m ad missas publicas recipiunt. 18. q. 2. luminoso. & c. dudum, præstant tamen seruitium ep̃o. vel ex prima institutione, vt 18. q. 2. Eleutherius. vel etiã ratione visitationis, vt extrà de præscr. cum ex officij. vel quod debetur ex consuetudine, vt 18. q. 2. seruitium. Capellę vero monachorum subsunt ep̃o quantum ad vtranque legem, 16. q. 2. sanè & extra de priuil. cum & plantare in ecclesijs, nisi pleno iure fuerint monasterijs collatæ. sed hoc dicemus. 16. q. 2. in princ. … pta sunt a lege diœcesana, vt ĩ. ea. c. 1. & q. 3. iter. & 16. q. 1. cum pro vtilitate. & hoc in fauorem religionis. sed non sunt exẽpta a lege iurisdictionis, vt 16. q. 1. interdicimus. Idem est de capellis monasteriorum. Est autem lex diœcesana, qua ep̃s recipit cathedraticum, 1 tertiam s. vel quartam partem decimationum secundum diuersas consuetudines, & qua vocat clericos ad synodum vel exequias. Lex iurisdictionis est qua episcopus potest clericos ordinare, altaria & ecclesias, & virgines cõsecrare, corrigere, suspendere, cognoscere de causis ciuilibus, & criminalibus, & generaliter ad suam iurisdictionem pertinet omnia sacramenta conferre.

Lex diœcesana, & iurisdictionis in quibus consistunt.

1 Quod r… præscribi… ſm id qu… not. 15. c… quicunq… gl. l. in f…

CAVSA DECIMA.



Vidam laicus [a] *basilicã à se factam à diœcesana lege segregare quærit: episcopus ecclesiam cum omni dote sua ad suam dispositionem pertinere cõtendit: tandem euincit episcopus, & per parochias militib. comitatus crudeliter desæuit: quæ ecclesiæ sunt, tanquam sibi debita, vsurpare contendit.*

1 Modo primum quæritur, an basilica cum omni dote sua ad episcopi ordinationem pertineat.

2 Secũdo, an res ecclesiarum episcopis vsurpare liceat.

3 Tertio. quid nomine cathedratici a suis sacerdotibus exigere valeat.

QVAESTIO PRIMA.



E prima quæstione sic definitur in concilio Ilerdensi, c. 3.

¶ Basilica, quæ consecratur, à diœcesana lege non segregatur. C. I.

SI ex laicis quispiam à se factam basilicam consecrari desiderat; nequaquam eam sub monasterij [b] specie vbi cõgregatio [c] non colligitur α; à diœcesana lege audeat segregare.

¶ α Colligitur.] *In concilio impresso, ac manuscripto sequitur.* vel regula ab episcopo non constituitur.

Et in Vormac. c. 6. & 55. & in Moguntino sub Arnulpho, cap. 4.

Item ex concilio Toletano. 3. c. 19.

In Trosl. c. 6. Burch. l. 3. c. 20. Iuo p. 3. c. 23. Pann. l. 2. c. 12.

¶ Ecclesiæ cum dotibus suis in episcopi potestate consistant. C. II.

SIc, quidam contra omnem † auctoritatem ecclesias,

† al. van…



E prima quæstione.] Hæc q. diuiditur in 4. partes, in quarum prima probat Magister per x. aucto. ꝙ ecclesia cum omnibus suis rebus debet esse sub potestate episcopi; & de rebus ecclesiæ, s. decimis, & primitijs, & de talibus debet episcopus habere tertiam vel quartam, vel mediam secundum diuersas consuetudines. Secunda ibi, [Si autem.] Tertia ibi, [Visitantes.] Quarta ibi, [Quia sacerdos.] Ioan. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur prima qõ, in qua quæritur, an ecclesia cum omni dote sua pertineat ad dispositionem episcopi. Et est dicendum, ꝙ omnes ecclesię præter monasteria subsunt episcopo quo ad legem diœcesanam, & quo ad legem iurisdictionis, vt infra ead. q. fere per totum. & 16. q. 7. omnes basilicæ, sed monasteria exem‑

SI ex laicis.] CASVS. Quidam laicus capellam quandam cõstruxit, & cum peteret eam consecrari, volebat eam non subesse episcopo quantum ad legem diœcesanam, sicut nec monasteria. Quæsitum fuit in concilio Ilerden. an hoc fieri posset. Et respondetur ꝙ non, sine voluntate episcopi.

b ¶ Sub monasterij.] Id est, quasi ibi velit monasteriũ construere.

c ¶ Vbi congregatio. [Sed quot homines faciunt collegium monachorũ? R̃n. duo, vel tres, vt ext. de elec. c. 1. ſm leges tres, ff. de verb. sign. Neratius. Sed decẽ hoĩes faciunt populum, vt 10. q. 3. vnio ff. ui bon. rapt. §. prętor, §. 1. & decẽ oues gregem, licet quatuor. vel quinq; porci gregẽ faciant. ff. de abigeis, oues. Sed duo non faciunt familiam, vt ff. de verb. sign. si detestatio. in fi.

SIc quidam.] CASVS. Quidam postulabant ecclesias, quas

[...]clesiæ con [...]lens aliqd possit il- [...]ab epi ad [...]ni stratio [...]ripere.

quas ædificauerant sic consecrari, ut dos earum ad episcopi ordinationem nō pertineret: quare quæsitum fuit in concilio Toletano quid super hoc fieri debeat. Et respondetur, ꝙ si tale quid factum est in præterito, corrigatur, & statuitur vt de cætero non fiat: sed omnia sint in

libet in traditione rei suæ potest ponere legem q̃ vult, etiam cum tradit rem ecclesiæ, vt ext. de cond. app. verū. 18. q. 2. Eleutherius. Item laicus potest prædium dare ecclesiæ, & in eo cēsum retinere. 11. q. 1. si tributum 23. q. vlt. tributum. Similiter patronus pōt petere seruitiū

quas ædificauerint, postulant consecrare, vt dotē, quam eidem ecclesiæ contulerint, censeant ad episcopi ordinationem non pertinere [a]. Quod factum taliter [α] in preterito corrigatur, vt & in futuro ne fiat prohibeatur; sed omnia secundum constitutionem antiquam ad episcopi [b] ordinationem, & potestatem pertineant.

α ¶Taliter.] *Sic est in antiquioribus editionibus, et duobus Vaticanis conciliorum codicibus, sed in Coloniensi quatuor tomorum editione, & in Codice Lucensi Regio, & in concilio Vormaciensi, & Moguntino, & in Pannormia hoc modo,* quod factum, & in præteritum displicet, & in futuro prohibetur.

Item ex concilio secundo Cabilonensi.

¶Ecclesiæ, & omnia iura earum ad ordinationem episcopi pertinent. C. III.

Burc. lib. [...] c. 146. Iuo p. 3. c. 211.

DEcretum est, ut omnes ecclesię cum dotibus [c] suis, & decimis, & omnibus suis [β] in episcopi potestate consistant, atque ad ordinationem suam semper pertineant.

β ¶Suis.] *In vulgatis sequebatur,* iuribus, *quæ vox abest ab omnibus collatis manuscriptis. Apud Iuonem, & Burchardum est,* omnibus rebus suis.

Item Leo Papa quartus in epistola ad episcopos Britaniæ, c. 2.

¶Vnaquęque parochia episcopi prouisione regatur. C. IIII.

REgenda est vnaquæque parochia sub prouisione, ac tuitione episcopi per sacerdotes, vel cęteros clericos, quos ipse cum Dei timore prouiderit, cui iure pertinere videtur, & circumire, vt sibi necessarium visum fuerit ecclesiastica vtilitate cogente.

Item ex concilio Antiocheno, c. 24.

¶Iudicio, & potestate episcopi res ecclesiasticę gubernentur. C. V.

12. q. 1. pręcipimus ex can. Apost. 41.

QVæcumque [γ] res ecclesię sunt, conuenit cum omni diligentia, & bona fide, quę Deo debetur, qui omnia prouidet, atque iudicat, gubernari, & dispensari cum iudicio, & potestare episcopi, cui totius plebis animę [d] videntur esse commissę.

γ ¶Quæcunque.] *Gracè significantius,* τὰ τῆς ἐκκλησίας, τῇ ἐκκλησίᾳ φυλάττεσθαι δεῖν καλῶς ἔχει, *idest,* recte habet, quæ ecclesiæ sunt, *ipsi* ecclesiæ seruari oportere.

Item ex concilio Toletano, 4. c. 32.

qđ institutū est sibi ab epo ante cōsecrationē, ext. de iu. pat. c. preterea. Quidā dicunt, ꝙ hic loquitur in eo casu qñ primo dedit pure, sed postea uoluit adijcere conditionem, quod non licet, quia perfecta donatio non recipit conditionem, ut C. de donat. quæ sub modo. l. perfecta. & 32. q. ult. c. unico. in fi. Alij dicunt, ꝙ dos ecclesiæ spectat ad ius publicum, ut s. 1. d. ius publicū. sed ius publicum pacto priuatorū tolli non pōt. 1 ff. de pac. ius publicum ext. de fo. comp. si diligēti. Tu breuiter dicas, ꝙ illud pactū est contra naturam illius contractus, & est contra leges. nam ſm iura, res oēs ecclesiasticæ ad ordinationē episcopi spectant, ut j. eo. nouerint. aliàs si non obuiat honestati uel iuri, licite pōt pactum quod appròbatum est præmissis canonib. apponi, ut in pręmissis casibus. nā quilibet in traditione rei suæ potest apponere legē quam vult. ff. de pa. l. in traditionibus.

1 Sub. & sic non obstàt lex prædi. in traditionib. quę loquitur qñ ꝑ pactum iuri publico nō derogaī. arg. ff. de pa. iurisgentiū. Arch.

b ¶Ad episcopi.] In ecclesijs autem monachorū abbati presbyter respōdebit in temporalib. episcopo in spiritualib. ut 16. q. 2. sane, & extra de cap. mo. in ecclesijs.

DEcretum.] CASVS. Hoc c. cum trib. sequencib. fere eundem habent casum, scilicet ꝙ ecclesiæ cum omnib. suis rebus debent esse in potestate episcopi, vt de eis disponat & ordinet scd̄m quod fuerit disponēdum

in potestate episcopi.

a ¶Non pertinere.] Hic habes, ꝙ contractus tenet, sed pactum oppositum in contractu contra naturam contractus non tenet sic extra de cond. appo. c. 1. & 16. q. 1. si quis laicus, & extra qui cler. vel vo. insinuante sic inf. de consec. d. 1. si quis basilicam. Sed obijcitur nōne qui-

& ordinandum, visitando eas tempore opportuno.

c ¶Cum dotibus.] Nihil tamen de eis disponet citra cōsensum prælati, ut extra de off. ordi. cum ab ecclesiarū, & inf. q. 2. c. pen.

QVæcunque.] ¶Animæ.] 12. q. 1. præcipimus. ADDITIO. & 18. q. 2. cognouimus.

a NOuerint.] ¶Nullam.] inf. 17. q. 4. sunt qui inf. 16. q. 7. decernimus contra. Sed ibi habent potestatem tantum defendendi ecclesias. 1

1 Sub. hoc ãt dicit, ꝙ nou hñt ptãtem dilapidationis. ẽm L. & hic adde qđ not. 16. q. 7. piæ mẽtis in gl. vl. de cõs. dis. 1. si quis basilicam. 2 De hac ma. no. cx de cẽ. cũ olim ubi Ho. de hoc notando ponit hanc sententiã, & eã attribuit Bartol. prouin. q ita ad literam sensit sicut hic dicit per Bart.

DE his.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ omnia bona ecclesiarum mobilia, & immobilia in epõrum potestate cõsistunt, ita ꝙ tertia pars oblationũ epo reseruetur. Quod autẽ iuris sit de hoc, in apparatu dicitur.

b ¶Tertia.] Alibi dr̃, ꝙ nihil habeat 2 p̃ter cathedraticũ, ut ĩ. ea. q. 3. cap. 1. aliàs de medietate. ut inf. c. proxi. Not. ergo ꝙ tp̃e primitiuo cum pauperes essent epi, statutum fuit vt episcopi de episcopalibus ecclesijs, & omnibus bonis ecclesiæ sumerent medietatem, vt in ca. seq. sed in omnib. parochialib. ecclesijs tertiam 16. q. 1. cõstitutum procedente tp̃e ex parochialib. tantum tertiam oblationum, & decimarum haberent, ut inf. eo. c. decreuimus. postmodũ quartam. 12. q. 2. vobis, & c. cõcesso. & c. quatuor. Hodie aũt nec tertiam partẽ parochialium habebũt nisi ad fabricã reparandã, nec illã habebũt nisi uelint fabricã reparare, ut ĩ. q. 3. c. 1. & 3. Vel dic, ꝙ ẽm cõsuetudinem ista dãtur, vt ex. de sepul. certificari. hodie aũt cũ sint diuites, nihil habebũt præter cathedraticum, vt ĩ. q. 3. cap. 1. Io. parochialis ecclesia tantũ habet quartã decimarũ, & ep̃s aliã pro se, aliàs quartas duas retinet ep̃s p fabrica, & pauperib. vt 12. q. 2. concesso. & c. seq. đ alijs reditib. nihil habet de consuetudine generali, & præscripta ep̃s, licet prædicta c. & alia videant dicere cõtrarium, & ita fuit sententiatum pro episcopo Bononiensi contra ecclesiam S. Io. in Persiceto, & hoc videtur expressum. 12. q. 2. uobis, B.

¶Basilicarum conditores in rebus ecclesiarum nullam potestatem se habere cognoscant. C. VI.

NOuerint conditores basilicarum, in rebus, quas eisdem ecclesijs cõferunt, nullam [a] se potestatem habere: sed iuxta canonum instituta, sicut ecclesiam, ita & dotem eius ad ordinationem episcopi pertinere. Poly. l. 3. tit. 12. Burc. l. 3. c. 203. Iuo p. 3. c. 255. Pann. l. 2. c. 4.

Item ex concilio Aurelianensi, 1. c. 17.

¶De eodem. C. VII.

DE his, quæ parochijs in terris, vineis, mancipijs, atque peculijs quicunq; fideles obtulerint, antiquorum canonum statuta seruentur, vt omnia, in episcopi potestate consistant: De his tamen, quæ altario accesserint, tertia [b] pars fideliter episcopis deferatnr. Poly. l. 3. tit. 11. Burc. l. 3. c. 136. Iuo p. 3. c. 202. Pann. l. 2. c. 61.

Item ex eodem, c. 16.

¶De his, quæ altario deferuntur, medietatem sibi vendicet episcopus. C. VIII.

ANtiquos canones relegẽtes, priora statuta credimus renouanda; vt de his, quæ in altario oblatione fidelium conferuntur, medietatem [c] sibi episcopus vẽdicet, & medietatem sibi dispensandam secundum gradus clerus accipiat, tam de proprijs prædijs, quàm de omni cõmoditate in episcoporum potestate durantibus.

Item ex concilio Toletano.

¶*In libro manuscripto priuilegiorum ecclesiæ Toletanæ refertur hoc tanquam caput 15. quarti concilij Toletani sed in duobus ipsius exemplaribus ex Hispania missis non habetur: Burchardus, & Iuo citant ex concilio Triburiensi tempore Arnulphi regis.*

¶De episcopis, qui diœcesim suam visitare contemnũt, & ad redimendas mansiones, quæ visitantibus debentur, clericos cogunt. C. IX.

RElata † est coram sancta synodo querimonia plebium, quòd sint quidam episcopi nolentes ad prædicanduw, uel ad confirmandum suas per annum parochias circumire: qui tamen exigunt, vt mansiones; quibus in profectione vti debuerant, aliquo † pretio [d] redites, & negligentiam dimittentes. Burc. l. 1. c. 229. Iuo p. 5. c. 341. † al. Delata. † al. alio.

ANtiquos.] CASVS. Statutum fuit in Aurelian. concilio, ut ep̃s habeat medietatem oblationum matricis ecclesię, & clerici eiusdem ecclesię aliam medietatem habebunt. Idem est dc fructihus prædiorum, & in omni vtilitate ecclesiæ, ita ꝙ prędia, bona ecclesiæ in episcopis potestate consistant.

c ¶Medietatem.] Secundum distinctionem decr. extra de testa. requisisti.

REIata.] CASVS. Quidam episcopi negligebant suas parochias visitare singulis annis ad prædicandum vel confirmandos pueros: procurationes tamen exigebant ac si ecclesias visitarent, quod ex auaritia, & negligentia procedebat, & ideo statutum fuit in concilio Toletano, ut hoc de cætero non faciant episcopi, sed solicite, & diligenter suos greges visitent, cupiditatem vitantes.

d ¶Aliquo pretio.] Si isti parochiales ita soluerunt aliquos denarios aliquot annis, nunquid ep̃s postea potest ad procurationẽ petendam redire? arg. ꝙ sic ext. de cen. olim. argu. contra. ff. quemadmodum serui. amit. si communem, ubi dicitur, ꝙ qui una seruitute utitur pro alia perdit primam. Sed quid si partẽ procurationis recipit aliquot annis, nunquid per partẽ intelligitur retinuisse totũ? vr̃ ꝙ sic infra de pœn. d. 1. vulgaris, ff. quemadmodũ seru. ami. si stillicidiũ. §. vlt. & l. seq. vbi dicitur, ꝙ p partẽ retinere totum uidetur, ff. de ser. rust. pręd. vna est via. arg. contra ext. de præsc. auditis ext. de capel. mo. dilectus. Breuiter rñdeas, ꝙ in procuratione nulla currit præscriptio, extra de præscript. cum ex officij, unde siue par-

partem soluerit, siue nihil semper potest petere procurationem, ut not. in prædi. c. cum ex officij.
a ¶ Redimant.] Tamen redimi potest procuratio, vt infra ead. q. 3. relatum.
b ¶ Parare.] Vel præparare.
Decre-

tem fabricæ recepit. j. ea. q. 3. vnio. aliter non tenetur, sed tamen conferre debet cum alijs, vt 16. q. 1. si monachus, extra de eccl. ædi. de his. 1
SI AVTEM. Hæc est secunda pars q. 3. in qua dicitur vt hic, & in seq. c. continetur. Io. de Fant.

mant [a] qui parare [b] debebant. Quæ duplex infamia, neglignetiæ, & auaritiæ, sanctæ Synodo magno fuit horrori. Statuerunt itaque, ne quis vltra exerceat id cupiditatis ingenium, & vt solicitiores sint episcopi de suis gregibus visitandis.

Item ex concilio Taraconensi, c 8.

¶Annuis vicibus ecclesiæ ab episcopis visitentur. C. X.

Burch. l. 3. c. 33. Iuo p. 3. c. 38.

DEcreuimus, vt antiquæ consuetudinis ordo seruetur, & annuis vicibus ab episcopo dioeceses visitentur, & , si qua forte basilica fuerit reperta destituta, ordinatoria [a] [c] eius reparari præcipiatur: quia tertia pars ex omnibus per antiquam traditionem, vt accipiatur ab episcopis, nouimus esse statutum.

a ¶Ordinatori.] *In exemplaribus concilij impressis, & manuscriptis, apud Burchardum, & Iuonem legitur*, ordinatione ipsius, *sed ob glossam non est mutatum. Reliqua vero ex ijsdem sunt emendata Burchardus autem, & Iuo addunt præterea in extremo*, ex principibus nouimus statutum.

2 *Si autem episcopus inualetudine impeditus dioeceses suas per semetipsum visitare non poterit, visitationis officium committat alijs.*

Vnde in concilio Toletano quarto, c. 35 legitur.

¶Inualetudine grauatus episcopus, visitationis officiũ alijs committat. C. XI.

Burc. l. 1. c. 87. Iuo p. 5. c. 193.

EPiscopum per cunctas dioeceses, parochiasque suas per singulos annos [d] ire oportet, vt exquirat, quo vnaquæque basilica in reparatione sui indigeat. Quod si ipse aut languore detentus, aut alijs occupationibus implicatus, id explere nequiuerit; presbyteros probabiles, aut diaconos mittat, qui redditus basilicarum, & reparationes, & ministrantium vitam inquirant.

3 *Visitantes autem episcopi, quid a clericis suis exquirere debeant, & quid eos docere, in concilio Bracharẽsi secundo, c. 1 sic statutum legitur.*

¶Quæ visitantes episcopi a clericis suis exquirere debeant. C. XII.

Burch. l. 1. c. 85. Iuo p. 1. c. 75. & p. 5. c. 191.

PLacuit omnibus epĩs, vt per singulas ecclesias epĩ, & per dioeceses ambulantes primum discutiant clericos, quomodo ordinẽ baptismi teneant, vel Missarum, & qualiter quæque officia in ecclesia peragant. Et si rectè quidem inuenerint, Deo gratias agant: sin autem mini-

CASVS. Supra in c. decreuimus, & c. relata. dictũ est, ꝙ episcopi debẽt suas parochias visitare: sed nunc dicit Grat. ꝙ si est valetudine impeditus, officiũ visitationis alijs iniũgat.

1 De hoc no. eo. tit. c. 1. & 12. q. 2. quatuor. Archi.

EPiscopum.] CASVS. Statutũ fuit in cõcilio Toletano, vt episcopi suas parochias visitent: qđ si non possunt presbyteros bonos vel diaconos mittant qui oĩa diligenter inquirant, scilicet basilicarum reparationem, & vitam sacerdotũ.

d ¶Annos.] Cũ necessaria causa subest, tunc singulis annis põt visitare, ut hic, & j. ea. q. 3. cañẽdo. immo tunc quãdocunq; & quotiescũque opus est, potest omnes ecclesias visitare, ut extra de off. arch. mãdamus, sed si non est necessitas, de triennio in trienniũ visitabit, ut extra de off. arch. vt archidiaconus, vel hodie bis in anno, ut ext. de censi. cum uenerabilis. Sed qualiter 2 istud mãdatur alijs, cũ istud sit officiũ archidiacòni, ut 15. d. per lectis? Sed loquiť de ea visitatione, quã habet episcopus in re sua, uel secundum consuetudinem loci dicitur.

Visitatio quoties fieri debet.

2 Ista q̃stio melius esset gl. per se signata super uerbo p̃sbyteros, & ita eam ponit. Io. de Fant.

VISITANTES. Hæc est tertia pars q̃stio. in qua diciť ut hic, & in seq. c. continẽtur. Io. de Fant.

CASVS. Dictum est supra, quod episcopi debent ecclesias visitare. Nũc autem dicit Gratia. quid episcopi debeãt docere, & quid a presbyteris requirere cũ suas parochias visitant.

DEcreuimus.] CASVS. Statuitur hic vt episcopi singulis annis suas ecclesias uisitent; & si qua basilica fuerit destructa, præcipiatur ordinatori suo, ut eam debeat reparare, de omnibus autem redditibus episcopus tertiam tollat.
c ¶Ordinatori.] idest, sacerdoti, & hoc uerũ est si par-

PLacuit.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dĩ, ꝙ epĩ suas parochias uisitantes prima die debent a clericis exigere, qualiter baptisma, & Missam, & cætera officia peragant, & si bene inuenerint, Deo gratias agant: alioquin ignaros instruant: ordinent etiam, ut cathecumeni ante xx. dies baptismi ad purga-

purgationem exorcismi veniant,in quibus discant:Credo in Deum. In secunda die debent docere laicos, ut fugiant idololatriam,& omnia mortalia crimina:& quod sibi nolunt fieri,alijs ne faciant,vt fidem rectã teneant. & hoc facto ad alium locum pergant.

oblationes auferant, & ut ecclesiæ a laicis non incastellentur,uel in seruitutem redigantur.
f ¶Oblationes.] Laici ergo possunt cogi ad oblationes,16. quæst.1. statuimus. sicut ad decimas & primitias.16.q.1.reuertimini.

me:docere debent ignaros [a],& hoc modis omnibus pręcipere,sicut antiqui canones iubẽt,vt ante viginti dies [b] baptismi, ad purgationem [c] exorcismi concurrant cathecumeni,in quibus viginti diebus omnino † cathecumeni symbolum,quod est [Credo in Deum patrem omnipotentem] specialiter doceantur. Postquam ergo in his suos clericos discusserint, vel docuerint episcopi, alia die [d], conuocata plebe ipsius ecclesiæ doceant illos, ut errores fugiant idolorum: vel diuersa crimina,id est,]homicidium,adulterium,periurium, falsum testimonium, & reliqua peccata mortifera: & quod nolũt sibi fieri,alteri ne faciant:& vt credant resurrectionem omnium hominum,& diem iudicij, in quo vnusquisque secundum opera sua recepturus sit. Et sic postea episcopus de ecclesia illa proficiscatur ad aliam.

De consecr.distin.4. ante viginti.
† al.omnes.

Item Hieronymus in epistola ad Damasum Papam de oblationibus altaris. Tomo 4.

¶Oblationes ecclesiæ laicis vsurpare non licet. C.XIII.

4 QVia sacerdotes pro omnibus orare debent,α quorum eleemosynas & oblationes accipiunt qua fronte præsumunt laici oblationes, quas Christiani pro peccatis suis offerunt,vel comedere [e],vel alijs concedere,cum ipsi nõ debeant ex officio suo β pro populo orare. Ob hoc Papa gloriosè mittere oportet illos præsumptores in excommunicationem perpetuam, vt & cæteri metum habeant,& amplius hæc in ecclesia ne fiant. Poly.lib.3.tit.9.

α ¶Debent.] *In vulgatis, & in epistola impressa legitur*, solent, *sed in plerisque manuscriptis Gratiani exemplaribus, & Polycarpo*, debent. *Sic etiam Lupus in regula Monachorum ex Hieronymi scriptis collecta cap. de contemplatione, oratione, & lectione*, sacerdotes quoque pro omnibus orare debent, quorum eleemosynas,oblationesq; recipiunt.

β ¶Ex officio suo.] *Hæc absunt a plerisque codicibus Gratiani & epistola ipsa & Polycarpo.*

Item Calixtus Papa *secundus* γ.

γ ¶Secundus.] *Additum hoc est ex plerisque uetustis. Neque uero primus esse potest, cuius tempore nondum Pantheon uocabitur templum Sanctæ Mariæ rotundæ. Bonifacius enim fuit, qui tempore Phocæ Imperatoris illud Beatæ Mariæ,& omnibus sanctis d.cauit.*

¶Minime auferantur a laicis oblationes altaribus, vel crucibus factæ. C. XIIII.

SAnctorum patrũ canonibus consona sancientes, oblationes [f] de sacratissimo & reuerẽdissimo altari B.Petri,& Saluatoris sanctę Marię rotundę,aut alijs ecclesiarum altarib. siue crucibus a laicis auferri penitus interdicimus, & sub districtione [g] anathematis prohibemus, Poly.l.3.tit.9.

1 Ad idem 85. q. 2. in Galliarũ.magis enim mo nendo quam cõminando, &c.45.d.licet.1.& 2.& 44.d.comessationes.27. q.1. de viduis. Arch.

a ¶Ignaros.]Arg.cõtra illos qui statim suspendũt simplices sacerdotes, ut 38.d. sedulo. 1 & c.quando. Itẽ arg.pro illo qui cõsecutus est p̃bendã dum finxit se scolum.i.simulatorem scientiæ.
b ¶Dies. Paschæ.
c ¶Purgationem.] Nõ tamẽ statim purgantur vitia, sed sũt signa futuræ purgationis,inf.de consecra.d.4.sicut.
d ¶Alia die.] ĩ.ead. q.3. c̃tra. inter cętera.1. fi. ubi dicitur, ꝙ tantum per vnam diem morabitur in qualibet basilica.sed dic qđ uno die erit cũ sacerdote; altero cum populo.

QVia.] Hæc est quarta pars q̃stio. in qua dicitur, & probatur qđ laici non debent accipere oblationes de altaribus vel crucibus, q̃ deferuntur sacerdotibus ratione officij, cum laici pro se vix orare possint. Ioan. de Fant.

CASVS. Laici in ciuitate Romana auferebãt oblationes de altaribus,& comedebãt.quare Damasus Papa quęsiuit a Hieronymo quid de his deberet fieri. Et rñdet,ꝙ debent excommunicari, ut cæteri metu terreantur, q̃a cum non orent pro populo, oblationes populi comedere nõ debent.

e ¶Comedere.] Hic habes decimas appellari non solum ipsa iura, sed etiam ipsos prouentus,& ꝙ etiã prouentus non possunt cõcedi laicis.argum. contra ext. ne prę̃la. vices suas, ca. vlt.Sed dic vt dicitur 1.q.3.si quis obiecerit. quod ad tempus potest decima laicis concedi, non tamen in perpetuum.

SAnctorum.] CASVS. Calixtus Papa duo in hoc cap. prohibet, scilicet ne laici de altari alicuius ecclesiæ

g ¶Et sub districtione.] de hoc dic, vt 63.distin. Salonitanæ.

g ¶Et

a ¶Inca-

a ¶ Incastellari.] Vt inde fiant propugnacula. ADDITIO. Hoc intellige, secundum quod habet extra de cust. Euch. c. 2. & ad hoc 12. q. 1. necessaria. & c. nulla. Arch.

HAnc consuetudinem.] CASVS. Damasus prohibet in hoc c. ne Romani auferāt oblationes de altarib. & comedant: sed solum sacerdotib. relinquant, qui quotidie pro nobis orant, & hoc probat exemplo veteris testamenti, vbi solum sacerdotib. permittebat panes propositionis comedere. Si quis vero contra constitutū cccxviij. patrum Nicæni concilij venerit, anathematis vinculo sit obligatus.

& ecclesias a laicis incastellari [a], aut in seruitutem redigi auctoritate Apostolica prohibemus.

Item Damasus Papa.

¶ Ecclesiarum oblationes sub laicorum domino non detineantur. C. XV.

Poly. ibid. † al. vigere.

HAnc consuetudinem, quæ contra sanctam ecclesiā catholicam augeri † videtur, omnino iterdicimus; vt nullo modo vnquam oblationes, quæ intra sanctā ecclesiam offerūtur, sub dominio laicorum detineātur: sed tātummodo sacerdotibus, qui quotidie Domino seruire videntur, liceat comedere, & bibere: quia in vetere testamēto prohibuit Dominus panes sanctos comedere [b] filijs Israel, nisi tantummodo Aaron [c], & filijs eius: qui panes longe erant ab istis panibus, qui nūc in sancta ecclesia offerūtur, quia illi sub vmbra legis erāt; qui vero modo sub gratia spiritus sancti, toto mūdo Euāgelio corruscante lucidiores esse videntur. Qua fronte, aut qua conscient̄ia oblationes vultis accipere, qui vix valetis pro vobis, nedum pro alijs Deo preces offerre? q͞a prauum est, & contra Dominicum pręceptum, & detrimentū animę suæ infert, qui illud agere conatur, quod ei nulla ratione cōceditur. Quia omnibus sanctis patribus, nostrisq; priorib. placuit hanc sanctionē fieri, & nos similiter in eisdē persistere volumus, vt nullus audeat irritum facere hoc, quod constitutum est, si in perpetua dānatione noluerit persistere. Si quis vero cōtra hanc regulā nostrā, & contra regulam sanctorum cccxviij. patrum, qui in Nicęno concilio hoc constituerunt, temerarius præsumptor fuerit, & de cætero oblationes de sacris ecclesijs auferre molitus fuerit; sub anathematis vinculo sit colligatus, & condemnatus. Responderunt omnes, fiat, fiat.

1. Reg. 21. — Panes propositionis.

b ¶ Comedere.] Ar. q͞ clerici concubinarij non debēt comedere bona ecclesiæ. 32. d. prętet hoc. Ar. contra 32. d. si q͞ vero. & 31. d. omnino.

c ¶ Aaron.] Illi vero sacerdotes semp̄ comedebāt panem durum: quia quolibet sabbato ponebantur eis illi xij. panes. q͞ fuerunt dicti panes p̄positionis. Sed nū q͞d de illo pane poterant pascere familiam suam, vel etiā canes suos? non: sed tātū in necessitatib. poterant, quia tūc ēt alijs licebat comedere eos. vñ Dauid & Abimelech excusant vt 25. q. 1. §. si ergo. & §. his ita rn̄detur.

PRAEMISSIS. CASVS. Infert Gra. ex supradictis, q͞ ecclesię, & oblationes, & res ecclesię in epi potestate consistunt.

Præmissis auctoritatibus, ecclesia cum omnibus rebus suis ad episcopi ordinationem pertinere monstrātur, & tam ecclesiæ quam oblationes, & facultates earum a laicorum dispositione probantur esse immunes.

QVAESTIO II.



Ed cum [d] in episcoporum potestate facultates ecclesiæ constitutæ esse dicantur; potestas dispensandi intelligenda est, non distrahendi, vel dilapidandi.

SEd cum in episcoporū.] Hæc q. diuiditur in 4. partes: in quarum prima probat, quòd res ecclesiæ non sunt alienandæ nisi in casibus, quos ponit. Secūda ibi, [Perpetua.] Tertia ibi. [Episcop9 habeat.] Quarta ibi, [Si vero.] Io. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur 2. q. qua q̄ritur an epo liceat auferre distrahere, vl' dilapidare res eccl'æ. Et certe dilapidare nō pōt, nec ēt alienare. nisi in casib. concessis a iure, & hoc p̄batur per seq. c.

d ¶ Sed cum.] Quæritur an licet episcopo vsurpare res ecclesiæ. Hęc [illegible] ó hēt dubitationem: quia constat q͞ nō potest vsurp[illegible].

Vnde in Agathensi concilio, c 7. legitur.

¶ Res ecclesiæ aliquo modo episcopis alienare non licet. C. I.

CAsellas, vel mancipiola ecclesiæ, epi (sicut prisca canonum p̄cepit auctoritas) vel vasa ministerij, qua

CAsellas.] CASVS. Hoc c. diui[illegible] i[n] duas partes. In pri[m]a dicitur, quod omnia bona ecclesiarum mobilia, & immo-

immobilia debent esse in potestate eporum, ita vt non liceat eis vendere directa venditione, vel indirecta: nisi imminente necessitate, vel vtilitate ecclesiæ, qua primitus comprobata fiat venditio coram duobus, vel tribus vicinis episcopis subscribentibus venditioni cũ alijs clericis. Si vero aliter fiat, irrita erit venditio. In secunda parte dicitur, ꝙ episcopus põt peregrinis, vel clericis cõcedere in vsũ possessiones minus vtiles saluo iure ecclesię. Secũda pars ibi [Minus vero vtiles.] indirecta est quando solus vsusfructus alienatur. Et scias, quod hodie coram proprio episcopo potest fieri alienatio.

d ¶ Immobilibus.] Consensu tamen Imperatoris possunt alienari. inf. ea. precariæ. in Auth. de alie. & emph. §. sanctissimas, coll. 9.

e ¶ Ab Imperiali.] Ecce casus vnus in quo in nullo casu possunt alienari res, item in alio casu non possunt alienari

Ecclesiæ aliqñ modo ... lienari.

commendata fideli proposito, integro ecclesię iure possideant; i. vt neq; vendere, neq; per quoscunq; contractus res, vnde pauperes [a] viuunt, alienare præsumant. α

α ¶ Præsumant.] *In aliquot melioribus Gratiani codicibus post hoc verbum sequitur* §. quòd si necessitas. *vsque in finem (qui nunc habetur. infra ead. ad finem Paleæ,* huiusmodi.) *& sic legit, qui casum scripsit.*

Codicis lib. 1. titulo de sacrosanctis ecclesiis, lege [sancimus nemini.] Imp. Iustinianus. [Excepta [b] videlicet causa captiuitatis.]

tit. 2. l. 17. tit. 2. l. iubemus. ver. scientes.

Impp. Leo, & Anthemius.

De eodem. C. II.

EA enim, quæ ad beatissimæ ecclesię iura pertinent, vel post hac forte peruenerint, tanquã ipsam sacrosanctam, & religiosam ecclesiam, intacta conuenit venerabiliter custodiri.

Constitutio noua.

eo. tit. auth. hoc Ius. Iulianus antec. constit. 7. cap. 1.

Hoc ius [c] porrectum est ad omnẽ venerabilem locũ, omneq; collegium, quod actio pia constituit, vt nec res eorum pignorentur. Et hoc perpetuo seruetur in his rebus immobilibus, [d] quæ ab Imperiali [e] domo prædictis locis applicantur. In cæteris eatenus excipitur, si debitũ vrget. ¶ Præterea, si hẽat superflua vasa, cum debitrix sit, nec aliũde soluere valet, ne quid immobile alienetur, vel distrahat; ea (gestis habitis corã eo, cuius est loci ordinatio) integra, vel alijs locis venerabilibus oblata dentur, vel cõflata [f] cuilibet alij vẽdãtur. Qui aũt hæc acceperit contra † hanc obseruationẽ; ijsdem pęnis subiaceat, q̃ in rebus immobilib. proditæ sunt: si aũt debitum ex mobilibus solui non valet; primo res immobiles specialiter dẽtur pignori, quarum fructus creditor sibi reputet tã in sortem, [g] quam in vsuras, vsq; ad quartam centesimæ. [h]

auth. præterea] eod. tit. Iulianus const. 120. §. fi.

† *al. citra.* Auth. hoc ius] supcitat.

a ¶ Pauperes.] Quia quidquid habet ecclesia, pauperum est, 16. qõ. 1. quoniam quidquid.

b ¶ Excepta.] 12. q. 2. sacrorum.

EA em.] CASVS. Lex ista loquitur tãtum de possessionib. ecclesiæ Cõstantinopolitanæ, cuius possessiones habitę, vel habendæ debent intactæ custodiri sicut propria ecclesia.

HOC IVS. CASVS. §. in l. antiqua iubemus, cuius pars hic ponitur. s. ea enim, dictum fuit ꝙ possessiones Constantinopolitanæ ecclesiæ alienari nõ possunt. Sed Iustinianus hoc ius extendit ad omnem locũ venerabilem super rebus immobilib. donatis ab Imperatore loco venerabili, quæ nullo modo possunt alienari. In alijs autẽ rebus hæc forma seruetur, vt si debitum vrget, vendantur primo mobilia. s. granum, & huiusmodi. 1 deinde vasa non consecrata, postea consecrata vendantur locis venerabilib. vel conflata cuilibet, gestis omnibus habitis coram episcopo: aliter aũt facta venditio irrita erit. Si vero de rebus mobilibus debitum solui non põt obligetur res immobilis pignori creditori, qui reputet fructus tam in sortes, quã in vsuras vsq; ad quartam centesimæ. quod si creditor nolit recipere, iurabit œconomus coram episcopo: & maiori parte clericorum ibi seruientium consentiente: quod debitũ ex mobilib. solui non potest: postea per viginti dies prædium exponatur venale, & si nullus emere velit, detur creditori insolutum re districtè æstimata, addita in pretio decima parte totius æstimationis, & hoc fiat cum consensu episcopi, & maioris partis capituli. Istud autem predium sit mediocre, & creditor sit talis, qui probare possit pecuniã esse versam in vtilitatem ecclesiæ, & aliter venditio facta nõ tenet, neque valet. Sed hodie ex toto hoc non seruatur de consuetudine.

1 Adde ꝙ p̃ hibitus alienare, potest res alienare quæ seruari non p̃nt, no. gl. fi. in ca. 1. de cle. ægro. lib. 6. & in l. lex quæ tuto res. in fi. C. de admin. tuto.

c ¶ Hoc ius.] Quod est. C. de sacros. eccl. iubemus quod loquitur tantum de Constantinopolitana ecclesia.

nari ob aliquam causam. s. cum sub ea conditione datæ essent ecclesiæ, vt non alienentur, in Authen. de alie. & emph. §. sanctissimas, collat. 9. & extra de condi. appo. c. verum, sed hoc non est verum. non enim valet hoc pactum, cum sit contra legem 2 Dei, vt 12. q. 2. aurum.

2 Sub. ... uata di... tio, vt e... test. re...

f ¶ Conflata.] Quia ad profanos vsus non debent redigi, ut j. de conse. d. 1. in sancta. & 12. q. 2. aurum tamen in necessitate põt obligari ad tabernam, & sub eadem forma, ut ext. de pig. c. 1. Dicunt tamen quidam, ꝙ nec obligari possunt, cum sint res sacræ, C. quę res pig. obli. non poss. l. 1. & dicunt ibi non esse nexum pignoris, sed solum detentionem habet quousque reddatur ei sua pecunia, sicut alias pignus detineri potest pro ea pecunia pro qua nõ est obligatum, ut C. etiam ob chyrographariam pec. l. unica. Idem potest dici de libero homine, qui obligatur, ut no. 23. q. ult. ut pridem.

f ¶ Conflata.] Extra de pignor. nullus, infra 12. q. 2. aurum.

g ¶ In fortem.] Litteræ est præposteratio, prius. n. cõ putat in vsuram, quàm in sortem, ut ff. de sol. in his. §. ult. nisi dicas, quod hoc aliter fit in fauorem ecclesiæ.

h ¶ Centesimæ.] Vsura dicitur centesima, quæ æquiparatur sorti in anno.

Vsura c... simæ.

a ¶ Absque

a ¶ Absque disp endio.] Idest, ꝙ ecclesia nil dat tabellioni, sed solus emptor, sicut est in contractu dementis & furiosi, C. de epis. aud. l. pen.
b ¶ Seruientium.] Argumen. contra. 63. distinct. quanto.
c ¶ Vt rum laboremus illa subtilitas eis in perniciē vertatur, vt C. ad Treb. l. pen. in princ. C. de verb. sign. l. 3. in fin. est tamen argu. contra. ff. de in rem verso, quod si seruus. §. penul.
h ¶ Processisse.] Si extra depositi, grauis.

cedēdum cō tra ecclesiam, sicut contra minorem, vt dī sup. illa l. C. si aduer. cred. l. 1. ne si nimia, & ca. ut sequitur in gl. sm L.

† al. existere.

Quod si nolit creditor ita accipere; tūc ordinator dom⁹ apud eum, a quo ordinatur, habitis absq; dispēdio [a] gestis, iuret (maiore parte ibidem seruiētium [b] consentiēte) & debitum vrgere †, nec ex mobilibus solui posse. Quo subsecuto; per viginti dies rem ecclesiæ venalem esse publice notum fit, vt plus [c] offerēti detur, pretio modis omnibus pro debito dando. Aliter enim res emptori non conceditur; & hoc inscribatur, nihil esse factū in ea re ad damnum diuinæ domus. Emptore vero nō inuēto res æstimata districte [d] creditori detur in solutum, [e] addita [f] in pretio vniuersæ æstimationis decima parte, & accedente cōsensu ordinatoris, & maioris partis ibidem seruientiū. Sit tamen ea res mediocris inter cæteras, inspecta ipsius qualitate, & quantitate, & onere. Et is creditor hic intelligatur qui qđ credidit, probat [g] in vtilitatē diuinę domus processisse [h]. ¶ Sicut aūt alienatio rerū ecclesiæ interdicitur, ita prohibetur, ne qua sterilis ei detur possessio, aut alioquin onerosa [i], veluti fiscalium nomine, vel onere. ¶ Item prędiū propter onus fiscale inutile alienatur, gestis, vt supra conficiendis, codē iuro præstito. i. ꝙ alia de causa non alienatur, nisi, vt immunitas eiusdē venerādę domus seruet. ¶ Sed & pmutare principi licet pro re maiore, meliore, vel æquali, si resp. hoc exposcit, & pragmatica forma super hoc præcedēte. ¶ Item sibi inuicem recte [k] permutant cum vtriusque indemnitate, eorum scilicet consensu interueniente, qui supra referuntur. 2 ¶ Perpetua quoque emphyteusis in his permittitur rebus [l], si res in eorum geratur præsentia, quibus hoc adsignatur lege, iurantibus his, quorum interest, ex eo cōtractu nihil ad læsionem diuinæ domus effici: solito redditu ipsius rei, qui fuit, cū diuino iuri de

Auth. sequenti.
Auth. itē prædium.
Auth. sed & permutare.
Burc. l. 3. c. 165.
Iuo p. 3. c. 184.
Authen. sequenti.
In l. nouel. 54.
Iuo p. 3. c. 189.
Auth. perpetua.

SICVT. CASVS. Dicitur hic ꝙ sicut res ecclesię alienari non debet, sic etiā prohibetur ne fieri lis possessio, vel tributaria ecclesiæ tributatur.
i ¶ Onerosa.] Quæ plus habet incōmodi quam commodi. res enim transfertur cū onere suo, vt 16. q. 1. si qs laicus.
PRAEDIVM. CASVS. Dicit hic, quòd si ecclesia habet prædiū inutile propter onus fiscaliū, potest illud alienare habitis gestis, vt supra dictū est, scilicet pstito iuramento, ꝙ non alienet nisi, vt immunitate ecclesiæ seruet [immunitas.] idest, indemnitas.
SED ET PERMVTARE. CASVS. Dicitur hic, qđ ecclesia potest permutare cum principe pro re maiori, vel equali, Imperiali rescripto sup hoc pcedēte. Item potest & cum alia ecclesia cū vtriusque indēnitate habito cōsensu eorū, qui supra leguntur.
k ¶ Recte.] Si pdiū vni⁹ alij est vicinū.

c ¶ vt plus.] Quid si offerat plus quam valet? tunc tantum iustum pretium recipiet, licet lex dicat, ꝙ contrahentes possunt se inuicē fallere. ff. de minori. in causæ. sed ecclesia in suis contractibus non debet dolum facere, vt ext. de don. per tuas.
d ¶ Districte.] Scilicet vt consideretur quantum inde posset colligi in xxv. annis. & pro tanto vendatur, vt in auth. de eccl. tit. coll. 9. §. fin autem hæres.
e ¶ In solutum.] Hic inuito creditore aliud pro alio soluitur. cōtra ff. si cer. pet. l. 2. Item datur ei res mediocris in solutum cum optima dari debeat. C. de solu. anthen. nisi. Item quod tenetur probare pecuniam versam esse in vtilitatem ecclesiæ: & sic in tribus oneratur creditor: & ideo ei additur decima pars, licet hoc aliter alij intelligant, vt si res valebat decem, quòd ei vendēda sit pro vndecim.
f ¶ Addita.] Hoc est fauore ecclesiæ, sicut alias fauore libertatis quis cogitur rem suam vendere. 54. distin. fraternitatem.
g ¶ Probat.] Sed nunquid creditor ita curiosus erit, vt semper teneatur scire ad quem vsum conuertatur hæc pecunia: sed secundum hoc nullus inueniatur, qui cum ecclesia contraheret, vt ff. de minor. ve um si locupleti. & l. quod si minor. Sed dic quòd sufficit probare ꝙ ecclesia tunc temporis 1 egebat pecunia, vt ff. de exerci. Lucius ne si nimia subtilitate circa res ecclesia

Creditor aliquo oneratur

1 Idē sentit hic L. dicens in hoc casu sic est pro

vt in auth. de eccl. tit. §. fin autem. coll. 9. & extra de rerum, permu. ad quæstiones.
PERPETVA. Hæc est 2. pars q. in qua loquitur de emphyteusi, & ponit quid iuris sit, & similiter, de precarijs, & ponit hic 12. articulos. Io. de Fant.
CASVS. Dicitur hic, ꝙ possessio ecclesię potest dari in emphyteusim perpetuam, si fiat in præsentia episcopi, & clericorum, œconome iurante nihil ad læsionē diuinæ domus fieri, nec pēsio diminuatur nisi in sextam partem de eo quod poterat haberi cū res sit damnata ecclesiæ. Sed si res sit diminuta propter cladem, accipiatur pensio quanta potest haberi. Si vero res sit pretiosa, de qua parum aut nihil pēsionis habeatur, re subtiliter æstimata, iusta pensio tribuatur, & ea etiam res detur in emphyteusim, quę videtur idonea ad hoc œconomo, & alijs gubernatoribus ecclesiæ.
PERPETVA. Vsque ad xxx. an. inst. tit. de perpe. & temp. actio prin. vel perpetua, idest, quam diu viuit. ff. pro socio. l. 1. & inf. e. precarię, vel perpetua. i. quamdiu pensio soluitur, vt inst. locati. §. adeo. sicut excōmunicatio dicitur perpetua. i. quousque penit. t, vt su. ca. c. 1. quia. & 27. q. 1. de viduis. vel vsque ad tertiam generationem, vt in auth. de non alie. aut permu. §. emphyteusim. & §. quia vero Leonis, coll. 2.
l ¶ In his permittitur rebus.] Idest, in reb. non multum vtilibus.

Perpetuū dī multipliciter.

2 Hanc gl. sic ut iacet ponunt Go. & H. extra de reb. ecc. nō alie. c. nulli.

a ¶ Non minuendo.] Ideſt ſi minuenda, non eſt plus minuenda.
b ¶ Sextam.] Non remouet quin plus poſſit dari.
c ¶ Nunc penſione.].i.quanta penſio nunc poſſit hři.
d ¶ Subtiliter.].i. vt conſideretur quantum in viginti annis inde colligatur, vt ī auth.de nō alie. aut pmu. §.qa vero Leonis. & coll.2.

dem.Creditor rem reſtituet,& pecuniam ſuam non recuperabit. Emphyteuta vero cadet a re conducta; nec quod dedit repetet,& ſoluet penſionem temporis præteriti, & quod ſoluere in præſenti tenebatur ac ſi iure contraxiſſet.

SED

1 Scilicet eo tpe quo dēt dari in emphyteuſim. H.

QVI REM. CASVS. Aliquis rem eccleſiaſticam conductā, vel ī emphyteuſim acceptā fecit deteriorē, vel penſionē per bienniū nō ſoluit. querebatur quā pœnā pati debeat. Et reſpondetur, ꝙ expelli pōt de poſſeſſione. ita ꝙ ſoluat totius præteriti tēporis pēſionē, & damnum rei reſtituat, nō petiturus ſiqd īpēderit noīe meliorationis.

dicaretur, non minuendo [a], niſi in ſextam [b] partem: aut ſi ob cladem diminuta fuerit, tunc pro conſtante nūc pēſione [c] in emphyteuſim detur. Quòd ſi res precioſa quidē eſt, parum tamē, aut nihil pręſtat penſionū, res ſubtiliter [d] ęſtimanda eſt vt ex hac penſio iuſta conſtituatur. Ea tñ ſola dētur in emphyteuſim, quæ ad hoc congrua videntur œconomo, & alijs gubernatoribus. ¶ Qui rem huiuſmodi conductam, vel in emphyteuſim acceptam fecerit deteriorem, aut emphyteuticum canonē per biēnium [e] non ſoluerit, hac lege repelli poteſt, vt tamē ſoluat totius temporis [f] penſionem, & id in quo rem lęſit, reſarciat, nō repetiturus, ſi quid impendit [g] nomine meliorationis. ¶ Si quas vero ruinas habent memoratę diuinę domus, quas reædificare non valent; & hæ in emphyteuſim dētur perpetuam, emphyteuta vſuro materia habitationis depoſitæ domus, vt penſio deminuatur in tertiam partem ab ea, quæ ſtantibus adhuc ædificijs colligebatur, aut prius eo reædificāte, ex additis [h] illis per ęſtimationem penſionibus, medietas detur [i] religioſæ domui. Nam priore caſu, ab initio emphyteuſis præſtanda eſt penſio. ¶ Qui vero res iam dictas non gratuito [k] alienationis titulo citra formam legis accepit, rem quidem cum omni incremēto [l] medij tęmporis reſtituat, eius autem quod dedit, nullam actionem cōtra venerabilem [m] locum, ſed aduerſus eū, qui alienauit, habet. Donatarius autem & rem cum omni cauſa, & fructum reſtituat, & aliud [n] tantundem. Creditor quoque reſtituta re pignorata, crediti actionem contra ſolum pignoris datorem habeat. Emphyteuſis acceptor, & ab ea cadat, nec quod dedit, repetat: immo ſtatim ſoluat, quod ſoluturus eſſet vnoquoque anno, ſi iure contraxiſſet. ¶ Sed melius [o] dicitur omnimodo denegandas eſſe actiones huiuſmodi acceptori. Imp. Leo.

Authen. qui rem. cod.tit.

Auth. ſi quas.

Auth. qui res. Iuo p.3.c.185.

Emphyteuta non ſoluens canonem, expellitur.

1 Ad hoc facit expresse 3.3. q.6.dudum. vbi L. apꝓbat istã sententiam. Alij contra quia ecclesia Lateran. est patriarchalis, sed ecclesia B. Petri, nõ, nec etiã epalis, sed ẽ de epatu Portuensi, & iõ exponũt ut sequitur, & hoc tenet H.

g ¶ Concederet.] Ergo Imperium est apud ecclesiam Romanam, ut 96.dist. in illa palea, Constantinus.

h ¶ Synodo.] Nam ante eum non fuerunt generales synodi congregatæ, vt 15.d.c.1.

i ¶ Basilicas.] De consec.d.1.nemo.

nonne & ipse omnia bona sua, aut parentib. reliquit, aut vẽdita pauperibus erogauit? Is tamen, cum merito perfectionis suæ fieret ecclesiæ Arelatensis episcopus; quæ illa tunc habebat ecclesia, non solum possedit, sed etiam acceptis fidelium numerosis hæreditatibus ampliauit. Isti ergo tam sancti, tam perfecti Pontifices, factis euidẽter clamant posse, & debere fieri quod fecerũt. Qui vtique homines tam sæcularium, quam diuinarum rerum sine ambiguitate doctissimi, si scirent [a] res ecclesiæ debere contemni; nunquam eas debuerant, qui omnia sua reliquerant, retinere. † (Addita ex ori. hæc clausula.) († al. suscipere.)

Item Gregorius Fœlici episcopo de Acropoli, lib. 1. epistola 29.

¶ Diaconi, vel quælibet religiosæ personę regularem vitam ducere cogantur. C. XIIII.

Quoniam Velina,[b] Buxentina, & Blandana ecclesię, quę tibi in vicino sunt constitutę, [c] sacerdotis noscuntur vacare regimine; propterea fraternitati tuę earum solenniter operã visitationis iniunximus: illud prę omnibus commonentes, ut ibi præfatarum ecclesiarum, siue diœceseos earum, vel diaconi, vel religiosæ personæ inuentæ fuerint; districte, canoniceque viuant. (Ans.l.7.c.7.)

Item Melchiades [d] Papa.

¶ Quare in primitiua ecclesia prædia vendebantur. C. XV.

Futuram ecclesiam in gentibus Apostoli præuidebãt, idcirco prædia in Iudæa minime sunt adepti, sed pretia tantummodo ad fouendos egentes. At vero, cum inter turbines, & aduersa mundi succresceret ecclesia; eousque peruenit, ut nõ solum Gentes, sed etiã Romani [e] principes, qui pene totius orbis monarchiã tenebãt, ad fidẽ Christi, & baptismi sacramẽta cõcurrerent. Et quib. vir religiosissimus Constantinus primus, fidem veritatis patenter adeptus, licẽtiam dedit per vniuersum orbem, sub suo degentes imperio, non solum fieri Christianos, sed etiam fabricare ecclesias, & prædia tribuere posse cõstituit. Denique idem præfatus princeps donaria immẽsa contulit, & fabricam templi primæ [f] sedis beati Petri principis Apostolorum instituit: adeo, vt sedẽ Imperialem, quam Romani principes possederãt, relinqueret, & B. Petro successoribusque. † suis profuturam concederet.[g] Idem vero præsidẽs in sancta synodo, [h] quæ apud Nicęam congregata est, cum querelam quorundam conspiceret coram se delatã, ait; Vos a nemine dijudicari potestis: qa solius Dei iudicio reseruamini. Dij etenim vocati estis: & idcirco non potestis ab hoibus iudicari. Ab illo etenim tempore, & deinceps, viri religiosissimi non solum possessiones, & prędia, quę possederant, sed etiam semetipsos Domino consecrarunt, ędificãtes basilicas [i] (Poly.l.1. tit.19. Burc.l.3. c.2. & 5. Iuo p.3.c.4.& 7. Pann.l.2.c.3.) († al. suisque præsulibus.)

Viden-

Videntes s.] CASVS. Hoc c. diuiditur in quatuor partes. In prima parte ostenditur ratio, quare ecclesia habet possessiones. scilicet quia plus vtilitatis confertur ecclesiæ de possessionibus quàm de pretio: cum ex his plura possint fidelibus ministrari. In secunda parte dicitur, ꝙ res ecclesiæ debent esse in potestate episcoporum. ex quibus debent communiter uiuentibus necessaria ministrare. In tertia parte dicitur, quo nomine censeantur res ecclesiæ, scilicet hoc nomine, oblationes. In quarta parte continetur pœna vsurpantis res ecclesiæ. Secunda pars incipit, ibi, [Ipse uero.] Tertia ibi [Ipse. n.] Quarta ibi. [ideo.]

in suis fundis honorem sanctorum martyrum per ciuitates, ac monasteria innumera: in quibus cœtus Domino seruientium conueniret.

¶*Cæteri etiam collectores Melchiadem citant: quod constare non posse recte animaduertit auctor glossæ. Fit enim in hoc capite mentio Nicænæ synodi: quo tempore (vt ex ipsa synodo Eusebio, & cæteris historicis apparet) iam Melchiades obierat. Habetur autem integrum in scripto de primitiua ecclesia, & munificentia Constantini quod in collectione Isidori, Lutetiæ bis impressa, sequitur statim post decreta Melchiadis, quemadmodum sup. dist. 88. ad c. decreuit. ad notatum est.*

Item Vrbanus Papa epistola vnica c. 1.

¶Quare prædia fi[illegible]um hodie ab ecclesia non alienentur. C. XVI.

Ans. l. 7. c. 6. Burc. l. 3. c. 3. Iuo p. 3. c. 5.

VIdentes autem [illegible] [illegible]erdotes, & alij, atque leuitæ, & reliqui [illegible], plus vtilitatis posse cõferre, si hereditates, & ag[illegible], [illegible] ecclesijs, quibus presidebãt, episcopi tradere[illegible] quod ex sumptibus eorum tam præsentibus, quàm futuris temporibus plura, & elegantiora ministrare possent fidelibus communẽ vitam† ducẽtibus, quàm ex pretio ipsorum: ceperunt predia, & agros, quos uendere solebant, matricibus [a] ecclesijs tradere, & ex sumptibus eorum viuere. ¶ Ipsæ vero res in ditione singularum parochiarũ episcoporũ (qui locum tenẽt Apostolorum[b]) erant, & sunt vsque adhuc & futuris semper debent esse temporibus. Et quibus episcopi, & fideles dispensatores eorum, omnibus communem vitam degere volentibus, ministrare cuncta necessaria debent, prout melius potuerunt, vt nemo in eis egẽs inueniatur. ¶ Ipsæ enim res fidelium oblationes appellãtur, quia Domino offerũtur. *& infra c. 3.* ¶ Memoratis ergo augmentationibus, ac cultibus in tantũ ecclesiæ, quibus episcopi præsident, Domino adminiculante creuerunt, & tãtis maxima pars earum abundat rebus, vt nullus sit in eis communem gerens† vitam, indigẽs: sed oĩa necessaria ab episcopo, [c] suisq; ministris percipit. ¶ Ideo si aliquis extiterit modernis, aut futuris temporibus, qui hec auellere nitatur, iam dicta damnatione feriatur.

† al. fidem.

† al. ei gens] al. degens.

Item Augustinus tractatu 62. in Ioannem.

Et Beda ad c. 13. Io. & ibi glossa ordin.

¶De eodem. C. XVII.

Ans. l. 5. c. 32. Poly. l. 3. tit. 24.

HAbebat Dominus loculos: & à fidelibus oblata cõseruans, & suorum necessitatibus, & alijs indigẽtibus [d] tribuebat. Tunc primum ecclesiasticæ pecuniæ forma est instituta: vbi intelligeremus, quod præcepit, nos cogitandũ [c] esse de crastino, nõ ad hoc fuisse preceptum vt nihil pecuniæ seruetur à sanctis: sed ne Deo pro ista seruiatur, & propter inopiæ timorem iustitia deseratur.

Matth. 6.

a ¶ Matricibus.] uidetur ergo ꝙ tantũ matrices ecclesiæ olim habuerunt prædia & possessiones. unde uidetur ꝙ illa solennitas, quæ in alienatione rerum ecclesię seruari præcipit. 10. q. 2. casellas alias hoc ius tãtum de maioribus ecclesijs intelligatur: cũ enim olim ecclesiæ erant tenues, maior erat inquisitio adhibẽda in alienatione. sed cũ hodię augmẽtatæ sunt possessiones ecclesię: sufficit cõsensus capituli ecclesię ad alienationem faciendam ut infra ea. q. 2. fine.

Ecclesiasticæ res facilius possunt alienari hodie quàm olim.

b ¶ Apostolorum.] Episcopi tenẽt locũ Apostolorũ, ut hic, scilicet quo ad dignitatem, monachi quo ad renunciationem propriorum, & commune uitam 16. q. 1. ex auctoritate, omnes sacerdotes quo ad sacramẽtorum dispensationẽ. 11. q. 3. absit 21. d. in nouo. 68. d. quorum uices.

Apostolorũ locum tenẽt viri ecclesiastici diuersimode.

c ¶ Ab epõ.] extra de præb. c. episcopus. ADDITIO. Et sic habes hic, ꝙ episcopus per se uel per alium tenetur prouidere cuilibet clerico indigenti 70. d. sanctorũ. H.

HAbebat.] CASVS. Probatur in hoc c. exẽplo Domini, ꝙ ecclesia potest habere possessiones: quia Dominus loculos habuit & qđ dixit, non esse cogitandum de crastino. non ita intelligendũ est, ut nihil habeamus, sed ne Deo propter mũdana seruiatur sequens §. patet.

d ¶ Indigentibus.] argum. ꝙ eleemosynis fieri eleemosyna. 16. q. 1. decimę tributa.

e ¶ Cogitãdũ.] supra

1.q.7.conuenientibus.contra,ubi dicitur, de futuris inquiramus: & futuris casibus debemus occurrere 23.dis. in nomine,Solutio cautela non prohibetur, sed solicitudo nimia,per quam cultus diuinus minuatur.47.dist.c. omnes huius.& cap.sicut hi.

Solicitudo nimia est ꝓhibita.

f ¶ Cadere.]idest,non assumere.

g ¶ Sanctitatem .] id est,minus periculum est esse manifestum q̃ occultum.& sic non est contra 32.q.4.nemo ubi dicitur quod tolerabilior est culpa,si lateat.

ECONTRA. CASVS. Amodo vult Gratianus, quod

2 His omnibus auctoritatibus claret,quòd clericis nullo modo licet habere quid proprium:quod si habuerint,non clerici erunt;non tamen clericatus eis tollendus est.

Vnde Augustinus in sermone 2. de communi vita clericorum.

al. 52. ad fratres in heremo.

¶Clericatus non tollitur eis,qui volunt habere aliquid proprium. C. XVIII.

Anf.l.7.c.8.

CErte ego sum,qui statueram,sicut nostris,nullum ordinare clericum,nisi qui mecũ vellet manere : aut si vellet recedere [a] à proposito;recte illi tollerem [b] clericatum:quia desereret sanctæ societatis promissum,cęptumque consortium. Ecce [c] in conspectu Dei, & vestro muto consilium. Qui volunt habere aliquid proprium,quibus non sufficit Deus,& ecclesia;sua maneant vbi volunt,& vbi possunt:non eis aufero clericatum: nolo habere hypocritas. Malũ [d] enim esse quis nesciat? malum [e] est cadere [f] à proposito:sed peius est simulare propositum. *& post pauca.* ¶Si non† seruat sanctitatem [g] foris; dimidius cecidit:si vero intus habuerit simulationẽ,totus cecidit. Nolo vt habeat necessitatem simulandi. Scio quomodo homines ament clericatum. Nemini eum tollo nolenti me cum communiter viuere.

†Si seruat.]orig.

Econtra sunt aliæ auctoritates,quibus conceditur propria habere,non solum alijs,sed etiam episcopis.

Vnde in concilio Agathensi,c.48.legitur.

¶De rebus proprijs,vel acquisitis episcopi hæredibus suis derelinquant. C. XIX.

EPiscopi de rebus proprijs,vel acquisitis,[h] vel quidquid de proprio habẽt,[i] hęredibus suis,si voluerint, derelinquant. Quidquid vero de prouisione [k] suæ ecclesiæ fuerit,siue de agris,siue de fructibus† [l], siue de oblationibus;omnia† in iure ecclesię reseruare cẽsuimus.

†al.fugibus.
†al.omnia iure.

HIS OMNIBVS. Hæc est secũda pars quęst.in qua ꝓbat, quòd possunt habere propriũ tam clerici,quam episcopi,& ecclesiæ.& hoc probat per 11. auctor. Io.de Fan.

CErte .] CASVS. Aug.fecerat constitutionem quandã scilicet, quod nullũ ordinaret clericum nisi communiter viueret, & proprijs renunciaret & si inueniretur trãsgressor, deponeretur. Postea clerici renunciabant & fiebant transgressores . quare Aug. conuocatis omnibus clericis suis mutauit constitutionẽ quàm fecerat, volẽs potius habere claudos,i.propria habentes, quàm hypocritas,id est transgressores : quia si habet propria,dimidius cadit,id est, imperfectus est: sed si renunciat proprijs, & habet postea propria, totus cadit: quia perfectionem non seruat exterius nec interius in anima.

a ¶ Recedere .] idest nõ assumere ꝓpositũ,i.renũciãdi vt ibi: Cadent à latere tuo.

1 Non habet proprietas, non n.inde cadit q non suscipit secũdum Hug.

b ¶ Tollerem.]idest non admitterem.

c ¶ Ecce.]arg.aliquẽ uenire contra factũ suum.17.q.2.Gũsaldus.35.q.9. quod q̃s 22.q.4.ĩ malis. & c. inrauit.55.dis.pœnitẽtes. ff. de ijs qbus ut indig.tutorem.Contra 32.q.5.horrendus.Argu.contra,7.q.1.quam periculosum 8.q.2.dilectissimi.17.q.4. sunt qui opes,C. de transa. ex causa. C. de cap. & post. li.re.nec nos.C.de remissio.& pig.debitum.ff.de acqui. hære.qui superstitis.ff.de adopt. post mortem .contra. ff.de serui.rustic.præ.per fundum. Ioan. Solu. quilibet potest uenire contra factum suum ubi est expressum in iure.aliàs non.55.dist.pænitentes B.

Facto proprio potest quis contrauenire.

d ¶ Malum.]id est,occasio mali: quia rei familiaris cura sine peccato vix potest exerceri.25.d.qualis.Vel intellige ꝓprie,peius enim est per hypocrisim peccare, quã manifeste,vt ext. de hære. cum ex iniuncto. ff. de ritu. nup.palã, & plus est ueneno occidere quàm gladio. C. de malefi.l.unica.& plus est persuadere quam compellere . ff. de ser. corrup.l.1.§.vlt.& sic non obstat 32.q. 4.nemo.

Hypocrita plus peccat quàm manifeste derelinquens.

e ¶ Malum.] hos scilicet.

quòd clerici possint habere propria . quod uerum est ijs qui renunciauerunt proprijs : in quo casu loquitur usque ad §.De rebus.

EPiscopi .] CASVS.Statuitur in hoc c. q̃ si episcopi habent aliquid de rebus proprijs , possunt relinquere cui uelent.Sed quidquid de rebus ecclesię habuerunt,totum ecclesiæ reseruentur.

h ¶ Acquisitis .] de proprio . Vel dic acquisitis non occasione ecclesiæ vt extra de testa .quia nos.

i ¶ Habent.]de hoc dicemus infra ea.q.4.cap.1.

K ¶ De prouisione .] Clerici de rebus mobilibus nihil in ultima uoluntate possunt dare nisi talis sit ecclesiæ consuetudo,ut extra de testa.ad hæc.& c.relatũ .§.licet.

Clerici nihil possunt dare in ultima voluntate.

l ¶ De fructibus.]nondum perceptis,arg.ff.quemadmodum vsusfruc. amit. si usufructuarius , in fine .immo etiam de perceptis non possunt condere testamentum , extra de testa.quia nos admonet.

Manife-

MAnifesta.] CASVS. Dicitur, quod manifestum debet esse ijs, qui circa episcopos morantur, quæ sunt res ecclesiæ, & quæ sunt res propriæ episcoporum, ne si transitus inopinatus emergat, propter confusionem, res episcopi pro rebus ecclesiæ, vel conuerso detrimentum patian-

Sint manifestæ.] CASVS. Dicitur quod res propriæ episcopi, & res ecclesiæ debent esse separatæ, vt episcopus in obitu suo sine interdictione, uel contradictione quibus uoluerit propria relinquere, possit: iustum enim est. vt nec ecclesia, nec propinqui episcopi detrimentum patiant, & in causas incidant, uel lites. Sequens c. planum est, & inducitur a cõtrario sensu, quasi non sufficiant ei sua propria.

In cap. Martini Bracha. ex can. 4. conc. Antiocheni mutatis uerbis, sed salua sententia.

Item ex concilio Martini Papæ, c. 15.

¶De eodem. C. XX.

MAnifesta [a] autem debent esse, quæ ad ecclesiam pertinent, his qui circa [b] ipsos sunt, presbyteris, & diaconis; vt si episcopo contigerit inopinatus trãsitus, res ecclesiæ nullo modo possint minui, & perire; neque res propriæ episcopi importunitatem patiantur pro reb. ecclesię: vt nec ecclesia incurrat damnum, nec episcopus in suis rebus pro rebus ecclesiæ proscribatur.

Idem statutum est in canonibus Apostolorum, c. 40. vbi legitur.

¶De eodem. C. XXI.

Ans. l. 6. c. 167.

SInt manifestæ [c] res propriæ episcopi (si tamen habet proprias) & manifestę Dominicæ: [d] vt potestatem habeat de proprijs moriẽs episcopus, sicut voluerit, & quibus voluerit derelinquere: nec sub occasione ecclesiasticarum rerum ea, quæ episcopi esse probantur, [e] intercidant. Fortassis enim vxorem habet, aut filios, [f] aut propinquos, aut seruos. [g] Et iustum est hoc apud Deum & homines; vt nec ecclesia detrimentum patiatur ignoratione rerum pontificis; nec episcopus, vel eius propinqui sub obtentu ecclesiæ proscribantur, & in causas incidant, [h] qui ad eum pertinent, morsque eius α iniurijs malæ famæ subijciatur.

† al. δυσφημία.

α¶Morsque eius. *Antea legebatur,* mortisque eius iniurijs infamentur. *Restitutus est locus ex prisca versione, cui totum reliquum caput conuenit. Græce est.* καὶ τοῦ αὐτοῦ θάνατον δυσφημίαις περιβάλλεσθαι, *idest,* & eius mors maledictis vndiq; appetatur.

Item in eisdem canonibus, c. 41.

¶Ex rebus ecclesiæ episcopus si indiget, sibi, & suis necessaria sumat. C. XXII.

EX his autem, quibus episcopus indiget (si tamẽ indiget [i]) ad suas necessitates, & peregrinorum fratrum vsus & ipse percipiat, vt nihil ei possit β omnino deesse. Lex enim Dei pręcipit, vt qui altario deseruiunt, pascantur de ipso.

1. Cor. 9.

& in Parisiensi conc. l. 1. c. 15.

β¶Ei possit. *Legitur etiam,* eis possit. *Nam & in græcis codicibus partim est* αὐτοῦ *partim* αὐτοὺς.

Item ex concilio Antiocheno, c. 25.

c ¶ Sint manifestæ.] Idest, distinctæ.
d ¶ Dominicæ.] idest ecclesiæ.
e ¶ Probantur.] Ex hoc c. & in auth. de eccl. titu. §. interdicimus, coll. 9. ff. de do. na. inter uir. & uxó. Quintus Mutius. C. e. tit. etiã uidetur, quod semper res acquisitę præsumũtur esse de bonis ecclesiæ, nisi probetur contrarium. Arg. contra. C. arbit. tut. si defunctus ibi. n. dĩ, quod tutor qui nihil ante habebat, postea per industriã suã multa potuit fuisse lucratus, unde pupillus cogitur probare illas suas esse. Tu dicas, quod si eps, uel alius prælatus pmiscue utitur reb. suis & ecclesiæ, cum non sit facta distinctio, cogetur hæredes epi probare illas res nõ esse ecclesiæ: sicut uxor cogitur pbare res aliquas non esse mariti, quia promiscue utit reb. mariti ut suis. Vel aliter distinguas. Si certũ est, quod eps ante episcopatum habuit propriũ; tunc incumbit ecclesiæ onus probandi res acquisitas esse tãtum de rebus ecclesię. arg. Inf. q. 4. ca. 1. & 2. Vel dic, quòd si post. morte episcopi ecclesia inuenitur in possessione rerũ, tũc heredibus incumbit probatio. Sed si hæredes sunt in possessione, tunc ecclesia probabit, ut inf. e. q. 5. c. 1. in fine.
f ¶ Aut filios.] ꝯ. 28. dist. de Syracusanæ. contra. Sed hoc permittebatur tempore Apostolorum. quorum, 1 canon iste est.
g ¶ Aut seruos.] Quos potest facere & liberos.
h ¶ In causa incidant.] Idest, litigare cogantur.
i EX his.] ¶ Indiget.] Quia de reb. eccl. non debet quis pacisci, si habet propria, ut 1. q. 2. clericos. & c. pastor.

Clericorum bona an præsumantur esse de bonis ecclesiæ.

1 Ar. contra su. e. q. c. 2. & seq. Dic quod licet illo tpe primitiuo ñ liceret clericis hr̃e propria: tñ Apostoli instinctu spiritus sancti preuiderunt ecclesiam & clericos possessiones habituros. su. e. futuram. & sic potuit esse iste canon. Apostolorũ. Arch.

patiantur.
a. ¶ Manifesta.] Facit ergo inuentarium, ut 28. d. de Syracusanæ.
b ¶ His qui circa.] Idest, uicedominis, ut 89. dist. uolumus. & capit. sequenti, qui erit testis administrationis suæ, alij erunt testes uitæ suæ, supra 2. quæst. 7. cum pastoris.

Episcopus.] CASVS. In concilio Antiocheno super quatuor querimonia facta fuit de episcopis. Primo quòd res ecclesiæ vertebant in suos usus. Secũdo, ꝙ res ecclesiæ sine conscientia clericorum pertractabant. Tertio, ꝙ domesticis & cõsanguineis & propinquis de reb. ecclesiæ potestatem dabant, vt per huiusmodi psonas res ecclesię lęderent. Quarto, ꝙ quidam ex eis pauperib. alimoniã subtrahebant. vnde sermo pdicationis, & hi q res ecclesiæ dispensabant, infamabantur: quare statutum fuit in concilio Antiocheno, ut epi habeãt rerum ecclesiasticarum potestatẽ ad sui & fratrũ suorũ victum & vestitum, si indigent si vero super prædictis quatuor accusati & conuicti fuerint; pœnas sustineant.

a ¶ Episcopus.] Hoc c. habes 10. q. 2. eps.

b ¶ Vsib. Hic ostenditur qua necessitate clerici debẽt esse cõtenti s. ut habeant uictum & vestitum; & ita refertur hic necessitas ad naturę necessitatem & est arg. cõtra illos, qui dicunt se pp necessitatẽ habere plures ecclesias

c ¶ Fructus.] Ergo res mobiles non potest dare sine conscientia . . . cleri. sui. extra de do. c. 2.

1 Hoc nõ uerũ. ext. de don. cæterũ. ubi de hoc. & inf. e. c. ul. 16. q. 1. possesiones. in gl. i fi. Arch.

d ¶ Cõscientia.] inf. ea. q. 1. fine. & c. alienationes.

e ¶ Propinquis.] inf. 89. d. decenter.

Præcipimus.] CASVS. Quęsitum fuit an epi debẽt habere potestatem de reb. ecclesiæ. Et rñdetur ꝙ sic ad dispẽsandum eas per presbyteros & diaconos cum timore & solicitudine. Et hoc pbatur argumento a maiori, quia animæ hominum multo pretiosiores rebus sunt illis commissis.

f ¶ Pretiosiores.] Sic inf. 16 q. 7. c. 1.

Vir pro dote non tenetur fideiussorem dare.

g ¶ Multo magis.] Simile est qđ ostendit ius, ex quo mulier credit se viro de corpore, dignum est, ut credat de dote restituenda, unde non teneẽ uir dare fideiussorẽ de dote restituenda, nisi uir laberet in facultatib. ex. de do. inter ui. & uxor. per uestras. C. ne fideiuss. do. den. l. 1.

h ¶ Presbyteros.] Sup. 89. d. c. uolumus.

CVM ERGO. CASVS. Concludit Gratia. ex c. epi, & ex c. manifesta. & ex c. sint manifestę, & ex c. eps, ꝙ episcopis licet habere propria; sed ex hoc mouet quandam quæstionem, cum episcopus habeat propria, quare dicit sup. in c. nolo ꝙ clericus habens propria non erit clericus? cui quæstioni respondet Gratian. pro suo arbitrio, dicens quosdam episcopos in oriente habere vxores, & filios. & quosdam clericos in occidente in minoribus ordinibus habere uxores, & filios, quibus licet habere propria alijs uero clericis, qui ab infantia clerici facti sunt, non licet habere propria nisi retinẽdo sua, a sumptibus ecclesiæ abstineant. & ad hoc inducit sequens capitulum.

i ¶ Cum ergo in concilio.] Concludit ꝙ clerici possunt habere propria.

¶Res ecclesiasticas episcopus dispenset. Ans l. 6. c. 163.

C. XXIII.

EPiscopus [a] ecclesiasticarum rerum habeat potestatẽ ad dispensandum erga omnes, qui indigent, cũ summa reuerentia, & timore Dei. Participet autem & ipse quibus indiget (si tamen indiget) tam in suis, quam in fratrum, qui ab eo suscipiuntur, necessarijs vsibus [b] profuturis: ita vt in nullo qualibet occasione fraudentur, iuxta sanctum Apostolum sic dicentem;] Habentes victum, & tegumentum, his contenti sumus.] Quòd si contentus istis minime fuerit, conuertat autem res ecclesiæ in suos vsus domesticos, & eius cõmoda, vel agrorum fructus, [c] non cum presbyterorum conscientia, [d] diaconorumque pertractet, sed horum potestatem domesticis suis, aut propinquis [e] aut fratribus, filijsque committat, vt per huiusmodi personas occultè res *a* lædantur ecclesiæ; synodo prouinciæ pœnas iste persoluat. Si autem & aliter accusetur episcopus, aut presbyteri, qui cum ipso sunt, quòd ea, quæ pertinent ad ecclesiam, vel ex agris, vel ex alia qualibet ecclesiastica facultate sibimet vsurpent; ita vt ex hoc affligantur quidem pauperes; criminationi vero & blasphemijs tam sermo prædicationis, quam ij, qui dispensant, taliter exponantur; & hos oportet corrigi, sancta synodo id quod condecet, approbante. 1. Tim. 6.

¶Occultè res.] *In versione Dionysii legitur*, vt per huiusmodi personas occultè cęteri† lędantur fratres, ecclesię, *& concordat cum alia antiqua versione, quæ & ipsa est in tomis conciliorum*, vt per eorum secretam diligentiam ecclesiastici lędi videantur. *Græcè in codicibus, qui lecti sunt, habetur*, εἰς τὸ δ' ἰώτων τοιούτων λεληθότως βλάπτεσθαι τοὺς λόγους τῆς ἐκκλησίας, *idest*, vt ex his rationes ecclesię latenter lędantur.

† *al. cætera lædantur ecclesia.*

Item in canonibus Apostolorum, c. 41.

¶Res ecclesię sint in episcopi potestate. C. XXIIII. Ans. l. 6. c. 160.

PRęcipimus, vt in potestate sua episcopus ecclesię res habeat. Si enim animę hominum pretiosiores † [f] illi sunt creditę, † multomagis [g] oportet eum curam pecuniarum gerere ita vt potestate eius, indigentibus omnia dispensentur per presbyteros, [h] & diaconos, & cum Dei timore, & omni solicitudine† ministrentur. Ex his autem, quibus indiget, &c. *ut supra.*

† *pretiosa* orig. πιστευτέον. 1. credendæ.

† εὐλαβείας. 1. integritate.

sup. ea. c. his aute

Cũ ergo in concilio [i] Agathensi, & Martini, & canonibus Apostolorum dicatur, [Sint manifestæ res propriæ episcopi,] cũ in eisdẽ canonib. & in concilio Antiocheno

a ¶ Quo-

a ¶ Quomodo ergo.] Modo quærit de contrarietate illorum capitu. sup. cap. nolo. & sup. ea. expedit.
b ¶ Sed notandum est.] Male soluitur. 1 Sed dic. vt dixi sup. ea. in princip. quæstionis.
ILli autem.] CASVS. Quidam clerici proprijs renunciare nolebant. quæsitum est à Prospero an sine peccato possint hoc facere? Et respondet ꝙ sic, si præbendam dispensatori relinquant: qui quodammodo sua relinquũt quando contenti rebus proprijs nihil de rebus ecclesiæ accipiunt.

Quod nul- nititur ra- one, nulla lcitur ve- tate, Lau. u.

† al. rebus.

præcipiatur, vt episcopus participet res † ecclesiæ si tamẽ indiget; nonne patenter ostẽditur, quod episcopus habeat libere propria? Dicendo enim: [si indiget rebus ecclesiæ.] notat eũ habere propria; quæ fortasse suis necessitatibus non sufficiunt. Quomodo ergo [a], clericus, si proprium habere voluerit, clericus non erit? & eps habens propria nõ solum non desinit esse episcopus, verumetiã cunctas ecclesiasticas facultates in sua iubetur habere potestate; ¶ Sed notãdum est [b], episcopos orientales vxores habere & filios quosdam autem ex nostris partibus, cum in laicatu siue in minoribus ordinibus constituti habeant vxores & filios; siue morte vxoris interueniente, siue continentia pari voto seruata, ad sacros ordines accedere. His omnibus conceditur habere propria ad suos, & suorum vsus. Qui autem ab infantia sacræ militiæ traditi sunt, nullo modo eis permittitur habere ꝓpria: quia nulla est eis excusatio proprietatis: nisi fortasse retinendo sua, à sumptibus ecclesiæ abstineant. Quod fieri posse Prosper de vita contemplatiua, l. 2. c. 12. testatur dicens.

¶ De ijs qui tam infirmi sunt, vt suis rebus renunciare non possint. C. XXV.

ILli autẽ, qui tam infirmi [c] sunt, vt possessionib. suis renunciare non possint; si ea, quæ accepturi erant dispẽsatori [d] relinquant nihil habẽtibus [e] conferẽda, sine peccato [f] possident sua: quia & ipsi quodammodo sua relinquunt; quando proprijs cõtenti rebus, nihil eorum, quę labori, vel ordini suo deberi arbitrantur, accipiunt.

De rebus vero ecclesiæ, quæritur, an liceat eas per præbendas diuidi, vt annuos redditus quisque sibi specialiter vendicet. Hoc non posse fieri, argumento, & auctoritate probatur: clerici successores eorum sunt, de quibus dicitur: [Multitudinis autem credentium erat cor vnũ, & anima vna.] Necesse est ergo, vt eorum sequantur vitã, quorum in ecclesia gradum administrant. Non ergo aliquid proprium sibi vendicabunt, sed erunt eis omnia communia.

Act. 4.

Item Vrbanus Papa ait in epistola vnica. c. 2.

Ans. l. 5. c. 35.
Poly. l. 9. tit. 15.

¶ Res ecclesię quasi communes episcopus dispenset. C. XXVI.

REs ecclesiæ non quasi proprię [g], sed vt communes & Domino oblatæ, cum summo timore nõ in alios quam in præfatos vsus sunt fideliter dispensandæ.

Item ex synodo habita Romæ ab Eugenio Papa II. cap. 16.

¶ Non liceat episcopo res ecclesiarum in proprios vsus conuertere. Cap. XXVII.

NVlli episcoporum liceat res mobiles, aut immobiles de subiectis plebibus, alijsque pijs locis in pro

c ¶ Infirmi.] Scilicet animo.
d ¶ Dispensatori.] scilicet suo: vel dispensatori, id est, episcopo.
e ¶ Nihil habẽtib.] id est, pauperibus. 16. q. 1. c. fin.
f ¶ Sine peccato.] hic patet ꝙ si clerico sufficiant ꝓpria, nõ hẽbit ecclesiastica, vt 16. q. 1. quoniã qdquid. 1. q. 2. clericos & c. pastor. & ĩf. e. si priuatũ. 10. q. 3. cauẽdũ. Sed cõtra nemó suis stipẽdijs cogit militare ext. de simo. cũ sit Romana. & q altario deseruit, &c. vt su. e. ex his. Solu. hoc ca. de consilio loquitur vel de clericis vagabundis vel loquitur de oblationib. quæ illis non sunt communicandæ, vel possunt habere dona ecclesiastica, non vt ibi reseruent, sed vt distribuãt pauperibus. 16. quæst. 1. ca. fin.
DE REBVS. CASVS. Hic Gra. mouet quãdã quęstionẽ incidentẽ, an possessiones ecclesiæ possint diuidi per prębẽdas. Et primo probat, ꝙ nõ exemplo apostolorum, & duobus c. seq. Sequens cap. patet.
g REs ecclesiæ.] ¶ Proprię.] Si ergo de reb. ecclesię emisti equũ vel aliqđ, illud nõ est tuũ sed dicas, ꝙ illud solum clericorum est quod ꝓbabili ratione consumunt, 2 vt su. e. expedit. & ĩf. e. si priuatum & ĩf. e. q. 2. sine exceptione. Quidqd enim habes supra illud qđ sufficit tibi, illud violẽter detines, vt supra dist. 47. sicut.
NVlli.] CASVS. Præcepit Eugenius in synodo habita Romæ, vt nullus episcopus res mobiles vł immobiles de ecclesijs

Clerici quæ bona hẽant.

2 Ad hoc facit quod le. & no. 44. di. in prin ver. si sacerdos & 47. dist. c. sicut hi. ver. proprium. & sup. e. episcopi ver. quidquid. vbi de hoc. Arch.

ecclesijs sibi subiectis in proprios vsus assumat, ne maiores ecclesiæ locupletentur, & minores pauperes fiant. & qui contra hoc fecerit, canonica sententia feriatur.

a ¶ Enormiter.] Arg. q episcopus de iure vnius ecclesiæ potest detrahere, & alij conferre: dummodo alij ecclesiæ grauia damna nō infligat. vt infrà e.q.2. bonę. Quid iuris sit, dicemus ibi & 16. quæst. 1. §. quod autem.

SI ERGO. CASVS. Cōcludit Grat. ex supradictis duob. cap. dicens: si res ecclesiæ sint habendæ tanquam communes, & non tanquā propriæ, cū de communi nullus dicat. hoc est meum: ergo de rebus ecclesię nō potest quis dicere, hæc est mea: quia si diceret, non videretur imitari Apostolos, quib. nihil proprij erat, sed omnia communiter possidebant. Postea huic conclusioni respōdet, dicens, quod sicut possessiones diuisę sunt p vniuersum orbem, & aliæ sūt assignatæ vni ecclesiæ, & alię alij: ex qbus licet res ecclesię debeant esse cōmunes omnibus, dispensator tamen ecclesię sibi & suis primo necessaria ministrabit, & reliqua q supersunt, fidelibus ministrentur: ita & prębendæ & prædia ecclesiarum inter canonicos diuidi possunt, vt ex his non tanquam proprijs, sed cōmunibus primo sibi necessaria pcipiāt, & residua in communes vsus ecclesiæ expendant.

d SI priuatum.] Potest intelligi si, id est, quamuis, priuatum separatim aliquid ecclesiasticum possidemus; non tamē illud est nostrum [quorū procurationem, id est, quia tantum illius procuratio nobis est cōmissa. Vel dic priuatum, id est, proprium.

prio vsu habere: ne maiores enormiter [a] locupletētur, & minores tali facto pauperes inueniantur. Contra agens canonica auctoritate coarctatus existat.

Si ergo res ecclesiæ, non quasi propriæ, sed quasi cōmunes habendæ sunt; cum de communi nullus dicat; hoc meum est; [b] *nec de rebus ecclesiæ, hæc est mea, potest aliquis dicere: ne videatur non imitari charitatem illorum, in qua nulli aliquid erat proprium; sed essent illis omnia communia. His ita respondetur. Sicut perfectione charitatis manente, secundum discretionem ecclesiarum, distributio fit ecclesiasticarum facultatum, dum alijs possessiones huius ecclesiæ ad dispensandum committuntur, ex quibus, licet res ecclesiæ omnibus debeant esse communes, primum tamen sibi, & suæ ecclesiæ deseruientibus necessaria subministret †, reliqua, quæ supersunt, fidelium vsibus ministraturus, ita & prebendæ ecclesiarum eadem charitate manente, pie & religiose possunt distribui: nec tunc rebus ecclesiæ vt proprijs, sed vt communibus vtilitatibus deseruituris; vt ex his, quæ sibi assignata sunt, primum sibi necessaria percipiat: si qua vero suis necessitatibus supersunt, in communes vsus ecclesiæ expendat* [c].

Act. 4.

† al. episcopis subministret.

Vnde Augustinus ad Bonifacium comitem, epistola 50.

¶ De eodem. C. XXVIII.

SI priuatum † [d] possidemus, quod nobis sufficiat: non illa nostra sunt [e], sed pauperum: quorum procurationem [f] quodammodo gerimus, non proprietatem nobis vsurpatione damnabili vendicamus.

† *al. priuatim, quæ nobis sufficiant possidemus.*] orig. & inf. 23. q. 7. quod autem.] §. si autem priuatim.

Ostensum est, quomodo liceat clericis habere proprium, & quomodo non. Item quomodo res ecclesiæ per prebendas diuidi possint.



QVAESTIO II.

Vnc quæri-

b ¶ Hoc meū est.] falsum dicit: nā res quæ communis est aliquibus, omnium illorum est, [1] vt ff. de ritu nupt. illud. vnde hoc verbum, suum, ambiguum est pro toto & pro parte. & qui iurat suum non esse, iurabit etiam sibi commune non esse, ff. de ver. sign. pupillus. §. vlt. & cū quis legat seruos suos, tam illi, qui ex toto sui sunt, quàm qui pro parte, intelliguntur legati, vt ff. de leg. 3. si quis seruos. Si autem est aliquid vniuersitatis, vel ciuitatis, illud non est cuiuslibet, infra e. q. 2. qui manu mittitur.

1 Ar. extra de vsu pal. c. 1. & de pben. pro illorum. in prin. & de priuileg. pastoralis. in prin. arg. ff. de contrah. empt. q tabulas, Arc.

c ¶ Expendat.] Mirum est quare Gratianus non inducit cap. quod possessiones ecclesiæ possunt diuidi, quæ longe melius faciunt ad propositum, vt inf. q. 2. quisqs. & cap. sæpe fit, 10. q. 2. casellas. in fin. & 16. quæstio. 1. possessiones. & quæst. 3. clerici. argum. contra: inf. quæstio. 2. vobis. 10. q. 3. vnio. & supra ea. quia tua, & cap. necessaria.

e ¶ Non illa nostra sunt.] Id est, à nobis recipienda & retinenda.

f ¶ Procurationem.] ergo prælati dicuntur procuratores rerum ecclesiasticarum, vt hic, & 14. q. 1. §. 1. quādoque domini dicuntur. 16. q. 1. & tem poris. quandoque defensores 16. q. 1. in canonibus. quandoque patres, vt 68. dist. quorum vices. non tamen habent liberam & generalem administrationem, sicut procurator Cæsaris, vt ff. de officio proc. Cęsaris. l. 1. modicum tamen donare possunt. extra de donat. cæterum. tamen loco domini habentur, cum bene administrant: loco prædonis, cum male, vt ff. pro empto. qui fundum. §. si tutor.

Prelati dicuntur procuratores rerū ecclesiasticarum.



Vnc quæritur.] Hæc quæstio diuiditur in nouem partes: in quarum prima probat magister per sexdecim canones, quod res

tur, [a] si sacerdotes aliqua de rebus ecclesiæ dedisse noscũtur, an his, qui eas acceperunt, aliqua firmitate constabunt. Quod res ecclesiæ nullo modo distrahi possunt, & distractæ possideri, multis auctoritatibus probatur.

Anacletus episto. 1. c. 2. Lucius. cap. 6. In concilio Trib. c. 7.

Ait enim Stephanus Papa.

¶ Ecclesiæ pecunias auferens velut homicida damnatur. C. I.

Burch. l. 11. c. 18. Iuo p. 14. c. 88.

QVi Christi pecunias, [b] & ecclesiæ aufert, fraudat [c] & rapit; [d] vt homicida [e] in conspectu iudicis deputabitur.

¶ In epistolis Stephani primi, quæ extant, caput hoc non habetur: sed in epistola prima Anacleti, ex quo citatur a Burchardo, & Iuone, & in cõcilio Triburiẽsi, & inf. ea. c. qui abstulerit. Idem etiam legitur apud Lucium Papã.

Item Pelagius Hostilio episcopo.

¶ Quidquid de sacratis vasis, vel ministerijs a quolibet clerico vsurpatum fuerit, ecclesiæ restituatur. C. II.

AVgustino [f] nostræ sedis notario suggerente didicimus, ꝙ ei dilectio tua directis apicibus indicasset quosdam de clero tuo, & maximè parochiarũ ad te pertinentium non pauca sacrata vasa, vel ministeria distraxisse, & aliqua huiusmodi perpetrasse, quæ a religioso aliena sunt proposito. Charitatem vero tuam (vt hoc cõpetenti solicitudine debeat insequi, vel vlcisci) nostræ præceptionis auctoritate cupis communiri. [g] Qua de re præsentibus mandamus affatibus, vt cõpetentis viuacitatis instantia, quidquid de sacratis vasis, vel ministerijs a quolibet clericorum vsurpatum vel distractum fuisse compereris; sine cuiusquam morę interuentu exigere nõ dimittas, & ecclesiasticis vsibus reformare.

6. cap. 303.
† *al. ex decretis Bonifacij Papa.*

Item Bonifacius † Papa.

res ecclesiæ vendi non debent, vel alienari in casu non concesso, & ponit pœnas diuersas alienantibus, & vendentibus eas quoquo modo. Secunda ibi, [Quæ vero.] Tertia ibi, [Monemus.] Quarta ibi, [Vobis enim.] Quinta ibi, [Statuimus.] Sexta ibi, Terrulas.] Septima ibi, [Item si rectores.] Octaua ibi, [Item si seruos] Nona ibi, [Ne vero.] Ioan. de Fant.

CASVS. Supra dictum est, quomodo liceat clericis habere proprium, & quomodo non, & qualiter res ecclesiæ possint diuidi per præbendas. Nunc autẽ in hac 2. q. quæritur, an res ecclesiæ alienatæ possint apud alios remanere, quibus alienatæ sunt & certum est, ꝙ non, nisi sint alienatę in casibus concessis a iure, ut ĩ. eo. aurum. & c. sine exceptione, in quo cap. dicitur, ꝙ pro vtilitate possunt res ecclesiæ alienari, ut 10. q. 2. hoc ius porrectum. Et procedit hoc ordine Grat. 1. probat, quod res alienari non possunt, nec alienatæ possideri, vsq; ad §. his omnibus auctoritatib. postea supponit quosdam casus speciales, in quibus licitè res ecclesiæ alienãtur. Primum autem cap. huius quæstionis planum est.

Alienatio quid.

a ¶ Nunc quæritur.] Alienatio est omnis cõtractus ꝑ quem dñium transfertur, ut C. de fun. do. l. 1. sed hic largius sumitur alienatio? quia nec obligari possunt res ecclesiæ. Quid autem sub se contineat hoc nomen, alienatio, dicitur ext. de reb. eccl. nõ alien. c. nulli. in Auth. de non alie. uel permut. coll. 2. §. nos igitur. ꝓhibentur res ecclesiæ alienari, ut ĩ. e. sine. 10. q. 2. hoc ius. & res. Cæsaris; ff. de leg. 1. apud Iulianum, §. vlt. Sed excipiuntur quatuor casus. Causa necessitatis; vt si debitũ vrget, ut in illa l. hoc ius. Causa pietatis pro redemptione captiuorum, vel alimonia pauperum, vt ĩ. e. aurũ. Causa necessitatis vel vtilitatis, vt ĩ. e. sine exceptione. Causa incõmoditatis, vel minoris vtilitatis, vt ĩ. ea. terrulas. aliæ causæ pñt assignari: sed ad has pñt oẽs canones reduci: res tñ ecclesiæ quæ seruando seruari non pñt, citra aliquã sõlennitatẽ alienanẽ, vt C. de admin. tut. l. lex, quæ. §. vlt. C. qñ decr. nõ est op⁹, l. vlt. & 96. dist. bene. Sed alię res ecclesiæ cum solennitate alienandæ sunt: 1 & olim quidẽ duo de vicinis ẽpis interant, & de cã alienationis cognoscebant, & subscribebãt, ut 10. q. 2. cassellas. in fi. ĩ. e. quicunque suffragio. & 17. q. 4. nullus. sed hodie sufficit consensus capituli & ẽpi, vt ĩ. ea. c. sine. & si res sit modica, & necessitas magna, non est necessari⁹ cõsensus capituli, ut ĩ. ea. terrulas. In reb. monasteriorũ alienandis requiriẽ consensus abbatis & capituli & ẽpi. ĩ. ea. abbatib. 17. q. 4. in vẽditionib. Idẽ in ecclesijs parochialib. vbi ẽt consensus sacerdotis requiriẽ, ĩ. ea. placuit. 10. q. 2. si quis episcopus. Facta alienatio contra dictam formam, est nulla, licet sit in casu licito: 2 ut ĩ. eo. sine. sed cum præscripta forma facta, & etiam in casu non concesso, tenet ipso iure. arg. extra de his quæ fi. a præla. sine consensu cap. cum nos. extra de empt. & uend. cum dilecti. sed si damnosa fuerit, ecclesiæ restituitur, extra de restit. in integ. c. 1.

Ecclesiæ bona cum qua solennitate sint alienanda.

1 Adde q̃ solẽnitates requirũtur in alienatione rerum ecclesiæ, not. in auth. hoc ius porrectũ. q̃ est canonizata 10. qõ. 2. C. de sacros. eccl.

2 Licito. Cõtrarium ex diametro ad hanc gl. not. Doct. in l. cũ his, §. eam trãsactionẽ, de trãs. uide Anto. Cors. in sing. uers. alienatio & q̃ melius tenet gl. 3. pe. ĩ. ead. q. c. sine exceptione.

b QVi Christi pecunias.] Largè sumitur, ut inf. q. 3. per totum.

c ¶ Fraudat.] Occultè.

d ¶ Et rapit.] Vi.

e ¶ Homicida.] Etiam est sacrilegus, ut inf. c. proxi. & 16. q. 1. decimas.

AVgustino.] CASVS. Hostilius ẽps significauit Augustino notario Papę, ꝙ quidã clerici sui distraxerant illicitè multa sacrata uasa, uel ministeria suarũ ecclesiarũ, ꝓꝑ q̃ reuocanda cupiebat auctoritate Apostolica cõmuniri. August. ergo illud Papæ significauit. quo audito Pelagius scripsit Hostilio ẽpo, ut Apostolica functus auctoritate, sine mora omnia reuocet ad usus ecclesiarum, per quemcunque clericum fuerint alienata.

f ¶ Augustino.] Aliàs incipit, Notario nostræ sedis Augustino suggerente, &c.

g ¶ Communiri.] Cum tñ & illud de iure cõi posset fa-

Simile est huic ext. de off. ordin. licet. & c. graue. 11. distin. cap. fin. in fi. Archid.

cere. 1 & sic est contra id quod dicit lex, superfluum est postulare qđ lex indulsit. C. de thesau. l. 1. sed fit ideo, quia plus timetur quod singulariter pollicetur, quàm quod generali sponsione fit, vt 23. dist. quamquam.

i ¶ Rectoribus.] Inuitis.

K ¶ Cōsensu.] Consensus enim prælati nō obstat clericis repetētibus res ecclesiæ, vt ĩ. ead. nō liceat. Sed quare nō est ille tutus q̃ ab Imperatore possidet. C. de quadr. præscrip. bene. cū iste possidet qui auctore prætore possidet.

NVlli.] CASVS. Docet Bonifacius Papa in hoc c. ꝙ quidquid fuerit semel ecclesiæ oblatū Domini est, & ad ius pertinet sacerdotum. vnde quicūque illud inuaserit, vel vsurpauerit, sacrilegium cōmittit: & si nō emendauerit debet excommunicari. [Consecratur] id est datur vel deputatur, vel offertur. [Sanctum,] id est ecclesiæ deputatum erit. [Sanctorum,] id est, sacerdotum. & [Domino.] id est, ad honorem Domini. sic construe, quod omne sanctum, quod consecratur Domino, erit sanctum.

a ¶ Nulli.] Quod semel est cōsecratum Deo etiam, licet fit alienum postea non fiet profanum, vt ĩ. 17. q. 4. quæstio. ff. de rer. diuis. in tantum. arg. cōtra. s̃. dist. 54. ex antiquis, & c. frequens.

b ¶ Consecratur.] Id est, datur.

c ¶ Siue aīal.] Aliud ab homine. aliàs sequeretꝰ quòd homo non esset animal.

d ¶ Sanctum sanctorum.] Id est, ad vsum sanctorum sacerdotum pertinet.

e ¶ Inuadit.] Ergo q̃ seruū ecclesiæ inuadit, sacrilegus est. sed fortè non est, sed reputatur. sic s̃. ea. c. 1.

f ¶ Excōmunicetꝰ.] Ergo nō omnis sacrilegus ipso iure est excommunicatus, vt ĩ. cap. proxi. De hoc dixi 11. q. 3. canonica.

¶ Quidquid Domino consecratur, ad ius pertinet sacerdotum. C. III.

NVlli [a] liceat ignorare, omne quod Domino consecratur, [b] siue fuerit homo, siue animal [c], siue ager, vel quidquid semel fuerit consecratum, sanctum sanctorum [d] Domino erit, & ad ius pertinebit sacerdotum. Propter quod inexcusabilis erit omnis, qui à Domino, & ecclesia cui competunt, aufert, vastat, inuadit [e], vel eripit, & vsque ad emendationem, ecclesiæque satisfactionem, vt sacrilegus iudicetur: & si emendare noluerit, excommunicetur [f].

Poly. l. 6. tit. 15. Burch. l. 11. c. 17. Iuo p. 14. c. 87. Pann. l. 5. c. 113.

Item Gregorius vij. lib. 6. Regesti, in concilio, c. 1.

¶ Excommunicationi subiaceat, qui ecclesiastica prædia inuadit. C. IV.

QVicunque militum, vel cuiuscunque ordinis: vel professionis persona prædia ecclesiastica à quocūque [g] rege, seu sæculari principe, vel ab episcopis inuitis, seu abbatibus [h]; aut aliquibus ecclesiarum rectoribus [i] susceperit, vel inuaserit, vel de rectorum deprauato, seu vitioso consensu [k], tenuerit, nisi eadem prædia ecclesijs restituerit excommunicationi subiaceat.

Poly. l. 6. tit. 15.

Item Pius Papa, epist. 2.

¶ Sacrilegij crimen incurrit, qui prædia ecclesiastica vexat. C. V.

PRædia diuinis vsibus tradita, quidam humanis applicant vsibus, & Domino, cui tradita sunt, ea subtrahunt, vt sibi † inseruiant. Quapropter ab omnibus illius vsurpationis contumelia depellenda est, ne prædia vsibus secretorum cœlestium [l] dicata, à quibusdam irruentibus vexentur [m]. Quod si quisquam præsumpserit, vt sacrilegus [n] habeatur.

Poly. ibidem. Ansel. l. 5. c. 36. Iuo p. 13. c. 39. † *al. suis vsibus.*

Item Anacletus Papa epist. 1.

¶ De eodem. C. VI.

QVi abstulerit aliquid

Et in episto. Lucij, cap. 6. Poly. ibidem. Burc. l. 11. c. 18. Iuo p. 14. c. 88.

QVicunque.] CASVS. In hoc c. dicitur, quòd quicūque prædia ecclesiastica à rege, vel ab alio principe sæculari susceperit, nisi restituat, debet excommunicari. Idem statuitur de eo, qui ab inuitis prælatis bona ecclesiæ susceperit, vel inuaserit, vel de consensu eorum retinuerit.

Possidens rē ecclesiæ siue suo siue alieno nomine, an semper sit cōueniēdus. Possidens ab Imperatore non est semper tutus.

g ¶ A quocūque.] Ille ergo conueniendus est, qui rem ecclesiæ qualēcunque detinet, licet exhibeat auctorem suū, vt ĩ. 16. q. 1. in canonibus. Sed distingue, an rem mobilem detineat, vel immobilem, vt C. vbi in rem act. l. 2. extra vt lite non cont. quoniam. & hoc intelligas quando quis suo nomine aliquid possidet, vt tūc semper possessor sit conueniendus. & tunc non est necesse vocare illum cuius auctoritate possidet: secus si alieno nomine, vt extra vt lite non contest. qm̃. Item hoc scias, quod licet conuentus rei vendicatione posset dominum nominare, non tamen conuentus possessorio iudicio, vt hic.

h ¶ Seu abbatibus.] Inuitis.

sidet, vt ff. de acq. poss. iustè. Sed dicas, istud obtinere in rebus priuatorū: quia nec ecclesia tuta est, si rem recipit ab Imperatore nisi eā præscripserit, vt 16. q. 3. placuit 1.

PRædia.] CASVS. Significatum fuit Pio Papæ, ꝙ quidam prædia ecclesiarum vsurpabant, & Deo cui tradita sunt subtrahunt, quare Pius Papa statuit vt quicunque hoc præsumpserit, debeat vt sacrilegus iudicari.

l ¶ Secretorum cœlestium.] Id est, ecclesiæ.

ADDITIO. Vbi tractantur secreta cœlestia. de consecr. dist. 1. c. cap. 1.

m ¶ Vexentur.] Iniustè. nam ad tributa & seruitia tenentur. 11. q. 1. si tributum, vel expone, vt ibi dixi.

n ¶ Sacrilegus.] Alia pœna sacrilegii est secundum legem. ff. ad leg. Iul. pecul. sacrilegij. Alia secundum canones. 17. q. 4. per totum.

1 Dicas [illegible] sing. fm do. Rom. [illegible] gul. 612. [illegible] Alex. cōs. [illegible] lib. 7. Fe[illegible] c. quæ in [illegible] clesiarū, [illegible] 12. de cō[illegible]

QVi abstulerit.] CASVS. Dicit Anacletus in hoc cap. quod Deus est pater noster, & ecclesia mater: & ideo qui Dei, & ecclesiæ pecuniam aufert, vsurpat, & fraudat, homicida est, sicut ille qui patri vel matri carnali abstulit aliquid iniustè, dicitur homicida.

a ¶ Patri-

a ¶Patri.] Homicida enim est, qui non pascit patrem, vel matrem, 1. vt 22.q.4.inter cætera.& 86.d.non satis in fine.

IN antiquis.CASVS. Quæsitum fuit a Io.Papa. quam pœnam debeat pati, qui inuadit aliena, & respondet quod secundum antiqua statuta quadruplum debet reddere. Idem probat duabus auctoritatibus.s.Euangelij, & Euseb.j Papæ.

b ¶Multiplicatione.] Arg.pœnam pecuniariam posse ab ecclesia infligi.21.q.5.si quis cuiuslibet.23.d.quamquam, extra de arbitr.dilecti.in fi. extra de relig. domi. constitutus.in fin.argum. contra infra ead. fraternitas, ubi de hoc dicitur, & extra de pœnis suam. 2 Sed illud potest intelligi de æquitate canonica, hoc de rigore iuris.

c ¶In auctoritate.] inf.ead. in legibus.

CVm deuotissimā. CASVS. Iulianus episcopus conquestus est Papæ de quibusdam, qui de nocte quasdam villas suæ ecclesię combusserunt, & prædā inde exportauerunt. tñ sæpe admoniti damnum emendare noluerunt. Scribit ergo Papa Constantiæ Reginę Galliæ, & ei primo applaudit commendando ipsam, & hoc in prima parte. In secunda parte ostendit, ꝙ damnū illud dēnt cū multiplicatione pœnę restituere, & hoc probat per legē Lōbardā, & per exemplū Zachæi dicētis in pñsentia Christi se velle restituere quadruplū si aliquę defraudauit, vt cōtinetur in Euangelio secundum Lucā. In tertia parte insinuat ei, ꝙ in mēse Nouēbris præsentis anni mittet in Galliā petrū episcopū, & monet ipsam Reginā, vt cū eo, & cū alijs episcopis eiusdē prouincię cōgregatis sic faciat damnū emendari, ut cęteri terreātur. Secunda pars incipit ibi. Dum, & sęculi. Tertia ibi, Ea propter.

patri [a], vel matri dicitq; hoc peccatum non esse, homicidæ particeps est. Pater noster sine dubio De⁹ est, qui nos creauit *: mater vero nostra, ecclesia, quæ nos in baptismo spiritualiter regenerauit. Ergo, qui Christi pecunias, & ecclesiæ rapit, aufert, vel fraudat; homicida est.

sup. ea. qui Christi.

Item Ioannes Papa primus ad Zachariam archiepiscopum.

Et in epis.2.Eusebij Papæ ad Ægyptios, & in decr.Iulij.c.1. & Symmachus in 5. synodo.

¶Quadruplum restituat, qui res ecclesiæ inuadit. C. VII.

IN antiquis ecclesię statutis decretum est, vt qui aliena inuadit, nō exeat impunitus: sed cū multiplicatione [b] oīa restituat. Vnde & in Euangelio scriptū est: [Quòd si aliquid defraudaui, reddo quadruplum.] Et in legibus sæculi cautum habetur. [Qui rem surripit alienam, &c. *vt infra auctoritate* [c] *Eusebij Papæ.*

Luc.19.

inf.ea.in legibus.

Item Gregorius ad Constantiam reginam Galliæ, lib.4.epist.33. seu c.77.

¶Pro tenore sæcularium legum puniantur inuasores rerum ecclesiasticarum. C. VIII.

CVm deuotissimam † [d] dominam sciam de cęlesti vita †, atque remedio animæ suę sedulo cogitare; culpam me committere vehementer existimo, si ea, quę pro timore omnipotentis Domini sunt suggerēda, siluero: & te sanctissimam de ecclesiastica pace sedulo non cōmonuero. Nimis me Iuliani fratris, & coepiscopi nostri proclamatio super cōtristauit, maxime cum villæ suę, videlicet ecclesiæ a nequissimis prædonibus sint deprędatę, atque nocturnis incendijs more furum combustæ: & dū ijdem maligni iuxta nostri prædecessoris Bonifacij decreta pro violata [e] emunitate illud emendare noluerint, dum, & sęculi leges [f] hæc eadem ita se habere voluerint, lege vulgari [g] teste, in qua sic scribitur: Si quis manu armata vsque ad quatuor homines in vicum alterius ad malefaciendum venerit; ille, qui prior est [h], pro illicita præsumptione componat [i] solidos nongentos: sequaces vero eius, vnusquisque solidos octuaginta. Si vero incendium [k] fecerint, ibi nouies tantum componant: si prędam vero, in quadruplum restituant.

Burc.l.11.c.26. Iuo p.13.c.36.
† *serenissimā.* orig.
† *al.patria atq; anima sua vita sedulo.*

lib.1.legum Longobard. tit. de aggress. in vic. fact. leg.1.

d ¶Cum deuotissimam.] Intercedit Papa pro ecclesia apud Reginam, sicut alibi apud principem, vt 97.d.ecclesiæ.

e ¶Pro violata emunitate.] Et dī emunitas priuilegiū quo gaudet ecclesia, vt in ambitu suo non fiat pugna, vel insultus, uel rapina per quadraginta, vel trigīta passus, ut 17.q.4.sicut antiquitus. Quæ aūt pœna pro emunitate ecclēsiæ læsa, sit soluenda, hēs 17.q.4.si q̄s cōtumax.

Emunitas ecclesię quę est

f ¶Leges.] .s. Lombardæ.

g ¶Vulgari.] .s.Lōbarda.23.q.8.si quis membrorū, &c.pessimam.

h ¶Qui prior ē.] Nā tot sūt iniurię, quot sūt iniuriātes, vt ff. de iniur.si plures, & ideo pœna unius non liberat alios, ff.ad legem Aquil. item Mela.§.sed si plures.

Committit Papa quibusdam episcopis, vt reuocēt prædia & mancipia male alienata, similiter possessiones quas Eumancius & Opilio episcopi, uel cæteri quocunq; modo detinent, reuocent: & emptores recursum habeāt ad venditores. Pensiones uero, uel oblationes deferant ad episcopum: de quibus fiant quatuor portiones, ut dictū est in c. supradicto, uobis.

a¶ Reuocentur.] C. si tu. uel cu. inter. l. ult.

b¶ Emptorib.] Sup. 10. q. 2. hoc ius porrectū. in fi. §. qui vero res. Sed contra 16. q. 3. vniuersas. C. de euict. si fundus. Solu. hoc c. loquitur de possessore bonæ fidei: contraria de possessore malæ fidei: sed ad hæc obijcit: malæ fidei dicitur, qui contra legum interdicta mereatur. C. de agri. & censi. quemadmodum. l. 11. Rn̄deo. quantum ad hoc est malę fidei possessor, q̄a n̄ usucapit: sed quantū ad hoc est bonæ fidei possessor, q̄ h̄ēt recursum cōtra suum venditorem.

c¶ Locum.] Arg. q̄ secundū priorem locum & maius meritum cōferendę sunt dignitates, vt inf. ca. prox. & sup. d. 1. ius militare. & 1. q. 2. clerici. & 75. 1. d. ca. vlt. & ille gradus cæteros antecedat, quē stipendia longiora & labor prolixior fecerunt anteire, ut C. d̄ off. ma. off. l. nemo. 61. d. ca. 1. & ca. miramur. & stipēdiorū ratio habenda est vt ff. de re. mili. l. nō omnes. in prin. Arg. contra 16. q. 7. omnes decimę. & c. 1. in fi. & ext. de constit. cum omnes. 2

COncesso.] CASVS. Clerus & populus Brūdusij petierūt a Gelasio ep̄m Iulianum, quem eis concessit: & cum eū illis destinaret, significauit eis per scripta sua, q̄ duo sibi præceperat. s. quòd nunquā faceret illicitas ordinationes: & reddit⁹ & oblatiōnes in quatuor diuideret portiones. Primā h̄ret antistes: secundam clerici: tertiam fabrica, quartam pauperes.

d¶ Sedulitate.] Arg. contra clericos existentes in scholis, vt non debeant percipere ecclesiastica stipendia, vt 16. q. 1. generaliter, & inf. eo. charitatem. Ar. contra. 32. d. si qui vero.

QVatuor.] CASVS. In hoc ca. statuitur, ut de redditibus & oblationibus ecclesię quatuor fiant portiones, quarum vna sit ep̄i, secunda clericorū, tertia pauperum: quarta vero fabricæ applicanda: ita q̄ clerici ultra quartā nō expetant: & manifestū sit qualiter duæ quartæ sint in vsum pauperum, & in usum fabricę conuersæ, ut de hoc bona fama inter homines oriatur

citer prærogata, locorum doceat [a] instauratio manifesta sanctorũ: quia nefas est, si sacris ædibus destitutis, in lucrum suum præsul impendia his deputata cõuertat. Ipsam nihilominus adscriptam pauperibus portionẽ, quã quam diuinis rationibus se dispẽsasse mõstraturus esse videatur; tamẽ iuxta quòd scriptum est, [Vt videãt opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est] oportet etiam præsenti testificatione [b] prædicari, & bonæ famæ præconijs non taceri. Quapropter nec clericorum quispiam, &c. *Matth. 5.* *2.q.7.quapropter.*

Item Simplicius Papa Florentio, & Equitio, & Seuero episcopis, epist. 3.

¶ De redditib. oblationum, & redditũ ecclesię quatuor portiones presbytero dispensandæ credantur. C. XXVIII.

DE redditib. ecclesiæ, vel oblatione fidelium quid deceat nescienti nihil licere pmitat; sed sola episcopo ex his vna portio remittatur, duæ ecclesiasticis fabricis, & erogationi peregrinorum, & pauperum profuturæ, a Bonagro † presbytero sub periculo sui ordinis ministrentur; vltima inter se clericis pro singulorum meritis diuidatur; *& infra.* ¶ Cui, *idest Gaudentio*, hoc specialiter præcipimus, vt tres illas portiones, quas triennio † [c] dicitur sibi tantummodo vendicasse, restituat. *Ansl.5.c.66.* *† al. ab Onagro.* *† al. per triennium.*

¶ Addita sunt in hoc capite aliquot verba ex originali, quæ ad sententiam facere aliquid videbantur.

Item Gregorius Maximiano episcopo Syracusano, lib. 3. epist. 11. Ioannes diac. l. 4. num. 34.

¶ De redditib. ecclesiæ etiam nouiter quæsitis quarta pars clerici erogetur. C. XXIX.

COgnouimus de redditibus ecclesię nouiter acquisitis canonicam dispositionem quartarum minime prouenire; sed episcopos locorum distribuere tantũmodo quartam antiquorum redditũm; nunc vero quæsita suis vsibus retinere. Quã rem † prauam subintroductãque consuetudinem fraternitas tua viuaciter emendare festinet; vt siue de præteritis redditibus, siue de his, quę obuenient † [d], vel obuenientibus quartæ secundum distributionem canonicam dispensentur. Incongruum namque est vnam, eandemq; ecclesiæ substantiam duplici [e] quodammodo iure censeri, idest † vsurpationis, & canonum. Ansl.5.c.70. *† al. ob rem.* *† al. nunc obuenerunt vel obuenerint.* † Addita ex or.

Idem Augustino episcopo Anglorum in resp. ad primam interrogationem.

¶ De stipendio ecclesiæ quatuor debent fieri portiones. C. XXX.

MOs est Apostolicæ sedis ordinatis episcopis pceptum tradere, vt de omni stipẽdio, quod accedit, Ansl.5.c.64. Pann.l.2.c.8.

a ¶ Doceat.] Arg. per vnum factum probari aliud. & causam probari per effectum: quia per reparationem fabricarum probatur, q̃ bene sit expensa quarta fabricæ: & sic 18.d. peruenit. sic. C. de admi. tut. l. lex. quæ. in fine. Item ex omnibus his capitulis collige laicos non esse cõpellendos ad reparationẽ fabricæ: sed tantum clericos. 1 10.q.1. decernimus.

Clerici soli ad reparationem fabricę cõpellantur. 1 Arg. q̃ etiã principes teneantur ad hoc. 96. d. c. ult. L.

b ¶ Testificatione.] Arg. q̃ res semper sunt gerendæ in illorum præsentia, quorum interest, ut 8.q.1. licet.

DE redditib.] CASVS. Gaudẽtius ep̃s ñ diuidebat redditus & oblationes ĩ quatuor portiones, sed eas sibi uendicabat ex toto. quare Simplicius Papa præcepit Florentino & Equitio episcopis, vt unam tantummodo portionẽ de redditibus & oblationib. cõcedant ep̃o: alia diuidatur clericis p meritis singulorum: reliquis duab. fabricis & pauperib. p futuris: & compellant ipsum Gaudẽtiũ ep̃m istas tres portiones restituere: quas per tres annos sibi tantum illicitè & indebitè vendicauit.

c ¶ Triennio.] Licet iste ep̃s per trienniũ possederit res ecclesiæ mobiles, non tñ vsucapiebat eas, q̃a furtũ commisit in eis, ut 10.q.2. capit. ultimo.

COgnouimus.] CASVS. Quidam ep̃i faciebãt quatuor partes tantum de antiqs redditib. sed nouos oẽs sibi retinebãt. pcepit Greg. Maximiano episcopo Syracusano, vt tã de antiqs redditib. quam de nouis quatuor faciat fieri portiones: cum antiqui & noui non debeãt diuerso iure censeri: quia incongruum est eandem substãtiam ecclesię duplici quodammodo iure censeri. Sequens ca. planum est. Aliud quod postea sequitur, est palea, scilicet sancimus, est tamen eius casus planus per se.

d ¶ Obueniẽt.] Ar. cõtra. ff. de iure dot. cum in fundo. §. si fundus. ff. de pac. do. inter socerũ. §. 2. fi. C. de allu. l. 2.

e ¶ Duplici.] No. duplicitatem a canone reprobari. 16.q.7. in nona. & 18. quæ. 2. in nullo. sic ff. de usucap. cũ qui ædes. Item arg. q̃ idem iuris est in veteribus q̃d in nouis. Duplicitas reprobatur.

nis.ext.de cen.cum olim,&c.cum in ecclesijs. Ar.cōtra de deci. tua. nam licet veteres decimæ sint concessæ laico.non ideo nouæ,vt ibi dicitur, qñq; tñ eadem res duplici iure cēsetur.extra de reli.domi.quia,& ff.de pecu. hinc quæritur. §. 1. vbi habes ꝙ peculium quandoque dupliduplici iure censetur: sed isti sunt casus speciales. 1

a SAncimus.] ¶ Dona.] Secundum distinctionem:ext. de testa.requisisti.

b ¶ Titulorum.] Idest, ecclesiarum,ad quas intitulati sunt.

quatuor fieri debeant portiones, vna videlicet episcopo,& familiæ eius pp hospitalitatē, & susceptionē, alia clero, tertia vero pauperibus,quarta ecclesijs reparādis.

[*Item ex concilio Toletano.*]

¶De eodem. PALEA. C. XXXI.

SAncimus omnibus episcopis curam laicorum instare,vt si quos in fide Christi inuenerint,nimio affectu diligant.Insuper confirmamus, vt si aliqua ab ipsis accipiant dona; [a] statim in quatuor diuidant partes:ita, ut prima pars secundum Apostolorum [α] præcepta, titulorum, [b] nec non cœmiteriorum restaurationibus diligenter attribuatur, secunda clericis,tertia cunctis pauperibus,quarta vero aduenis.

¶ *Caput hoc(quod in omnibus vetustis exemplarib. exceptis duobus & sine Paleæ nomine habetur,& glossam habet)in nullo Toletano cōcilio aut impresso,aut manuscripto inuētum est. In collectione cononum incerti auctoris, quæ asseruatur in Vaticana bibliotheca tribuitur Siluestro:quamuis in synodo Romana sub ipso habita,c.4.paulo aliter hæ partes assignentur,id est,vt in præcedentibus huic capitibus.*

α ¶ Secundum Apostolorum præcepta.] *In ea collectione non sunt hæc verba. In vno uetusto Gratiani codice est,* secundum Apostolicorum præcepta.]

Item ex concilio Agathensi,c.22.

¶ Omnes presbyteri secundum iussionem episcopi res ecclesiæ dispensare studeant. C. XXXII.

Poly.l.3.tit.12.

STatuimus (quod omnes canones [β] iubent) vt ciuitatenses, siue diœcesani presbyteri, vel clerici, saluo iure ecclesiæ,rem ecclesię,sicut permiserunt episcopi,teneant: vendere autem, aut donare penitus non præsumant. Quod si fecerint, vel fecerunt, & facta venditio nō valebit,& de facultatibus,si quas habent proprias,indemnem [c] ecclesiam reddant,& cōmunione priuentur.

β ¶ Canones.] *Restituta est hæc vox ex originali. Antea legebatur,*episcopi. *In Polycarpo autem tantum est,* quod omnes iubent.

inf. ead. si quis de clericis.
Burc.l.3.c.183.
Iuo p.3.c.156.

Item ex eodem concilio, c.26.

¶ De clericis, qui documenta ecclesiæ supprimunt, aut aduersarijs tradunt. C. XXXIII.

SI quis de clericis documēta, [d] quibus ecclesiæ possessio firmatur,aut supprimere, [e] aut negare, aut aduersarijs fortasse tradere, damnabili, & punienda obstinatione præsumpserit;quidquid, [f] per absentiam documētorum,damni ecclesiæ illatum est, de proprijs facultatibus reddat, & communione priuetur. Hi etiam, qui in damno ecclesiæ impie solicitati, a traditoribus aliquid acceperint;superiori † sententia teneantur.

† al.pari.
& in Hispalen.1.c.1

Item ex eodem,c.33.

STatuimus.] Hæc est 5.pars q. qua magister reuertitur, & probat per 26.ca. qđ res ecclesiæ nō sunt alienēdæ, nisi in casu cōcesso:alias alienatio nō tenet: & alienatores quocunq. casu debet puniri.Ioan.de Fant. CASVS. Relatū fuit in Agathensi concilio,quod clerici existētes i ciuitate, vel extra, res ecclesiarū suarū non gubernabant sm episcoporū suorum dispositionē, sed vindicabant, vel donabant sicut eis placebat. quare concilium statuit,vt hoc de cetero nō faciant: & si fecerint, irri erunt. & de propr... quod habēt, ecclesiæ reddāt indemnem,& communione pri... c ¶ Indemnem.] De hoc ... n.o- n...

SI quis.] CASVS. Quidam abscondebant, vel denegabant instrumēta ecclesiarum:aut ea aduersarijs dabāt.quæsitum fuit quam pęnam pati debeant. Et respōdetur quod omne dānum ecclesiæ illatum per absentiam instrumentorum,debent restituere de proprijs facultatib⁹: & cōione priuentur. Qui vero talia documenta recipiunt, eadē pœna debent puniri.

d ¶ Documēta.] Idē eēt si testes aliquos impediret dicere veritatem, vt extra de test.cogē. peruenit.

e ¶Supprimere.] qa crimen falsi incurrunt. ff.de fal.l.1.§. ijs qui deposita.

f ¶ Quidquid.] Arg. ꝙ ecclesia pt petere interesse,ꝙ est extr. rem. 2 sed illud nō est extra rem: quia instrumento tradito possessionis, & possessio trad videtur, vt C.de dona. l.1.

1 Quod autem hic dr, regulare est de hoc etiam le. & no. extra de deci. cum in tua. in fi.

2 Idem I. & idem no. extra de iniur. in nostra. de sent. excom. in gl. 1. Arc.

EPiscopus.] CASVS. Statutum fuit in concilio Agathensi, vt episcopus, qui non habet filios, vel nepotes, non instituat alium hæredem q̃ ecclesiam suam, si vero illicite de rebus ecclesiæ aliquid alienauerit, alienatio talis irrita habeatur. & ad ecclesiam quod alienatũ est reuocetur. si vero filios habet, q-bus sua bona reliq̃t, de bonis illis indemnitati ecclesię consulatur.

a ¶ Alium.] Hoc est consilium, quia etiã vxorẽ, & seruũ suũ posset instituere hęredem, vt sup. ea. q. 1. sint manifestæ.

b ¶ Ab heredibus.] Hic duo cõtraria dici videntur, scilicet, ꝙ ecclesia dẽat esse heres defuncti: & ꝙ ecclesia possit conuenire filiũ defuncti, eo quod male alienauit defunctus. nã si ecclesia est hæres defuncti etiam si defunctus aliq̃d indebite alienauit, illud non potest reuocare ecclesia, ut C. de re. alie. non alie. l. 3. C. de lib. cau. l. si ab eo. & C. de rei vend. cũ a matre. tenetur. n. sequi volũtatem defuncti, vt 11. q. 1. Syluester, ideo sic exponas. ecclesiã sibi relĩquat hæredem: sed si ecclesiam non instituit hæredẽ, supple tunc si q̃d de ecclesia, &c. Generaliter enim omnis hæres tenetur ad omnia onera defuncti, nisi fecerit inuentarium, ut C. de iur. de li. sancimus. hoc tamen teneas, ꝙ secundum canones in contractibus, & in delictis siue aliquid peruenerit ad hæredẽ, siue non: siue lis sit contestata cum defuncto, siue non, hæres semper tenetur insolidum, ut 16. q. 6. si epm. 1 in fi. extra de rap. in literis.

Hæres onera defuncti sustineat.

reuocantur in seruitutem. aliud in libro priuati, vt C. de lib. cau. solo obsequij. quod est hic speciale. Item aliud speciale, ꝙ filij istorum libertorum sunt obnoxij ecclesię inf. eo. de libertis. secus in alijs, vt C. de li. & eorũ li. l. 1. & 2. Item aliud speciale ꝙ liberti tenẽtur seruire

¶ Episcopus heredem non habens, non alium, quàm ecclesiam sibi heredem instituat. C. XXXIIII.

EPiscopus, qui filios, aut nepotes nõ habuerit, α aliũ [a] quàm ecclesiam non relinquat heredem. Si quid de ecclesia non in ecclesię causa, aut necessitate presumpserit, quod distraxit, aut donauit, irritum habeatur. Qui vero filios habet, de bonis, quę reliquit, ab heredibus [b] eius, indemnitatibus ecclesię consulatur. Poly. l. 3. tit. 12.

α ¶ Non habuerit.] *In originali impresso, & manuscripto, & in Polycarpo legitur,* non habens alium, quam ecclesiam reliquit heredem; si quid, &c. *& ad hanc lectionem propius accedunt verba Hispalensis concilij primi, cap. 1. sed ob glossam non est mutatum.*

Item ex eodem, cap. 49.

¶ Qui in clero constituti sunt, de rebus ecclesię nihil alienare presumant. C. XXXV.

DIaconi, vel presbyteri in parochia constituti de rebus ecclesię sibi creditis nihil audeant commutare, vẽdere, vel donare: quia res sacratę Deo esse noscuntur. Similiter & sacerdotes nihil de rebus ecclesię sibi commissę (vt superius comprehensum est) alienare presumant. Quod si fecerint; [c] conuicti in concilio, & ab honore depositi, de suo aliud [d] tantum restituant, quantũ visi sunt presumpsisse β *& infra.* ¶ Libros tñ, quos sacerdotes, vel diaconos de ecclesia sibi cõmissa facere voluerint, actus [e] ecclesię prosequi iubemus. Quod si facere contẽpserint: placuit eos ad ꝓprium reuerti seruitium. Iuo p. 3. c. 161.

β ¶ Presumpsisse.] *Si hic interponas c. si q̃s qualibet. inf. ead. habebis integrũ canonẽ 49. ipsius cõcilij Agathensis.* & in Epaunensi, c. 7

Item ex eodem, c. 53.

¶ De possessione ecclesiastici iuris quidquid a presbytero distrahitur, inane habeatur, & vacuum. C. XXXVI.

QVidquid parochiarum presbyter de ecclesiastici iuris possessione distraxerit, inane habeatur, & vacuũ vendicatione [f] γ comparantis, & actione vendentis. Iuo p. 3. c. 162.

γ ¶ Vendicatione.] *Sic ẽt in recentiorib. conciliorũ editionib. In alijs, & duob. ẽt Vaticanis codicib. legitur* vẽditore comparantis, *apud Iuonem,* venditione comparantis.

1 Vbi ð hoc. & sup. 1. q. 4. §. item peccato ciuium, vt ibi satis dixi. Arch.

Liberti ecclesiæ differunt a libertis priuatorum.

DIaconi.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur ꝙ diaconi, presbyteri, vel episcopi de rebus ecclesiæ nil debent illicite alienare: quod si fecerint de hoc conuicti deponantur, & de suo proprio tantundem restituant. In secunda parte dicitur quod liberti ecclesiæ negotia ecclesiæ prosequi debent: quod si contempserint, in seruitutem adducentur. Secũda pars incipit ibi: [Libertos etiam.]

c ¶ Fecerint.] Aestimatione seruorũ reddita de ꝓprio: alioquin reuocarentur, ut inf. ea. & si illi. nisi sint benemeriti, ut inf. ea. si quos de seruis. Et est in hoc dura cõditio libertorũ ecclesiæ, ꝙ propter operas nõ præstitas re ecclesiæ nulla eis opera imposita, ut hic, & inf. ea. liberti. hodie tamen distinguitur, ut extra de seruis non or. eo. libentius.

d ¶ Aliud.] i. ipsam rem restituet, & aliud tãtũ de suo, sic 89. d. decenter. & 10. q. 2. hoc ius ver. qui vero res.

e ¶ Actus.] Idest, negocia.

QVidquid.] CASVS. Dicitur in hoc c. quòd si presbyter illicite alienat aliquam possessionem ecclesiæ, irrita sit talis alienatio, ita vt emptor nullam habeat actionem ad possessionem habendam: nec venditor ad pretium habendum.

f ¶ Vendicatione.] In emptorem enim non transfertur domi-

dominium. vnde non potest rem vendicare, habet tamen contra venditorem actionem exempto, vt sup. ea. Vulterranæ. in Auth. de nō alie. aut permu. §. quia uero leonis, coll. 2. Sed nōne venditor potest petere pretium re nondum euicta? quia venditor non ad alium tenetur, nisi

nes. ff. de rebus eorum, qui sub tut. vel cur. l. quicūque. arg. contra. ℑ. de consec. dist. 2. & dixit 1. q. 1. si quis à simoniacis, 3. q. 7. tria, in princ.

b ¶ Consecrandus.] Id est, benedicendus, abbas. n. non consecratur, nisi cū ordinatur in sacerdotem, sed tū dr, q; ei manus imponitur ab episcopo. 69. dist. quoniam videmus, vnde abbas sine benedictione potest monachos benedicere. extra de sup. negl. p̄l. statuimus.

Abbas non consecratur.

In Epamnensi, ubi hoc videtur repeti, in vēditorem comparantis actione vertenda.

Item Vrbanus Papa.

¶ Alienationes factæ ab intrusis, & ordinationes sine consensu clericorum, irritæ sunt.

C. XXXVII.

ALienationes [a] omniū per intrusionem, seu canonicè electorum sub episcopi nomine, aut abbatis, qui secundum ecclesiæ suæ vsum consecrandus [b] est; alienationes dico quocunque modo factas, necnon & ordinationes [c] personarum ab eisdem sine communi consensu clericorum ecclesiæ, siue per simoniam itidem factas, irritas iudicamus. ¶ Illud etiam p omnia interdicimus, vt nullus clericus præbendam [d] suam, seu beneficium aliquod ecclesiasticum aliquo modo alienare præsumat. Quod si præsumptum olim fuit, vel aliquando fuerit; irritum erit, & vltioni canonicæ subiacebit.

¶ *Post collectionē Anselmi in codice pantiquo, habetur fragmentū cuiusdā cōcilij Vrbani secundi: in cuius initio hæc legūtur:* Alienationes, q̄ specialiter p Ottonem, Guidonem, Hieremiam, seu forte Philippum vbilibet de possessionib. Rauēnatis exarchatus factæ sunt, damnamus. Generaliter autem omnium per intrusionem, seu canonice electorum sub episcopi nomine, vel abbatis . . . . ecclesię suę cōsecrādus est, alienationes quocūque mō factas, *& cetera vsque ad finē huius capitis sine vlla varietate.*

Item ex concilio Ilerdensi, c. 6.

¶ Episcopo defuncto, vel adhuc in supremis agente, de rebus ecclesię nihil est vsurpandum.

C. XXXVIII.

Concor. concilium Valent. c. 2.

HAec huius [e] placiti [f] cōstitutione inter nos censura placuit custodiri; vt defuncto antistite, vel etiā adhuc in supremis agente, nullus clericorum cuiuslibet ordinis, officij, gradusve sit, quidquam de domo pręsumat, vel quod de vtilitate instrumēti domus esse agnoscitur, id est mobilis, & immobilis rei ecclesiasticę conet inuadere; nihil furto *a*, nihil dolo supprimens, auferēs, atque

c ¶ Ordinationes.] Hoc non potest facere sine consensu capituli sui, vt 24. dist. c. vlt. & pen.

d ¶ Præbendā.] Fructus potest. extra ne prel. vices suas, c. vl. ad instar fructuarij, ff. de vsufruc. arboribus sicut fructus decimarū, & oblationum possunt uēdi, licet hoc non sit honestū: quia prohibitum nō inuenitur, 2 sed tantum cum cōsensu episcopi. extra de reb. ecc. non alie. nulli, nisi ad modicum tp̄s, arg. ext. de cens. præterea. & extra de transa. de cætero. Sed quid si obligauit ad quinquennium: nūquid stabit successor cōtractui? ita, si noīe ecclesiæ contraxit, & cū episcopi auctoritate extra de sol. c. 1. sec⁹ si noīe suo. ff. de pig. l. lex uectigali. ff. qui. mo. pig. uel hyp. sol. si res distracta. ff. loca. si quis domus, §. hic subiūgi solet. Io. Sed certe quidquid dicat Ioan. ego credo, quod sicut clericus potest uendere fructus p̄bendæ suæ sine consensu episcopi, ita obligare, maxime ad modicum tempus: sicut tutor uendit fructus sine auctoritate iudicis, ut C. de admin. tuto. lex, quæ nec aliqua decret. contradicit legi. B.

Benefici fructus uendi possum.

2 Hoc planè olim probatur extra de emp. & uendi. cap. 1. ubi hn̄r ista uerba hic posita per Io.

nisi ut faciat emptorem habere rem. non enim tenetur rem eius facere: ut ff. de actio empt. seruus quem. §. si sciens, sed hic contractus est nullus.

ALienationes.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quod alienationes, quæ fiunt ab episcopis, uel abbatibus intrusis, uel canonicè electis; similiter ordinationes factæ sine consensu clericorum, vel per simoniam, irritæ sunt. In secunda parte dicitur, qđ si q̄s clericus suam præbendam alienare præsumpserit olim, uel modo præsumat alienare, irritum fit, & canonicæ subiacebit ultioni. Secunda pars incipit ibi, [Illud etiam.]

a ¶ Alienationes.] Hoc ad canonicè electos referas: q̄a intrusi, uel schismatici, nec etiā cum consensu capituli possunt aliquid alienare. ℑ. cap. præcariæ, extra de schismat. quod à prædecessore. 1 17. q. 1. factus. 25. q. 1. un-

ext. de
ihil est.
i duob.
us &c.
uideas.
per hæ-
ā bene
itiī lo-
ligioso,
eccle-
arg. 32.
. recur-
uer. qūo
. ubi de
Arch.

HAec huius placiti.] CASVS. Quærimonia facta fuit in concilio Ilerden. de clericis, qui post obitum episcopi omnia bona defuncti antistitis usurpabant facta est constitutio, ne hoc de cætero fiat: sed œconomus adiuncto sibi uno, uel duobus fidelibus uiris pascat ex illis bonis clericos, si qui sunt in domo episcopali: uel seruet ad usum successoris, qui uti debet bonis illis cum clericis sui antecessoris. clericus autem contra hanc constitutionem faciens, anathematizetur.

e ¶ Hæc huius.] Sic construe, hæc censura placuit custodiri placiti constitutione, & secundum hoc uerbum placuit, est personale uerbum.

f ¶ Placiti.] Id est decreti.

a ¶ Con-

abscondens. Sed is, cui domus commissa est subiunctis,[β] sibi vno, vel duobus fidelissimis clericis omnia vsque ad tẽpus pontificis substituendi debeat cõseruare;[a] & his, qui in domo inueniuntur, clericis consuetam alimoniam administrare. Substitutus autem antistes susceptę sedis[γ] cõmoda ordinabit, velut Deus imperabit: vt eis vti cum his debeat, quos cognouerit disciplinæ, & charitati prædecessoris sui fideliter paruisse. Quòd si quisquam post hæc, cuiuslibet ordinis (vt superius dictum est) clericus quacunque occasione de omni facultate quidpiam probatus fuerit abstulisse, vel forsitan dolo aliquo suppressisse; reus sacrilegij prolixiori anathemate condẽnetur, & vix[b] quoque peregrina ei cõmunio concedatur: quia[c] durum est, vt hi, quos constat in seruitio Domini cũ primæ sedis antistite desudasse, ab his, qui suarum rerum incubatores, † vel vtilitatibus seruientes, atque vacantes fuisse noscuntur, despecti aliquatenus crucientur.

† al. incubitatores, atque vagantes fuisse.

α ¶ Nihil furto.] *In codice Lucẽsi regio sequitur*, nihil vi.
β ¶ Subiunctis sibi.] *In conciliorum editionib. sequitur*, cum consilio: *& in codice regio additur*, clerici: *fortasse autem legendum*, cum consilio cleri.
γ ¶ Susceptæ sedis.] *In eodem regio codice est*, suscepta ea, prout decessor suus ordinauit, vel vt Deus imperauit.

Item ex concilio Toletano 4. c. 66.

¶ Episcopi, qui nihil ecclesiæ conferunt, famulos eius libertate non donent. C. XXXIX.

Burch. l. 3. c. 189. Iuo p. 3. c. 249.

ET si illi, qui nulla ex rebus suis pauperib. Christi distribuunt,[d] æterni iudicis voce in futuro cõdemnabuntur; quanto magis[e] ij, qui auferũt pauperibus quod non dederunt? Quapropter episcopi, qui nihil ex suo proprio ecclesiæ Christi compensauerunt, hanc diuinã sententiam metuant, & liberos † ex familia ecclesiæ ad condemnationem suam facere non præsumant. Impium enim est, vt qui res suas ecclesię Christi non contulerit,[f] damnum inferat, & ius ecclesiæ alienare contendat. Tales ergo liberos † successor[g] episcopus absque vlla oppositione ad ius ecclesiæ reuocabit:[h] quia eos non æquitas, sed improbitas absoluit.

† al. libertos ex familijs.

† al. libertos.

Item ex concilio Aurelianensi.

¶ *Hoc idem citatur supra ead. si quis de clericis, ex concilio Agathensi, in quo habetur. Non est autem mutatus titulus: quia potuit in aliquo etiam Aurelianensi, quod non extet, esse repetitum.*

¶ De clericis, qui documenta ecclesiæ supprimunt, aut negant, aut alijs damnabiliter tradunt. C. XL.

Iuo p. 3. c. 156.

SI quis de clericis documẽta, quibus ecclesiæ possessio firma tenet, aut supprimere, aut negare, aut auertere,

Ab-

a ¶ Conseruare.] Arg. successori omnia seruãda à morte prædecessoris. extra de off. & pot. iud. ord. cũ vos plerũque, & extra de test. relatum. Item ar. ꝙ mobilia prędecessoris pertinent ad successorem, ut infra e. de laicis.
b ¶ Et vix.] Quod uix fit. tamen fit s̄. d. 19. in memoriam. arg. cõtra. ff. ad Vell. tutor. in princ.
c ¶ Quia.] Hoc refertur ad id, quod s̄. dixit.

ET si illi.] CASVS. Quæsitum fuit ĩ cõcilio Toletano, an successor possit reuocare ĩ seruitutẽ illos, quos antecessor manumisit, q nihil de reb. suis ecclesiæ cõtulerat. Et rñdet ꝙ sic: & ideo qui hoc faciunt, in futuro dãnabũtur, & hoc ꝓbat una ratione: quia si illi q nihil pauperib. erogãt, in futuro damnabũtur: multo magis illi, qui pauperibus auferunt qđ nõ dederunt: cum iniquum sit, ut illi qui nihil ecclesiæ contulerunt, ius ecclesiæ alienare cõtendant.
d ¶ Distribuunt.] Necessitatis articulo. de hoc notatur 47. dist. sicut hi.
e ¶ Quanto magis.] Innuit hic, ꝙ magis sit auferre quam nõ dare: cũ tamẽ quandoque ęquiparẽtur. & sic est contra 67. distinc. sicut.
f ¶ Non cõtulerit.] Sic ur, ꝙ si res suas contulerit ecclesiæ, ꝙ tũc alienare possit. argum. ĩ. c. si qs qualibet. ext. de rebus ecc. nõ alie. epi. Ad hoc dicunt qdã, ꝙ nullo casu potest alienare, nisi cõi cõsensu canonicorũ, sed hoc nihil est: qa si habet consensum cleri, quare restituet tantundẽ de suo: cũ nec alienare posset, licet adesset omniũ consensus, nisi esset cõmunis utilitas ecclesiæ, ut infra ea. si-ne. Sed intellige cũ ille manumissus nõ erat benemeritus. & sic erat malæ fidei possessor, aliàs posset pręscribere libertatem, ut C. de præscrip. lõgi temp. l. 1.
g ¶ Successor.] Vel ipsemet 35. q. 9. quod quis. & est arg. quòd successor reuocat malefactum sui antecessoris: ut 16. quæst. 3. si sacerdos. extra de precar. cap. 2.
h ¶ Reuocabit.] Nisi per decem annos steterint in libertate. ff. qui & à quib. ma. sicut. §. Aristo. sic ergo restituitur contra libertatem ecclesia: quod non est in minore, nisi ex magna causa, ut ff. de minor. si ex causa, in fi.

Eps seruum ecclesiæ an possit manumittere.
1 Dũ tñ tolerēt in administratione, aliàs secus, vt s̄. co. monemus. & de hoc not. ext. de reb. eccl. non alien. si qs presbyterorũ. Arch.

SI quis de clericis.] Casum istum habes s. ead. si quis de clericis. & ideo ibi videbis.

ABbatibus.] CASVS. Constitutum est in concilio Aurelianen. vt abbates, presbyteri, uel alij prælati nil de rebus suarum ecclesiarum alienare præsumāt sine licentia, & subscriptione epī, & qui hoc p̄sumpserit, deponatur, & qđ temere alienatū est, per epm̄ reuocetur. a ¶Sub- ditio possit rescindi. Et respōdet, ꝙ sic: in arbitrio tamen episcopi erit, utrum pretium recipiat, uel recuperet possessionem, quia quandoque magis expedit habere pretium quam possessionem. Sequens cap. planum est, & per se patet.

aut fortasse tradere, damnabili, & punienda obstinatione præsumpserit; quidquid pro absentia documentorū damni ecclesiæ illatum est, de proprijs facultatibus reddat.

lib.7.c.275. *Item ex concilio Aurelianensi 3.c.23.*

¶Ministris ecclesiæ de rebus eiusdem ecclesiæ absq; episcopi permissu nihil alienare licet. C. XLI.

Poly.l.3.tit.12. ABbatibus, presbyteris, cæterisq; ministris de rebus ecclesiasticis, vel sacro ministerio alienare, vel obligare absque permissu, & subscriptione episcopi [a] sui nihil liceat. Quod qui præsumpserit, degradetur communione concessa, & quod temere præsumptum, aut alienatum est, ordinatione episcopi reuocetur.

Item ex synodo Ancyrana, c.15.

¶Res ecclesiæ, quæ absente episcopo distrahuntur, ad ius ecclesiasticum reuocentur. C. XLII.

Ansl.l.6.c.162.

† ἀναβαλεῖσθαι τὸ κυριακὸν.

constitutum. pretium.

SI qua de rebus [b] ecclesiæ, cum episcopus non est, presbyteri [c] vendiderint; placuit rescisso [d] contractu ad ius † ecclesiasticum reuocari. In iudicio autem erit episcopi constitutum †, si pretium debeat recipi [e], nec ne: propterea ꝙ [f] sæpe contingit distractarum rerum redditus ampliorem summam pro accepto pretio reddi α.

α Reddi.] *Sic in quibusdam exemplaribus priscæ versionis. In alijs vero est*, reddidisse, *Græcè legitur* διὰ τὸ πολλάκις τὴν εἴσοδον τῶν πεπραγμένων ἀποδεδωκέναι αὐτοῖς τοὺ τοῖς πλείονα τὴν τιμήν i. propterea quod sæpe rerum vēditarum redditus maius pretium his ipsis reddiderit. *Sed ob glossam non est mutatum.*

Et in Aquisgra.c.88 *Item ex concilio Chalcedonensi, c.22.*

¶Post mortem episcopi res ad eum pertinentes clerici non rapiant. C. XLIII.

NOn liceat clericis post mortem [g] episcopi sui rapere [h] res pertinentes ad eum: sicut iam præcedentibus regulis constitutum habetur. Si vero hoc fecerint; periclitari se nouerint in proprio gradu.

In Meldensi c.21. *Idem ex concilio Madiomatricis.*

¶Rescindantur precariæ, & commutationes ab inuasoribus factæ. C. XLIIII.

Burch.l.3.c.166. Iuo p.3.c.227. ex Belluacensi.

PRecariæ [i], & commutationes tempore viduatarum ecclesiarum factę ab his, qui loca episcoporū occu-

c ¶Presbyteri.] .i. canonici.

d ¶Rescisso.] Hic patet, ꝙ sede uacante clerici nihil disponere possunt de rebus ecclesiæ, ut 10.q.2.si quis eps̄, & 75.dist. quoniam. immo potius sede vacante nō possunt immutare statū eius. extra, ne sede uacan. c.nouit. tamen si est magna necessitas, clerici possunt aliqua alienare s̄m H. ut dixi 71.d. fraternitatem, & ar. inf.ea. precarię tn̄ de auctoritate superioris. Nā & iudex præstat auctoritatem facto minoris eo tempore, cum nō habet curatorem, ut C.qui admi.ad bon.poss.l. bonorum. Item in minoribus ecclesijs potest episcopus aliqua alienare mortuo sacerdote r tp̄e necessitatis, ut 10.q.2.si quis eps̄, & no. ꝙ contractus ipso iure tenet, quem faciant clerici mortuo epō, sed restituit̄ ecclesia si probat se læsam, sicut est in contractu minoris, qui non hēt curatorem, ut C.de in integ. restit.si curatorem, & ideo benedicit hic, rescisso contractu, scilicet per in integrū restitutionem.

e ¶Recipi.] Ab emptore.

f ¶Propterea quod.] Idest, quia sæpe contingit ampliorē sūmā redditus distractarū rerum reddi. scilicet emptori pretio accepto, hoc est dicere, ꝙ emptor amplius sępe pcipit de redditib. quam sit pretiū quod dedit, uel q̄ ecclesia inueniat pro pretio quod accepit: & ideò magis expedit episcopo repetere fructus perceptos, quàm retinere pretiū.

Sede uacante an possint clerici de rebus ecclesiæ disponere.

r Vr̄ contra ext. lib.6.de reb. eccl. nō alie.dudum. sed pōt intelligi qđ ibi dr̄ cū hac determinatione: & ita hoc nō corriget ad hoc ı̄.ea. precariæ. Arch.

a ¶Subscriptione episcopi.] Licet abbas non posset sine consensu epī alienare rem ecclesiæ. ut hic, & ı̄.17.q.4. in uenditionibus, & ex̄.de reb.eccl.non alie.nulli. tamē si cōsuetudo loci habet bene potest dare modicum. ext. de do.c.2.& 3.& infeudare potest. ext. de reb. eccl non alie.ad nostram, & hoc pòtest episcopus, uel abbas sine consensu capituli, si subest necessitas, & res est modica. ı̄.ea.c.terrulas. Io. quod falsum est, nisi in paruis rebus.

Abbas an possit donare.

b SI qua de rebus.] CASVS. Vacante episcopali ecclesia, quidam presbyter uendidit ecclesiasticam possessionem: tempore procedente, episcopus est substitutus. quęsitū est in synodo Ancyrana, utrum talis uen-

g NOn liceat.] ¶Post mortem.] Narrat quod contingere solet, unde sub maxi. c. sup.ca. hæc huius.

h ¶Rapere.] Vitium. not. inf.ea. de laicis. & c. illud. ea. q.5. sicubi. H.

PRecariæ.] CASVS. Statuitur in hoc c. ut precariæ, & commutationes, quæ factæ sunt ab intrusis vacantibus ecclesijs, rescindantur: & si expediat, fiant secundū canones, uel secundum leges.

i ¶Precariæ.] Ergo clerici possunt alienare ecclesia uacante.

cante, quia capitulum supplet defectum episcopi. extra de hær. ad abolendam. Io. quod falsum est, vt extra ne se de vacan. c. 1. B.

a ¶ Vel ciuili. sup. 96. d. bene. in fi. Vel dic ciuili. i. principis: cuius auctoritas requiritur in rebus ab ipso collatis. 10. q. 2. precariæ.

dum defunctorum iudicium pauperibus erogentur, aut successori reseruentur. Idem etiam seruari debet de rebus aliorum clericorum defunctorum: & qui contra fecerit, anathema sit. Secunda pars incipit ibi, [Episcoporum vero.]

CHaritatem.] CASVS. Hoc cap. duas habet partes. In prima præcipit Gregor. Maximiano episcopo Syracusano, quē fecerat in Sicilia legatū, vt si qs episcopus moriatur vel deponatur, conueniant œconomus, & clerici ecclesiæ, & plati, & in præsentia eius de reb. ecc. faciat inuentariū, pro quo neq; species, neque pretiū aliud scriptori tribuat. In secūda parte præcipit ei, ut cū visitatores parochias uacantium ecclesiarū visitant; eo disponēte, ipsi & clerici eorū, qui cū eis visitāt: aliquid emolumēti pp suū laborem percipiant, vt illi consequant stipēdiū, &c. [Subsidij.] Dicit H. p noīe subsidij intelligitur pcuratio tm, licet posset etiam aliter intelligi. Scd a pars incipit ibi, [Visitatores] b ¶ Pro faciendi.] hoc intellige cū habet salariū de publico, ut 23. q. 1. militare in fi. & 1. q. 3. si quis eps. aliàs secus. 10. q. 2. precariæ.
c ¶ Stipendiū.] Ar. q ad quem onus spectat, & emolumētū ſ. eo. quicunq; 7. q. 1. pontifices. 16. q. 6. de lapsis. Itē est hic arg. q iudices licite possunt petere sumptus a partib. vt dixi 11. q. 3. non licet. & est simile quod dicit alibi, q labor non debet esse sine fructu, vt 7. q. 1. ibi.

DE laicis.] Hoc c. diuidit in duas partes. In prima parte dr, q in Aluernia erat quędā praua cōsuetudo. s. q morientibus episcopis siue alijs clericis, laici res defunctorum inuadebant. Statuit ergo Vrbanus Papa in concilio Aluerniæ congregato, vt si quis de cætero talia præsumpserit excommunicetur, donec resipiscat. In secunda parte dicitur, quod res episcoporum defunctorum per archidiaconos, archipresbyteros, & secun-

d ¶ Co-

pauerant, rescindantur, & cum auctoritate ecclesiastica, vel ciuili [a], si faciendæ sunt, fiant.

¶ *Quod hic ex concilio Mediomatricis citatur, in concilio Meldensi refertur ex cōcilio Belluacensi, ex quo etiā citant Burchardus, et Iuo. Sed quia in concilijs Gallicis, & Germanicis sæpe eadem repetuntur; non est mutata inscriptio. In adiectis capitularibus quæ ex Gallia sunt habita, inter cætera leguntur quædam capitula excepta a domino Rege Carolo, & principibus suis ex his capitulis, quæ anno DCCCXLVI. ediderunt episcopi in synodis, &c. Quorum capitulorum vnum est hoc.* Vt precariæ, & commutationes tempore viduarum ecclesiarum factæ ab his, qui loca episcoporum occupauerunt, rescindantur, & cum auctoritate ecclesiastica, vel ciuili denuo si facienda fiant. — Ioan. Diaconus lib. 3. cap. 23.

Item Gregorius Maximiano Syracusano episcopo, lib. 3. epist. 11.

¶ Pro labore inuentarij nihil accipiant œconomi de rebus ecclesiæ. C. XLV.

CHaritatem tuam commonere curauimus; vt si quispiam episcoporū de hac luce migrauerit, vel (quod absit) pro suis fuerit remotus excessibus; cōuenientibus œconomis [a], cunctisque clericis † prioribus [† al. cleri.], atque in sui præsentia inuentarium ecclesiæ rerum facientibus, omnia, quæ reperta fuerint, subtiliter describantur: nec (sicut antea fieri dicebatur) species quædam, aut aliud quodlibet de rebus ecclesiæ, quasi pro faciendi [b] inuentarij labore tollatur. *& infra.* ¶ Visitatores ecclesiarum, clericiq; eorum, qui cum ipsis per non suæ ciuitatis parochias fatigantur, aliquod laboris sui cupiant te disponente subsidium. Iustum namque est, vt illi † [† al. illis.] consequantur stipendium [c]; qui † [† al. quo.] pro tempore suum commodare reperiuntur obsequium.

a ¶ Oeconomis.] *Sic etiam in omnibus vetustis: sed in originali tam impresso, quàm manuscripto legitur,* hierarchicis, *Ioannes Diaconus habet,* hieraticis.

Item ex concilio Vrbani Papæ Aluerniæ celebrato.

¶ Excommunicentur laici, qui morientium clericorum audent bona diripere. C. XLVI.

DE laicis quæstio facta est, qui morientib. episcopis, siue alijs clericis res defunctorū inuasas, ecclesiæ, pauperibusq; surripiunt. Contra quos commune totius cōcilij anathema prolatum est, ipso Papa huiusmodi sententiam promulgante. Si quis post interdicti præsentis cognitionem [d] episcoporū, seu presbyterorum, aut aliorum clericorum res [e] inuaserit, vsque ad satisfactionem

d ¶ Cognitionem.] Non ligat constitutio nisi a tpe scientiæ. 82. d. proposuisti. in fi. ff. de dec. ab ord. fac. l. vlt.
e ¶ Res.] Proprias. s. quia de rebus ecclesiæ non pūt testari. ut ext. de test. quia. sed morientes possunt aliqua dare, si hoc hēt ecclesiæ consuetudo. ext. de test. ad hæc.

a ¶ Per

a ¶Per archipresbyterorum.] Si defunctus nihil de his disposuit, tunc si habet hæredem, ei tradet: si non hēt, ecclesia succedit sicut collegium succedit, in hæreditatem decurionis. C. de hære. decur. l. 2. & 3. & inf. ea. q. 5. c. vlt. & sup. c. episcopus qui.

b ¶Iudicium.] Potest etiam moriens suum voluntatem 1 committere iudicio alterius, ut extra de test. cum tibi.

1 Idest, dispēsationē rerū suarū ſm Innoc. & Hug.

ILlud quod.] CASVS. In concilio Chalced. statutum fuit, ut nullus rapiat bona defunctorum episcoporū vel aliorū clericorū sed oīa p œconomos ad opus ecclesiæ & successoris reseruentur. Innocētius vero modo confirmat illud, & statuit, ꝙ si quis cōtra hoc fecerit, excōmunicetur.

c ¶Successoris. Hoc teneas, ꝙ moriente epo, vel sacerdote successori eius reseruantur bona eius, vt hic dr̄, & s̄. c. hęc huius. sed moriente canonico, nihil reseruatur successori, sed diuiditur inter canonicos, vt ext. de test. relatum.

Episcopi morientis bona cui sunt reseruanda.

d ¶Oeconomi.] Si ecclesia hēt œconomum in ptāte eius erūt res ecclesię decedentiū epōrū, 2 vt hic, & 75. d. qm̄ quidem: si non habet, erūt ī ptāte maiorū ecclesiæ, vt s̄. c. pxi. si illi nō sunt idonei tunc erūt in potestate aliorū clericorū, vt ī. c. prox. omnib. deficientibus erunt in potestate metropolitani, ut inf. ead. nō liceat. nisi ibi visitator sit, quia tunc ille custodiet eas. 61. d. obitum.

2 Quidquid dicat hic gl. dic, ꝙ œconom⁹ & clerici cathedralis ecclesiæ gubernabūt bona ipsius ecclesię, vt s̄. eo. charitatem cui cōstandū est. & hoc hr̄ expressè, ut patet ex tex. huius c. cui stādum est ſm Inno. prout hoc not. ext. de off. or. cū vos & ut ec. benefic. c. 1. Arch.

excommunicetur. ¶Episcoporum vero deficientium res per archipresbyterorum [a], seu archidiaconornm manus aut secundum mortuorum iudicium [b] pro ipsorum salute in eleemosynas dispensentur, aut successori, qui futurus est reseruentur. Idipsum de presbyterorum, seu clericorum aliorum rebus per episcopum, vel supradictas personas, aut cui deficientes commiserint, fiat. Si quis autem aduersus ista præsumpserit, anathema sit.

¶In titulis capitulorum concilij Claremontensis (quod Aluerniæ celebratum est) titulo penultimo hæc leguntur ad caput hoc spectantia. Ne aliquis clericus res episcoporum, vel clericorum, vel in vita, vel post mortem eorū diripiat, uel in vsus proprios conferat. Quod si quis fecerit, anathema sit: & dictum est ab omnibus, fiat.

Item Innocentius Papa II. in concilio Lateranensi, c. 4.

¶De eodem. C. XLVII.

sup. c. non liceat. Pann. l. 8. c. 141.

ILlud, quod in sacro Chalcedonensi concilio constitutum est, irrefragabiliter conseruari præcipimus, vt videlicet decedentium bona episcorum a nullo omnino hominum diripiantur: sed ad opus ecclesiæ, & successoris [c] sui in libera œconomi [d], & clericorum permaneant potestate. Cesset igitur de cętero illa detestabilis, & sęua rapacitas. Si quis autem amodo hoc attentare præsumpserit; excommunicationi subiaceat. Qui vero morientium [α] presbyterorum, uel clericorum bona rapuerint, simili sententiæ subiaceant.

α ¶Morientium.] *In vulgatis sequebatur,* episcoporum: *quæ vox & a uetustis, & ab ipso cōcilio manuscripto abest, & frustra repeteretur. Sunt autem ex originali addita paulo superius aliquot verba.*

Hoc non solum de laicis, verumetiam de metropolitanis & quibuslibet alijs clericis intelligendum est: sicut in sexta synodo, c. 35. legitur.

HOC NON SOLVM. CASVS. Sup. dictū est, ꝙ laici bona clericorū defūctorū inuadere nō p̄sumāt: nūc vero docet idem G. de metropolitano & de q̄buslibet. alijs clericis, & ad hoc īducit seq. c.

¶Res episcopi morientis metropolitano non licet inuadere. C. XLVIII.

NOn liceat alicui metropolitano, mortuo episcopo, qui sub eo est, aut res eius, aut ecclesiæ suæ auferre: sed sint sub custodia cleri ecclesię defuncti episcopi, vsq; dum alius ordinetur episcopus. Si vero clerici in ecclesia non fuerint; tunc metropolitanus illibata omnia episcopo, quibus ordinabitur, reddat.

NOn liceat. CASVS. Cōstitutū est ī sexta synodo, vt moriente epo, res illius, vel ecclesię suæ non præsumat auferre metropol. sed seruenī a clericis eiusdem ecclesiæ si uero clerici nō sūt ibi idonei metropolitanus futuro epo oīa illibata reseruet. Seq. §. cū c. seq. per se patet.

Sicut autem res ecclesiæ nulli usurpare licet; ita ecclesia aliena inuadere non permittitur.

Vnde Gregorius lib. 2. epist. 43. ad Bonifacium episcopum.

¶Aliena, ecclesiæ non licet inuadere. Cap. XLIX.

SIcut ecclesia proprias res amittere non debet; ita eam rapacitatis ardore inuadere alienas [d] non oportet.

SIcut.] ¶Alienas.] Rem alienā semp̄ tenetur restituere nisi illa iam sit consecrata, vt 17. quæst. 4. con-

His omnibus auctoritatibus perſpicuè monſtratur, ꝙ nulli ſacerdotum res eccleſiaſticas alicui tradere licet: & ille, qui de manu ſacerdotis facultates eccleſiæ acceperit, nullo iure eas vendicare poterit: ſed potius cogetur reſtituere quod illicitè accepit. Sed notandum [a] *eſt, quòd quibuſdam cauſis exigentibus res eccleſiæ diſtrahi poſſunt. Cauſa enim neceſſitatis cum conſilio clericorum, vel vt meliora proſpiciant, res eccleſiæ a ſacerdotibus diſtrahi poſſunt.*

Vnde in Africano concilio legitur. — Et in Moguntino ſub Rabano c.8.

¶Niſi cauſa neceſſitatis nec epiſcopo rem eccleſiæ ſuæ vſurpare licet. C. L.

NOn habenti † neceſſitatem nec epiſcopo licet matricis eccleſiæ α rem ſui tituli [b] vſurpare [c]. — Burch.l.3.c.178. Iuo p.3.c.239. — † habet orig.

¶*Gratianus citat hoc ex concil. Africano, & ſequens ex Carthaginenſi. Sed in vnico Carthaginenſi inſerto in codice canonũ hoc quidẽ eſt pars poſterior: ſequẽs verò prior capitis eiuſdẽ, quod eſt ultimum, id eſt, xxxiij. & Burchardus, & Iuo integrum caput referunt ex Carthaginenſi.*

α ¶Eccleſiæ.] *In codice canonum, & apud Burchardum ſequitur,* nec presbytero rem. *apud Iuonem vero legitur:* nec epiſcopo liceat rẽ matris eccleſiæ ignorante cõcilio, vel presbyteris, ſuis titulis vſurpare. *Poſt ſequens autem caput apponetur integer canon Græcè noua cum uerſione.*

Item ex concilio Carthaginenſi vnico, c. vltimo.

¶Nec presbyteri ignorantibus epiſcopis, nec epiſcopi ignorante concilio rem eccleſiæ vendant. Cap. LI.

PLacuit, vt presbyteri non vendant rem eccleſiæ, vbi ſunt conſtituti neſcientibus epiſcopis ſuis, quomodo nec epiſcopis liceat vendere prædia eccleſiæ inconſulto concilio [d], vel cuncto β presbyterio [e] ſine vlla neceſſitate [f]. — Iuo ibidem. Burch. ibidem.

β ¶Vel cuncto.] *In canone vnici Carthaginenſis legitur,* vel presbyteris ſuis. Non habente ergo neceſſitatem, &c. *vt proximo ſuperiore capite, quemadmodum, apud Burchardum etiam & Iuonem; licet ipſi legãt,* habenti: *Græcè autem ita totus canon habet.*

Ὁμοίως ἤρεσεν, ὥστε τοὺς πρεσβυτέρους παρὰ γνώμην τῶν ἰδίων αὐτῶν ἐπισκόπων πρᾶσμα μὴ πιπράσκειν τῆς ἐκκλησίας, ἐν ᾗ καθιέρωνται. ὃν τρόπον καὶ τοῖς ἐπισκόποις οὐκ ἔξεστι πιπράσκειν χωρία τῆς ἐκκλησίας, ἀγνοούσης τῆς συνόδου, ἢ τῶν ἰδίων πρεσβυτέρων. μὴ οὔσης τοίνυν ἀνάγκης μηδὲ ἐπισκόπῳ ἐξεῖναι καταχρήσασθαι πράγματι ἐκ τοῦ τίτλου τῆς ἐκκλησιαστικῆς μάτρικος.

Similiter placuit, vt presbyteri prẹter ſuorũ epiſcoporum ſententiam non vendant rem eccleſię, in qua conſecrantur: quemadmodum neque epiſcopis licet prẹdia eccleſię vendere inſciente ſynodo; vel proprijs presbyteris. Ergo, niſi adſit neceſſitas, neque epiſcopo liceat abuti re aliqua ex titulo eccleſiaſticę matricis.

Item ex epiſtola Leonis Papæ vniuerſis epiſcopis per Siciliam conſtitutis.

---

contra quia nihil, & c.54. d. generalis. & 14. q. vl. cõperimus.

HIS OMNIBVS. CASVS. Infert G. ex omnib. ferè ſupradictis c. ꝙ prælati res eccleſiaſticas alienare non debent; & ſi alienatæ ſunt, reſtitui debent: qđ verũ eſt, ſi illicitè alienẽtur. Nũc vero dicit, ꝙ ex cauſa neceſſitatis vel vtilitatis licite pñt res eccleſię alienare. De neceſſitate probat p c. prima. De vtilitate ꝓbat p tria ſequẽtia c. ſ. ſine exceptione: item domus, & terrulas. Seq. c. patet [Vt meliorari.] vt cã vtilitatis.

a ¶Sed notãdum.] Nunc incipit oſtendere quãdo poſſunt alienari res eccleſię.

NOn habenti.]

b ¶Sui tituli.] i. eccleſię: vel ſui tituli. i. ad ſuũ cõmodũ, ut ſ. e. monem⁹.

c ¶Vſurpare.] i. alienare, & ponit in mala ſignificatione, cũ nõ ſubeſt neceſſitas.

PLacuit.] CASVS. Statuit in hoc c. vt cõſenſu epõrum p̄sbyteri nõ vẽdant res eccleſiarũ, ſicut nec epi vendere pñt prẹdia eccleſiarũ inconſulto cõcilio. & inducit hoc c. a contrario ſenſu. [Concilio,] hoc quo ad res matricis eccleſiæ. [Vel cũcto presbyterio,] hoc quo ad res aliarũ eccleſiarum, quarũ prẹdia alienãtur. & ſic concilium dicet collegiũ matricis eccleſiæ presbyteriũ dr̄ collegiũ aliarum eccleſiarum.

d ¶Concilio.] ſ. clericorũ, vt ſ. c. proxi. ADDITIO. Et vide quod not. 17. diſt. in ſum. 33. diſt. qñ, in gl. vlt. ubi hoc c. placuit, allegat. Arch.

e ¶Presbyterio.] Hic habes, ꝙ epiſcopus requiret conſenſum ſacerdotum in alienatione, vt 10. q. 2. ſi quis epiſcopus.

f ¶Neceſſitate.] Ergo ĩ neceſſitate poſſunt eis incõſultis. 1 ut ĩ. ea. terrulas.

1 Dic, ꝙ ſi tãta immineat neceſſitas, ꝙ conciliũ canonicorũ expectari non poſſit, tunc epĩs alienare poterit. arg. ff. de admin. tut. 6. 1. ff. de pet. hæred. l. diuus, dummodo id gerat qđ de iure reprobari non debeat. ar. ff. de ritu nupt. ſi fili⁹.

SIne exceptione.] CASVS. Leo Papa præcipit epis Siciliæ, vt res suarum ecclesiarũ aliquo mõ nõ alienẽt nisi causa vtilitatis hoc faciãt, & cũ tractatu, & cõsensu totius capituli, & subscriptione, & si aliter facta fuerit alienatio, irrita erit, & vacua. Seq. duo c. patent.

a ¶ Sine

¶ Nisi vt meliora prospiciat, rem ecclesiæ non licet distrahere episcopo. C. LII.

Ansl. l. 5. c. 69. & l. 6. cap. 189.

SIne exceptione [a] decernimus, ne quis episcopus de rebus ecclesiæ suæ quidquam donare [b], vel cõmutare, vel vendere [c] audeat; nisi forte aliquid horũ faciat, vt meliora prospiciat, & cũ totius [d] cleri tractatu [e] atque consensu id eligat; quod non sit dubium profuturũ [f] ecclesiæ, *& infra.* ¶ Episcopus rebus ecclesię tanquã commendatis, non tanquam proprijs vtatur. Irrita enim episcoporum venditio, & commutatio rei ecclesiasticæ erit absque conniuentia *α* [g], & subscriptione clericorum.

In conc. Carthagin. 4. c. 31. Ibid. c. 32. & ext. de his, q̃ fi. a præl. c. 1. Iuo p. 3. c. 231. Pann. l. 2. c. 86.

α ¶ Conniuentia.] *Antea legebatur*, absque omnium conniuentia. *Inducta vero est dictio*, omnium; *quia neque in vetustis exemplaribus, neque in Decretalibus. c. 1. de his, quæ fiunt a præl. neque apud cæteros collectores habetur. Apud Iuonem, qui citat concilium Carthag. 4. & in Pannormia, qui Leonem ex concilio apud Valentias loco istius vocis,* conniuentia *est* collaudatione.

Item domus vrbium, vel castrorum, quæ ecclesiæ plus incõmodi, quam utilitatis afferunt, licet rectorib. ecclesiarum (sicut in superiori capitulo Symmachi:] Non liceat Papæ, &c.] continetur) vendere, uel commutare.

sup. ead.

Item sicut in Agathensi concilio, c. 45. legitur.

¶ De eodem. C. LIII.

Iuo p. 3. c. 160.

6 TErrulas †, aut vineolas exiguas [h] & ecclesiæ minus vtiles, aut longe positas paruas, episcopus sine concilio fratrum (si necessitas fuerit) distrahendi habeat potestatem.

¶ *Capitulum hoc in aliquot uetustis codicibus est coniunctum superiori.*

Seruos quoque fugitiuos, qui reuocati retineri non possunt, similiter episcopis distrahere licet.

Vnde in eodem concilio, c. 46. legitur.

¶ Alienentur fugitiui, qui retineri non possunt. C. LIIII.

FVgitiui [i] domos suas, aut familias deferentes, qui ẽt si reuocati fuerint, non possunt teneri, simili rõne

DIœcesani cuiusdā.] CASVS. Supra dictū fuit in 12. causa, ꝙ quidā clerici non debent habere propria. Sed aliquis quęreret vnde viuere debent: ostendit Gratianus, quod de decimis & oblationib⁹ viuere debēt: sed q̄a de decimis & oblationibus & sepulturis sæpe oritur contentio inter clericos & etiā laicos: ideo G. subnectit hāc 13. causam, in qua ostēdit quid de decimis, & oblationib. & sepulturis sit obseruādum. Et vt competētius agat, ꝓponit thema de quo duas elicit q̄stiones. Est ergo cas⁹ thematis talis. Quidā laici hostili metu cōpulsi ī aliā diœcesim domicilia trāstulerāt, antiqua tū p̄dia sp colebāt, quorū decima tu-

.tiones per quinquaginta annos soluerunt illi ecclesiæ, ad quam transierunt: & apud eam sibi sepulturas elegerunt: elapsis quinquaginta annis clerici quibus quondam soluerant, & a quibus transierunt, cœperunt mouere quæstionem.

nendum sit de diuisione parochiarũ: & Diony. rescribit ei dicens. ꝙ ipse diuisit parochias & cœmeteria ecclesiarum, vt nullus alterius parochiæ terminos, vel ius inuadat: sed vnusquisque plebem sibi commissam intra terminos suos ita custodiat, vt pro suis actibus gloriam

QVAESTIO I.



Vod priori [a] ecclesia hac omnia iure persoluenda sint, actores his argumentis probare contendunt. Constat vnamquamque baptismalem ecclesiam habere diœcesim sibi legitime assignatam: sicut & parochiales ecclesiæ habent parochias sibi distributas.

Vnde Dionysius Papa Seuero episcopo, epist. 2.

¶ Singuli sacerdotes proprias debent habere ecclesias. C. I.

Poly. l. 4. tit. 3. Burc. l. 3. c. 43. Iuo p. 3. c. 47. Ans. l. 5. c. 73. Pann. l. 2. c. 42.

ECclesias singulas singulis presbyteris dedim[us]: parochias, & cœmeteria eis diuisimus: [b] & vnicuique ius proprium habere statuimus: ita videlicet, vt nullus alterius parochiæ terminos, [c] aut ius inuadat: sed sit vnusquisque suis terminis contentus, & taliter ecclesiam, & plebem sibi commissam custodiat, vt ante tribunal æterni iudicis ex oĩbus sibi commissis rationem reddat, & non iudicium, sed gloriam pro suis actibus accipiat.

In diœcesi autem designata quacunque prædia coluntur; prouentus decimationum baptismali ecclesiæ assignatus debet solui. Quia ergo prædia hæc intra terminos nostræ diœcesis continentur; & prouentus decimationum nobis legitime assignatus; nostræ ecclesiæ persoluẽdus est.

Num. 18.

2 *His ita respondetur. Decimæ a Deo constitutæ sun[t] p[er] Moysem, vt persoluerẽtur a populo filijs Leui pro ministerio in quo deseruiebãt ei in tabernaculo. Non accipiebant filij Leui decimas, nisi ab eis, pro quibus offerebant*

QVòd priori.] Hæc q. diuidit in tres partes: ĩ prima quarum ꝓbatur, quòd postquam ecclesiæ sunt limitatæ, non debent decimæ ad alios vsus transire: nec mutari de parochia & hoc prosequtur vsque ad §. illũ, [His itaque,] &c. Secunda ibi, [His itaque.] Tertia ibi, [Ad hęc.] Io. de Fãt. CASVS. Hic ĩtitulatur prima q. qua q̃ritur cui ecclesiæ sint persoluẽdę decimę. Et certum est, ꝙ decimæ p̃diales sunt persoluendę illi ecclesiæ ĩtra cuius terminos p̃dia sita repeniũtur, vt 16. q. 1. si quis laicus. &c. de decimis. nisi p̃scriptio impediat. Personales vero, vt puta de artificio, vł negotiatione, sunt persoluẽdæ illi ecclesię vbi per totum circulum anni audit diuina, vt 16. qõ. prima questio. Et procedit hoc ordine G. primo probat, qđ decimę sunt persoluẽdę priori ecclesiæ: postea probat, quod sunt persoluẽdę illi ecclesiæ, ad quam se transtulerunt, inducens actores & reos allegantes, & vicissim sibi respondentes.

Decimæ cui ecclesiæ sint dandæ.

a ¶ Quod priori.] Hic ponit primam q. an decimæ sint dandæ illi ecclesiæ à qua se transferunt: vel ad quam se transtulerunt. Distingue ergo, aut decimæ sunt prædiales: aut personales. Si prædiales, semper dandæ sunt illi ecclesiæ vbi prædia sunt sita, vt 16. q. 1. si quis laicus. Si personales sunt, quæ proueniũt ex artificio, vel negotiatione: tunc sunt dandæ illi ecclesiæ vbi recipiunt sacramenta, vt 16. qõ. 1. questi. sicut illi ciuitati est tributum soluendũ vbi agri sunt, vt ff. de cen. forma. 1 Et hæc distinctio probatur extra de deci. ad Apostolicæ. tamen prędiales decimæ dantur secundum consuetudinem loci. ext. de dec. cum sint homines. & hæc uera sunt circa ueteres decimas: & dicẽdum est circa nouas, ut semper dandę sint illi ecclesiæ, in cuius parochia sita sunt prędia sed si parochia non est limitata, in arbitrio est episcopi cui ecclesię dentur noualium decimæ, ut ex. eà. quoniam. Item in dubio ecclesijs matricibus potius quàm capellis dabuntur decimæ, vt extra c. nuncios in parte remota. & in dubio ibi potius dabuntur ubi audiuntur frequentius diuina, ut extra eod. ad Apostolicæ.

1 §. si uero qs ff. de cu. bo. dã. l. 2. §. 1. arg. bonũ. C. de mul. in quo loco mu. sex. con gra. l. vna. in fi. li. x. auth. de eccle. tit. §. ad hoc. Arch.

E Cclesias.] CASVS. Seuerus cõsuluit Diony. quid te

riam a Domino percipiat.

b ¶ Diuisimus.] Iste Diony. diuisit, vel distinxit terminos ecclesiarum, sed non terminos episcopatuum, quia in gẽtilitate fuerunt distincti. ut 80. d. c. 1. similiter termini prouinciarum sunt distincti ante tempus Christi, ut 90. d. c. 1.

c ¶ Terminos.] Propter hoc inducitur c.

IN DIOECESI. CASVS. Concludunt actores ex supradicto cap. quod decimæ illi ecclesiæ sunt persoluẽdæ intra cuius terminos reperiuntur prædia, de quibus decimæ debent persolui: & ideo concludunt decimas istorum prædiorum, de quibus contentio uertitur, suæ ecclesię esse persoluendas: cum intra terminos eiusdem prædia ipsa colantur.

HIS ITAQVE RESPONDETVR. Hæc est secunda pars quæstio. in qua probat contra, scilicet quod ibi debent dare decimas vbi percipiunt baptisma Ioan. de Fant.

CASVS. Nunc rei respondẽt allegationibus supradictis ostendentes decimas istas non actoribus, sed sibi tantum soluendas, cum ipsi eis spiritualia quotidie ministrent: & hoc probãt 16. auctoritatibus, quas legendo literam per te uidebis, si diligenter inspexeris, & quæ satis sunt faciles.

a ¶ Et

tiæ ut æ sol- sunt.

a ¶ Et primitias.] Primitiæ ergo debitæ sunt sicut, & decimæ.16.q.1. reuertimini. Quantitas primitiarum non est determinata, sed qui plus dabat, quadragesimam dabat partem: qui minus, sexagesimam; & sic licitum erat dare inter lx. & xl. quantum quisque volebat. hoc erat in ardis, & loqdis. Sed qui dabat primitias animalium, dabat vnum de ducentis, ut ait. Hiero. super Ezechielem & extra de deci.c.1.

b ¶ Manuum uestrarum.] Arg. ꝙ non excusantur monachi, qui proprijs manibus colunt agros, quin teneantur dare decimas: cũ illud sit præceptum Domini; sed illi legis latori nemo põt contradicere, ut 27.q.2. sunt qui dicunt nec licet dispensare contra preceptum Domini, vel Apostoli.25.q.1. sunt qdã. De hoc dicemus.16.q.1. decimas. & c. reuertimini.

Monachi an teneãtur ad decima.

preces, & sacrificia. Quia ergo nos seruimus Domino in tabernaculo, offerendo pro istis preces, & sacrificia; & ipsi debent nobis persoluere decimas, & primitias [a] ¶ *Item, cum decimæ darentur filijs Leui; non electione offerentis persoluebãtur, vt contempto Leuita, qui secum erat, ipse eligeret, cui vellet decimas dare. Nam dictum est:* [*Leuita qui tecum moratur, & intra muros tuos habitat, comedet eas.*] *Ideo ex singulis tribubus, ciuitates ad habitandum acceperunt: vt vnaquæq; tribus illis persolueret decimas, qui secum erant. Nam Moyses præcepit filijs Israel (sicut legitur in Deuteronomio)* [*In loco quem elegerit Dominus Deus vester, vt sit nomen eius in eo; illuc omnia, quæ præcipio, conferetis, holocausta, & hostias, & decimas, ac primitias manuum vestrarum* [b]*, & quidquid præcipuum est in munerib. vestris, quæ vouistis Domino. Ibi epulabimini coram Domino Deo vestro vos, & filij, & filiæ vestræ, famuli, & famulæ, atque Leuita, qui in vrbibus vestris commoratur, Neque enim habet aliam partem, atque possessionem inter vos. & infra.* ¶ [*Decimam frumenti, vini, & olei tui, primogenita armentorum, & pecorum, & omnia quæ voueris, & sponte offerre volueris, & primitias manuum tuarum coram Domino Deo tuo, comedes ea in loco, quem elegerit Dominus Deus tuus, tu & filius tuus, & filia tua seruus, & famula, atq; Leuita, qui manet in vrbibus tuis.*] ¶ *Quia ergo nos intra muros verbis istorum sedemus, & eis habitatione iuncti sumus; rite ab eis decimas accipimus, Itẽ ait propheta:* [*Producens fœnum* [d] *iumentis, & herbam seruituti hominum.*] *Fænum, & herba ex terra producitur: sed quibus? iumentis irrigantibus eam, idest hominibus colentibus eam†, & in hoc seruientibus ipsi. Item Apostolus* [f]*: communicet aũt is, qui catechizatur* [g] *verbo, ei q se cathezat, ĩ oĩbus bonis*] *Hoc Galatis, Corinthis aũt ꝓbat specialiter sibi deberi sumptus, qui eis spiritualia ministrauit dicens.* [*Si nos uobis spũalia seminauimus; magnũ est si nos carnalia uestra metamus?* [h]] *Itẽ,* [*Si alij potestatis* [i] *vestræ participes sunt; quare nõ potius nos?*] *Item,* [*Quis plantat vineam: & de fructu eius non edit?* [*Nos plãtauimus vineã, & uos vultis fructus eius edere? Itẽ præcepit Dominus per Moysem, ut nemo mittat falcẽ in alienã messem. Hæc messis nostra est, & uos uultis falcem in eam mittere? Item. Non alligabis os boui triturãti.*] *Nos sumus boues triturantes: uos uultis alligare os nostrum, & de nostra tritura uictum nobis quæritis? Item Apostolus,* [*Qui altario seruiũt, de altario uiuant.*] *Sed nunquid de eo, cui non seruiunt? Item,* [*Qui in sacrario operantur, cum sacrario participiant.* [*Sed nunquid cum illo, in quo non operantur? Nos seruimus altario: uos ei participare uultis? nos uero uacuos, & inanes dimittere quæritis. Item Apostolus:* [*Laborantẽ agricolam oportet primum accipere de fructibus suis:* [

Deuter.14.& 16.

Deutor.12.

Ps.103.

†al. eum.
Gal.6.

1.Cor.9.

Ibidem.

Deuter.23.

Deuter.21.

1. Cor. 9. sed paulo aliter.

2.Tim.2.

c ¶ Seruus.] Videtur hic ꝙ laici cum clericis debeant uti decimis. & sic est contra 16.q.7.c.1. Sed ꝓut Hiero. testatur, in ueteri testamento, quatuor modis dabãtur decimæ. Primo de omnibus bonis, quę habebat populus, decimam dabat Leuitis. Secundo de residuis nouẽ portionibus sumebant decimã, & de hac ter in anno, cum ascendebant in templum, pascebãt se & Leuitas. de illa hic loquitur. Item de residuis portionibus sumebant decimam, & reseruabant ad usus pauperum, & pupillorum. Item decimabãt residuas partes, & ipsã deferebant in templum; de qua hic dicitur. Adhuc dabatur quarta decima, nam de illa decima, quam populus offerebat Leuitis, sumebant Leuitæ partem decimam, & offerebant eam summo sacerdoti: & inde fiebant panes propositiones. 1 Hodie nec una bene daĩ, & iõ fame & penuria, & alijs pœnis maledicti sumus. 16.q.1. reuertimini.

d ¶ Fœnum.] Id est temporalia.

e ¶ Seruientibus.] Id est, prædicatorib. seruientibus alijs.

f ¶ Item Apostolus.] ad Galatas 5.

g ¶ Qui catechizaĩ.] id est, instruitur.

h ¶ Metamus.] q. d. non. 1.q.1. nostri.

i ¶ Potestatis.] Sed si ita

Decimæ olim dabantur quatuor modis.

1 Hæc dicebatur decima decimæ hæc significabat carnẽ Christi, quæ in sacrificiũ est oblata: sicut alia offerebatur in illis panibus propositionis, qui fiebant ex illa, ẽm Hug.

ita poteſtatiuè utuntur alij ueſtris ſicut uoſipſi,cur non magis etiam nos,qui intendimus ſaluti ueſtræ?
a ¶ Nec ultimum.] Quandoque tamen dicitur primus non reſpectu ultimi,ut extra de uerbor. ſignificatio. Ioſeph.

CASVS. Hic reſpondet actores ſupradictis allegationibus, rationes pro ſe multiplices inducendo, & in ſumma concludunt, quod oblationes quotidianæ debent perſolui illi eccleſiæ, ubi quotidiana officia percipiuntur: decimæ uero prædiorum priori eccleſiæ per-

vos autem econtra quæritis? Nos ſumus agricolæ laborantes: vos primum vultis percipere de fructibus noſtris? immo non primum: quia nec ultimum [a] nobis relinquere vultis. A prioribus enim incipientes, paulatim ſerpitis: & totum vſurpare contenditis: ut pro uobis uideatur dictum, fruſtatim lupus comedit agnum. Item: [Quis militat ſtipendiis ſuis unquam? quis paſcit [b] gregem, & de lacte eius non edit?] Nos militamus: & uos ſtipendia noſtræ militiæ uobis quæritis. Nos gregem paſcimus: & uos lac eius, & lanam accipere uobis vultis. Sapere [c] eſt, de alieno labore uictum quærere: ſi ſapere eſt, uelle quod non poſſis. ¶ Item Dominus dixit diſcipulis ſuis: [In quancunque domum intraueritis; in eadem manete, edentes, & bibentes quæ apud illos ſunt. Cum autem intraueritis primum dicite, pax huic domui.] Nos domum hanc ingreſſi ſumus; & ei pacem obtulimus: uos autem quaſi otioſi alieno cibo paſci gaudetis? Videte, ne in uos uertatur illud: [Vide, quid faciat otium, & cibus alienus.] ¶ Item propheta: [Sumite pſalmum, [d] & date tympanum.] Iſti a nobis ſumunt pſalmum, & uos ab eis quæritis tympanum? [e] ¶ Item Leo quartus: [De decimis [f] non tantum nobis, ſed etiam maioribus noſtris iuſto ordine uiſum eſt plebibus tantum, ubi ſacroſancta baptiſmata dantur debere dari.] ¶ Quibus autem plebibus debentur; illis, à quibus baptiſma accipiunt, an aliis? Nos eos baptizamus; & uos ab eis decimas ſumitis? Honeſta iſta interpretatio eſt: utinā inueniatis, qui ſic pro uobis interpretentur. Quia ergo nos rigamus populū hunc, imbrē doctrinæ ei miniſtrantes, quia colimus, eū uomere prædicationis, corda eius ad fidem aperientes; ſi non vultis ſinere, [g] uel† [h] patiamini [i] nobis eū fructificare, & qualia uobis fieri non vultis nobis inferre cauete, ne ſi pergitis dicere, quæ vultis, audiatis, [k] quæ non vultis.

1.Cor.9.
Terentius
Luc.10.
Terentius
Pſal.80.
16.q.1. de decimis.
† al. ſaltem patiamini Terentius. Tob.4. Mat.7.

3 ¶ *Ad hæc, Callida quidem, & multiplici argumentatione iura noſtra auferre contendit, ita, ut ſi fides uerbis adhiberetur, non uerba pro uerbis, ſed res pro uerbis reportaretis: Sed Deo propitio, ſi uerba [l] dediſtis, uerba recipietis. ¶ Arguitis nos quod ea, quæ uobis debentur ſubripere quærimus, quia noſtra perſequimur. Sapienti [m] quidem, & philoſophico ore prolata ſētētia: ſuū perſequi, eſt ne aliena rapere? Vnde ad uos hæc ſentētia manauit: niſi quia tāto ardore noſtra cōcupiſcitis ut ueſtra putetis uobis auferri, cum nos noſtra conſequimur? Vnde, cum cauſa noſtra debitum finem ſortita fuerit, exclamabitis, ah miſer, crucior tantum bolum eſſe ereptū ex faucibus.*

Terentius.

Decimæ pecorum vbi ſunt dandæ.

b ¶ Paſcit.] Argum. bonum ꝙ ibi dandę ſunt decimæ, de grege, ubi grex paſtus eſt, & ubi concepit, non ubi moratur: nā & boues dicuntur eſſe de illo fundo, ubi laborant, non ubi morantur. vt ff. de fund. inſtruct. l. cum quidā nam ſeruitus paſcendi pecora eſt prædialis ſeruitus, cū vſus tantū prędij cōſiſtit in paſtu pecoris, ut ff. de ſer. ruſt. prædi. pecoris. & ꝙ ſit de foro illius ubi grex ſuus paſcitur, probatur, quia ibi poteſt cōſtituere tugurium, uel officinam ut ff. de ſer. ruſt. pd. veluti. ſed ratione tugurij, uel officinę fit q̄s de foro alterius, ut ff. de iud heres. §. 2. hoc dicto ſequitur inconueniens: quia eadem ratione dabūtur decimę ubi grex parturit, & ubi fętus paſcitur. Preterea coloni non dant decimas. 1 ubi laborant dominis ſuis, ſed ubi recipiunt ſacramenta, ut 16. q. 1. queſti.

1 Scilicet perſonales.

c ¶ Sapere.] Ironicè loquitur, quaſi dicat: magna ſapientia eſt uelle illud quod nō potes: ſcilicet de alieno uiuere.
d ¶ Pſalmum.] Id eſt, ſpiritualia.
e ¶ Tympanum.] Id eſt, temporalia.
f ¶ De decimis.] Inf. 16. q. 1. de decimis.
ADDITIO. Dicit L. quòd iſtud ca. ſophiſticè inducitur, quia loquitur de perſonalibus decimis tantū, hic autem agitur de prędialibus. & idem hic tenet Io. de Fan. Archid.
g ¶ Sinere.] Sponte.
h ¶ Vel.] Id eſt, ſaltem.
i ¶ Patiamini.] Scilicet coactæ.
k ¶ Audiatis.] Verbum eſt Terentij: Qui dicit quod vult, audiet quod non vult.
AD HAEC CALLIDA. Hæc eſt 3. pars q. in qua inducit plura argumenta, & finaliter concludit Ioan. de Fant.

perſoluantur, comparantes ipſos reos muri, igni, & ſerpenti. & ad probandum decimas priori eccleſiæ fore perſoluendas, inducunt cap. 16. quæſt. 1. ſi quis laicus.
l ¶ Verba.] Res dare pro rebus, pro uerbis uerba ſolemus.
m ¶ Sapienti.] Ironicè loquitur.

Sed videte, ne damnum effusi vnguenti vobis récompensare [a] *quæratis. Constituistis vos plantatores vinearũ, fossores agrorum, trituratores arearum, rigatores camporum, & multa alia huiusmodi officia vobis assumpsistis: & debita uobis obsequia a nobis subtrahi conquestti estis. Sed nos non negamus, quod vestrũ est. Boui trituranti paleæ, & tegumenta eruantur: Sint hæc vobis, & grana nobis relinquite. Pastinatores* [b] *vinearum, fossores agrorum, rigatores camporum, trituratores arearũ, diurna mercede accepta, prouenientes fructus dominis relinquunt. Vos ergo recepta mercede vestri operis in quotidianis oblationibus, & alijs obseqiijs, quæ pro spiritualib. quæ a vobis accipiunt, quotidie deferuntur; prouenientes fructus decimationũ, & primitiarum nobis relinquite. ¶ Item præcepit Dominus discipulis suis, ut comederent & biberent ea, quæ apud auditores suos erant; sed non iussit eis, ut dominos de domibus suis eijcerẽt, & reb. suis spoliarent. Non facile inuenietis, qui tales hospites libenter suscipiant. Mus in pera, ignis in sinu,* [d] *serpens in gremio male suos remunerant hospites. Vnde in prouerbijs dicitur: [Qui serpentem in sinu suo nutrit, percutietur ab eo.] Tales inueniatis nobis* [e] *hospites, quales nobis esse uultis. Non sufficit uobis edere, & bibere quæ in domo nostra sunt, dum quotidianos fructus oblationum percipitis; ex quibus victum & vestitum habeatis: quib. cum Apostolo debetis esse contenti: sed non vultis, quia imitatores eius non estis: sed potius nos de domo nostra expellere, & rebus nostris nos penitus expoliare contenditis, dum nec etiam eorum decimationes nobis relinquere vultis. Vt autem vniuersaliter omnia colligantur, cuncta, quæ pro vobis inducta sunt, siue de laborante agricola, siue de eo, qui suis stipendijs non militat, ad hũc articulum deferimus, ut fructum vestri operis, quem adeo recipere contẽditis, in oblationibus, & quotidianis obsequijs istorum recipiatis: decimationes uero eorum, quæ nobis debentur, intactas nobis relinquite: nedum quæritis usurpare quod uestrũ non est, iusta aĩaduersione etiam illud cogamini amittere, quod uobis aliquo modo uidebatur competere. Quod autem hæ decimationes nullo iure uobis debeantur, facile probamus. Dicitur.n. in quodam concilio; [Si quis laicus,* [f] *uel clericus, siue utriusque sexus persona proprietatis suæ loca, &c.] Sicut in eodem capitulo in causa monachorum notata inueniuntur. Si ergo laicus, uel clericus, uel qualibet persona, loca sua proprietatis uendens, aut donans prouentum decimationum ab ecclesia, cui legitime assignatus est, nullo modo potest abstrahere, nec isti de diœcesi ad diœcesim transeuntes, decimas suorum prædiorum, quæ intra terminos nostræ parochiæ continentur, nobis auferre possunt. Quantum.n. ad ius percipiendarum decimarum attinet, idem est possessorem de diœcesi ad diœcesim transire, quod possessionem de diœcesano ad diœcesanum transferre.*

a ¶ Recompẽsare.] hoc est dicere, videre ne ita cõtristemini de illa amissione, ꝙ ꝑꝑ hæc deteriora cõmittatis, s. suspendatis vos, sicut fecit Iudas qui ita tristabatur de effusione vnguenti, de quo ꝓposuerat decimam partẽ furari, sicut de alijs reb. consueuerat: vnde vt recõpensaret illud dãnum, vẽdidit Dñm pro xxx. quæ fuit decima pars trecentorum. tanti.n. potuisset vẽdi vnguentũ. & ad similitudinẽ Iudæ camerarij semper furantur de cunam partem illorum quæ dantur dominis suis. 1

b ¶ Pastinatores.] Pastinare idem est quod colere. sic ponit. ff. quod vi aut clam. l. semper. §. 1.

c ¶ Recepta.] i. si deberetis recipere aliquid deberetis tantum mercedẽ recipere, vnde non confiterẽtur, quòd aliquid recipere deberẽt. extra de test. ex tenore.

d ¶ In sinu.] Hęc verba habes ext. de Iudæ. & si Iudæos.

e ¶ Vobis.] Sic 25. q. 2. sic decet simile. 11. qõ. 3. priuilegium, & ext. de simo. quia, in fin.

f ¶ Laicus.] vt 16. q. 1. si quis laicus.

AD hæc. Decimationes.] Hæc qõ. diuidit ĩ 12. par.

Iudas quare se suspẽdit.

1 Ad idẽ qđ le. & no. 1. q. 1. Christus. Arch.

ext. de Iudęis, c. etsi. citat hoc tanquã vulgare prouerbiũ. *Serpens in gremio.*] 1. Tim. 6.

16. q. 1. si quis laicus.

Adde ꝙ hæc dictio, ad hæc, aduerbialiter, & continuatiue ponitur de in l. 1. §. ad hęc C. de anna. excep.



QVAESTIO II.

AD hæc, † *Decimationes istæ, & si iure vobis debentur,*

12.partes. In prima quæritur vtrū præscriptione tollant decimæ, & probat, ꝙ sic per c. seq. Secunda ibi, [Nunc autem.] Tertia ibi, [Vtraque que.] Quarta ibi, [Quod de libero.] Quinta ibi.] Quia ergo.] Sexta ibi, [Oblationes.] Septima ibi, [Item quæritur.] Octaua ibi, [Quibus peccata.] Nona

præscribi, ut contra episcopum, ut extra de præscript. de quarta. Item una ecclesia potest præscribere decimas intra parochiam alterius ecclesiæ, ut ext. de præscri. ad aures. similiter ius funerandi præscribitur secundū leges vt C. de relig. monumentorum. similiter alia sacramēta ec-

not. ro. e quia in g

ut asseritis [a] *; tamen tricennalis* [b] *obiectio vobis silentiū imponit. Omnis enim possessio tricennaria præscriptione tollitur, vel quadragenaria (sicut possessiones religiosorum domorum) vel centenaria sicut prædia sanctæ Romanæ ecclesiæ.*

Vnde Gelasius Papa ait episcopis Siciliæ, epist. 2. c. 2.

¶ Quæ triginta annis ab episcopis possidentur, iure ab eis vendicantur. C. I.

FAcultates [c] ecclesiæ, nec non & diœceses, si quæ ab aliquibus possidentur episcopis, iure sibi vendicēt, quod [d] tricennalis lex conclusit; quia & filiorum nostrorum principum ita emanauit auctoritas, vt vltra xxx. [e] annos nulli liceat pro eo appellare [f], quod legum tempus exclusit.

16.q.3.c.2. §. illud etiam.
Ans.l.5.c.19.
Barc.l.3.c.149.

At illi econtra. Cuius auctoritate nobis silētium imponitis eiusdē auctoritate vestra ora claudimus. Ait enim idem Gelasius: [Nulla [g] *præsumptione statum parochia*

Ivon.l.2.c.65.
16.q.3. licet in regulis.

ibi, [De obseruatione.] Decima ibi, [Lugere.] vndecima ibi, [De mortuis. Duodecima ibi, [De his autem. Io. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur secunda qō. qua quæritur, an præscriptione temporis ius pcipiendi decimas, & ius funerādi tollatur; & respondet, ꝙ sic, quadragenaria præscriptione, vt infra 16.q.4. volum⁹. olim tamen præscriptio currebat tricennalis, ut ĩ. c. j. & cōtinet hæc quæstio duos articulos. Primus est circa ius decimādi, ut in hoc §. Secūdus circa ius funerandi, ut ĩ. ead. §. quō. Respondent ergo rei in hoc primo articulo, quod licet iure territorij priori ecclesiæ decimæ sint persoluendæ, tamen a sua actione excluditur prior ecclesia tricēnaria, vel quadragenaria præscriptione, & ad hoc inducit seq. c. [Ad hęc.] Idest, contra hac, vel præter hęc.

a ¶ Vt asseritis.] Hic de una exceptione trāsitur ad aliā. si quis enim succubuerit in una exceptione, transire ad aliam potest, & etiam ad contrariam transire potest, ut extra de præscrip. auditis. ff. de excep. nemo. sic in iter de una actione potest transire ad contrariam, qui in una succubuit, ut extra de iud. examinata. & C. de inoffic. test. contra maiores. & ff. de euict. minor. Sed quid si iurauit; ꝙ omnes exceptiones proponeret intra certum terminum? non uidetur, ꝙ possit unam post aliam proponere, ut extra de exceptio. pastoralis. Nam etiam qui unam exceptionē proposuit, si postmodum cum in illa succubuit, vult aliam proponere, debet hoc facere intra terminum præfixum, ut instit. de excu. tut. §. qui autē. Ad hoc dico, ꝙ si alicui competerent plures exceptiones, quę non sunt contrariæ: in eo casu si intra prefixū terminum non proponit omnes exceptiones; si in una succubuit, non auditur in altera: & sic intelligitur inst. de excu. tut. §. qui aūt, & ext de except. pastoralis, s. aūr sunt contraria, ut si primo dixit se exemptum, tūc licet succubuerit, nihilominus post tps præfixum pōt aliam proponere, ut C. de inoffic. test. l. contra maiores. Sed in actionib. ita est dicendum; quod si alicui competebant plures actiones, & poterat eligere qua uellet agere, eligendo unam, si in alia succubuerit, non poterit transire ad aliam; [1] vt ff. de tribu. quod in hæredem, §. eligere. Item qui negat se aliquid debere, si uincatur, potest adhuc alia exceptione uti, nisi in casibus a iure expressis, vt ff. de reg. iur. nemo ex his. Nam si quis neget numeratam pecuniam sibi, si postmodum conuictus est, & uelit dicere se soluisse, nō audietur, ut C. de non nu. pe. in auth. contra qui. & ita non est inconueniens, si de una exceptione trāsit ad contrariā sic 24. q. 1. quisquis. ext. de testib. ex tenore. sic ext. de excep. cu uenerabilis.

b ¶ Tricennalis.] Hic tacite annectit secundam quæst. scilicet an ius decimarum, uel etiam ius funerandi possit prescribi. Et est expeditum. quod ius, [1] libertas non dandi [2] decimas a clerico nomine ecclesię suę potest

Actiones plures habens an vna electa pdat alias.

1 Adde an hoc sit indistincte uerū per Cy. in l. edita. & ibi etiam Bal. C. de eden.

Decimæ an possint præscribi.

a De hoc ēt

ecclesiastica prescribūtur, ut ex. de relig. do. cōstitutus. Si queras qualiter prescribuntur decime, cum non continue dentur, & seruitutes prescribi non possunt, cum non cōtinuo possideantur, ut ff. de ser. seruitutes? Resp. licet perceptio decimarum non sit continua, tamen ius percipiendi est continuum. Vel aliter licet perceptio non sit continua, tamen causa percipiendi. (.s. præceptū Domini, quod perpetuum & continuum est) perpetua est. & naturalis. & hoc sufficit ad præscriptionē, quod causa sit perpetua & naturalis, ut ff. de ser. urba. præd. foramen. ibi enim dicitur, si causam a cęlo habet, continuum dicitur.

FAcultates.] CASVS. Quidam episcopi possessiones aliarum ecclesiarum, similiter & diœceses aliorum episcoporum xxx. annis possiderunt. Quæsitum fuit a Gelasio, utrum sint sui, uel securi tanti temporis prescriptione. Et respon. quod sic, quia principū ita emanauit auctoritas, ut post xxx. annos nulli super his liceat iudicem interpellare, [Conclusit,] Idest, acquisiuit [Exclusit,] Illas possessiones ab episcopis quorum erant.

c ¶ Facultates.] Sic construe, facultates ecclesiæ, quę ab aliquibus episcopis possidentur, supple ipsi episcopi iure sibi uendicent, idest, defendant.

d ¶ Quod.] Idest, quia tricennalis lex conclusit, idest, acquisiuit illas possessiones eis. Vel pone casum, ꝙ ille episcopus, qui præscripserat res alterius, cecidit a possessione illarum rerum: tunc enim licite posset eas vēdicare a possessore, ut decima sexta q. 3. §. potest.

e ¶ XXX.] Cum ecclesia prescribit contra priuatum, [3] sed si ecclesia prescribit contra ecclesiam, & priuatus contra ecclesiam, requiruntur xl. anni, ut 16. q. 3. §. potest. in fine.

3 Ar. ad h ext. de p̄scr illud. ubi hoc. Arch

f ¶ Appellare.] Idest, interpellare.

AT ILLI. CASVS. Per c. sup. dictum uidebatur imponi silentium actoribus: & ideo actores ecclesię nituntur claudere os rei, eiusdem Gelasij auctoritate, quę est 16. q. 3. licet in regulis. ubi dicitur, ꝙ status parochiarum temporali prescriptione diuelli non potest. & ideo decimationes priori ecclesię assignatas nullus sibi debet usurpare.

g ¶ Nulla.] Infra 16. q. 3. licet in regulis.

a ¶ Vin-

a ¶ Vindicabili.] Id est, iniusta Io. de Fan.
QVOMODO. CASVS. Non soluit hic G. contrarietatem duorum præmissorum cap. Gelasij: sed seruat resolutionē, ꝟ. 16. q. 3. Postea aūt annectit secundū articulum huius quæst. scilicet, vtrum ius funerandi præ-

rum, &c.] Si ergo temporalis obiectio diœcesim semel constitutam diuellere non potest: patet quod nec vobis patrocinabitur, vt statum parochiæ nostræ mutantes, decimationes nobis quondam legitime assignatas, vindicabili [a] vsurpatione vobis vendicetis. ¶ Quomodo autem distinguendæ sint hæ auctoritates; in causa monachorū inuenietur.

16. q. 4.

2 Nunc autem [b] quæritur de iure funerandi; quæ harum ecclesiarum habeat ius tumulandi istos. Sicut Hieronymus scribit, coniugati in vno sepulchro videntur esse ponendi.

In qō. Hebraicis in Genesim, & de locis hebraicis.

Ait enim.

¶ In sepulchro parentum suorum filij sunt collocandi.

C. II.

Poly. l. 8. tit. 5.
Burc. l. 3. c. 160.
Iuo p. 3. c. 223.

EBron dicitur esse ciuitas quatuor [a] virorum; quia in ea sepulti sunt tres patriarchę in spelunca duplici [c] cum tribus vxoribus suis, i. Abraham & Sara Isaac, & Rebecca, Iacob, & Lia, præter [d] ipsum Adam, & Euam vxorem suam. Tobia dicit ad filium suum. Cū acceperit Deus animam meā; corpus meum sepelies, & honorē habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ eius: & cum ipsa compleuerit tempus suum; sepelias eā iuxta me in vno sepulchro. Ibidem. ¶ Quos cōiunxit [e] vnū coniugium; coniungat vnum sepulchrum: quia vna caro sunt; & quos Deus coniunxit, homo non separet.

Tobia 4. & 14.

Burc. l. 3. c. 161.
Iuo p. 3. c. 124.
Matth. 19.

a ¶ Quatuor.] Sic emendatum est cum antea legeretur, trium, Sic. n. legitur apud B. Hiero. in quæstionib. hebraicis in Genesim, de locis hebraicis, & i epitaphio Paulæ. Ac dictio hebraica significat quatuor, & quatuor Patriarchæ hic numerantur, qui ibi sepulti sunt: Abraham, Isaac, Iacob, & Adam cum vxoribus suis.

Aliquid simile 9. cō æss. c. 11. ex snia aliquando matris suæ. Poly. ibid.
Burch. l. 3. c. 162. & 163.
Iuo p. 3. c. 225. & 226.

Item Augustinus.

C. III.

VNaquæque mulier sequatur [f] virum suum, siue in

in sepulchris parētum suorum, vt inf. ead. placuit. Ego credo, ꝙ libere potest quis eligere sepulturam vbicunque voluerit, 1 vt extra eo. tit. cum liberum sit, dum tamen legitimam portionem relinquat priori ecclesię, vt eo. tit. nos instituta, etiā apud locum minus religiosum, vt extra eo. in nostra, & omnia cōtraria intelligas, qn̄ est illectus, vl qn̄ ex contēptu, uel temeritate deserit suā ecclesiam, vel quando legitimam portionē non vult relinquere ecclesię priori; parētes tamē non possunt filijs intra annos discretionis eligere sepulturam, nisi hoc hēat consuetudo, vt ext. d sepul. de vxore & ext. eo. tit. in nostra. in fi. si quis autem in casu nō concesso receperit corpus alienum, et sepultum reddere cogetur, cum omnibus quæ occasione ipsius receperat, vt extra eod. fraternitatem. in fi. & extra eo. c. 1. & 2.

Sepulturæ electio vnicuique libera est.

1 Dummodo hoc non faciat ex odio, vel temeritate, inf. e. placuit sm̄ L. & B.

EBron.] CASVS. Dicit in hoc ca. Hie. vxores esse sepeliendas in sepulchris virorum suorum. & hoc probat exēplo quinq; virorū. s. Abrahæ, Isaac, & Iacob, Adæ, & Tobiæ. Seq. duo c. patēt per se.

c ¶ In spelunca duplici.] Idest, quia duo receptacula habuit, in uno recipiebantur masculi, in alio fœminæ.

d ¶ Præter.] Hæc dictio, præter, hic ponitur inclusiue. 2 sic 35. q. 3. ff. de pignor. act. l. 1. in fin.

2 Sed exclusiue ponitur 16. q. 1. adijcimur. Ar.

e ¶ Quos cōiunxit.]

præscriptione tollatur. & certum est, quod sic, cū quadragenaria pręscriptione omne ius, & omnis actio tollatur. procedit G. sic in hoc articulo. Primo inducit actores allegantes. Secundo reos respondētes. Probant ergo actores, quod ius funerādi ad suam ecclesiam dēt pertinere: quia vxores, & filij in sepulchro virorum, & parentum sunt collocandi: quod probat ix. auctoritatibus, & exemplis.
NVNC AVTEM. Hæc est 2. pars q. in qua probat ꝑ c. Hierony. (superficialiter tamen) quòd oēs consanguinei debent simul sepeliri. Ioan. de Fan.
b ¶ Nunc autem.] Hic explicatur alter articulus primæ quæstionis; scilicet, vbi isti sint sepeliendi. De hac materia loquuntur varie iura H. dicit ꝙ quilibet potest sepeliri in sua ecclesia, ubi audiuit diuinum officium, vt extra de sepul. in nostra. nisi in tribus casibus, si velit transire ad episcopalem ecclesiam, ut inf. ea. vbicunque, vel si eligit sepulturam in loco magis religioso, ut extra de sepul. fraternitatem. vel si velit sepeliri

Largius hic interpretatur Hieronymus auctoritatem Domini, quàm in Euangelio Matthæi intelligatur. & est si. 28. q. 1. adolelatus.
VNaquæq;.] Hæc est 3. pars q. in qua probat, ꝙ omnes non possunt simul sepeliri. Io. de Fan.
f ¶ Sequatur.] Nunquid ergo tenetur sequi virum vagantem? Videtur quod non, vt 34. q. 2. si quis. sic nec libertus tenetur. s. qui patronum vagantem, ut ff. de ope. lib. quod nisi ar. ff. de procu. sed & hæ. §. non solum, ff. de an. leg. l. Mæuius. Sed contra. quia etiam tenetur sequi leprosum. extra de coniug. lepro. cap. 2. & 3. Credo, ꝙ si foret eum esse hist... tenetur eum sequi, alias non H. tñ dicit, quòd semper dēt ipsum sequi, & dicit, quod illud c. si quis est abrogatum: similiter dicit, quod dēt ipsum sequi etiam si mutatur in ... vel si cogatur ire in exercitum. Sed eadē ratione dēt ipsum sequi quoties dominus petit a viro, qui est seruus, ut ... sibi ... tamē dicit, quod postquam ... bene nupsit voluntate patroni, quod amodo nō dēt seruire patrono

Vxor an teneatur sequi virum vagātem.

vita, siue in morte.[a] *Item Gregorius.* ¶ Soror B. Benedicti sepulta est in sepulchro quod ipse sibi praeparauerat: vt quorum mens vna fuit semper in Domino, corũ quoque corpora sepultura non separaret.

B.Greg.l.2.dialect. c.34.

¶ In plerisque vetustis caput hoc coniunctum est superiori, nec ipsa prorsus auctorum verba afferuntur.

Gen.50.

Itẽ Ioseph moriens in Aegypto rogauit fratres suos, ut tempore uisitationis[b] suae ossa sua secum deferrent, & in sepulchro patrum suorum ea collocarent. ¶ Item. Dictum est prophetae,[c] qui contra praeceptum Domini comederat in Bethel: [Non inferetur cadauer tuum in sepulchrum patrum tuorum.] ¶ Item. De nõnullis legitur in libro Regum; [obiit, & appositus est ad patres suos.] hoc est in sepulchro patrum suorum. Item. In nouo testamento[d] beatus Philippus legitur aedificasse sibi sepulchrum, in quo ipse, & filiae eius quieuerunt. ¶ Item Beatus Seuerus Rauennatum archiepiscopus tumulum fieri iussit, in quo se, & uxorem & filiam collocauit.

3.Reg.13.

Rufinus hist. eccle. l.3.c.31.

In vita SS.to.1.& in pomoerio ecclesiae Rauennatis.

¶ His omnibus exẽplis colligitur, quòd in sepulchris parentum corpora filiorum collocanda sunt. Quia ergo parentes istorum apud priores ecclesias sepulti sunt; & hi apud easdem debent tumulari. ¶ Econtra,[e] Adam, ut asseritur, in ciuitate Arbee[f] tumulatus est. Sed nunquid omnes filij eius sepulti sunt ibi? tanta multitudo humani generis tam breui tumulo, non tam facile posset includi. ¶ Item Abrahã ibi sepultus est. Sed nũquid Ismael, & Madai. & alij, quos de Cethura[g] genuit, ibi sepulti sunt? Item Isaac ibi sepultus est. Sed nunquid Esau cum eo tumulatus est? ¶ Item Iacob ibi collocatus est. Sed nũquid aliquis filiorum eius praeter Ioseph ibi sepultus est? Rachel[h] quoq; non in Ebron, sed iuxta Betheleem† tumulata legitur. Exemplo igitur istorum liquet, quòd liberum est filijs sepeliri in sepulchris patrum suorum, & liberum est eis alibi pro locorum, & temporum opportunitate corpori suo hospitium inuenire. Non ergo hoc exemplo isti coguntur sepeliri in sepulchris patrum suorum. ¶ Item, quae legibus definita sunt, mutari non licet. Quae autem legibus expressa non sunt, arbitrium[i] sequuntur humanae voluntatis. At legibus definitũ est, quibus decimae sint persoluendae; & ideo danti mutari nõ licet. Vbi autem quisque tumulandus sit, legibus expressum non est; & ideo in uoluntate tumulandi consistit.

Gen.25.

Gen.35.49.& 50.

Gen.35.

† *in vulgatis legebatur*, Bethel.

16.q.1.admenere.

Vnde beatus Gregorius ait.

¶ Vltima voluntas defuncti seruari debet. C. IIII.

VLtima[k] voluntas defuncti modis omnibus conseruari debet.

---

tre no. propter suspicionem: sed patronae suae potest honeste seruire, vt ff. de ope. lib. sicut.

a ¶ In morte.] Hoc est cõsilium, vt extra eo. tit. de vxore. Quaerit H. pone, quod mulier plures viros habuit: quẽ illorum debeat sequi in sepultura. Ubi eligenda secũdũ Io. non est quaestio, quia pōt eligere sepulturã, vbi uoluerit. H. dicit,[1] quod tenet vltimũ sequi: sicut ultima ecclesia succedit clerico. 18. q.1.c. vno. sicut ultimum virum sequit in domici. & honore ff. ad muni. filij. §.1.

Vxor quae plures uiros habuit, cum quo sepelictur.

1 Istam opinionem sequitur Alex. de Imo. in l. cum quaedã. col. 3. ff. de iur. om. iud.

SOROR. CASVS. Probat G. ĩ hoc c. quod omnes de eadem parẽtela, & coniugati oẽs sũt in eodem sepulchro ponẽdi, & hoc probat exẽplis 5. & auctoritatibus.

b ¶ Visitationis.] Id est, cum Deus eos visitaret, & educeret eos de terra Aegypti. i. Aegyptiaca seruitute: & hoc petijt; quia ignominiosum erat tunc, quod aliquis nõ sepeliretur in sepulchro patrum suorũ, vt statim sequitur. vel quia in spiritu viderat. quia dominus resurgere deberet ibi, & puiderat multos resurrecturos ibi cũ illo, & ipse forte erat vnus ex illis.

Ioseph in sepulchro maiorum sepultus fuit certa ratione.

c ¶ Prophetę.] Abdo scilicet. hanc historiam habes 1.q.1. si quis inquit.

d ¶ In nouo testamẽto.] Id est, tempore noui testamenti. nõ fuit iste Philippus Apostolus, sed vnus de septem diaconis.

HIS OMNIBVS. CASVS. Concludit actores ex supradictis x. auctoritatib⁹ vel exemplis, quod isti parochiani, qui supsunt, apud ecclesiam suam cum parentibus sunt tumulandi, quia parentes apud illam sepulti fuerunt.

ECONTRA. CASVS. Nũc respondẽt rei, quod vxores, vel filij nõ coguntur virorũ suorum, vel parẽtũ sepulturas sequi: sed vbicunque voluerint, suo corpori sepulturã possunt quaerere pro locorum, & temporum opportunitate. hoc probant tribus exemplis, una ratione, & una auctoritate. Et omnia plana sunt usque ad §. [quod de libero.]

e ¶ Econtra.] Responsio defensorum.

f ¶ Arbee.] Id est, Ebron.

g ¶ De Cethura.] Quae etiam Agar dicitur.

h ¶ Rachel.] Vxor Iacob.

i ¶ Arbitrium.] Sic extra de offic. deleg. de causis.

k ¶ Vltima,] Vltima voluntas defuncti pro lege seruanda est, ut in Authen. de nupt. §. disponat coll. 4. & si quis eam non seruat, hoc ipsum qd ei est relictũ, ab eo aufertur, ut 11.q.1. Siluester. & hoc intelligas

Defun luntas sem pe uanda

eam

cum voluntas est rationabilis. nam si moriẽs exhæredare vult filium sine causa, hæc voluntas non est seruãda, vt inf. ead. si quis. similiter si quis præcipiat corpus suũ iactari in mare, vt ff. de cond. instit. quidã. sed ipse moriẽs bene potest mutare voluntatẽ suam, nam ambu la- non serui, seruus enim testamentum condere non potest, & ad hoc inducit seq. cap. & non facit iste §. ad principale propositum Gratiani.

ILlud etiam.] CASVS. Ampliatus seruus Romanæ ecclesiæ conduxerat quędam prędia, de quibus tertiã partẽ, vel quartam iuxta Siciliæ prouinciæ morẽ Papæ reddebat: qui cum ęgrotaret, condidit testamẽtum. Præcepit ergo Gelasi⁹ Honorio ẽpo, vt omne peculiũ & oẽm substantiã eius, filijs eius fideli descriptione faciat tradi, vt per eos ecclesia reddatẽ indẽmis. sic posuit Ben. hunc casum. H. vero ponit sic Ampliatus iste seru⁹ erat ecclesiæ Romanæ, & cuiusdã patrimonij ecclesiastici procurationem gesserat cũ quibusdã filijs suis: ex qua administratione adhuc nõ reddiderat ratiocinia. Testm tñ licet esset seruus, facere volebat. Scribit ergo Gelasius Honorio ẽpo mandans ei, vt non permittat illu facere testamẽtum, & si contigerit eu mori, totũ patrimonium ecclesiæ ibi ẽmissum faciat describi, & intactum apud filios seruari donec ipsi pro eo ratiocinia reddant, & ecclesiam seruẽt indemnem. Sed certè ego Barthol. Brix. magis apprebo casum H. a ¶ Conductor.] im proprie dr̃ seruus cõductor. Nam nec seruus aliquid dẽt, nec aliquid ei debetur: sed potius per talia verba respicitur factũ, quam ius, ut ff. de pecu. nec seruus.

rius, ff. de ser uit. quoties, ẽm Goff. qui ita not. extra de const. cx- titeris. Arch.

¶ *Sententia huius cap. habetur lib. 3. epist. 9. in verbis, quæ referuntur inf. 16. q. 1. admonere. item q; lib. 9. epist. 20.* Necesse est, inquit, ut si impletum hoc fuerit, defuncti dispositio conseruetur. *Sic enim in manuscriptis: licet in vulgatis sit,* depositio conseruetur.

4 *Quod de libero, & non de seruo intelligendum est. Seruus enim testamenti paginam condere non potest.*

Vnde Gelasius Papa scribit Honorio episcopo.

Iuo p. 16. c. 111.

¶ Seruus testamentum facere non potest. C. V.

ILlud etiam sinceritatem tuam volumus nõ latere; ad nos fuisse perlatum, ꝙ Ampliatus conductor [a] (quẽ non solum seruum constat esse ecclesiæ, sed ita eius rationibus à multis temporibus implicatũ, vt etiam si esset ingenuus, donec ratiocinia cuncta deduceret, modis omnibus obnoxius haberetur) ausu temerario molitus fuerit condere paginã testamenti, cuius omne peculiũ ecclesiastico iuri legib. nõ dubitetur obstrictum. [b] Quapropter his præsumptionibus vice nostra, tua fraternitas cõtradicat; [c] nec fieri prorsus aliqua surreptione permittat. Ac si eidem quidquam humanitus forte contigerit, qui grandæuus esse memoratur; mox eius sine dilatione substantiam pręcipiat humanitas † tua filijs eius dũtaxat, quibus patrimonium probatur esse commissum, sub fideli descriptione contrahi; donec vniuersis tẽporibus, quibus hoc patrimonium gubernasse cognoscitur, partes Dominicas reddere cogantur indemnes.

† *al. vnanimitas.*

5 *Quia ergo secũdum Gregorium vltima voluntas defuncti conseruanda est; pro istorum voluntate corpora eorum sunt tumulanda, non pro arbitrio vestræ dispositionis.*

Item in Triburiensi concilio legitur.

¶ *In Triburiensi impresso cap. 15. habetur eadem sententia sed non ijsdem omnino verbis expressa.*

¶ Vbi quisque decimas persoluerit, ibi sepulturam eligere debet. C. VI.

16. q. 1. vbicunque. Burc. l. 3. c. 237. Iuo p. 3. c. 278.

VBicum-

bulatoria est voluntas defuncti, vt ff. de adimẽ. leg. l. 2. sed pone, ꝙ quis iurauit, ꝙ non veniet contra voluntatẽ suam, nunquid poterit venire contra? Videtur ꝙ non: 1 quia hoc iuramẽtum non vergit in interitũ salutis æternæ, ergo est seruandum, vt extra de iureiur. si vero. Sed contra nemo põt sibi indicere legẽ: 2 vt nõ liceat sibi recedere a priori voluntate, vt ff. de leg. 3. si quis. in princ. & libertatem supremi iudicij nemo põt constringere, ut ff. pro soc. cum duobus. §. Iouianus. in fi. argum. contra extra de reiter. 1. cum contingat. Io. hęc plenè notaui in quæstionibus. B.

1 Qđ & verũ est hic arg. C. si aduersus vẽd. auth. sacramẽta, ext. de iureiur. cũ contingat, ẽm Io. de Fan.

2 Dicas, ꝙ nemo põt sibi in pore legem, nisi intersit alte-

QVOD DE LIBERTO. Hæc est quarta pars q. in qua probat contra, s. quod seruus non potest facere testamentum, & hoc probat per c. seq. Ioan. de Fan.

CASVS. Dictum est s. ꝙ ultima voluntas defuncti modis omnibus est seruanda. Nunc vero dicit Grat. quòd hoc intelligendum est de voluntate liberi hominis, &

b ¶ Obstrictum.] Non intellige obstrictum, i. obligatum: quia cum peculium quod seruus habet, sit domini, domino non potest res suas obligare, ut ff. de regul. iur. neque.

c ¶ Contradicat.] Non tanquam hæredibus, quia seruus non potest habere hæredẽ, vt C. commu. de succ. seruus. sed consuetudo est plurium locorum, quod filijs relinquatur peculium, quod pater habuit.

Seruus hære dem habere non potest.

QVIA ERGO. Hæc est quinta pars, in qua dicitur, quod nullus sine causa dẽt dimittere sepulturam patrum, & hoc probat per tres auctoritates. Io. de Fan.

CASVS. Hic reuertitur G. ad principale propositum, & concludit ex illo cap. Greg. s. vltima voluntas, ꝙ quilibet potest sibi eligere sepulturam pro arbitrio suo, & non pro arbitrio prioris ecclesiæ, & ad hoc probãdum inducit seq. cap.

VBicunque.] CASVS. Triburien. concilium statuit, quod

quod si quis potest, debet sepeliri apud episcopalem ecclesiam: sin autem, apud aliquod monasterium, uel ecclesiam regularem. Sed si hoc aptè fieri non potest, sepeliatur apud illam ecclesiam ubi uiuus decimas magis persoluebat. Et dicit H. quòd illud quod dicitur de episcopali ecclesia, intelligitur de illis, qui habent antiquā sepulturā in episcopali ecclesia: quia de oīb. ciuilibus non posset intelligi, quia nō impediūtur ratione loci, uel temporis: nec de illis, qui sunt in episcopatu, cum ratio & cōsuetudo nō obtineat, nec de peregrinis potest intelligi, cū eis c. cōtradicat: quia tales, ibi decimas nō persoluunt.

a ¶ Vbicúque.] sed nōne quilibet sepeliēdus est, ubi recepit sacramēta ecclesiastica? ut j.c. px. & extra eo.tit.ī nostra. Ad qd ergo diuisa essent cęmiteria, sup.ca.ca.1? Rñ. uerum est. Sed istud ca. instruit, ꝙ si qs uult eligere aliā sepulturā, ꝙ hūc seruabit ordinē in eligendo. potius enim eliget episcopalē ecclesiam, quàm alteram. si tñ alio modo eligit, standū est uoluntati suæ: dum tamē habeat iustam causam eligēdi, episcopo autē non pfigitur talis doctrina: nam potest eligere sepulturam in minori ecclesia, vt 12.q.2.bonæ. & intelligo quod semper ex temeritate, vel cōtemptu, vel ex electione mutatur sepultura, nisi appareat certa causa mutationis, vel nisi seruet hunc ordinem, qui hic statuitur in eligendo sepulturam.

Sepulturam an possit aliquis sibi eligere.

ibi respondebit, 1 ut ff. de iudic. hæres.

SED OBIICITVR. CASVS. Adhuc obijciunt actores contra reos, & inducunt seq. cap. sed per illud non respondent vltimæ allegationi reorum, sed solum illis quas collegerunt ex illo cap. vltima voluntas. & etiam ex illo cap. vbicunque.

que a temporum, vel locorum facultas tulerit; apud maiorem ecclesiam, vbi sedes est episcopi, sepulturæ celebrentur. Si autem propter temporis, vel loci asperitatem hoc difficile fuerit visum; apud ecclesiā, in qua religiosorum canonicorum, vel monachorum, vel sanctimonialium religiosa congregatio communiter degerit, sepeliatur. Si autem & hoc ineptum visum fuerit; vbi quis decimas persoluebat viuus, ibi sepeliatur & mortuus.

Quia ergo decimam b nobis persoluebat viuus; & apud nos sepeliendus est mortuus. Item, si quis de prouincia ad prouinciam transiret, & ibi domicilium sibi collocaret, liber factus c à ditione prioris iudicis, iurisdictioni illius iudicis subijceretur, in cuius prouincia sedem sibi eligeret. Quia ergo isti à vestra diœcesi in nostram transierunt; liberi à vestra ditione, nostro iuri subijciuntur. Nostrum est ergo ius funerandi eos.

Sed obijcitur illud Melchiadis Papæ.

¶ Propria temeritate sepulturam parentum relinquere non licet. C. VII.

PLacuit per omnia magno cōcilio, vt nullus proprij arbitrij temeritate d aliam ecclesiā, nisi cui vsus antiquorum parētum canonica institutione subiacere perhibetur, sepulturę causa adire pcuret nisi infirmitatis e causa præpeditus in aliam fuerit regionem quolibet negotio progressus. Ad hæc, si quis prælatus contra hoc agere tentauerit; ecclesiastico vinculo se subdi cognoscat.

Sed

QVIA ERGO. CASVS. Concludunt rei, quod apud suam ecclesiam isti parochiani sunt tumulandi, duabus rationibus. Prima ex fine præcedentis cap. scilicet, quia viui episcopo ecclesiæ decimas persoluerūt: ergo ibi sepeliendi sunt. secunda ratio, quia postquam quis trāsit de prouincia in prouinciam, liber factus est à iurisdictione prioris iudicis, & subiicitur illi in cuius prouincia sedem collocauit: vnde isti subijciuntur iurisdictioni secundæ ecclesiæ, & apud eam debent sepeliri.

b ¶ Decimam.] Personalem.

c ¶ Liber factus.] Hoc est verum, quādo plenè se trāstulit, vt 21. quæst. 2. si quis iam translatus secus si trāsferret se ad secundum locum, non tamen animo relinquendi primum locum: tunc enim retinet primum locum & secundū, vt ff. ad municip. si quis instructus. Et quod hic dicitur, intellige quod quis potest se trāsferre de vno foro ad aliud re integra. nam si quis in vno loco est conuentus, licet transeat ad aliud forum, tamē in priori foro respōdebit, vt ff. de iurisd. om. iud. l. pen. Item 1 hic sentis, quod sola habitatio nō facit aliquem esse de iurisdictione alicuius, nisi per decem annos steterit ibi, 1 vt C. de inco. l. 2. l. b. 10. nisi quo ad hoc qđ

Forum mutare, an alicui liceat.
1 Idem tūc di[illegible]

PLacuit.] CASVS. Quæsitum fuit à Melchiade Papa, utrum aliquis potest sepulturā nouam propria temeritate eligere: & antiquam parentum suorum deserere? Et respondet quod non si quis prælatus contrafecerit, debet excommunicari.

d ¶ Temeritate.] Istud uerbum soluit contraria: nam alias potest quis sibi eligere sepulturam, ut extra eo. §. 1. & cap. cum sit liberum, & cap. in nostra.

e ¶ Nisi infirmitatis.] Hoc est contra H. qui dicit, quod ī tribus casibus potest mutari sepultura, vt dixi in summa. hic habet locum distinctio decret. extra eodem titu. de his.

SED ALIVD. CASVS. Iste §. diuiditur in tres partes. In prima parte ponit G. quandam solutionem pro reis, dicens quod aliquis ex temeritate, scilicet superbia, uel odio, uel uanis persuasionibus, uel muneribus illectus non debet eligere sepulturam nouam, & contemnere sepulturam parentum suorum, sed rationabili causa, & iusta nouam eligere potest. Nec obstat quod dicit Gregor. quod ultima uoluntas libera debet esse: quia libera est cum quis certa ratione ductus, nouam sibi quærit sepulturam. In secunda parte ponit quandam solutionem aliorum, quæ uidetur facere contra reos, dicentium, quod libera est uoluntas ultima cuiuscunque, nō in sepultura sibi eligenda, sed in testamento conficiendo. Vnde testamentum dicitur; quia eo quisque libere testa-

testatur. In tertia parte obijcit Gratianus, quod etiam in testamento non uidetur libera uoluntas. Et hoc probat duabus auctoritatibus: una Augustini dicentis, quod pro numero filiorum debet fieri distributio facultatum. Et alia Leonis dicentis, quod quilibet debet medietatem eorum

c ¶ Sed non uidetur.] Nunc obijcit solutioni suæ.
d ¶ Medietatem.] Quandoq; te... secundum consuetudines diuersas, ut ext. ce. tit. certificari.

SI quis.] CASVS. Quidam clerici parati erant totam hæreditatem recipere cum pater filium suum exhæredabat, quos reprehendit Augustinus, ... uult ... te Christo quātum uni filiorū paratus est suscipere. [Non eam. idest, non ... & ponitur interrogatiue, & litera sequens similiter ponit interrogatiue. e ¶ Irascitur.] Hodie .n. non potest quis exhæredare filium suum nisi habeat iustam causam exheredationis, & illa debet scribi in testō, vt C. de li. prxt. authen. nō licet tñ ex iracundia omnia suā dare potest ecclesiæ, dum tamen relinquat legitimā filijs, ut 17. q. 4. sunt qui opes. Item si quis rē linquit bona sua ecclesiæ propter defectum filiorum honestum est, quod ecclesia restituat ei bona si cœperit habere filios, ut 17. q. 4. c. vl. f ¶ Appeto. Sic 22. q. 2. non enim.

aliud [a] *est ex temeritatis superbia usum antiquorum parentum non sequi: atq; aliud, rationabili occasione nouā sibi sepulturam eligere. Contra Melchiadis Papæ ... ritatem nititur, qui superbia, uel ... persuasionibus, aut uarijs munusculis illectus ... urā parentum suorum sequi contemnit* α. *Secundum Gregorium autem liberam habet uoluntatem, qui certæ rationis causa nouum suo corpori quærit hospitium.* ¶ *Vel ut quidam* [b] *distinguunt, libera est ultima uoluntas cuiusq; non in sepultura sibi eligenda, sed in testamento conficiēdo. Vnde & testamentum appellatur: quia eo quisque libere testatur, quod post suum decessum de proprijs rebus fieri uelit.* ¶ *Sed non uidetur* [c] *libera testatoris uoluntas; cum secundum Augustinum pro numero filiorum debeat fieri testamentaria distributio facultatum: ueluti, si quis habet unum filium, Christum putet alterum: si uero duos, Christum faciat tertium: & sic per ordinem. Et secundum Leonem quisque medietatem* [d] *eorum, quæ Christo testatur, ecclesiæ iubetur relinquere, apud quam fidei sacramenta suscepit. Sed illud Augustini non est iubentis: sed dehortantis: ne quis iratus filium suum exhæredaret: atque totum Christo relinqueret. Ait enim in sermone 2. de vita clericorum.*

inf. c. proximo.

ext. tit. de sepul. ca. relatum.

Siue serm. 52. ad fratres in heremo: omittuntur autem uerba aliquot.

α Sequi contemnit.] *In duobus exemplaribus Gratiani Vaticanis sequitur,* Ait Leo episcopus, &c. *& ponitur integrum caput,* relatum *extra tit. de sepult. quod etiam refertur ab Iuone p. 7. c. 156. & ab Anselmo l. 5. c. 55. & in Polycarpo li 4. tit. 34. ex Leone nono. Verum in alijs duobus uetustis, & ualde emendatis hoc idem caput ponitur post vers.* Sacramenta suscepit. *Et certe verba ista,* & secundum Leonem, &c. *indicant alicubi hanc Leonis auctoritatem a Gratiano esse relatam.*

Pater sine causa filium exhæredare non potest.

¶ Pro numero filiorum pars hæreditatis Deo offeratur. C. VIII.

In conc. Aquisgran. c. 112.
Iuo p. 3. c. 178.

SI quis irascitur [e] filio suo, & moriens exhæredat eum si uiueret, non eum placarem? nō ei filium recōciliare deberem? Quomodo ergo cum filio suo volo vt habeat pacem, cuius appeto [f] hæreditatem? Sed plane sic faciat; quod sæpe hortatus sum. Vnum filium habet, putet Christum alterum: duos habet, putet Christum tertium: decē habet, Christum vndecimum faciat, & suscipio.

Hac nimirum auctoritate mensura testatori præfigitur, non quam cogatur exoluere, sed quam prohibeatur [g] *transcendere.*

6 *Oblationes ergo defunctorum qui reddere noluerit, excommunicetur. Vnde in Carthaginensi concilio 4. c. 95.*

HAC NIMIRVM. CASVS. Ponit hic Gra. quandā solutionē falsam dicens, quod Aug. nō præcipit testatori, ut tm Christo relinqueret quātum uni filiorū, sed phibet ne plus Christo relinquat quā uni filiorum, quod falsum est, cū pater filijs suis vltra tertiā, si sunt quatuor uel pauciores; vel medietatem, si sunt sex, & ultra relinquere nō teneātur, ut in auth. de trien. & se. circa prin. In fine ostendit, quod qui oblationes defunctorum reddere nolunt, sunt excōicandi. Primum c. quod sequitur, planum est.

1 Et c. si qua quæ signant pro contrarijs. sed intellige prohibetur transcendere ex calore iracūdiæ, & ex odio. uel prohibet .i. dissuadet, & consulit ei. i. consilio Aug. suadet, & consuluit ei, ut nō trāscendat eam sm Hu. hæc ultima expositio vī melior quā prima, ut nō cōtradicat, qđ dic ut sup. c. prox. in gl. j. Arch.

rum, quæ testatur ecclesiæ suæ relinquere. Tandem dicit quod Aug. ... exhortatiue, uel de consilio, ne pater iratus filium exhæredet. Secunda pars incipit ibi, [Vel ut quidam. Tertia ibi, Sed non uidetur libera.]
a ¶ Sed aliud.] Gr. hic ponit duas solutiones.
b ¶ Vel ut quidam.] Secunda solutio.

g [Prohibeatur.] Falsum dicit, quia etiam totum dare potest ... ut 19. q. ... superlatum ... dum tamē legitimā relinquat filijs, ut C. de inoff. test. auth. nouissima.
OBLATIONES. Hæc est 6. pars quæ, in qua probat magister, quod ille qui detinet oblationes defunctorum, quas

quas defunctus mandauit, peccat mortaliter, & hoc probat per tria c. Io. de Fant.

a Qvi oblationes.] Non intelligas hoc de oblationibus voluntarijs: sed de illis, quæ relicta sunt ecclesijs qui enim debitas oblationes tenet, uel decimas, uel primitias, excommunicatur, ut 32. dist. præter hoc, & 16. q. 1. statuimus.

b Negāt ecclesijs.] si autem cōfitētur, ꝙ debeant, sed exceptionem aliquā proponunt quare dare non dēnt, audiēdi sunt, ut ff. de leg. j. si domus. §. qui confitentur. extra. de off. de leg. ex parte 2.

c Egentiū.] Vt 66. d. pasce, & 16. q. j. de cimæ. & extra de rescrip. si quando.

quadrupliciter dr̄ .s. terra nondum dedicata, hæc uendi pōt, ut arg. 12. q. 2. aurū: Itē dr̄ sepultura officium sepeliendi, istud sine simonia uendi nō pōt, ut 1. q. 1. dictū. Tertio dicitur terra dedicata. Quarto ius sepeliendi: hæc uendi non debent, ut inf. ea. in ecclesiastico.

¶Excommunicentur qui defunctorum oblationes ecclesijs negant. C. IX.

Qvi oblationes [a] defunctorum aut negant ecclesijs [b] aut difficulter reddunt; tanquam egentium [c] necatores excommunicentur. Bur. l. 3. c. 142. Iuo p. 3. c. 208.

Item ex concilio Va[l]ensi, 1. c. 4.

¶Vt infideles eijciantur ab ecclesijs, qui defunctorum oblationes retinent. C. X.

Qvi oblationes defunctorum retinent, & ecclesijs tradere demorantur, ut infideles sunt ab ecclesia abijciendi: quia vsque ad inanitionem fidei peruenire certum est hanc pietatis diuinæ exacerbationē; quia & fideles de corpore recedētes, votorum suorum plenitudine, & pauperes consolatu alimoniæ, & necessaria sustētatione fraudantur. Hi enim tales quasi egentium necatores, nec credentes iudicium Dei, habendi sunt. Vnde & quidam [d] Patrum hoc scriptis suis inseruit, congruente sententia, qua ait: [Amico quidpiam rapere, furtum est; ecclesiam vero fraudare, sacrilegium [e].] Deusdedit p. 4. Iuo p. 3. c. 155. sup. 12. q. 2. gloria.

Item ex concilio Agathensi, c. 4.

¶Qui oblata ecclesijs, aut testamento relicta retinere præsumpserint, excommunicentur. C. XI.

Clerici, vel sæculares [f], qui oblationes parentum aut donatas, aut testamēto relictas retinere p̄stiterint, aut id, quod ipsi donauerint ecclesijs, vel monasterijs, crediderint auferendum; sicut sancta synodus constituit, velut necatores pauperum, quousque reddant excludantur [g] ecclesijs. ¶Si quis autem clericus furtum ecclesiæ fecerit; peregrina [h] ei communio tribuatur. Burch. l. 3. c. 140. ex concilio apud Valētias. Iuo p. 3. c. 206. Pann. l. 2. c. 5.

7 *Item quæritur [i], an pro sepultura mortuorum aliquid sit exigendum. De his ita scribit Greg. lib. 7. regesti, indict. 2. epist. 5. Ianuario episcopo Sardiniæ.* & in conc. Meldensi, c. 72.

¶Pro sepultura nihil muneris exigendum est. C. XII.

Qvesta est nobis Nereida fęmina clarissima, quod ab ea centū α solidos pro filię suę sepultura fraterni- Poly. l. 8. tit. 5. Iuo p. 3. c. 101.

Qvi oblationes.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima dicitur, ꝙ excommunicandi sunt qui tradere nolunt ecclesijs oblationes defunctorū. Et hoc ꝓbat tribus rōnibus. Prima est, quia infideles reputantur. Secunda, quia voluntatem defunctorū nō seruant. Tertia, quia pauperibus necessaria subtrahunt. In secunda parte dicitur, ꝙ tales sacrilegium committunt. Secunda pars incipit ibi, [Vnde & quidam patrum.

d ¶Et quidam.] .s. Hieronymus, ut 12. q. 2. gloria episcopi.

e ¶Sacrilegium.] Alibi dicitur talis homicida, ut 12. q. 2. qui abstulerit.

Clerici. CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quòd clerici vel laici sunt excommunicandi, qui nolunt restituere oblationes, quas parentes dederunt in uita, uel reliquerunt in testamento: uel qui volunt auferre ecclesiæ id quod ipsi donauerunt. In secunda parte dicitur, ꝙ clerico furtum facienti peregrina communio tribuatur. [Peregrina cōmunio.] idest uiaticum in morte, cum incipiunt peregrinari, idest, recedere de hac uita. Secunda pars incipit ibi [Si quis autem.]

f ¶Vel sæculares.] idest, laici.

g Excludant.] Ar. ꝙ sacrilegi nō sūt ipso iure excōicati.

h ¶Peregrina.] .i. commorabit inter laicos, uel peregrina .i. cum recedit, uel peregrinatur de hoc mundo.

ITEM QVÆRITVR. Hæc est 7. pars q. in qua prohibet ne pro sepultura aliquid exigatur, nisi detur spontanea uoluntate, & hoc probat per 4. c. Io. de Fant.

CASVS. Quærit hic Grat. incidenter, an pro sepultura mortuorum sit aliquid exigendum. Et certe sepultura

i ¶Item queritur.] Hic ponit incidentem qōnem 1 an sepultura possit vendi H. ponit quatuor significationes huius nominis sepultura. Quandoq; dr̄ sepultura locus vbi quis sepelitur talis locus licite venditur, si non est sacer, vel religiosus .i. qui non fit in cœmiterio aliquo, quia licite venditur ad ecclesiam ædificandam, vel ad cœmiterium ampliandum, vt 12. q. 2. aurum. Secundo modo dicitur sepultura, ipsa sepultura iam facta, & hæc vendi non potest, specialiter si locus est sacer. Tertio modo dicitur ius inferendi in sepulchrum, nec pro hoc aliquid recipi potest. Quarto dicitur ipse actus, vel officium sepeliendi, & illud non possunt uendere clerici, qui ex officio suo ad hoc tenentur, vt infra eadem præcipiendum, & 1. quæst. 1. dictum. & extra de simon. non satis.

Qvesta est.] CASVS. Nereida conquesta est Grego. de episcopo Ianuario, qui pro sepultura filiæ suę solidos

Sepultu- possit v- 1 Hoc supra f- mentio- de iure randi

dos centum ab ea exigebat. Greg. vero rescribens ei dicit, quod hoc vitium de ecclesia sua remoueret: vnde præcipit sibi ne de cætero hanc cupiditatem exerceat, & hoc probat exemplo Ephron, qui ab Abraham pro sepultura Saræ pretium recipere noluit. vnde si paganus ille pro.

in seq. cap. & iste Ephron fuit filius Seor. [Renuit.] .f. Ephron, & licet s. diceret de filijs Seor in plurali, dicit tamen postea in singulari de Ephron, quod ipse renuit.

a ¶Seor.] Seor fuit pater Ephron, & ab eo nominati sunt descendentes ab eo propter famam ipsius.

tas vestra velit † exigere. *& infra.* ¶Hoc autem vitium & nos, postquam, Deo auctore, ad episcopatus honorem accessimus, de ecclesia nostra omnino vetuimus; & prauam denuo consuetudinem nequaquam vsurpari permisimus: memores, quia dum Abraham a filijs Ephron β, hoc est a filijs Seor [a], sepulchri terram pretio ad humandum corpus coniugis postularet, præmium accipere renuit [b]; ne commodum videretur de cadauere consecutus. Si ergo tantæ considerationis paganus vir fuit; quanto magis nos, qui sacerdotes dicimur, hoc facere non debemus? Vnde ne hoc auaritiæ vitium, uel in alienis denuo tentari præsumat, admoneo: Sed si quando aliquē in ecclesia vestra sepeliri conceditis; si quidem parentes ipsius proximi, vel hæredes pro luminaribus spontè quid offerre voluerint, accipi non vetamus. Peti verò aliquid, aut exigi omnino prohibemus: ne (quod valde irreligiosum est) aut venalis fortasse (quod absit) dicatur ecclesia, aut vos de humanis videamini mortibus gratulari, si ex eorum cadaueribus studeatis quærere quolibet modo compendium γ.

† *al. non erubescat.*

Gen. 23. Act. 7.

α ¶Certum.] *Dictio ista abest a nonnullis exemplarib. Gratiani, & epistolarum B. Greg. Sed quia in alijs earundē codicibus ēt manuscriptis legitur, non est inducta.*

β ¶Ephron.] *Locus hic variè legitur. In epistolis B. Gregorij magis recepta lectio hæc est*, à filijs Emor: hoc est Ephron filio Seor. *& Genes. 23. habetur,* intercedite pro me apud Ephron filium Seor.

γ ¶Compendium.] *Post hoc caput in duobus antiquis exemplaribus recitantur duo Vrbani secūdi, quæ placuit hic afferri, ne planè interirent, quod alibi non facilè inueniuntur, & unū eorū citatur extra de sepul. c. certificari.*

Vrbanus II. Gothfredo Magalonensi episcopo.

¶Mortuorum, qui in monasterijs sepeliri desiderant, aut omnino iuxta prædecessoris nostri Leonis decretum, partem eleemosynarum mediam, aut iuxta dispensationem nostram in Lateranensi concilio promulgatam, partem tertiā parochialibus ecclesijs statuimus derelinquendā.

Idem eidem.

¶Capellanos quoq; monachorū, sicut reliquos parochiæ tuæ clericos, debitā tibi obedientiā persoluere volumus.

Item Hieronymus in quæst. Hebr. ad c. 23. Gen.

¶Etiam coacti de sepultura pretium non debemus accipere. C. XIII.

Pann. l. 2. c. 26. POstquam pretio victus est Ephron, vt sepulchrum venderet argento, licet cogente [c] Abraham: vau litera, quæ apud illos pro o [d] legitur, ablata de eius nomine

b ¶Renuit.] Primo enim commēdatur in hoc cap. postea tamen cōuictus precibus sumpsit quadringentos siclos argenti. & inde vituperatur in seq. cap.

POstquam.] CASVS. Hieronymus docet in hoc c. quod nullus debet vēdere sepulturam. Et hoc probatur exēplo Ephrō quod licet cogente Abraham acceperit aliquid pro sepultura, postea vocatus est Ephran, idest, imperfectus, cū primo vocaretur Ephrō, id est, perfectus; & hoc in prima parte. In secunda parte dicitur, quod de iustis fiunt iniusti, qui pro sepultura ab inuitis aliquid extorquent, cū etiam Ephron de iusto sit factus iniustus, & tamen inuitus accepit. Secunda pars incipit ibi, [Fiant igitur. [Memoriā] Idest, sepulturam.

c ¶Cogēte.] Per preces populi, & licet cōtractus factus ad clamorem populi teneat, nō tamen electio, ut extr. de elec. Osius. & 61. distin. miramur, in principio. & 8. quæst. 1. si ergo.

d ¶Pro o.] O, est vltima litera Græcorum: & a, prima. & designat o, consummationem, & perfectionem a, initium & imperfectionē. & Hebræi ponunt vau, pro o, in ista dictione Ephron, quæ ablata est, &c. & videtur Hic Hierony. velle, quòd Ephron peccauit: sed nunquid Abraham peccauit, qui coegit ipsum vendere locū talem; maximè quia locus ille iam deputatus erat sepulturæ, erāt enim

ille pro sepultura nil accipere voluit, multo fortius sacerdotes nil accipere debent. Spontè tamen oblata respui non debent. Iste Ephron primo accipere noluit. vnde de hoc commendatur: sed postea uictus precibus pretium pro sepultura accepit, & de hoc reprehenditur

ibi sepulti Adam & Eua. dicit tamen P. manducator, quod neuter peccauit: Sed quare reprehenditur hic a Hieron.? Respon. non propter suum factum, sed propter futuros: volens ostendere, quòd illi peccarent, qui tali modo venderent.

a ¶Ephron.]

a ¶Ephron.] Idest, perfectus.
b ¶Ephran.] Idest, imperfectus.
IN ecclesiastico.] CASVS. Quæsitum fuit in concilio Triburien. vtrum terra cœmeteriata vendi possit pro sepultura? & respondetur, quod non: & hoc probatur duabus auctoritatibus, vna Salomonis, & alia Dauid: & vna rōne: sponte tamē oblata recipi possunt. Ratio incipit ibi, [Si terrā uendis.] Quare interdictū sit, id est, interdicatur, vel quare, idest, ergo.
c ¶In Ecclesiastico.] Idest in ecclesiaste. 1 & ille liber est Salomonis, & incipit: Vanitas: Est alter qui dicitur ecclesiastic⁹ qui incipit. Omnis sapiētia a Domino, & ille liber est Iesu filij Syrach.
d ¶Si terram.] Sacram vel religiosā, & dico, quod terra sit sacra, vel religiosa auctoritate pontificis, nō ex eo, quod mortu⁹ infertur ad locū, ut ext. de reli. domi. ad hoc, Sed ſm lege secus est: nam si trāsferē corpus ad aliū locum, desinit locus esse religiosus, vel ēt si capit ab hostibus, ut ff. de reli. cū in diuersis, & l. cum loca. Et no. quod qdqd est sacrum, est religiosum, sed non cōuertitur, ubi. n. mortuus infertur, fit religiosus, 2 sed non sacer. ut ff. de re. di. in tantum §. sacrę. Itē dicitur locus religiosus, ubi corpus eo proposito ponit, ut ibi perpetuo remaneat: alias remaneret profanus, ut ff. de relig. si quis eo animo. & remoueri potest quandocūque placuerit, ut C. e. tit. si nec dū. Et licet partes hominis in diuersis sepulchris sepeliant, non ideo oīa loca fiūt religiosa: sed tñ ubi caput est sepultum, vt ff. eodem, cum in diuersis. Itē nec totus locus deputatus sepulturę fit religiosus, sed ille in quo corpus est humatum, vt ff. eo. l. 2. §. sepulchrum.

1 Immo in ecclesiastico.

2 Hoc non est verum, si mortuus esset excōicatus. & ita sētit Goff. ext. de sepul. sacris. & ibi de hoc per Ber.

est, pro Ephron [a] appellatus est Ephran [b]: significante scriptura non eum fuisse consumatæ, perfectæque virtutis, qui potuerit memorias vendere mortuorum. ¶Sciant igitur, qui sepulchra venditant, nec coguntur, vt accipiant, pretium, sed a nolentibus quoque extorquent, immutari nomen suum, & perire quid de merito eorum: cum etiam ille reprehendatur occultè, qui inuitus acceperit.

Item ex concilio Triburiensi, c. 16.

¶De eodem. C. XIIII.

IN ecclesiastico [c] namque libro scriptum est: [Mortuo non prohibeas gratiam, sciens, quoniam omnes moriemur.] & item; [omnia, quæ de terra sunt, in terram cōuertuntur.] Quid terra terram vendis? memento, quoniam terra es, & in terram ibis [α], & quoniam mors tibi futura est: appropiat, & non tardat. Recordare, quoniam non hominis est terra: sed, vt psalmista cōmemorat: [Domini est terra, & qui habitant in ea.] si terram [d] vendis, inuasione alienæ † rei, reus teneberis. Gratis accepisti a Deo: gratis da pro eo. Quare interdictum sit omnibus omnino Christianis, terram mortuis vēdere, & debitam sepulturam denegare: nisi fortè proximi, & amici defuncti propter nomen †, & redemptionem animæ viri gratis aliquid dare velint.

Iuo p. 3. c. 215. Eccl. 7. Eccl. 40. Gen. 3. Psal. 23. † al. Dominium. † al. nomen Domini.

α ¶Ibis.] *In codicibus vulgatis, erat,* reuerteris: *& sequebantur hæc,* & alibi de homine dictum est, terram teris, terram geris, & in terram conuerteris, qui de terra sumeris: *quæ sunt ex puncta: quia absunt a plerisque vetustis, & ab originali.*

Item ex concilio Varensi.

Burc. l. 3. c. 159. Iuo p. 3. c. 222.

¶De eodem. C. XV.

PRæcipiendum est secundum canonum auctoritatē, vt de sepulchris, & hominibus sepeliendis nihil muneris exigant: nisi forte qui sepelitur, viuens iusserit ecclesiæ, in cuius atrio sepelitur, aliquid de suis rebus tribuere, aut etiam post mortem ipsius, illi, quibus commissum est eius eleemosynam facere de rebus illius aliquid sponte dare voluerint: & tamen nullatenus a presbyteris ecclesiæ † illius aliquid exigatur; siue ab illis, qui locis, & villis † præsunt. ¶Prohibendum est etiam secundum maiorum instituta, vt in ecclesia nullatenus sepeliantur; sed in atrio, aut in porticu, aut in † exhedris [e] ecclesiæ. Intra ecclesiam vero, aut prope altare, vbi corpus & sanguis Domini conficitur, nullatenus sepeliantur [f].

† al. illis aliquid. † al. vicis. † al. extra ecclesiam.

PRæcipiendum.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quod pro sepultura, idest pro hominibus sepeliendis clerici nihil exigēt nisi in duobus casibus: scilicet si defunctus iussit aliquid ecclesiæ dari, & nisi uiuente sponte aliquid obtulerit. In secunda parte dr̄, quòd intra ecclesiā nullus est sepeliendus, sed in cœmiterio, uel etiam in arcubus muri ecclesiæ. Secunda pars incipit ibi, [Prohibendum est.]
e ¶In exhedris.] Exhedræ dicūtur quædam voltæ, quæ exterius adhærent parietibus ecclesiæ. 3
f ¶Sepeliantur.] Si sint modicæ personæ, ut infra eod. nullus. & ideo prohibetur fieri sepultura in ecclesia, quia locus ille specialiter Deo dedicatus est: cui mors ultra non dominabitur.

3 Exh... hodie ... pñt lo... i peri... canoni... aut r... chorum... claustr... ge ca... dñr. vi... dæum ... no. p... ad l. fi... ff. de i... deiece...

Qui-

QVibus peccata.] Hæc est 8. pars q. in qua dicitur, ꝙ nullus debeat sepeliri in ecclesia nisi sit sanctus nisi in atrio, vel in exhedris, & ponit etiam, ꝙ proficiant mortuis cemeteria, & qualiter, & vbi animę sunt defunctorum, & hoc probat per 8. auct. Io. de Fant. damnantur, quia loca sacra eos non liberant, sed temeritas accusat eos.

a ¶ A sacris locis.] idest, ab orationib. quæ in eis fiũt, vel ad literam intelligas, quia locus non sanctificat hominem, vt 40. d. non loca.

CA-

¶ Extat caput hoc in concilio Nannetensi, c. 6. ex quo citatur a Burchardo, & Iuone: sed quia potuit esse repetitum in aliquo Varensi, seu Vasensi non est mutatum. In epitome quidem conciliorum est in Vasensi, c. 3.

Item Augustinus.

¶ A sacris locis non iuuantur post mortem, quibus peccata non sunt dimissa. C. XVI.

Poly. l. 8. tit. 5. Burc. l. 3. c. 152. Iuo p. 3. c. 214. In conc. Triburien. cap. 17.

8 QVibus peccata dimissa non sunt, a sacris locis [a] post mortẽ adiuuari non possunt, quia quos peccata grauiora deprimunt, si in sacris locis se sepeliri faciunt; restat, vt de sua prẹsumptione iudicẽtur, quia eos sacra loca non liberant, sed culpa temeritatis accusat.

¶ Caput hoc a Burchardo etiam, & Iuone citatur ex Aug. & nonnihil ad hanc rem faciens habetur in libro de cura agenda pro mortuis, c. 1. sed videtur confectũ ex duobus locis, lib. 4. dialog. B. Greg. vno quidem in c. 51. altero autẽ in c. 53. quod refertur in concil. Tribur. c. 17. Nam cap. quidẽ 51. cum narrasset quandam sanctimonialẽ, quæ in ecclesia sepulta fuerat, visam fuisse ibi cremari ex eo colligit. Qua ex re aperte datur intelligi: qa hi, quibus peccata dimissa non fuerint, ad euitandũ iudicium sacris locis post mortem non valeant adiuuari. *In c. autem 53. cum memorasset corpus cuiusdam Valentini è sepulchro per dæmones fuisse extractum, & extra ecclesiam proiectum, hæc subiungit.* Ex quo Petre collige: quia his, quos peccata grauia deprimunt, si in sacro loco sepeliri se faciant: restat, vt etiam de sua præsumptione iudicentur quatenus eos sacra loca non liberẽt: sed etiam culpa temeritatis accuset.

Item Greg. lib. 4. dial. c. 50.

Nic. ad consulta. Bulgarorum c. 99. Poly. ibidem. Burc. l. 3. c. 153. Iuo p. 3. c. 216.

¶ Quibus prosit in ecclesia sepeliri. C. XVII.

CVm † grauia peccata non deprimunt, hoc prodest mortuis, si in ecclesia sepeliantur, [b] quòd eorũ proximi quoties ad eadem sacra loca veniunt, suorum, quorumq; sepulchra aspiciunt, recordantur, & pro eis Dño preces fundunt. Nam quos peccata grauia deprimunt, non ad absolutionem potius, quàm ad maiorem damnationis cumulum, eorum corpora in ecclesijs ponuntur.

Item ex concilio Moguntiaco 1. c. 52.

Burc. l. 3. c. 233. Iuo p. 3. c. 274.

¶ Qui sepeliantur in ecclesia. C. XVIII.

NVllus mortuus intra ecclesiam sepeliatur, nisi episcopi, aut abbates, aut digni presbyteri, vel fideles [c] laici.

Quid vero mortuis prosit iuxta ecclesiam sepeliri, quidve ad eos perueniat, Augustinus in libro de agenda cura pro mortuis, c. vlt. ostendit dicens.

CVm grauia peccata.] CASVS. Quæsitũ fuit a Gregor. vtrũ [1] sit mortuis i cemeterio sepeliri. Et respondet ꝙ sic, si cum mortali delicto non decesserũt, quia proximi eorũ sepulturas aspiciẽtes pro eis orant ad Dominum. si vero cum mortali decesserint, potius obest, quã prodest. Sequens c. cum §. patet.

b ¶ Sepeliãtur.] Ecce ratio una, quare hoĩes potius sunt sepeliendi apud ecclesias quã alibi. Secũda ratio, quia spãliter commendantur patrocinijs sanctorũ illorũ, in quorũ noĩe dedicata est ecclesia illa, ut inf. ea. non æstimemus. In fin. Tertia rõ est, qa minus ibi vexãtur a spiritibus immundis, vnde in cœmiterijs dicitur esse requies defunctorũ, vt 12. q. 2. aurũ lex tñ alia cõsideratione præcepit ne corpora ĩ ciuitate sepelirentur, ne ciuitas corrumperet, fętore, ut C. de relig. & sum. fun. l. mortuorũ. & hic arg. ꝙ ibi potius sepeliẽdi sũt hoĩes vbi est maior cõcursus populorũ, ut in cathedralibus ecclesijs, ut sup. ea. vbicunque.

Sepeliantur corpora ĩ ecclesijs aut cęmiterijs.

c NVllus.] ¶ Fideles. Vocãtur laici hic fideles a fidei v[i]rtute, ita ut faciãt miracula. [1] Alij intelligũt a fide baptismi. fm hoc intellige. C. de sacros. eccl. l. 2. Vel dic ꝙ omnis Christianus põt sepeliri ĩ ecclesia, si d non gẽtilis, vt inf. de conse. d. 1. ecclesiã, & hoc intelligas, nisi aliàs ĩ mortali decesserit, vel impenitens, uel nisi ecclesia interdicta sit, uel nisi sint torneamentarij, quib. propter terrorem interdicitur ecclesiastica sepultura, ext. de tornea. c. 1. & ext. de rap. super eo.

1 Hæc snĩa fuit L. & H. Sed quod sequit, fuit sen tentia. B. Iõ. quam H. reprobat.

CASVS. Dicitur in hoc c. quod non prodest decedentibus in mortali delicto, si in sacris locis sepeliantur: immo si ibi se faciant sepeliri, de sua præsumptione

Non-

¶ Quare mortui iuxta ecclesiam sepeliantur.
C. XIX.

NOn æstimemus † ad mortuos, pro quibus curã gerimus peruenire, nisi quòd pro eis siue altaris, siue orationum, siue eleemosynarum sacrificijs [a] solenniter supplicamus. Quamuis non pro quibus fiunt, omnibus prosint: sed his tãtum quibus dum viuunt, comparatur, vt prosint. Sed quia non discernimus [b] qui sint; oportet ea pro regeneratis omnib. [c] facere: † vt nullus eorum prætermittatur, ad quos hæc beneficia possint, & deant peruenire. Melius.n. supererunt ista eis, quibus nec obsunt nec prosunt, quàm eis deerunt, quibus prosunt. ¶ Diligentius tamen facit hoc quisque pro necessarijs suis, quo † pro illo fiat similiter a suis. ¶ Corpori autem humando quidquid impenditur; non est præsidiũ salutis, sed humanitatis officium, secundum affectum, quo nemo vnquam carnem suam odio habet. Vnde oportet; vt quam potest, pro carne proximi curam gerat, cum ille [d] recesserit, qui gerebat. † Et si hęc faciunt, qui carnis resurrectionem non credunt; quãto magis debent facere, qui credunt? vt corpori mortuo, sed tamen resurrecturo, [e] & in æternitate mansuro, impensum eiusmodi officium, sit etiam quodammodo eiusdem fidei testimonium. ¶ Quod vero quisque apud memoriam martyrum sepelitur; hoc tantum mihi videtur prodesse defuncto, vt commendans eum etiam martyrum patrocinio affectus pro illo supplicationis augeatur.

Iuo p.2.c.113.
† *al. existimemus.*
† *al. quod.*
Eph 5.
† *al. regebat.*

Econtra [f] *Hieronymus in epistola ad Gal. c.6. ad ea verba:* [*vnusquisque onus suum.*]

¶ Post mortem orationes viuentium mortuis damnatis non prosunt. C. XX.

IN præsenti sæculo scimus siue orationibus, siue consilijs inuicem posse nos coadiuuari. Cum autem ante tribunal Christi venerimus; non Iob, [g] nõ Daniel, [h] nec Noe [i] rogare posse pro quoquam; sed vnumquemq; portare onus suum.

¶ *Verba B. Hieronymi sunt hæc.* Obscure licet, docemur per hãc sententiolam nouum dogma quod latitat, dum in præsenti sæculo sumus, siue, &c.

Verũ hoc de impœnitentib. accipiendum est, de quib. propheta dicit. Non dabit Deo placationem suam, nec pretiũ redẽptionis animæ suæ: & ideo frater nõ redimet eum, sed laborabit [k] *in æternũ, & viuet adhuc in finem*

Psal. 48.

NOn æstimemus.] CASVS. Hoc capitulum diuiditur in quatuor partes. In prima parte dicitur, quòd tria bona virorum prosunt defunctis, s. sacrificium, oratio, & eleemosyna, quæ defuncti in præsenti vita egerunt vt eis prodessent, & quia nescitur qui sint, ꝓ omnib. regeneratis generaliter orare debemus. In 2. parte dr̃, quod specialius & cum maiori diligentia oramus pro consanguineis nostris. In 3. parte dicitur, ꝙ seruitium impensum corpori defuncti non prodest defuncto. sed est solatiũ viuorum: quia cũ illi, q resurrectionẽ non credunt hoc faciant: multo fortius nos hoc facere debemus. In 4. parte dr̃, ꝙ si defunctus sepeliatur apud ecclesias martyrum, prodest ei: quia patrocinio martyrum commendatur. Secũda pars incipit ibi, [Diligẽtius.] Tertia ibi [Corpori.] Quarta ibi, [Quod vero.] Sequens cap. cum §. patet.

a ¶ Sacrificijs.] Aut ieiunijs parentum, vt inf. ea. c. animæ.

b ¶ Quia nõ discernimus.] Arg. ꝙ rõne dubitationis melius est totũ & superfluum facere, quàm nihil facere, vel etiã aliquid omittere. sic 42. dis. quiescamus, 24. q. 3. corripiãtur. Item rõne dubitationis fiunt q̃ aliàs essẽt illicita, vt ext. de sepul. sacris. ext. de vsu. ĩ ciuitate 11. q. 3. nolite. & ratione dubitationis possum vẽdicare incertã partẽ, vel rem, ff. de rei ven. q̃ de tota & nũmos meos nõ possum vẽdicare, si sint misti alijs, ff. de solutio. si alieni.

c ¶ Omnibus.] inf. ea. pro obeuntib. cõtra solu. ecclesia ꝓ omnibus viuis siue bonis siue malis potest orare generali siue speciali oratione 1 & pro Iudæis, & paganis, vt cõuertantur: quia de nemine est desperãdum, dum est in vita ista, vt inf. de pęn. d. 7. nemo sed pro paganis, vel Iudæis mortuis non est orandum nec pro cathecumenis: sed pro baptizatis mortuis orandum est generali oratione, vt hic dicitur, & 23. quęst. 4. sicut, & hoc siue sint damnati, siue nondum tamen hoc non constet: sed speciali oratione non est orandum pro eis mortuis, quos constat esse damnatos, sic loquitur illud cap. pro obeuntibus, sed pro illis, qui nõ sunt damnati; oratione speciali, & generali oramus, licite, nisi sint valde boni, vt inf. ead. tempus.

d ¶ Cum ille.] Scilicet spiritus.

e ¶ Vt resurrecturo.] Nisi enim quis resurrecturos speraret, & c.2. est ergo hoc signum quòd credamus futuram resurrectionem, vt inf. ea. habent.

f ¶ Econtra.] Contra id quod dicit, quòd possumus orare pro mortuis Ioan.

g ¶ IN præsenti.] ¶ Iob.] idest, coniugati.

h ¶ Daniel.] idest, Virgines vel continentes.

i ¶ Noe.] i. rectores ecclesiarum, & hoc intellige si decesserint in mortali, sic 25. d. qualis.

k ¶ Sed laborabit.] idest, punietur æternaliter,

Dubitationis rõne fiũt aliqua.

Ecclesia an possit pro oĩbus orare.

1 De hoc ẽt not. 11. q. 3. si quis eps, & ibi dixi. Arch.

Pro

PRo obeuntibus.] CASVS. Bonifacius archiepiscopus quæsiuit à Gregorio si liceat specialiter prò defunctis celebrare diuina,& oblationes offerre. Et respõdet q pro catholicis licet: pro impijs autem specialiter hoc fieri non licet.
a ¶ Pro

ANimę.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quòd quatuor prosunt defunctis, scilicet oblatio sacerdotum, preces sanctorum, amicorum eleemosynæ, & ieiunia cognatorum. In secunda parte dicitur, quòd illa obsequia, quæ fiunt circa corpus mortui magis sunt solatia viuorũ quàm defunctorũ subsidia: non tamẽ ideo corpora defunctorum, & maxime iustorum sunt abijcienda. istud tamen seruitium quod corpori impẽdit, apud Deũ nõ perit, multo magis eleemosynæ, quàm viuẽtibus & sentiẽtibus facimus apud Deum, perire non debet.
b ¶ Animę.] Hoc c. est quasi pars illius, non æstimemus.
c ¶ Exanimis.] .i. exanimatis. i. mortuis, & ẽ hic arg. q magis meret homo impẽdendo aliqd viuis quàm mortuis. Vnde patet, quod sicut ieiunium alicuius liberat mortuũ, multo poti⁹ alteri⁹ ieiuniũ prodest uiuo. quod concedo si ille est vicinè coniũctus illi, vt dixi 83. d. presbyter, ĩ glos. & ita.

Ieiuniũ plus ꝓdest viuis quã defunctis.

TEmp⁹.] CASVS. Licet Beneuen. diuiserit hoc cap. in duas partes, ego tamen Bart. B. hoc ca. diuido in quatuor partes. In prima parte dicit, quod inter mortẽ hominis & iudicium futurum animæ morãtur in locis nobis occultis, ꝓut q̃que digna est requie vel ærumna. In secunda parte dicitur, q beneficia viuorum ꝓsunt defunctis, q ĩ præsenti vita ita egerũt vt sibi ꝓdessent. In 3. parte dr̃, q hęc beneficia nõ ꝓsunt summe bonis, vel sũme malis, sed mediocriter bonis & mediocriter malis. In 4. parte dr̃ q ꝓ summe bonis fiunt gratiarũ actiones: sed pro nõ valde malis ꝓpitiationes; sed valde malis beneficia nõ ꝓsunt, sed sunt cõsolationes viuorũ: sed in mediocriter bonis operant̃ plenã remissionẽ: in mediocriter vero malis mitiorẽ dãnationẽ. Scd̃a pars incipit ibi, [Neq; negandũ est.] Tertia ibi, [Est enim qdã.] Qrta ibi, [Et post pauca.]
d ¶ Animas.[Non summe bonas: nam tales credo statim ad cœlos volare, iuxta illud. Gaudent in cœlis animæ sanctorum. 25. d. sanctorum.
e ¶ Abditis.] Id est, locis nobis occultis: Ex his verbis vide-

De alijs autem intelligi non potest.

Vnde Gregorius Papa secundus Bonifacio episcopo, epistola vltima.

¶ In pœnitentia defunctis bona prosunt viuentium. C. XXI.

Poly. l. 8. tit. 7.

PRo obeuntibus quippe consuluisse dignosceris, si liceat oblationes offerre, sancta sic tenet ecclesia, ut quisque pro suis mortuis vere Christianis offerat oblationes, atque presbyter eorum memoriã faciat, & quamuis omnes peccatis subiaceamus; congruit, ut sacerdos pro mortuis catholicis memoriam faciat, & intercedat: non tamen pro impijs [a] (quamuis Christiani fuerint) tale quid agere licebit.

† al. idem.

Item. †

¶ Animæ mortuorum quatuor modis soluuntur. C. XXII.

Poly. l. 8. tit. 6. Burc. l. 1?. c. 112. Iuo p. 1?. c. 124. August. de cura pro mortuis, c. ?. & li. 1. de ciui. c. 12. & 13.

ANimæ α [b] defunctorum quatuor modis soluũtur, aut oblationibus sacerdotum, aut precibus sanctorum, aut charorum eleemosynis, aut ieiunio cognatorum. ¶ Curatio vero funeris, cõditio sepulturæ, pompa exequiarum, magis viuorum solatia sunt, quàm subsidia mortuorũ. Si aliquid prodest impio sepultura pretiosa, oberit pio vilis, aut nulla. *& infra.* ¶ Nec ideo tamen cõtemnenda, & objcienda sunt corpora defunctorum, maximeque iustorũ, ac fidelium. *& infra.* ¶ Vbi & illud salubriter discitur, quanta possit esse remuneratio pro eleemosynis, quos uiuentibus, & sentientibus exhibemus: si neque hoc apud Deũ perit, quod exanimis [c] hominum membris officij, diligentiæque persoluitur.

α ¶ Animæ.] *Horum verborum vsque ad ver.* curatio, *nullus auctor inuentus est. Ea Burchardus citat ex dictis Origenis, Iuo ex dictis Gregorij.*

Item Augustinus in Enchiridio, c. 109. & 110.

¶ Ante diem iudicij, sacrificijs, & eleemosynis mortui iuuantur. C. XXIII.

Sent. 4. dist. 45. Ans. l. 7. c. 170.

TEmpus, quod inter hominis mortem, & vltimam resurrectionẽ interpositũ est, animas [d] abditis [e] receptaculis cõtinet, sicut vnaquæq; digna est vel requie, vel ærumna pro eo, quod sortita est in carne, dũ viueret.

Orandũ ne est pro his q in mortali pctõ decesserunt.

a ¶ Pro impijs.] Sed nunquid ecclesia orabit pro illis quos constat decessisse in mortali? Videtur q sic: quia eis viuis communicauit: ergo & mortuis, vt 24. q. 2. sane. arg. contra 21. q. 3. Cyprianus? Respond. si euidens est aliquem decessisse in mortali, ut cum quis suspendit se, vel præcipiat, aut alio modo se interficit, pro illo nõ est orandum, vt 23. quæstio. 5. placuit. & quæstio. octaua, quicumque clericus. secus si est dubium. vnde si aliquis occisus est in ebrietate: non oratur pro illo, ut ext. de reliquijs, audiuimus. & 23. quæstione 5. placuit.

videtur, q Augustinus dubitabat quo animę defunctorum recedant, cum infernus sit sub terra. & cœlum sit supra, vt 23.q.4. hæc autem.

a ¶ Pro baptizatis.] Tantum prosunt orationes cuilibet, si fiant generaliter * pro oīb. sicut si fierent specialiter p quolibet, vt inf. de cons. d.5. nō mediocriter.

b ¶ Propitiationes.] Idest, vt Deus propitius sit eis.

c ¶ Pro valde.] Hic Aug. distinguit quatuor gña hoīum, scilicet valde bonos & valde malos, mediocriter bonos & mediocriter malos. pro valde bonis nō est orandū. iniuriā enim facit martyri, qui orat pro martyre, vt extra de celeb. Mis. cum Marthę, §. vl. Itē nec valde malis prosunt, sed mediocriter bonis, prosunt, vt citius liberētur ab igne purgatorij, * mediocriter malis psint ad hoc vt minus puniātur, nunquam tamen liberabūtur: & secūdum hoc etiam patet, q orone speciali oramus p illis q decesserūt in mortali: dūmodo nō sint sūme mali: licet ar. contra su. ea. pro obeuntib. sed pone q aliqs dat eleemosynā pro eo, qui decessit in mortali peccato, qui est mediocriter malus, eleemosynæ, vel orationes psunt talib. ad mitiorē pœnam, vt hic dicit, ergo aliquātulū de pœna sublatum est. 1 Ponamus qd cētésima pars pęnæ sit sublata per vnam eleemosynā: si ergo dentur cētum eleemosynæ, tota pœna erit remissa: ergo iste liberatur: qd hic negat. Ad hoc dico, q si prima eleemosyna tollit cētesimā partē pœnæ, secūda eleemosyna etiā tollit tantam pœnam, sed nō tantam in quantitate, sed tantam in proportione, & sic semper aliquid remanet de pœna: & sic soluo illud quod obijcitur de indulgentijs, q si propter oblationem vnius denarij tollitur quarta pars peccatorum mortalium, vel venialium, per oblationē secundi denarij tollitur tantum in proportione, non tantum in quātitate: & semper aliquid remanet; licet omne argentum effunderetur.

DE OBSERVATIONE. Hæc est 9. pars quæst. in qua continetur quod in seq. c. declaratur. Io. de Fant.

CASVS. Dictum est sup. q sacrificia, vel eleemosynæ, & huiusmodi fiunt pro mortuis: sed quia hæc obseruantur circa diuersos dies: ideo vnde sumpsit initium talis obseruatio, videamus: & propter hoc inducit seq. c. Quia.]

* *Hoc cateris parib. non est verum. vide S. Th quol. 2. art. 14.*

Hoīum genera quatuor sunt.

* *Vide San. Th. 4. sen. d. 45. 2. q. ar. 2.*

Eleemosynę defunctis prosunt.

1 Hoc vult dicere: prīa eleemosyna tollit centesimam totius pęna, secūda non totius cētesimam, sed residuū. & sic de alijs & sic ēt intelligit qd inf. dicitur. Arc.

¶ Neque negandum est defunctorū animas pietate suorum viuentium releuari, cum pro illis sacrificiū mediatoris offertur, vel eleemosynæ in ecclesia fiunt. Sed hæc eis prosunt, qui cū viuerent, vt hæc sibi postea possent prodesse, meruerunt. ¶ Est enim quidam viuēdi modus, nec tam bonus, vt nō requirat ista post mortem; nec tā malus, vt ei, non prosint ista post mortem. Est vero talis in bono, vt ista non requirat: & est rursus talis in malo, vt nec his valeat, cum hæc vita transierit, adiuuari. Quocirca hic omne meritū cōparatur, quod possit post hanc vitā reuelari quispiam, vel grauari. *& post pauca.* ¶ Cū sacrificia altaris, siue quarumcunq; eleemosynarum p baptizatis [a] defunctis omnibus offeruntur; pro valde bonis gratiarum actiones sunt: pro non valde malis ppitiationes [b] sunt, p valde [c] malis, etsi nulla sint adiumēta mortuorum, qualescunque uiuorum consolationes sunt. Quibus autē prosunt; aut ad hoc prosunt, vt sit plena remissio, aut certe, ut tolerabilior fiat ipsa damnatio.

9 *De obseruatione autem tertij, septimi, trigesimi, uel quadragesimi diei quæritur, unde exordium sumpserit.*

Ambrosius in lib. de obitu Theodosij Imperatoris dicit fere in principio.

¶ Quare certi dies in mortuorum commemoratione seruentur. C. XXIIII.

Poly. l. 8. tit. 7. Ans. l. 7. c. 169.

QVia alij tertium [a] diem, alij tricesimum, alij septimum, alij quadragesimū obseruare consueuerunt; quid doceat lectio, [d] consideremus. [Defuncto, inquit, Iacob, præcepit Ioseph pueris suis sepultorib. vt sepelirent eum, & sepelierunt sepultores Israel, & repleti sunt ei quadraginta dies. Sic enim dinumerātur dies sepulturæ. Et luxit eum Israel septem diebus:] Hæc ergo sequenda solemnitas, quam præscribit lectio. Sic etiam in Deuteronomio scriptum est: [Quia planxerūt filij Israel Moysem diebus triginta: & cōsumati sunt dies luctus.] Vtraque ergo obseruatio habet auctoritatem, qua necessarium pietatis † impletur officium.

Gen. 50.

Deuter. 34.

[a] ¶ Alij tertium.] *Apud B. Ambrosium legitur.* Quia alij tertium diem, & tricesimum; alij septimum, & Quadragesimum. *Verum in missalibus Romanis tam antiquis quam recentioribus, & Ambrosianis nuda est mentio diei quadragesimi, neque in c. nullus, sup. d. 44. & inf. de consec. d. 5. ex concilio Nannetensi. Est tamen frequens apud Græcos.*

† Scilicet [...]manæ cō[...] lationis, [...] officij hu[...] manitati deb[...] vt docet A[...] br. in l b[...] Arbrahā [...] triarchi, [...] Io. Chry[...] vbicunqu[...] inf. ead.

QVia.] CASVS. Quæsitū fuit ab Ambr. vnde sumpsit initium obseruatio 3. 7. & 30. & 40. diei in officijs mortuorum. Et rūdet: q a veteri testamēto: & hoc probat auctoritate Gen. & Deut. nam filij Iacob seruauerūt eū aromatib. cōditum in Aegypto xl. dieb. & cū portarent eum sepeliendum in spelunca duplici, luxerunt eum 7. dieb. Similiter legitur, q filij Israel luxerūt Moysen 30. dieb. De initio tertij diei non dr aliqd in hoc c.

d ¶ Lectio.] Scilicet Genesis. 50.

LV-

LVGERE. Hic incipit x. pars q. in qua probat per 4. c. quod non debemus plangere mortuos ex diffidentia tanquam non debeant resurgere. Io. de Fan.

CASVS. Supra facta est mentio de luctu, & ideo ponit hic Gratianus qualiter sit lugēdum, & quod lugere nimium ex desperatione futuræ resurrectionis non liceat. sed intuitu pietatis licet, ut infra ea. habent.

QVam præposterū. CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes in prima parte, ostenditur, ꝙ sicut serui rebelles a dn̄is suis non remunerantur, sic nos cęlestibus pręmijs nō honoramur: cum quotidie dicamus. Fiat voluntas tua sicut in cęlo & in terra: & tamē dolētes & inuiti de hoc sæculo recedimus, quando vocamur a Domino. In sc̄da parte dicit Cyprianus q Deus [illegible] toties sibi reuelauit, vt inter homines idicaret mortuos no esse lugendos: quia non amittuntur, sed præ[illegible] [illegible] torū. Secunda pars incipit ibi, [Nobis quoq;.] Seq. ca. planū est. [Efficiat.] .i. debitū officij funeris impleatur.

a ¶Postulemus.] cū dicimus, Fiat voluntas tua & est argu. ꝙ opere id cōplere debemus quod voce protestamur. d. 23. psalmista.

b ¶Inuiti.] Sic 23. q. 5. ad fidem & sic est arg. ꝙ nō debemus consequi commodū ex eo quod inuiti facimus, ut ff. ad Tre. si patroni, §. sc̄do, sic 17. q. 4. sunt qui opes. 8. qō. 1. sciendum.

c VBicunq;.] [Libera fortuna mors est: cap. omnia tellus. Quæ genuit: cœlo tegitur qui non habet vrnam.] Arg. contra. [Mollius ossa cubant manibus tumulata suorum.]

HOC AVTEM. CASVS. Nūc soluit Grat. dicēs non esse lugēdum ex desperatione futurę resurrectionis: & hoc probat auctoritate Pauli: sed propter pietatē lugere non prohibemur, sicut multos sanctos legimus fecisse: & ad hoc inducit duo seq. cap.

HAbent.] CASVS. Non est mirum, si pagani lugent mortuos suos, quia excusationem ha-

β ¶Israel septem.] *Codices B. Ambrosij habent* & Iuxit eum Aegyptus septuaginta diebus: *quemadmodum habet editio lxx. & vulgata. Sed tamen visa est ferri posse lectio hæc, quæ est in omnibus etiam Gratiani manuscriptis: quoniam paulo post in eodem c. 50. Gen. hæc adduntur de Ioseph, & cæteris filijs Israel.* Veneruntq; ad aeream Adad, quæsita est trans Iordanem: vbi celebrantes exequias planctu magno, atque vehementi impleuerunt septem dies.

10 *Lugere autem, & tristari tam pro nostra, quam pro aliorum morte Cyprianus prohibet, dicens in sermone de mortalitate.*

¶Nec pro nostra nec pro aliorum morte tristari debemus. C. XXV.

QVàm præposterum est, quamq; peruersum, ut cum Dei voluntatem fieri postulemus [a]: quando euocat nos, & accersit de hoc mundo Deus non statim voluntatis eius imperio pareamus: obnitimur, & reluctamur: & peruicacium more seruorum ad conspectum Domini cum tristitia, & mœrore perducimur, exeuntes istinc necessitatis vinculo, non obsequio voluntatis: & volumus ab eo pręmijs cælestibus honorari, ad quem venimus inuiti [b]. *Item paulo inferius.* ¶Nobis quoque ipsis minimis, & extremis quoties reuelatum est, quàm frequēter, atque manifeste de Dei dignatione præceptum est; vt cō testarer assidue, & publice prædicarem, fratres nostros non esse lugendos accersione † Dominica de sæculo liberatos; cum sciamus non eos amitti, sed præmitti; recedentes præcedere, ut proficiscentes, & nauigantes solēt.

† *al. accersitione. al. vt.*

Psal. 23.

Item Ioannes Chrysostomus hom. 26. in c. 11. epistolæ ad Hebræos.

¶Ex pusillanimitate mortuos lugere contingit. C. XXVI.

VBicumque [c] sepeliamur; Domini est terra, & plenitudo eius omnino fit, quod oportet fieri. Lugere autem & deplorare, & lamentari eos, qui de hac vita decedunt, ex pusillanimitate contingit.

Hoc autem ex disperatione futuræ resurrectionis intelligitur. Vnde & Apostolus non simpliciter ait: [Nolumus uos ignorare de dormientibus, ut non contristemini] sed addidit: [Sicut & cæteri, qui spem non habent.] Pietatis namq; affectus, & humanitatis intuito mortuos lugere non prohibemur: sicut nonnullos sanctorum, aliorum exequijs pias lachrymas impendisse legimus.

1. Th. ss. 4.

Hinc etiam Anastasius Papa, epist. 2. ad Nerianum.

Et in regesto B. Gregorij li. 7. epis. 111. Ans. l. 7. c. 171. Burc. l. 19. c. 129. Iuo p. 15. c. 139.

¶Qui spem futuræ resurrectionis habent de mortuis tristari non debent. C. XXVII.

HAbent forsitan illi iustam longi doloris excusatio-

habent cum de alia uita non confidant. Sed nos Chriſtiani nimium cōtriſtari de obeuntibus non debemus, ne quodammodo diffidere uideamur: & hoc probatur exēplo Apoſtoli dicētis: Nolumus vos ignorare, &c. [Apud alios,] Ideſt, laicos aut idiotas.

a ¶ Neſciunt.] Id eſt, non credunt. Ioan.

QVi diuina.] CASVS. Quæſitum fuit in concilio Toleta. vtrum mortui ſepeliendi ſunt cū pſalmodia & luctu. Et reſpōdet ꝙ cum pſalmodijs ſic. & lugere non debemus. quod probatur auctoritate Apoſtoli dicētis: De dormientibus aūt. &c. & hoc quilibet epiſcopus parochianis ſuis ꝓhibeat; religioſis tamen hoc ſpecialiter prohibetur.

b ¶ Religioſis.] Illi .n. magis tenent abſtinere ab huiuſmodi luctu, quàm laici.

DE MORTVIS. Hęc eſt 11. pars quæſtio. ſecundum Io. de Fant.

CASVS. Facit Grat. quandam incidentē quæſtionem, utrum defuncti ſciant quæ in mundo geruntur a uiuis? & reſpōdet quòd non: & hoc probat auctoritate Eſaiæ.

c ¶ Sciant.] Mali neſciunt niſi quòd eis ſcire permittitur. ſimiliter nec boni, q adhuc ſunt in igne purgatorio: quia adhuc non fruuntur uiſione Dei, ut inf. ea. fatendum. ſed boni, q fruuntur viſione Dei, ſciunt quid agatur hic: iuxta illud Greg. Quid eſt ꝙ neſciāt qui vidētem omnia uidēt 1? Et alij dīit ꝙ boni dīr ſcire omnia quę ſunt eis neceſſaria.

¶ Neſciuit.] Quia nōdum erat hoſtia oblata, per quā aperta fuit ianua paradiſi, ut ext. de baptiſ. maiores. Ioan.

FAtēdū.] CASVS. Quęſitum eſt ab Aug. vtrum mortui ſciāt qd in hoc mūdo agat a uiuis? & reſpōdet ꝙ non, donec aliquid agitur hic, ſed poſtea per mortuos, q uadunt ad eos ſciunt non oīa, ſed q̄ illi permittūtur audire, & q̄ iſtos recordari licet: an ut ꝑ Angelos,

Defuncti vtrum ſciāt q̄ hic agunt.

1 Dīit qdam ꝙ aīæ immediate uident in ſpeculo Trinitatis ſicut Angeli: vñ Beda ſup Lucā in illo euangelio, Hō qdā erat diues, &c. vbi dr̄ quòd iuſti, qui uident claritatē, nihil eſt in creatura

nem: qui vitam alteram neſciunt [a] qui de hoc ſæculo ad melius eſſe tranſitum non confidūt. Nos autem, qui nouimus, qui hoc credimus, & docemus; contriſtari nimium de obeuntibus non debemus: ne quod apud alios pietatis tenet ſpeciem, hoc magis nobis in culpa ſit. Nam diffidentię quodammodo genus eſt, contra hoc, quod quiſque prędicat, torqueri α mæſtitia, dicente Apoſtolo: Nolumus vos ignorare de dormientibus, vt non contriſtemini, ſicut & cæteri, qui ſpem non habent.] *1. Theſſ. 4.*

α ¶ Torqueri.] *Sic eſt emendatum ex epiſtola B. Gregorij, in qua hoc idem habetur. In epiſtola Anaſtaſij legitur,* contra quod quiſque prædicator, quæritur, iuſtitiā amans, dicente, &c. *In codicibus autem Gratiani etiam manuſcriptis uidebitur mixta eſſe lectio ex utraque, hoc modo,* contra hoc, quod quiſque prædicat quærere iuſtitiam amans, dicente, &c.

Item ex concilio Toletano 3. c. 22.

¶ De eodem. C. XXVIII.

QVi diuina vocatione ab hac vita recedunt; cum pſalmis tantummodo, & pſallentium vocibus debent ad ſepulchra deferri Nam funebre β† carmen, quod vulgo defunctis cantari ſolet, vel in pectoribus ſe aut proximos aut familias cędere omnino ꝓhibemus. Sufficiat autem quòd in ſpe reſurrectionis, Chriſtianorum corporibus famulatus diuinorum impenditur canticorū: Prohibet enim nos Apoſtolus noſtros lugere defunctos, dicens: (De dormientibus autem nolo vos cōtriſtari, ſicut & cæteri, qui ſpem non habent.) Et Dominus non fleuit Lazarum mortuum, ſed ad vitæ huius plorauit ęrumnas reſuſcitandum. Si autem† poteſt hoc epiſcopus omnes Chriſtianos prohibere, agere non moretur. †Religioſis tamen [b] omnino aliter fieri non debere cenſemus. Sic enim Chriſtianorum per omnem mundum humari oportet corpora defunctorum.

† al. funeris præcamen.

1. Theſſ. 4.

Ioan. 11.

† al. enim.

† al. a religioſis.

α ¶ Nam funebre. *Hinc vſque ad verſ.* ſufficiat, *addita ſunt ex originali, vt intelligatur, quæ illa ſint quæ in hoc canone prohibentur.*

11 *De mortuis etiam quæritur, vtrum ſciant* [c] *ea, quæ hic a viuis geruntur. Eſaias ex perſona populi afflicti ait:* [*Abraham pater noſter neſciuit.* [d] *Auguſtinus quoque in libro de agenda cura pro mortuis, illud idem teſtatur, dicens cap. 15.* *Eſa. 63.*

¶ Mortui ex ſe neſciunt, quid hic a viuis geratur.
Cap. XXIX.

FAtendum eſt neſcire quidem mortuos, quid hic agatur; ſed dum hic agitur: poſtea vero audire ab eis, qui hinc ad eos moriendo pergunt, non quidem omnia, ſed quæ ſinuntur indicare, & qui ſinuntur etiā iſta meminiſſe, & quę illos, quibus hæc indicant, oportet audire. Pñt & ab Angelis, qui rebus, quę aguntur hic, pręſto ſunt audire aliquid mortui, quod vnumquemque illorum audire debere indicat, cui cuncta ſubiecta ſunt. *& infra.*

¶ Multi quoque α ad viuos, aliquos ex mortuis venire credunt, a sicut econtrario Paulum ex viuis in paradisum raptum esse diuina scriptura testatur.

α ¶ Multi quoque. *Apud B. August. sic legitur,* Mitti quoq; ad uiuos aliquos ex mortuis, sicut econtrario Paulus ex viuis raptus est, diuina scriptura testatur. *Sed ob glossam non est emendatum. Veritatem uero suæ sententiæ confirmat B. August. aliquot alijs exemplis scripturæ sacræ: quare ex textu deprauato auctor glossæ errandi occasionem sumpsit.*

Et in Vormacien. c. vlt.

12 *De his autem, qui in patibulis suspenduntur, quæritur, an iuxta ecclesias sint sepeliendi. De quibus in Moguntinensi concilio 2. sub Rabano, c. 27. ita statutum est.*

¶ Non est deneganda communio his, qui in patibulis suspenduntur. C. XXX.

Burc. l. 11. c. 76. Iuo p. 14. c. 124. Pann. l. 5. c. 122.

QVæsitum est ab aliquibus fratribus de his, qui in patibulis b suspenduntur pro suis sceleribus post cōfessionem Deo peractam, vtrum cadauera eorum ad ecclesias deferenda sint, & oblationes pro eis offerendæ, & Missæ celebrandæ, an non. Quibus respondimus, si omnibus de peccatis suis puram confessionem agentibus, & digne pęnitentibus communio in fine secundum canonicum iussum danda est: cur non eis, β qui pro peccatis suis pœnam extremam persoluunt? Scriptum est enim. [Non vindicat Deus bis in idipsum.]

Naum primo, secundum lxx.

β ¶ Cur non eis.] *Restitutus est hic locus ex ipso concilio Moguntino, & Vormaciensi, inductis aliquot uerbis, quæ potius perturbabant, quam illustrarent.*

PALEA. C. XXXI.

Ext. de fur. c. 2. In Triburiensi, c. 31. Poly. l. 6. tit. 16. Burc. l. 11. c. 59. Iuo p. 13. c. 45.

FVres, & latrones, si in furando, aut deprædando occidantur; visum est pro eis non orandum. Si comprehensi, aut vulnerati presbytero, vel diacono confessi fuerint, communionem γ eis non negamus.

γ ¶ Communionem.] *Antea legebatur,* confessionem. *Emendatum uero sic est ex Burchardo, Iuone, & Decretali: quibus locis hoc idē citatur ex concilio Triburiensi, & in eo, quod extat, habetur sententia c. 31. copiosius exposita: ubi etiam diaconi nulla fit mentio, sed ita dicitur,* Deoque, & sacerdoti.

[*Item ex concilio Aurelianensi.*]

¶ *Sic in omnibus codicibus, in quibus est hæc palea, & apud Burchardum, & Iuonem, & in Decretali: ex quibus sunt multa emendata, & magni ponderis.*

¶ De eodem. PALEA. C. XXXII.

Sententia habetur ext. de homic. c. 2. Poly. ibidem. Burch. l. 11. c. 60. & l. 19. c. 5. interfecisti furem. Iuo p. 13. c. 46.

SI fur, aut latro captus in præda absque occisione pōt comprehendi, & tamen interficitur; quia ad imaginē Dei creati, & in nomine eius baptizati sunt, interfectores eorum quadraginta diebus non intrent ecclesiā. Lanea veste induti ab escis, & potibus, qui interdicti sūt, a thoro, a gladio, ab equitatu se abstineant. In tertia, quinta feria, & sabbato, aliquo genere leguminū: vel olerum, & pomis, paruisque pisciculis cum mediocri ceruisia vicissim vtantur, & temperare. Sin autem a veridicis

los, qui præsentes sunt rebus, quæ in mundo aguntur, aut per ipsos, qui quandoque ad nos uenire creduntur, sicut econtrario Paul⁹ viuus dicitur esse raptus in paradisum.

a ¶ Credūt.] Et male, quia sunt phātasmata, ut 26. q. 5. episcopi.

DE HIS AVTEM. Hæc est 12. pars q. secūdum Io. de Fan.

CASVS. Quæritur an homines, qui suspenduntur in patibulis, sicut sepeliendi in cęmeterio. Et respōdetur, ꝙ sic, si ipsi pœnituerint.

QVæsitum.] CASVS. Quidam quæsiuerunt in concilio Moguntin. vtrum corpora illorum, qui in patibulis suspendunt̄, sint ad ecclesias deferenda, & diuina pro eis sint celebranda? Et respondet quòd sic, si digne pęnituerīt, quia sicut communio sacramentorum eis in fine non denegatur, ita cōmunio corporis Christi, uel sepultura eis denegari non debet: quia scriptum est. Non vindicat Deus bis in idipsum.

Sepeliri pn̄t suspensi.

b ¶ In patibulis.] Licite ergo sepeliūtur suspensi & concremati, dūmodo hoc fiat auctoritate principis, ut ff. de cadaue. l. 2. & nō est contra. 23. q. 5. placuit. Quæri cōsueuit, quare liberetur ille qui fugit ad ecclesiam, & non ille qui recipit corpus Christi, cum corpus Christi, maius sit omnibus, vt de consec. d. 2. nihil. Respō. quia corpus Christi est cib⁹ animæ, & non corporis, ergo aīam liberat, & nō corpus. Vel dic, ꝙ priuilegiū ecclesiæ ē, & nō dēt trahi ad consequentiā, 1 ut j. 17. q. 4. sicut. nec aliqđ priuilegiū trahēdum est ad cōsequētiā, 7. q. 1. petisti, & 16. q. j. hīc.

Ecclesia & non corpus Christi protegit malefactorem.

1 Ad idē ext. de priuil. sane. verumtn̄ qui tali fugitiuo deferret beneface ret, sed non ē statutū s̄m Vinc. Sed tu defendas, ꝙ tali est per ecclesiam defendendus, quia corpori Chr̄i aliqua res anteponi non dēt. 1. q. 1. c. multi. 95. d. 1. ecce. de consec. d. 5. nihil. Archid.


Canonici cuiusdam.] CASVS. Supra in proxima causa clerici introducuntur litigantes de spiritualibus. Nunc autem subnectit Grat. hanc 14. causam, in qua introducuntur litigantes de temporalibus, ostendens qualiter clericis liceat repetere sua, & an domestici testes sint admittēdi, uel assumendi: Addit. ēt de usuris & de turpi quæstu clericis interdicto, & utrum eleemosynæ fieri possūt de male acquisitis. & ut hæc omnia facilius pateant, proponit thema, de quo sex elicit quæst.

7.c.1.& 2. nec laicus pōt repetere decimas; quia eas nō potest possidere, ut extra de præscr. causam ad hoc enim vt quis possit aliquid repetere, requirit ꝙ fuerit in possessione iuris, uel facti, ut extra de rest. spoliat. ex parte. unde non sufficit probare spoliationem nisi probauerit.

comprobatur testibus, quod sine odij meditatione se, suaque liberando, Diaboli membra interfecerint, & α capi non poterant; pœnitentiam pro homicidio eis non iniungimus; nisi ipsi voluerint aliquid, quod humanitatis est, facere. At si presbyter est, non deponatur: cunctis tamen diebus vitæ suæ pœnitentiam agat.

α ¶ Et capi non poterant.] *Loco istorum verborum in codicibus Gratiani erant, hæc,* & pariter pœniteant, *quæ videntur pugnare cum proxime sequentibus,* pœnitentiā pro homicidio eis non iniungimus. *Restitutus autem est locus ex cæteris collectoribus.*

Clerici an possint sua repetere.

a ¶ Sua repetere.] Omnes clerici, qui habent propriū, uel habere possunt possunt repetere sua: si nō habent propriū non possunt, sed bona ecclesiæ suę repetere possunt, si sunt prelati: uel si prelati non sunt de mandato superioris possūt ea repetere, ut 16. q. 1. monachi 2. Item omnes clerici possunt agere pro miserabilib. personis de mādato superioris. ut 86. dist. peruenit.

CAVSA XIIII.


Canonici † *cuiusdam ecclesiæ quæstionem mouent de prædijs; testes ex fratribus suis producunt: negotiatoribus pecuniam crediderunt, vt ex eorum mercibus emolumenta acciperent.* † al. clerici.

1 *Hic primum quæritur, an liceat eis sua repetere* [a].

2 *Secundo, an illi testes sint audiendi.*

3 *Tertio, an illud sit vsuras exigere.*


4 *Quarto, an liceat clericis, vel laicis a quolibet vsuras expetere.*

5 *Quinto, an eleemosyna de vsuris fieri possint.*

6 *Sexto, an vsurarij pœnitentiam agere valeant, nisi, quod male acceperunt, restituant.*

QVAESTIO I.


Qvod autem sua repetere non possint, facile videtur posse probari. Ait enim Dominus in Euangelio: [*Si vis perfectus* [b] *esse, vade, & uende omnia, quæ habes; & da pauperibus.*] *Quia ergo isti iter perfectionis arripiunt, non licet eis sua habere. Multo ergo minus licet eis repetere; quia non debet repeti quod possideri* [c] *non licet.* ¶ *Item.* [*Si quis voluerit tunicam tuam tollere, & in iudicio tecum contendere,* Matth. 19. Luc. 18. Mar. 10. Matth. 5.


Qvod autē.] CASVS. Hic intitulatur 1. q. qua quæritur, an clericis liceat repetere sua: & certum est, quòd omnes qui renunciauerunt proprijs, cum nihil habeant, sua repetere non possunt, nomine tamen ecclesiæ suæ de mandato sui superioris experiri possunt, & esse in iudicio, ut 16. q. 1. monachi clerici verò sęculares, & omnes, qui non renunciauerunt proprijs, sua repetere possunt, quia neque lege, neq; canone prohibent. Et procedit hoc ordine Grat. in hac quæstione. Primo probat v. auctoritatibus, ꝙ clericis sua repetere non licet, & hoc duabus, Domini, & alia Apostoli, quarta Greg. quinta Carthaginen. conc. tandem allegatis rūdet duplicem adhibendo solutionem, & ita omnia plana sunt vsq; ad §. [Sicut ergo.]

b ¶ Perfectus.] Idest, sine mortali peccato, & sine ueniali. nam curam propriorum non possumus habere sine peccato, ut 25. d. qualis.

c ¶ Possideri.] Simile est 3. q. 1. patet: unde hæreticus non potest petere restitutionem aliquorum: quia nihil proprium potest possidere, vt sup. d. 8. quo iure. & 23. q.

rit, quòd possederit, ut extra de off. deleg. consultationibus. unde patet, quòd quilibet spoliatus habet restitutionis beneficium. extra de appell. significauerūt & extra de rest. spol. olim. Inuenio tamen, ꝙ quis potest petere restōnem, qui de iure possidere non pōt. nam petitur restitutio consanguineæ, cū qua de iure qs nō pōt cōmisceri, ut ext. de rest. spol. literas. Itē seruus petit restitutionem rerum dñi absentis, quas de iure non potest possidere, vt C. si per vim, uel alio modo. l. 1. similiter uxor potest petere res a viro sibi datas si spoliata est: quarum rerum dominium non potest habere. ff. de vi & vi

vi arma l. 1. §. deijcitur. Item habens plura stipendia petit restitutionem alicuius: cum tamen de iure nō possit illud possidere cum alijs, vt extra de præben. referente. Ioan. Ego credo saluo meliori consilio, ꝙ laicus spoliatus decimis potest petere restitutionem, cum latro restituatur,

e Episcopus.] ¶ Prouocatus.] Idest, in iudicium vocatus: debet. n. per alium litigare, vt no. 5. q. 3. cap. vlti. & si mala est causa ecclesiæ, non debet eam fouere: sicut nec tutor pupilli, vt ff. de administ. tuto. l. quoties, §. sicut autem.

dimitte ei & pallium.] ¶ *Item Apostolus in epist. ad Corinthios:* [*Sæcularia igitur iudicia si habueritis* [a] *oīno peccatum est in vobis.* [*Item Gregorius exponens:* [*Omnia mihi licent: sed ego sub nullius* [b] *redigar potestate.*] *inquit:* [*Cum mens concepta desideria sequitur, seruire rebus conuincitur, quarum amore superatur.*]

1. Cor. 6. Li. 5. mortal. c. 8. ad 3. c. Iob.

Item ex concilio Carthaginensi 4. c. 19.

¶ Pro rebus transitorijs episcopus prouocatus non litiget. C. I.

Episcopus nec prouocatus [c] pro rebus transitoriis litiget.

Quia ergo [d] *generaliter perfectis prohibetur in iudicio contendere; patet, quòd istis non licet stare coram iudice.* ¶ *His ita respondetur. Prohibetur perfecto, in iudicio stare captando lucrum, sed non euitando damnum. Vel aliter: Aliud est sua possidere: aliud est communium procuratorem esse. Canonici non possident sua: quia res Deo oblatæ non sunt alicuius. Vtuntur. n. rebus ecclesiæ nō, vt suis sed tanquam ad dispensandū sibi creditis. Vnde Prosper in lib. de vita contēplatiua:* [*Sacerdos, cui dispensationis cura commissa est, &c.*] *require in causa eius, a quo pro ingressu monasterij pecunia exigebatur.* ¶ *Sicut ergo isti non sua possident, ita nec sua repetunt; sed res ecclesiæ, quarum procurationem gerunt. Similiter, quod in iudicio prohibentur contendere, sic intelligendum est: videlicet, vt non sibi stent coram iudice, sed alijs. Alijs autem coram iudice, astitisse, & pro eis iudicem interpellasse nonnullos sanctorum legimus. Hi autem non sibi stant, sed pauperibus, quorum necessitatibus pro futura repetunt, & ita non prohibentur stare coram iudice.* ¶ *Illud vero Euangelij:* [*Si quis abstulerit sibi tunicā, & c. non est præcipientis, sed exhortantis.*

sup. 1. q. 2. sacerdos.

Vnde August. ait libro 19. contra Faustum, c. 25.

¶ Peccat qui vltra debitum exigit, non qui sibi debita reposcit. C. II.

Qvod debetur, [f] & si benigne dimittitur, non tamē inique repetitur. Peccat autē, qui exigit vltra [g] debitum: ideoque lex modum figens, pęnam talionis [h] instituit. Sed tu eo longe es a peccato iniusti exactoris:

d ¶ Quia ergo.] Require sup. 1. q. 2. sacerdos.

SICVT ERGO CASVS. Concludit Gra. ex supradictis, ꝙ clericis sua repetere nō licet: postea rñdet dupliciter allegatis. Et primo sic .s. quod perfecti nō debēt contendere in iudicio captando lucrum, sed vitādo dānum possunt esse in iudicio: Secundo dicit, ꝙ licet clerici regulares sua repetere non possunt, cum nihil habeant: tamen res ecclesiasticas tanquam cōmunes, quarum procurationem gerunt, repetere nō prohibentur: qui in iudicio contendere possunt nō sibi, sed alijs, s. pauperibus: sicut multi sancti fecerunt.

e ¶ Sanctorum.] s. 12. q. 1. expedit.

ILLVD. CASVS. Non respōdet auctoritati Euangelij, si quis, &c. & dicit qđ consiliū Domini est & non præceptum. & ad hoc inducit seq. cap.

Qvod debetur.] CASVS. Quæsitum fuit ab August. vtrum sit peccatum repetere sua? Ei respondet quod non, licet non possint benigne remitti. sed illi peccant qui vltra debitum exigunt, cōtra quos lex pęnam talionis instituit: sed qui nullo modo petunt, remoti sunt a peccato. & pœna iniuste petentis. [Eo.] i. in tantum. [Quo.] idest, inquātum.

stituatur, vt extra de rest. spol. in litteris. cū laici quotidie possideant. 1 decimas ex tolerantia prælatorum, secus in hæretico cum sit excommunicatus, ut extra de hære. excommunicamus, & decre. illa, causam. dicit detinere, & non possidere. B.

a ¶ Habueritis.] Iniuriose. ita vt scandalizemini propter hoc.

b ¶ Sub nullius.] .i. sub rei temporalis potestate nolo redigi: intantum ut aliquem offendam, iuxta illud:

Et mihi res: non me rebus submittere conor, vt extra de verb. sig. intelligentia.

f ¶ Quod debetur.] Ex aliquo maleficio, vel intellige ex quolibet debito.

g ¶ Vltra.] Videtur ergo. quod non possit licite peti pęna dupli, vel quadrupli a fure, ut no. 12. q. 2. in antiquis. quod concedit Hu. sed non est ita, quia hoc habetur ex canone quod peti possit. 11. q. 2. in legibus. 2

h ¶ Talionis.] cōtra delinquentem, s. ut tāta satisfactio petat ab eo, quanta iniuria præcessit, ut 23. q. 3. sex differentię, uel loquitur de pœna talionis infligenda actori, qui iniuste litigat: quia calumniosè agens punitur in sumptibus litis, ut extra de pœnis. calumniam hoc.

Fur ad penā dupli vl' quadrupli pōt conueniri.

1 De hoc no, 12. q. 2. fraternitas ibi videas, & facit ad hoc extra de sentē. excō. quāuis & c. ea nosci tu. vbi plene de hoc nota.

2 Arch.

a ¶ Nullum.] Scilicet quo ipse teneatur alijs, vel aliter idest, nulli vult soluere pœnam pro peccato debitam.
b ¶ Debitum.] Idest, pœnam debitam ex peccato.
c ¶ Sic &c.] Hic est §.
d ¶ Cetera.] Idē q̄ omnia sunt concilij: sicut illud, qui percusserit te in vnā maxillam, &c.

Nam pro se quis testificari non potest. sed contra se sic & ideo cum isti ferūt testimonium super rebus ecclesiæ suæ, quæ spectant ad suam vtilitatem, non sunt audiendi. Postea soluit dicens, q̄ in causa criminali est hoc seruandum, sed in causa ecclesiæ bene admittuntur do-

quò omnino nō exigis debitum: ideoq; bonus magister ait: [Qui te percutit in vnam maxillam, præbe ei & alteram,] præsertim ne cogamur & ipsi reddere debitum ab eo, qui nullum [a] habet debitum. [b] *Luc. 6. Matth. 5.*

¶ *In aliquot vetustis exemplaribus capitulum hoc coniunctum est superior, & confectum est ex verbis B. Augustini lib. 19. contra Faustum c. 25. hinc inde acceptis, & interdum etiam immutatis. Quare præstat integrum illud caput perlegere.*

Sic [c] *& cætera* [d] *accipias. Item in lib. de sancta virginitate, a c. 14. & 15.*

α ¶ Virginitate.] *Restituta est citatio ex Polycarpo. Antea citabatur,* ex sermone Domini in monte; *Sic etiā* §. Quod præcipitur *restitutum est B. Hieronymo.*

¶ De eodem. C. III.

Qvisquis præceptis non obtemperat; reus est, & debitor pœnæ. *& paulo post.* ¶ Præcepto Dn̄i non obedire, peccatum est: cōsilio si vti nolueris, minus boni adipisceris, non mali aliquid perpetrabis. *Item Hierony.* † *lib. 1. contra Iouinianum.* Quod præcipitur imperatur; quod imperatur, [e] necesse est fieri: si non fiat, pœnam habet. *& infra.* ¶ Vbi consilium datur, offerentis arbitrium est: vbi præceptum, necessitas est seruientis. β

Poly. l. 1. tit. 24. c. 15.
† in vulgatis erat. *Greg. in epist. ad Iouinianum.*

β ¶ Seruientis.] *Sequebantur hæc verba,* vt obediat: vel imperantis, ut ei obediatur, *quæ sunt ex puncta auctoritate codicum vetustorum & originalis.*

Qvisquis.] CASVS. In hoc c. & sequenti assignat differentia inter p̄ceptum & cōsilium. quia peccatum est non obedire præcepto, & pœnam sustinet, qui non obseruat: cōsilio vero nō obedire peccatū nō est; sed qui non obedit; minus boni adipiscitur.

Qvod præcipitur imperatur.] Hic Greg. innuit differētiam inter præcipere & impetrare. i. nā aliàs Augu. dicit qđ Cæsar præcipit faciēdum est; quod impetrat, tolerandum est, vt 23. q. 1. militare. Item inter mandatū & præceptum videt esse differentia, quia finitur, 2 mandatū morte mandatoris, vt extra de offic. deleg. relatum. sed p̄ceptum non vt in auth. vt nulli iud. §. & hoc vero iubem⁹ colla. 9. Item quandoque ea quæ sunt præcepti, consuluntur, ut 28. quæst. 1. sic enim. quandoq; etiam quæ sunt mādati. præcipimus ut sic æquiparent præceptum & mandatum. vt C. de act. & oblig. si quidam. Itē quandoque verbum rogandi pro verbo præcipiendi ponit, vt 11. quæstione 3. roge.

1 Istā gl. approbat & dicit eā ueram & notabilē Ale. de Imo. in l. more. coll. x. ff. de iu. om. iu. & p Spe. in tit. de iu. deleg. §. restat ad fi. x. col. & ī tit. de leg. §. finitur. ver. sed pone de facto.
2 Ope exceptionis, ut dicam 18. q. 2. dudū. ibi uideas. 63. dist. principali. Arch.

QVAESTIO II.

De eo autem, quod quæritur, an de suis fratribus [f] testes producere possint multis auctoritatibus videtur esse prohibitum. Leges. n. tam sacrorum canonum, quam sæcularium principum prohibent aduersus aliquem; † testem de sua domo produci. Contra se enim quisque testari potest, pro se vero minime. Quia ergo isti producuntur, vt pro seipsis testimonium ferant. (Non enim vtilitatis suæ ecclesiæ se pœnitus immunes arbitrantur futuros) patet, quod eorum uox in talibus non est audienda. Sed distinctio † hac, & testium

† *al. extraneum.*
† *al. districtio.*

De eo autē.] CASVS. Hic intitulatur secūda quæstio, qua quęritur, an fratres vel domestici testes sint audiendi. Et certum est, q̄ in causa criminali non admittuntur, vt 2. q. 5. c. 1. nisi quando clerici accusant suum prælatum, vt 2. q. 7. lator. & cum accusatur patrimonium propter consanguinitatem, vt 35. q. 6. c. 1. similiter in causa ciuili domestici testes non admittuntur, ut 4. q. 3. etiam in re propria clerici tamen tam pro sua ecclesia, quàm pro aliena bene admittuntur, ut inf. ea. c. 1. & c. quamquam. Et procedit hoc ordine. Primo probat, quod fratres, & domestici testes nōn sunt admittendi: postea dat solutionem. Dicitur ergo, q̄ tam leges, quàm canones prohibent domesticos testes aduersus extraneum assumi,

domestici testes, vt in seq. c. patet.
f ¶ An de suis fratribus.] In causa criminali nunquam admittuntur domestici, vt 3. q. 5. cap. 1. nisi in duobus casibus, scilicet cum canonici accusant prælatum suum, vt 2. quæst. 7. lator. & cum accusatur matrimonium pro pter consanguinitatem, ut 35. quæst. 6. ca. 1. similiter in causa ciuili non admittitur domesticus. 4. q. 3. etiam ciuili iure. Item etiam nisi in causa ecclesiæ suæ, ut inf. eod. cap. 1. & extra de testi. insuper. Similiter ad probandum consanguinitatem admittitur domesticus, ut 35. q. 6. cap. 1. siue agatur ad contrahendū, siue ad dirimēdū matrimonium, vt extra qui matrimon. accu. poss. videt. Sed

Testi pūt qnq mestici.

Sed pro alio impedimento matrimonij domestici non admittuntur, etiam si velint probare affinitatem, vt extra de testi. in literis. Ioan. Sed contra videtur dicere decre. extra de testa. super eo. & sic de facto seruatur: & in illa decret. in litteris suspicio erat contra eum: quia steterat

alijs literis super testibus recipiendis sibi missis prius.

a ¶ Stephani.] vnus canonicus potest inducere in testimonium suum concanonicum contra eiusdem ecclesiæ canonicos: quia non est magis domesticus vni, quam alij: & par affectionis causa suspicionem excludit, vt ff. de ritu nupt. nõ solum. §. 1. sicut & potest ipsum inducere contra suũ prelatũ, vt 2. q. 7. lator. Sed nunquid potest eũ inducere cõtra canonicũ alterius ecclesię: Hug. dicit ꝙ nõ. Tu potes dicere ꝙ sic: qa nõ est domesticus istius, sed ecclesiæ tantũ. similiter p̄latus iste põt induci in testem ꝓ ecclesia sua: dum tñ alius constituat, qui nomine ecclesiæ agat, vt ext. de test. ĩsuper. 2 nec dicunt isti ferre testimoniũ in ꝓpria causa: qa causa ecclesię nõ est in cã singulorũ, vt 12. q. 2. qui manumittitur. si legatarius fert testimoniũ in causa testamenti, in quo aliqd ei relictũ est, vt Insti. de testa. §. legatarius. Sed nõne talibus imperat̃ ab ecclesia; ergo nõ possunt esse testes ꝓ illa, vt 4. quæst. 3. idonei? Sed istud est in fauorem religionis. nã contra rationem pro religione iudicatur, vt ff. de relig. & sump. sunt ꝑsonæ. Sed licet dicã, quod vnus canonicus potest esse testis ĩ causa sui concanonici, non tamen dico, ꝙ possit esse iudex su9 contra extraneum, quia minor causa repellit aliquem à iudicio, quàm à testimonio, vt extra de offic. deleg. cum R.

Canonicus pro canonico testificari potest.

examinatio in criminalibus causis seruanda est: in ciuilibus autem non vsquequaque. In criminali enim causa non licet testem de propria domo produci: in ciuili autem prælatis ecclesiæ licet.

Vnde Paschalis II. Guidoni Archiepiscopo Viennensi Apostolicæ sedis legato scribit dicens.

¶ Clerici pro sua ecclesia testimonium ferre possunt. C. I.

SVper prudentia tua plurimum admiramur, quòd in negocio beati Stephani, [a] clericorum ipsorum acceptare nolueris testimonium. Diuersæ namque sunt species causarum: nec in omnibus causis crimina agitãtur. In criminibus † si quidem accusatorum, & testium illa districtio obseruanda est, quæ in canonibus continet̃; ne qui ad probationem domestici assumantur. Cæterum in possessionum, vel huiusmodi negocijs hi potissimum assumendi sunt; qui eadẽ negocia tractauerunt, [b] de quorum auditu, & visu [c] hæsitatio esse non debeat. Si ergo ijdem clerici idonei sunt ad assertionem causę illius; nullatenus remoueantur, sed sicut alijs literis deliberatum est, inter S. Ioannis, & S. Stephani canonicos lis illa plenius decidatur.

† al. criminalibus.

2 Ad idẽ ff. de uer. sign. princeps, C. de digni. lu. senatorum, sed contra, qa executores negociorũ, & administratores ĩ eijsdẽ negocijs testes esse non possunt. ff. de test. mandatis. Arch.

Potest etiam intelligi aliter. Domestici ad probationem non admittantur, vt pro his videlicet, quorum sunt domestici, testimonium ferant. Hi autem (sicut supra de actoribus dictum est) non pro domesticis, sed pro ecclesia, quæ mater est omnium pauperum, testimonium dicant. In conficiendis autem instrumentis sæcularium negociorum presbyteri non uocentur ad testimonium: sed si casu contractui eos interfuisse contigerit, iubente episcopo testimonium dicant.

Cõtra rationem cõmunem pro religione iudicatur.

Vnde in Synodo habita Romæ ab Eugenio Papa II. statutum est, c. 13.

¶ In conficiendis instrumentis sacerdotes ad testimonium non vocentur. C. II.

Poly. l. 4. tit. 31.

QVamquam sacerdotum testimonium credibilius habeatur; tamen ipsi in sæcularibus negocijs pro te-

terat cum vxore per septem annos, & etiam ibi super affinitate inducebantur domestici. Præterea, vt notauit ibi T. familiares sui erant, vel domestici, quibus imperare potest ratione dominicę uel patrię potestatis: alias domestici bene admittuntur. 1 B.

SVper prouidentia.] CASVS. Guido archiepiscopus Viennensis Apostolicæ sedis legatus in causa, q̃ uertebatur inter canonicos S. Stephani, & canonicos sancti Ioannis, canonicos sancti Stephani ad perhibendum testimoniũ veritati recipere nolebat, qa domestici erãt: quare Paschalis secundus scribit sibi, & docet, quòd in causa criminali testes domestici non assumantur, sed in ciuili ecclesiastica potius ipsi quàm alij recipiantur. præcipit ergo sibi, ut à testimonio ferendo nullo modo repellat clericos B. Stephani, dumodo idonei uideãtur.

[Alijs litteris,] quibus causam illã cõmiserat sibi: uel

1 Alij cõtra 4. q. . ẽt ciui l. iure. nam mercenarij sũt domestici. ff. de pęn. respiciendũ, l. furti. C. de is q. ad ecc. confug. prę-senti. Arch.

b ¶ Tractauerũt.] Quia ea, quæ in capitulo gesta sunt, melius possunt probari per canonicos, quam per alios, ut extra de testib. ueniens, in fi. licet lex dicat aliàs inter domesticos, facile quid confingi posse pro negocij qualitate, ut C. de donat. data.

c ¶ Et uisu.] 3. q. 9. testes.

POTEST. Iste §. diuiditur in duas partes. In prima soluit aliter quam superius dixerat, dicens ꝙ domestici ad testimonium non admittũtur pro eo cuius sunt domestici. supradicta autem clerici nõ pro domesticis admittuntur; sed pro ecclesia; quæ mater est omnium. In secunda parte dicitur, ꝙ presbyteri in contractibus sæcularium non debent ad testimonium uocari: si tamen casu interfuerint, iubente episcopo, testimonium ferre possunt, vt in seq. docetur.

QVanquam.] CASVS. Quæsitum fuit ab Eugenio,

utrum

vtrum sacerdotes sint vocandi ad testimonium super conficiendis instrumentis in negocijs sæcularibus? Et respon. quòd non, si tamen casu interfuerunt vbi laici non inueniuntur idonei, iubente episcopo possunt dicere testimonium, ne veritas occultetur.

sunt, vt mutuum & commodatum. In mutuo certum est, & sequitur, quòd sit gratuitum, alioquin est vsura. Item si commodatum non est gratuitum, non quidem est vsura, sed tamen si aliquid recipitur pro commodato, statim desinit esse commodatum: quia aut recipitur

a ¶ Non rogentur.] An possit cleric[9] cogi, not. 2. quæst. 6. statuendum.

b ¶ Euētu.] j. q. 3. ad fidem.

c ¶ Vel audierint.] Et hoc est in illis casibus, vbi testimonium valet de auditu, vt 3. quæst. 9. si dubitum.

d ¶ Occultet. Istud est regulare quod in defectum probationum quilibet, est cogi, vt extra de test. cog. peruenit immo talis admittitur, qui aliàs nō est idone[9], vt 4. q. 3. item serui responso. simile est 55. dist. priscis. & de cōsecr. distinct. 4. in necessitate. & C. de hæret. l. vlt.

e ¶ Coram se.] Sed qualiter testatur clericus coram episcopo cū causa versat coram laico iudice, cum cōtinētia causę diuidi nō debeat, vt extra de sequestr. ad hæc? Respon. hoc est priuilegiū clericorum, quod nō coguntur coram quolibet iudice testificari sicut egregiæ personæ non coguntur coram quolibet iudice testificari, vt ff. de iureiur. ad personas. 1

Clerici non coguntur testificari.

stimonio, α aut conficiendis instrumentis non rogentur; [a] quia eos in talibus rebus esse non conuenit. Si autem β euentu [b] aliquo causæ interfuerint, & aliquid viderint, vel audierint, [c] vbi nullæ idoneæ sæcularium inueniantur personæ; ne veritas occultetur [d] & malus vt bonus æstimetur, in prouidentia proprij episcopi sit, ut aut coram se [e] & competētibus [f] iudicibus, aut aliter [g] honorifice veritatem attollant. †

† al. testificentur.

α ¶ Pro testimonio.] *Sic est emendatum ex concilijs Eugenij secūdi, & Leonis IIII. & Polycarpo. Antea enim legebatur,* pro cōficiendis instrumentis ad testimonium non rogentur.

β ¶ Si autem.] *In concilijs ipsis & Polycarpo legitur,* si enim euentæ causæ aliquid viderint, &c.

QVAESTIO III.

Q Vòd autem [h] præter summam emolumenta sectari, sit vsuras exigere, Augustini auctoritate probatur, qui in psalmum trigesimum sextum, ad vers. [Tota die] scribit dicens.

¶ Qui plus, quàm dederit, accipit, usuras expetit. C. I.

Sent. 3. dist. 37. Iuo p. 13. c. 17.

SI fœnerauerís homini, id est, mutuam pecuniam tuā dederis, à quo aliquid plus, quàm [i] dedisti, expectes

1 Ad idē ex. de test. ca. si quis, & maximè cū tūc iurare debeant: quod facere nō debent laico. 22. q. vlt. ca. vlt. secundū Io. de Fant.

f ¶ Competentibus.] Scilicet iudicibus ecclesiasticis.

g ¶ Aut aliter.] Id est, vt committat episcopus aliquibus qui recipiant testimonia ipsorum.

Q Vod autem.] CASVS. Hic intitulatur tertia quæstio, in qua quæritur, utrum sit usura, si aliquid præter sortem exigatur? Et certum est, ꝙ sic: nisi cum ecclesia mutuat pecuniam laico, ad hoc vt prædium ecclesiasticum de manu laici redimatur: quo casu fructus ecclesiastici fundi præter sortem retinebit, vt dicit Innoc. III. in prima decret. de feud. & Alex. de vsu. in prima decret. in fi. Similiter non licet aliquid expectare præter sortem, vt j. ead. c. 1. Spes enim facit usurarium sicut simoniacum. arg. 1. q. 3. non solum.

Vsura aliquā nō committitur, licet ultra sortē qd accipiatur.

h ¶ Quod autem.] Hic quæritur, an usura sit ultra sortem aliquid recipere? Et certè sic: nisi in quinque casibus. Primo in casu fauore ecclesiæ, extra de vsur. c. 1. & c. conquestus. Secundò, & cum fideiussor soluit sortem & usuras, potest usuras petere, ut ff. de fideiuss. constitutus. Tertio, & cū pœna petitur præter sortem, vt 12. q. 2. in legibus. Quarto, & cum petitur usura tanquam inter esse, dicam j. ea. q. 4. quoniam multi. & ff. pro soc. l. socius qui. Quinto, & cū recipitur aliquid pro re, quæ nō consistit in pondere, numero, vel mensura, sicut in locatione. Item in sexto casu ratione incertitudinis, vt extra de vsur. in ciuitate. & non solū quodcunque lucrū, sed etiam ipsa spes facit hominem vsurarium, vt j. ead. cap. 1. sicut facit hominem simoniacum, vt 1. quæst. 3. non solum. Ad intelligentiam autem huius quæstionis scias, ꝙ duo sunt contractus, qui de natura sui gratuiti

Contractus duo [illegible] gratuiti.

pitur aliquid pro re ipsa, aut pro vsu rei. si pro re ipsa aliquid recipitur, aut est pecunia, aut alia res. Si pecunia, est emptio seu venditio: si alia res, erit contractus permutationis: si pro vsu rei accipitur pecunia, erit cōtractus locationis: si res alia, erit contractus innominatus, do, vt des, vel do, vt facias. omnes isti contractus sunt liciti laicis etiam causa negociationis, vt 88. dist. fornicari. Clerici tamen inquantum possunt debēt abstinere ab emptione & venditione: quia illud non facile fit sine peccato, vt j. de pœnit. dist. 5. qualitas. tamē in causa necessitatis permissum est clericis negociari, vt extra ne cler. vel mona. cap. 1. licitū tamen est clericis emere aliquam rudem materiam, & inde aliquod artificium facere, si eis sua non sufficiunt, vt 91. distinc. clericus victum. & 21. q. 1. c. 1. de consec. dist. 5. nunquam. & tunc non acquiritur lucrum ex negociatione, sed ex artificio. talia enim lucra licita erant Apostolis, vt 21. quæst. 1. c. 1.

SI fœnerauerís.] CASVS. Aliquis dedit pecuniam mutuam, & præter sortem aliquid expectabat. quæsitum fuit ab Augustino, vtrum sit usurarius? Et respondet quòd sic.

i ¶ Plus quam.] Supple quod consistit in pondere, numero, & mensura. sed in equo & domo aliud est: quia ibi licitum est recipere sortem & lucrum. & est ea ratio, quia in prædictis quæ consistunt in pondere, numero, & mensura, transfertur dominium, cum illud sit mutuum. Vnde res illa statim est periculo) 2 illius q̃ recipit eam. vnde inconueniens esset ut nomine illius rei magis grauaretur; 3 sed domus & equus non sunt periculo sui: unde non est inconueniens, si aliàs grauetur pro re tali dādo aliquid. ad hoc facit ff. de iureiur. cum qui. Sed contra hoc obijcitur. Pone quod aliquis uendat usum

2 Periculo l. si unus ex socijs, §. si unus, ꝑ soc.
3 Arg. ff. de iureiur. c. i. qui.

vſum pecuniæ,& recipiat in ſe periculum pecuniæ. talis contractus non eſt uitioſus, quia cum uſus ſit illius qui vendidit, licite poteſt eum uendere, 1 & ſic habes, ꝙ aliquis pro pecunia poteſt recipere pecuniã,& aliud in hoc caſu,alias non:& hoc ideo,quia pecunia non deterio-

nam generaliter dicitur pecunia quidquid habes, vt 1. q.3.totum.

Plerique.] CASVS. Quidam cum pecuniam mutuaſſent negotiatoribus de lucro mercium partem recipiebãt;quæſitum fuit ab Ambroſ. vtrum hoc debeat reputari vſura? Et reſpondet,quòd ſic,& non ſolũ hoc,ſed ẽt quidquid vltra ſortẽ exigitur quicunq; nomine cẽſeatur dicitur vſura,& ad hoc probandum auctoritatem legis Moſaicę inducit. Sequens ca. planum eſt.

c ¶Pręcepta.] Nolũt quidam facere ꝯ legẽ, ſed faciunt fraudẽ legi. Ille vero facit fraudem legi, qui obſeruat verba legis, ſed mentẽ eius circũuenit, ut ff. de legi. fraus. Fit fraus legi quatuor modis. De re ad rem .i. qñ in fraudẽ datur aliqua res, ut hic & 1. q.1. ſunt nõnulli, talis eſt fraus Macedoniani. ff. ad Macedo. l. ſed Iulianus. §. mutui. Itẽ de ꝑſona ad perſonã, ut cũ quis ſub perſona alterius exercet vſurã, ut 46. d. ſicut non ſuo, & cum maritus nõ poteſt aliquid dare vxori, ſupponit aliã ꝑſonã cui dat, ut ff. de don. inter virum & vxo. hæc eſt rõ. §. vlt. Item de vno contractu ad alium contractum fit fraus, vt cũ mulier nõ poſſit dare aliqd viro, fingit ſe vendere ei: vt ff. de don. inter vir. & vxo. ſi ſponſus. §. circa ſic 16. q.3. ſi ſacerdotes. Item de

Legi ſit fraꝰ quadrupliciter.

accipere, non pecuniam ſolam, ſed aliquid plus, quàm dediſti †, ſiue illud triticum ſit, ſiue vinum, ſiue oleum, ſiue quodlibet aliud: ſi plus quam dediſti, expectas [a] accipere, fœnerator es; & in hoc improbandus, non laudandus.

Item Hieronymus ſuper Ezechielem, lib. 6. ad c. 18.

& in d. gl. ord.

¶Quidquid ſupra datum exigitur, vſura eſt. C. II.

Sent. ibidem. Iuo p.13. c.18. Pann. l.3. c.160.

Putant quidam vſurã tantum eſſe in pecunia [b]. Quod præuidens ſcriptura diuina omnis rei aufert ſuperabundantiam, vt plus non recipias, quàm dediſti *. *Item ibidem.* ¶Alij pro pecunia fęnerata ſolent munuſcula accipere diuerſi generis: & non intelligunt vſuram appellari, & ſuperabundatiam, quidquid illud eſt; ſi ab eo, quod dederint, plus acceperint.

Item Ambroſius in lib. de Tobia, c. 14.

¶Quidquid ſorti accedit, vſura eſt. C. III.

Iuo p.13. c.26.

Plerique refugientes pręcepta [c] legis [d], cum dederint pecuniã negotiatoribus [e], non in pecunia vſuras exigunt; ſed de mercibus eorum, tanquam vſurarum emolumenta percipiunt. Ideo audiant, quid lex [f] dicat *. [Neque vſuram, inquit, eſcarum accipies, neque omnium rerum.] *Item paulo poſt.* ¶Et eſca vſura eſt; & veſtis vſura eſt, & quodcumque ſorti accedit [g], vſura eſt; quod velis ei nomen imponas, vſura eſt. *Item paucis interiectis.* ¶Si quis inſtaurandum conuiuium putat; ad negotiatorem [h] mittit, vt abſynthiaci † α cupellam ſibi gratis deferat; ad cauponem dirigit, vt Picenum vinum, aut tyriacum † requirat: ad lanium, vt hilam † ſibi procuret; ad alium, ut poma [i] ſibi adornet.

Deut. 23.

† al. abſynthiati. † al. theriacum. † al. vulnam.

α ¶Abſynthiaci.] *De hoc uino, quod tardã coctionẽ accelèrat, ideoq; inſtaurandis cõuiuijs aptũ eſt, meminit Dio-*

terioratur, ſed aliæ res deteriorantur. Item nonne ſi creditor alicui gratis mutuat pecuniam, uenditor tenetur ei ad antidora, ut extra de teſta. cum in officijs, & ff. de pet. hære. ſed & ſi. §. conſuluit. & naturaliter eſt ei obligatus ad aliam. quare ergo illam naturalem obligationem non poteſt deducere in ciuilem. ſ. ut pactum fiat pro illa danda, ad quam tamen tenetur, cum etiam alia pacta interueniant in ſpiritualibus, ad quæ alias quis tenetur. extra de præben. ſignificatum. & extra de elect. ſignificaſti.

a ¶Expectas.] Ex pacto ſecundum quoſdam, uel etiam ſine pacto: quia ſola ſpes facit uſurarium, ut hic. Sed qd ſi mutuet eo pacto: ut ſibi etiam remutuet cum opus habuerit? Non credo quod illud poſſet deducere in pactum: & ita hic naturalis obligatio non poteſt deduci in pactum. 2

Putant.] CASVS. Quidam pecunia mutuata pecuniam pro uſura recipere nolebant, ſed munuſcula, quod dicebant non eſſe uſuram, ſed Hieron. dicit quod quidquid ultra ſortem, recipitur, uſura reputatur.

b ¶Pecunia.] Stricte ſumitur hic nomen pecunia:

uno contractu ad alium fit fraus, ſed alio modo, ut cum mulier non poſſit fideiubere, conſtituit ſe principalem debitricem, ut ff. ad Velle. quamuis. 33. q.5. mulierem. 3

d ¶Legis.] id eſt, canonis legitimè agentis. ſ. legis ꝓpheticæ dicentis. Qui pecuniã ſuã non dedit ad uſurã, &c.

e ¶Negotiatoribus.] Videtur, ꝙ ſi quis pecuniam ſuam dedit negotiatori, ut inde emat merces, & det ſibi partem lucri, ꝙ illud ſit licitum, quod non concedo ſi periculum ſpectet ad recipientem, ut ſit inter eos cõtractus mutui. ſed ſi per illa uerba ſocietatem contrahunt, & tunc periculum ſpectat ad utrumque; tunc bene licitum eſt, ꝙ unus ſocius det pecuniam, & alter ſuppleat laborem, qui deeſt in pecunia, ut ff. pro ſo. l. quinta.

f ¶Lex.] Moſaica.

g ¶Accedit.] Ex pacto.

h ¶Ad negotiatorem.] Cum credidit pecuniam.

i ¶Poma.] Videtur ergo, ꝙ uſura differat in hoc a crimine ſimoniæ, quia crimen ſimoniæ non committitur in modico, ut extra de ſi. & ſi quęſtiones. ſed non eſt ita, & c. ſi quæſtiones intelligas, ꝙ non præſumitur in modico committi ſimonia ratione perſonæ.

3 De hac materia plene not. extra de priuil. quanto. ibi vidꝫas in ſumma Hoſt. de contrahẽ. empt. §. ult.

Simonia an in modico cõmittitur.

Quod

QVod vero nec.] CASVS. Hic intitulat quarta quæstio, qua quæritur vtrum laicis, uel clericis liceat vsuras accipere? Et certũ est, quòd non nisi in casibus notatis sup. in prox. q. & in apparatu, & in summa illius quæstionis.

SI quis obligatus.] CASVS. Quidam clerici vsuras centesimas exigebant, uel aliquid aliud præter sorte, & vilius emebant, vt carius alijs uendant, quare fuit constitutum a Martino Papa, ut qui de cætero talia fecerint, deponantur. Item est casus sequentis capituli.

a ¶ Quod vero.] Nulli licitum est usuras sumere, nec etiã Iudæo, ut ext. de usu. post miserabilem. videtur tamen, ꝙ in casu licitũ sit etiam Christiano sumere usuram, ut ĩ. ea. cap. ult. tamen licitũ est aliquando ultra sortem aliquid recipere, ut notaui in proxima quæstio. sup. in summa.

CLerici.] CASVS. Præcipit Gelasius in hoc c. ut clerici ab omni illicita cupiditate cuiuslibet negotiationis se abstineãt: alioquin in quocumq; gradu fuerint: deponẽtur. Sequens capitulum patet.

b ¶ Indignis.] Licitas enim negotiationes possunt clerici facere, vt ex̃ ne clerici, uel monachi, c. 1. & hoc cũ eis sua non sufficiunt, ut 91. dist. clericus.

c ¶ Si cessare.] Non ergo statim deponẽdus est clericus propter vsuras. 47. d. c. 1. argu. contra. 47. d. c. 2. Sol. statim deponendus est, & quod hic dicitur, refertur ad facultatem dispẽsandi. 1

1 Vel de turpi lucro hoc intellige: sed contra in usura s̃m L. de hoc leg. & not. extra de usu. præterea. ibi uideas. Arch.

d ¶ MInistri.] ¶ Datam. Sup. 46. d. non licet.

CAnonum.] CASVS.] Quidã clerici emebant vilius, ut carius uenderẽt, & hoc faciebant studiosa cupiditate lucrandi. Ideo statutũ fuit in concilio Tarraconensi, ut de cætero hoc non faciant, alioquin deponẽtur. [Studio.] idest, studiosa cupiditate.

e ¶ Vel vẽdendi.] in eadem forma: sed in rũdi materia possũt emere chorium, & chartas, & inde facere sotulares, & libros, ut 21. q. 1. c. 1. & 91. d. clericus, nec est negotiatio: sed artificium.

scorides lib. 5. c. 49. Lampridius de Heliogabalo inquit, & rosato, atque absynthio † vulgus ad bibendum inuitauit. *De hoc Alciatus parer. l. 7. c. vlt.*

a ¶ Ex cap. 1. 1. c. 125.

† *fortasse*, absynthiaco, *aut* absynthiato.

Item ex concilio Agathensi.

¶ Quando amplius, quàm debetur, exigitur, vsura est. C. IIII.

Burc. l. 2. c. 126. Iuo p. 6. c. 200. Pann. l. 3. c. 161.

VSura est, ubi amplius requiritur, quàm datur. V. g. si dederis solidos decem, & amplius quæsieris: vel dederis frumenti modium vnum, & super aliquid exegeris.

Ecce euidenter ostenditur, quòd quidquid ultra sortem exigitur, vsura est.

QVAESTIO IIII.



Vòd vero a nec clericis, nec laicis liceat vsuras exigere, probatur auctoritate Gelasij, & aliorum.

Ait enim Gelasius Papa scribens episcopis per Lucaniam, & Siciliam. c. 17.

¶ A quæstibus negotiationis clerici abstineant. Cap. I.

dist. 88. consequens §. proinde. Iuo p. 12. c. 28.

CLerici aut ab indignis b quæstib. nouerint abstinendum, & ab omni cuiuslibet negotiationis ingenio, vel cupiditate cessandum; aut in quocumque gradu sint positi; si cessare c noluerint α, mox a clericalibus officijs abstinere cogantur.

α ¶ Si cessare noluerint.] *Hæc non sunt in epistola; neq; referuntur supra dist. 88. c. consequens, sed non sunt expuncta ob glossam.*

Item ex concilio Arelatensi primo, quod confirmauit Papa Siluester, c. 12.

¶ Excommunicentur ministri, qui fœnerantur. Cap. II.

Iuo p. 13. c. 10. † *De minist.*] orig.

MInistri †, qui fęnerantur, placuit iuxta formam diuinitus datam d, eos a communione abstinere.

Item ex concilio Tarraconensi, c. 2.

¶ Qui volunt esse in clero, a studio negotiationis abstineant. C. III.

Burc. l. 2. c. 122. Iuo p. 13. c. 13. & p. 6. c. 197.

CAnonum statutis firmatum est, vt quicumq; in clero esse voluerit; emendi vilius, uel vendendi e carius studio non vtatur. Quod certe si voluerit exercere, cohibeatur a clero.

Item ex concilio Martini Papæ, c. 62.

¶ Alienetur a clero, vsuras, aut superabundantiam exigens. C. IIII.

in capitulis Marc. Brach.

SI quis oblitus timorem Domini, & sanctam scripturam, quæ dicit; [Pecuniam suã non dedit ad vsuram;] Psal. 14.

a ¶ Ex quolibet.] 21.quæst.3.placuit.

SI quis clericus.] CASVS. Quidam clericus mutuauit certam quantitatem pecuniæ alicui certo tpe soluendam; quæsitũ est in Niceno concilio, si tpe statuto ad solutionẽ faciendam velit recipere frumentum, vel aliam speciẽ loco pecuniæ, sub quo pretio dẽat eam recipere. Et rñdet; ꝙ sub eo pretio, quo vendi potest tpe solutionis faciendæ, & tñ recipiat sub eo pretio donec perueniat ad summã, quam mutuauit. Si vero non vult speciem, sed pecuniã recipiat eam sine augmẽto. Ita vĩ mihi quæstio huius c. formanda, licet Beneuen. aliter eã formauerit: nec ĩ ea casus positio a sua differt nisi in formatione quæstionis. & Hugo fere idem dicit cum Beneuent. Sequens c. patet.

post hanc cognitionem magni concilii *a* feneranerit, & centesimas exegerit, aut ex quolibet [a] negocio turpe lucrũ quæsierit, aut ꝑ diuersas species vini, vel frugis, uel cuiuslibet rei, emẽdo, vel vẽdendo aliqua incremẽta susceperit; de gradu suo deiectus alienus habeatur a clero.

a ¶ Magni concilij. *Sic loquitur Martinus Brachar. quoniã hanc sententiã accepit ex cap. 17. cõcilij Nicæni, quod citatur inf. ead. c. quoniam, & in duob. vetustis Gratiani exemplaribus post hoc continuo illud subiungitur.*

Item ex concilio Tarraconensi, c.3.

¶ Pro pecunia, quam clericus mutuo dedit, iusto pretio species accipere potest. C. V.

Iuo p.6.c.369. & p.13.c.14. Pann.l.3.c.159.

ij SI quis clericus solidum [b] in necessitate præstiterit; hoc [c] de vino, vel frumento accipiat, quod [d] mercandi [e] causa tempore statuta [f] decretum [g] fuerit venũdari. Cæterum si speciem non habuerit necessariam; ipsum, quod dedit, sine vllo augmento recipiat.

Item ex concilio Carthaginensi † 3. c.16.

† In vulgatis erat Agathensi 3.]

Ansel.l.7.c.153. Burc.l.2.c.124. Iuo p.6.c.198. & p.13.c.9. Pann.l.3.c.158. Rab.pen.c.32. & in concil. Aquisgran.c.62.

¶ Clericus non accipiat plus quàm commodauit. C. VI.

NVllus clericorum amplius recipiat, quàm cuiquam accommodauerit: si pecuniam, pecuniam accipiat: speciem eandem, quantum dederit accipiat: & quidquid aliud tantum, quantam dederit, accipiat.

Item Leo Papa, epist.1 c.3.

¶ Etiam laicis vsura damnabilis est. C. VII.

Poly.l.4.tit.31. Burc.l.2.c.123. Ansel.l.7.c.149. Iuo p.6.c.65.

NEc hoc quoque prætereundũ esse duximus, quosdam lucri turpis cupiditate captos vsurariã exercere pecuniam, & fœnore velle ditescere. Quod nos, non dicam in eos qui sunt in clericali officio constituti, sed & in laicos cadere, qui Christianos se dici cupiunt, condolemus. Quod vindicari acrius in eos, qui fuerint confutati, decernimus, vt omnis peccandi opportunitas adimatur.

Item ex Nicæno concilio, c.17.

& in Aquisgran. c.40.

¶ Eiiciantur a clero turpia lucra sectantes. C. VIII.

dist.47. quoniam multi. Burch.l.2.c.120. Iuo p.13.c.8.

QVoniam multi clerici auaritiæ causa turpia lucra sectantes, obliti sunt diuini præcepti, quo dictum est: [Qui pecuniam suã non dedit ad vsurã.] fenerãtes, centesimas exigunt; statuit hoc sanctum concilium, vt si quis inuentus fuerit post hanc definitionem usuras accipere, uel ex quolibet tali negocio turpia lucra sectari, uel etiam spẽs frumentorum ad sescuplum dare, omnis, qui tale aliquid conatus † fuerit ad quæstum, [h] deiiciatur a clero, & alienus ab ecclesiastico habeatur gradu.

† al. commentus.

¶ *Supra dist.47. hic idẽ canon affertur ex versione Dionysii, qui nunc ex prisca, quæ est in collectione Isidori.*

Item Iulius Papa.

cap.l.1.c.131.

b ¶ Solidum.] .i. pecuniam numeratã.
c ¶ Hoc.] id est, tñ.
d ¶ Quod.] Idest, quantum.
e ¶ Mercandi.] Si deberent vendi.
f ¶ Tpe statuto.] i. solutionis tẽpore.
g ¶ Decretũ.] A iudice, vl' ab alia. s. hoc vult dicere, ꝙ creditor frumentum pro tanta pecunia debet recipere, quantũ ualuit tpe solutionis. [1] & ita considerandũ est tẽp⁹ solutionis. sed si non est præfixum: tũc æstimatur quantum ualet tpe quo res petit̃, ut ff. si cer. pet. l. uinum.

1 Non intelligas, qđ hic imponat̃ necessitas uẽdi tori aliud q̃ dẽat accipiẽdi, sed plus nõ exigendi. aliud. n. pro alio non põt solui inuito. ff. de solut. si quis, C. e. tit. cum aũt, ſm Bart. Isido. Archid.

NEc hoc.] CASVS. Dicit Leo Papa, quod quidam turpia lucra sectantes, usuras exercẽt: de quo dicit si valde dolere non solũ in clericis, sed etiam in laicis: qđ dicit esse acrius uindicãdum in clericos, quàm in laicos, ut ceteris metus incutiatur.

h QVoniã.] ¶ Ad quæstum.] Vĩ hic ꝙ prohibeamur sumere usurã causa lucri captãdi, nõ autẽ uitandi dãni. ar. ad hoc s̃. e. si q̃s oblitus. ubi dicit, incremẽta susceperit: maximè si sit bonæ fidei contractus, [2] ubi ex sola mora ueniũt usuræ, ut ff. de usur. mora, §. in bonæ. si q̃s ergo est in mora soluẽdi, ab eo põt repeti usuræ, nõ tanq̃ usuræ, sed tanq̃ interesse, ut ff. ꝓ soc. socius q. & tũc petunt̃ usuræ iudicis officio, non iure actionis, licitè. n. potest q̃s agere ad hoc ut

Vsuræ causa dãni uitandi põt peti.

2 Quæ sint actiones siue cõtractus bonæ fidei, hr̃ Insti. de act. §. actionum. & no. ext. de except. cum uenerabilis, in gl. quæsitum, &c.

vt reddatur indemnis, ut extra de fideiuss. peruenit. & 12.q.2.si quis de clericis.ubi agitur ad interesse.

Q Vicunque.] CASVS. Aliqui tempore messium uel vindemiarum, non necessitate, sed propter lucri cupiditatem emunt vinum uel annonam pro duobus denarijs hac intentione, ut seruēt postea, donec pro quatuor uendant uel pro pluribus. Quæsitum est a Iulio Papa. vtrum hoc sit turpe lucrū? Et respondet quod sic. & dicit Hugo, ꝙ hoc c. loquitur generaliter tam de clerico, quàm de laico. Sequens c. patet.

a ¶ Modium.] Si aliquis uendat merces q̄ modo ualent quatuor, & facit pactū ut ei dētur quinque ad terminum præfixum: illud non est usura, si debitum est quātum possunt valere merces illæ ad terminum præfixū: ut extra de vsur. in ciuitate, licet si uenderet longè cariori foro quā modo, valeant, tūc esset usura, ut ext. eo. tit. consuluit Io. Et quod dicit de uenditione mercium, intelligit si tēpore contractus non fuerat uenditurus: alioquin esset usura, ut extra eod. tit. c. ult. B.

Vsura qn̄q; nō fit, licet pro quatuor quinque soluantur.

b SI quis.] ¶ Rapinam.] Sic ergo vsurarius est raptor. ergo in cū nō transfertur dominium, sicut nec in simoniacum. potest tamen concedi, quòd trāsfertur dominium in eum. Item cum vsurarius non audiatur nisi restituat vsuras, quas ab aliquo receperit, ergo nec raptor. ut videt quod non admitto & rapina largè sumitur pro qualibet iniusta usurpatione, ut 32.q.4. meretrices.

Dn̄ium an trāsferat in usurarium?

Q Vid dicam.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, ꝙ crudelis est, qui usuram exercet sicut ille, qui facit rapinam; quia usura restitui debet, si sit sub quo iudice repeti possit. In secunda parte inuehitur cōtra auaritiam & cupiditatem usurarij, quæ satiari non potest. Et ostendit, quod huiusurarius cum peccato possidet usuram, quia alienum est: & ideo restituendum, quia iniustè possidet, & eo male utitur.

c ¶ Reddi.] Id est. dari: quia uerbum redderdi ponitur pro uerbo dandi. ff. de uerb. sign. uerbū reddendi potest tū dici ꝙ sm leges non sunt dandæ usuræ, tum quia sacræ leges non dedignantur imitari sacros canones, ut 2.q.3. ... tum quia Imperator iubet seruari ea, quæ statuta sunt in Nicæno concilio, ut in Auth. de eccl. tit. in princ. coll. 9. sed Nicænum concilium prohibet usuras, ut 47. dist. quoniam. & 5. ea. quoniam. cū ergo Imperator constitutione sua confirmauit statuta Nicæni concilij, patet ꝙ voluit derogare omnibus legibus quæ loquuntur de vsuris. Vel dic, ut dixi 10. d. lege.

Vsuræ etiam sm leges nō sunt dandæ.

d ¶ Scriptum est.] In prologo Bibliæ.

e ¶ Totus mundus.] Idest, quælibet parua pars mundi, ut hæc dictio, totus, hic ponatur distributiue.

f ¶ Nec obolus.] Supple est totus mundus.

g ¶ Alienum.] Canon fingit rem alienam illam, qua quis male utitur, ut hic, & 47. distin. sicut hi. & extra de uerb. sign. c. ius dicitur.

PORRO. CASVS. Supra dictum est, quòd usuræ non debent exigi: nunc ponit casum, in quo possunt exigi, & ad hoc inducit sequens cap.

A B illo.] CASVS. Quæsitum fuit ab Ambrosio, a quo usuræ exigi sine peccato uel recipi possint. Et respondet quod ab illo, cui nocere merito desideramus & contra quem bellum iuste mouemus, sed bello uincere non ualemus. Hoc c. intelligit H. generaliter de Iudæo pagano hæretico, & Christiano quolibet, contra quem bellum iuste mouetur.

a ¶ Cui.]

¶ Turpe lucrum sequitur, qui minus emit, vt plus vendat. C. IX.

Poly. ibidem. Burc. l. 2. c. 127. Iuo p. 6. c. 201. & p. 13. c. 21. Pann. l. 3. c. 162.

QVicunque tempore messis, vel vindemiæ, nō necessitate, sed propter cupiditatem comparat annonā, vel vinum, verbi gratia de duobus denarijs comparat modium [a] vnum, & seruat vsq; dum vendatur denarijs quatuor, aut sex, aut amplius; hoc turpe lucrū dicimus.

¶ *Caput hoc apud Burchardum, & Iuonem p. 6. c. 201. & in Pannormia citatur ex decretis Iulij Papæ vsurarijs missis. Verum idem Iuo par 13. c. 21. citat ex capitularibus quorum lib. 1. c. 131. habetur.*

Item Ambrosius in libro de bono mortis, c. 12.

¶ Rapinam facit, qui vsuram accipit. C. X.

SI quis vsuram acceperit; rapinam [b] facit, vita non viuit.

Item Augustinus ad Macedonium, epist. 54.

¶ Non minus crudelis est, qui pauperem trucidat fœnore, quàm qui diuiti aliqua rapit. C. XI.

Poly. li. 6. tit. 20.

QVid dicam de vsuris, quas etiam ipsæ leges, & iudices reddi [c] iubent? An crudelior est, qui subtrahit aliquid, vel eripit diuiti; quàm qui trucidat pauperem fœnore? Hæc, atque huiusmodi male vtiq; possidentur: & vellem, vt restituerentur: sed non est, quo iudice repetantur. Iam vero, si prudenter intueamur, quod scriptum est [d]; [Fidelis hominis totus mundus [e] diuitiæ sunt: infidelis autē, nec obolus [f];] nonne omnes, qui sibi videntur gaudere licet conquisitis, eisque uti nesciunt; aliena possidere conuincimus? Hoc enim certè alienum [g] non est, quod iure possidetur; hoc autem iure, quod iustè, & hoc iustè, quòd bene†. Omne igitur, quòd male possidetur; alienum est: malè autem possidet, qui male vtitur.

Prouer. 17.

Porro, a quo usuræ exigendæ sint, Ambrosius testatur dicens in libro de Tobia, c. 15.

¶ Ab illo vsuram exigere possumus, cui iure nocemus. C. XII.

Iuo p. 23. c. 27. † *Ibi inquit*] orig.

AB † illo vsuram exige, cui merito nocere desideras;

† Hi... Th. Aqu... in opus... trac. de ... c. 5. inf... sm lege... uinam ... transfe... dn̄ium ... furarii ... tm̄ sm ... human...

1 Hic ... dicere, ... q̄ possi... cet pau... ei suff... ac si ... munde... set suu... Gof. A...

a ¶ Cui.] Sicut nulli nocere dēs, sic a nullo dēs petere vsuras. vt c. intelligatur negatiue, & sic planū est. Alij dicunt, ꝙ ab hostib. licitum est petere vsuras. nā & oīa eorum licite possumus auferre, vt 23. q. 7. c. 1. & 2. & q-buscumq; insidijs possumus nocere eis, ut 23. q. 2. dñs. b ¶ Vbi bus, non prohibet quin idem de alijs.

c ¶ Quòd vero.] Quidam gñaliter dicunt, ꝙ de nullo illicite acquisito potest fieri eleemosyna, nec de meretricio, nec de vsura, nec de alea, nec de histrionatu, nec de simonia scriptum est. g. Honora Dominum de tuis laboribus... non est putanda, & in Deut. dicitur. Non accipies mercedem prostibuli, & est ... hoc ī. ea. eleemosyna. & 32. q. 4. ... sūt, nā illicitè acquisita non sunt in bonis nrīs, nec nostra, vt ff. de soc. cum de ob. §. vlt. Alij dñt, ꝙ si de illicitè acquisitis nō trāsfert dñium, vel etiam trāsfertur sed competit repetitio; nō potest vñ fieri eleemosyna, ut in vsura. argu. ext. d iureiu. debitores, & ī simonia, vt ext. de simo. veniēs Sed si nō dat repetitio, & transfertur dominium, bñ fit inde eleemosyna, vt si aliquid datur meretrici illud nō pōt repeti, vt ff. de cond. ob turpē cau. idē ꝙ si. §. quoties. vñ de tali pōt meretrix facere eleemosynam. Idem de eo est quod dat histrioni, & de eo ꝙ extorquetur ratione officij alicuius, vt inf. ead. nō sanè. Quod autem dicitur, quòd sacerdos nō potest percipere mercedem postribuli, potest dici, quòd

Eleemosyna verū fieri potest ... acquisitis.

cui [a] iure inferuntur arma, huic legitime indicātur vsuræ, quem bello vincere facile non potes. De hoc cito potes centesima vindicare te. Ab hoc vsuram exige; quem non sit crimen occidere. Sine ferro dimicat, qui vsuram flagitat: sine gladio se de hoste vlciscitur, qui fuerit vsurarius exactor inimici. Ergo vbi ius [b] belli, ibi etiam ius vsuræ.

QVAESTIO V.



Vod vero [c] eleemosynæ non sint faciendæ ex fœnore, vel vsuris, nec ex quolibet malè acquisito; Augustinus testatur in libro de uerbis Domini, sermone 35.

Iuo p. 13. c. 16.

¶ De vsuris eleemosynæ fieri non possunt. C. I.

NOlite velle eleemosynas facere de fœnore, & vsuris. [d]

Item Ecclesiastici 34.

¶ Oblatio de rapina reprobatur a Deo. C. II.

† *immolantis.*] ori.

IMmolans † ex iniquo oblatio est maculata. *& infra.* ¶ Dona iniquorum [e] non probat altissimus, nec respicit in oblationes iniquorū: nec in multitudine [f] sacrificiorum eorum propitiabitur peccatis. Qui offert sacrificium de substantia pauperum; quasi qui victimat filiū in conspectu patris sui. Panis egentium, vita pauperis est. † Qui defraudat illum, homo sanguinis est. Qui aufert in sudore panem; quasi qui occidit proximum. Qui effundit sanguinem, & qui fraudem facit mercenario, fratres [h] sunt.

Item Augustinus in lib. 50. homiliarum, hom. 7.

b ¶ Vbi ius.] Iustū bellum est quod geritur ex edicto principis, vt 33. q. 2. iustum. Ioan.

Vòd vero.] Hæc quæstio diuiditur ī quatuor partes, in prima quarum probat per o. auctoritꝫ ꝙ de vsuris, & rebus male acquisitis, de quib. dñium non transfertur, non possunt fieri eleemosynæ. Secunda ibi. [Econtra.] Tertia ibi, [Item obijcitur.] Quarta ibi, [Sed Aug.] Io.

CASVS. Hic intitulatur quinta quæstio, vbi queritur, an ex vsuris, & rebus male acquisitis possint eleemosynæ fieri. Et certe quidam dicunt, ꝙ ex nulla re illicitè acq-sita pōt eleemosyna fieri, vt ī. ea. eleemosyna, & 1. q. 1. non est putanda. vbi di: Honora Dñm de tuis iustis laboribus, & in Deute. Non accipies mercedē postribuli. Alij distinguunt vtrū transferatur dñium, uel nō. Vbi non transfertur dñium, de rebus illis eleemosyna fieri non potest, ut de rapina & furto. Vel ubi trāsfertur, sed datur repetitio, similiter eleemosyna fieri non pōt, ut in usura, & re per metum extorta, & etiam in simonia. Vbi autem transfertur dominium, & non competit repetitio, eleemosyna fieri potest. ut de re ꝑ meretricium acquisita, & de re quæ datur histrioni, ut ī. c. qui habetis, & cap. non sane. Quod dicitur: non accipies mercedem postribuli, non obstat: quia oblatio licet de ea fieri non possit, nō prohibetur quin eleemosyna fieri possit, & quod dicitur: Honora Dominum de iustis laboribus non dēt recipi oblatio meretricis, licet eleemosyna possit inde fieri, & hæc est ratio, ut propter ruborem citius conuertatur, ut 90. d. oblationes, & 17. q. 4. miror. Sed de illis, quę sunt extorta per uiolentiam, non rōne officij alicuius, ut de rapina, & de furto, non pōt fieri eleemosyna. Dicunt tamē quidam, quòd si res furtiua uendatur, de nummis illis pōt fieri eleemosyna: quia non sunt nummi furtiui, qui dantur pro re furtiua, ut ff. de fur. qui uas. §. ult. quod nō credo, ut ext. de usur. cum tu. in fine. 1

1 De hoc no. extra de decimis ex transmissa.

d Nolite.] ¶ Vsuris.] Hic inculcatio uerborum est, & fœnus dicitur usura usurarum. Vnde Lucanus.

Hinc usura uorax, auidumque in tempore fœnus.

IMmolans.] CASVS. Aug. in hoc c. reprehendit illos, qui ex male acquisito faciunt oblationes. Nam qui offert sacrificium, uel oblationes ex iniusto acquisito, similis est illi, qui interficit filium in conspectu patris, nam qui rapit pauperibus, & qui sanguinē fundit humanum, & homicida reputatur, & similes sunt in malo. [Immolans,] idest, immolantis.

e ¶ Iniquorum.] sup. 1. q. 1. nullus, & c. nō est putāda.

f ¶ Nec in multitudine.] Sed in meritis, ut 24. q. 1. odi.

g ¶ Sanguinis.] Sup. 86. dist. pasce.

h ¶ Fratres.] i. pares siue similes in peccato, inf. ead. c. multi. & de pœni. dist. 1. homicidiorum.

For-

Forte.] CASVS. Quidā putant se non peccare, si auferant auaro, & diuiti, vt pauperib. largiātur: sed dicit Aug. ꝙ tales diabolica suggestione mouētur: quia qui talia faciunt, addunt iniquitatem iniquitati.

a ¶ Non habebo.] Nec enim propter bonum est faciēdum malum, vt 30. q. 1. nosse. 32. q. 4. sicut non sunt 1 nō vī tū, ꝙ talis furtū committat: quia furtum non fit nisi adsit animus lucrādi, vt ff. de fur. l. 1. sed non est ita: quia species furti est ex alieno largiri, vt ff. de furt. si pignore. §. 1.

Malum pp bonū nō est faciendum.

1 Ad hoc plene extra ne cleri. vel mona. c. 3.

SI quid inuenisti] CASVS. Dicit Augu. in hoc c. ꝙ si aliquis īueniat aliqd, & animo lucrādi retinuit, talis dr raptor: nā qui alienū negat, si inueniret alienum, tolleret, & dolet ꝙ plus non inuenit. Deus enim respicit cor, & nō manum. Sequētia duo capitula patent.

b ¶ Si qd inuenisti.] Hic notabis ꝙ si inueni rem aliq habitam pro derelicto, licet intendā eā furari: non tamen committo furtum. Item si non habetur pro derelicto. credo tñ ꝙ hēatur pro derelicto, similiter nō cōmitto furtū. si autē non habetur pro derelicto, nec credas ꝙ habeatur, si eo animo accepisti, vt dño restituas, non committis furtum: hoc tamen in libello debes ptestari hoc totū habes, ff. de fur. falsus, §. q alienum. Item & hoc scias, ꝙ si qs inuenit thesaurum in loco pprio, statim inuētoris ē: si āt in loco alieno, & casu fortuito eū inuenerit, dimidius sit inuentoris, & dimidius sit dñi loci. si vero studiose qsiuit, & inuenit eum in loco alterius, tot⁹ erit dñi loci. si vero in sacro, vel religioso loco casu fortuito inuenit thesaurū, totus est inuētoris, ut inst. de re. diu. §. thesaur⁹, & C. de thes. l. nemo. lib. 10. Io.

Furari intendens qñque furtum non committit.

Thesaurus inuentus cuius est.

¶ Non est aliquid rapiendum diuitibus, vt detur egenis. C. III.

FOrte aliquis hoc secum cogitat, & dicit; multi sunt Christiani diuites, auari, cupidi: non habebo [a] peccatum; si suum illis abstulero, & pauperibus dedero. Vnde enim illi nihil boni agunt, mercedem habere potero, si ego eleemosynas dedero. Etiam in hac re parcat vnusquisque animæ suæ, quia huiusmodi cogitatio ex diaboli calliditate suggeritur. Nam etiamsi totum tribuat pauperibus, quod abstulerit; addit potius peccata, quam minuat.

[*Item Hieronymus.*]

¶ De eodem. PALEA. C. IIII.

NEmo qui rapit † moriēs, si habet vnde reddat; saluatur. Si eos quorum fuit, inuenire non poterit; ecclesiæ, vel pauperibus tribuat. † *al. in rapina moriens.*

¶ *Hæc & sequens Palea absunt a plerisque vetustis, etiā in quibus cætera esse solent. In vno autem habentur sup. ead q. 4. post c.* si quis vsuram.

[*Item Ambrosius.*]

¶ De eodem. PALEA. C. V.

RApinam emere non licet, nisi ea intentione, vt cui est ablata, reddatur. & serm. 21. de verbis Apostoli.

Item August. in lib. 50. homiliarum, hom. 9:

¶ Furtum committit, qui inuentum non reddit. C. VI. Poly. l. 6. tit. 16.

SI quid inuenisti, [b] & non reddidisti; rapuisti; quātū potuisti, fecisti. Quia plus non inuenisti, ideo non plus rapuisti. Qui alienum negat; si posset, & tolleret. *& paucis interiectis.* ¶ Deus cor interrogat, non manū.

Item Greg. lib. 7. epist. 110. ad Siagrium.

¶ Qui de rebus concessis, & bene quæsitis eleemosynam impendit, illa placet Deo. C. VII.

ELeemosyna redemptoris nostri oculis illa placet, quæ non ex illicitis rebus, & iniquitate congerit; sed quæ de rebus cōcessis, & bene acquisitis impēditur. Poly. l. 2. tit. 1. Pann. l. 2. c. 191.

¶ *In epistola B. Gregorij verbis huius capitis præponuntur verba capitis, non est putanda, supra 1. q. 1.*

Item Hieronymus in lib. Leuitici.

¶ Peccat, qui rem inuentam non reddit. C. VIII.

MVlti sine peccato putant esse; si alienū, quod inuenerint teneant: & dicunt, [c] Deus mihi dedit; cui habeo reddere? Discant ergo peccatum hoc esse simile rapinæ, si quis inuenta non reddat. Origenes ho. 4. ad c. 6. Leuitici.

Item Augustinus lib. de bono coniugali, c. 4.

¶ Bonus usus non iustificat iniuste quæsita. C. IX.

NEque enim si agris inique, ac perperam inuasis ita

c MVlti.] ¶ Dicunt.] Isti male dicunt quia omnes scire debent quod suum non est, ad alios pertinere, vt C. vnde vi. conquerebatur.

NEque.] CASVS. In hoc c. ostendit. Aug. ꝙ malum præcedens (vt rapina, vel inuasio) non excusatur propter bonū sequens, & hoc probatur duob. exēplis, scilicet primo, & tertio. Et econuerso bonum precedēs non non vitiatur malo sequenti, & hoc probat duob. exemplis, s. secundo, & quarto. Et no. ꝙ prima duo exempla

plà opponuntur sibi:& sequentia duo similiter. Secũdum exemplum est ibi,[Neque si alias.] Tertiũ ibi, [Nec tyrannice. Quartũ ibi,[Nec vituperabilis ordo.] a ¶ Iustificat.] Arg. ꝙ bonum non improbatur ꝓpter malum cohærẽs: nec malum approbatur ꝑꝑ bonum cohærens, i vt 56. d. vndecunque & 23. q. 5. relegentes. Ar. contra, 22. q. 2. si quælibet.

b ¶ Laudabilis. j.i. licet iniuste electus bene vtatur dignitate, per hoc nõ conualescit dignitas, ut 1. q. 1. principatus: hoc tamen fallit, vt ext. de renun. nisi.

c ¶ Iniusta.] Idest, iniuste acquisita. Omnis enim potestas à Deo est. arg. 23. q. 1. quid culpatur.

Denique.] CASVS. Quæsitum est ab Ambr. vtrum in causa pecuniaria, quę vertitur inter aliquos, possit sacerdos pro altero licite postulare? Et resp. ꝙ nõ qa cõmodius est ut neuter iuuetur, quàm grauetur alter: quia ad officiũ sacerdotis spectat vt nemini noceat, sed ꝓsit oĩbus. & facit principiũ c. ad ꝓpositũ Gratiani. s. vt alienũ nõ auferã, vt alteri subueniã pecuniariter maxime.

d ¶ Deniq.] Sic 11. q. 3. nolite. cũ suis concor. & 13. q. 2. non æstimemus.

e ¶ Neutrũ.] Ar. ꝙ nulli subueniẽdum est cum iniuria alterius. vt 22. qõ. 2. primum. 2 & cauẽdũ est ne prætextu nocẽtis ĩnocẽs puniatur. C. de his qui latro. occ. l. 2. in fi. qa sanctius est. &c. ff. de pœn. absentẽ. & pęna suos tenebit auctores. C. de pę. sancimus. ext. de his q̃ fi. à maio. parte, c. q̃siuit nec dẽt alteri per alterum iniqua conditio afferri, vt ff. de reg. iur. non debet.

2 Ar. 32. q. 4. sicut nõ sũt. 14. di. ꝙ ait. C. de sta. & ima. l. vlt.

Puniri non debet alter pro altero.

f ¶ Non est sacerdotis.] Arg. ꝙ sacerdotes nõ possunt aduocare, in causis, vt hic & 88. d. platũ. Ar. cõtra. 15. q. 2. obseruãdũ. Sol. coram sæculari iudice non pñt allegare nisi ꝓ certis ꝑsonis, vt ext. de post. c. 1. sed corã ecclesiastico bñ. Io. Hodie sacerdos nõ põt postulare nisi ꝓ se & ecclesia sua, vł ꝓ cõiunctis & miserabilib. personis, vt ext. eo. c. vlt. B.

Scriptũ. CASVS. Quæsitum fuit à Gre. an de illicite acq̃sitis possint facere peccatores sacrificia vł oblationes? Et rñdet ꝙ nõ: & hoc ꝓbat exẽplo Cain, ad cuius munera vł ꝑsonam dñs nõ respexit, cum malus esset & impius: sed ad Abel & ad munera eius respexit: dona enim iniquorum non probat altissimus, sed bonorum.

g ¶ Scriptum.] Hoc c. expositum est sup. 3. q. 7. in grauibus. §. ecce.

CONTRA. Hæc est 2. pars quæstio. secundum Ioan. de Fant.

† *al. quisquam.*

quisque † vtatur, vt ex eorũ fructibus largas eleemosynas faciat; ideo rapinam iustificat. [a] ¶ Neque si alius ruri paterno, vel iuste quæsito auarus incũbat; ideo culpãda est iuris ciuilis regula, qua possessor legitimus factus est. ¶ Nec tyrannicæ factionis peruersitas laudabilis [b] erit si regia clemẽtia tyrãnus subditos tractet. ¶ Nec vituperabilis ordo regiæ potestatis, si rex crudelitate tyrãnica sęuiat. Aliud est nãq; iniusta [c] potestate iuste velle vti: & aliud est iusta potestate iniuste velle uti. α

α ¶ Velle vti.] *Post hæc verba apud B. Augustinum sequitur, c. concubinæ inf. 32. q. 2.*

Item Ambrosius lib. 3. de officijs, c 9.

¶ Cum alterius detrimento alteri subuenire non licet. C. X.

Denique [d] si non põt subueniri alteri, nisi alter lædatur; cõmodius est neutrũ [e] iuuari, quàm grauari alterũ. Ideoque in causis pecuniarijs interuenire nõ [f] est sacerdotis: in quibus nõ potest fieri, quin frequẽter lædatur alter, qui vincitur: quoniã intercessoris beneficio se victum arbitratur. Sacerdotis est igitur nulli nocere, ꝓdesse velle omnibus: posse autem solius Dei est.

Item Gregorius in regesto lib. 7. indict. 2. epist. 126. Recaredo regi.

¶ Eleemosynę, & sacrificia non placent Deo, quæ offeruntur ex scelere. C. XI.

3. q. 7. in grauib. *Prou. 15.* *Gen. 4.*

Scriptum est: Victimæ impiorũ abominabiles Deo: vota iustorum placabilia.] Neque enim in omnipotentis Dei iudicio quod datur, sed à quo detur, inspicit. Hinc est enim quod scriptũ est: [Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius: ad Cain autem, & munera eius nõ respexit.] Dicturus quippe, quia Dominus respexit ad munera: præmisit solicite, quia respexit ad Abel. Ex qua re patenter ostẽditur, quia nõ offerens à muneribus sed munera ab offerente placuerunt: β [Dona quippe iniquorũ nõ probat altissimus: nec respicit ĩ oblationes eorum, nec in multitudine sacrificiorum, eorum propitiabitur peccatis.] *Item.* [Lõge est Dominus ab impijs; & orationes iustorum exaudiet.]

Eccl. 34. *Prou. 15.*

β ¶ Placuerunt.] *Hucusque B. Gregorius: sicut supra 3. q. 7. c. in grauibus, est notatum.*

Exod. 3.

2 *Cõtra ĩ Exodo legitur, quòd filij Israel exituri de Aegypto à vicinis suis acceperunt mutuo vasa aurea, & argentea: ex quib. postea ædificauerunt tabernaculũ Dño.*

His respondet Aug. in lib. quæst. Exodi, q. 39.

Ad hoc j. [6]. cõsuetu[...] [.]32. q. 3. §. [...]s ita. & ca. [...]idquid. 11. [...]5. 4. qui re[...]e. Ar. cõtra [...]. q. 3. tunc [...]luabit. Ar.

CASVS. Supra probatum est, ꝙ de furto, vel rapina, vel consimilibus eleemosynæ vel oblationes fieri non debent. Nunc probat contra exemplo Iudæorum, qui de vasis quæ mutuo acceperunt ab Aegyptijs ędificauerũt postea tabernaculum Dño. Sed huic obiectioni rñdet Grat. per seq. c.

e ¶ Rapinam.] Arg. ꝙ aliquo prohibito prohibita sunt omnia similia, ut ext. de const. trãslato. & sup. dis. 4. denique. in fi. & quæ sequũtur ex illo; extra de cõst. nam concupiscentiam.

f ¶ A parte enim.] Simile 32. q. 4. meretrices est autem fur-

¶ Non licet aliena rapere exemplo Israelitarum spoliantium Aegyptios. C. XII.

DIxit Dominus ad Moysem: [Petat vir a ꝓximo, & mulier à proxima, vasa aurea, & argentea, & vestẽ. Non hinc quisquam sumendum exemplũ [a] putare dẽt ad expoliandum isto modo proximum. Hoc enim Deus iussit, qui nouerat, quid quemq; pati oporteret. Nec Israelitæ furtum [b] fecerunt: sed Deo iubenti ministerium præbuerunt.

paulo aliter in orig.
Burc. l. 11. c. 53.
Iuo p. 13. c. 2.

3 *Item obijcitur. Aliena rapere non est contra ꝓceptũ. Nullo si quidẽ Dei mãdato rapina uidetur ꝓhibita. Sed nomine furti oĩs illicita vsurpatio rei alienæ ĩtelligitur. Vnde Augustinus in eodem lib. q. 71.*

¶ Maioris pœnæ est violenter aliquid eripere, quàm furari. C. XIII.

POenale [c] est occulte auferre: multo maioris [d] pęnæ est visibiliter eripere. Auferre ergo noléti siue occulte, siue palã, habet præceptum suum, Furti enim [α] noĩe bene intelligitur omnis illicita vsurpatio rei alienę. Nõ enim rapinam permisit, qui furtum ꝓhibuit: sed vtique furti nomine in lege veteris testamenti & rapinam intelligi voluit. A parte enim [f] totum significauit, quidquid illicite rerum proximi aufertur.

32. q. 4. meretrices.
Sent. 3. dist. 37.
Bur. l. 11. c. 54.
Iuo p. 13. c. 3.
Poly. l. 6. tit. 16.
Ans. l. 11. c. 109.

α ¶ Furti enim.] *Hæc sunt verba B. Aug. licet mutato orationis ductu: quæ aũt antecedũt apud ipsum non sunt inuenta. Integer locus B. Aug. de furto, & mæchia habetur infra 32. q. 4. meretrices.*

His auctoritatibus probatur, quòd neque ex rebus inuentis, neque ex male conquisitis eleemosynam quisquam facere potest.

4 *Sed Augustinus contra testatur ser. 35. de verbis Domini dicens.*

¶ De male acquisitis bonum fieri potest. C. XIIII.

QVi habetis de malo, [g] facite inde bonum. Qui non habetis de malo, nolite acquirere de malo. Esto bonus tu, qui bonũ facis de malo: & cũ cęperis aliquid boni facere de malo, noli remanere tu malus. Nummi tui conuertuntur in bonum, tu autem remanes malus?

Iuo p. 13. c. 16.

DIxit.] CASVS. Quæsitũ fuit ab Aug. vtrũ exemplo Iudæorum, qui Aegyptios expoliauerũt auro & argẽto, possit quis suum proximũ spoliare? Et respõdet ꝙ non. nec Iudęi furtum fecerũt, sed præceptũ Domini seruauerunt.

a ¶ Sumẽdum exẽplum.] Arg. ab exẽplis nõ esse argumẽtãdum. 12. q. 2. gloria. ver. neque vero. Arg. contra. 37. dist. qui. de mensa.

b ¶ Furtũ.] Arg. ꝙ hostes possumus decipere & eis sua auferre, vt 43. distin. in mãdatis. 23. q. 7. c. 1. & 2. sup. dist. 8. quo iure. & C. de cõmer. & merca. l. 2. Hic tamen ideo excusant, quia maioris auctoritate hoc fecerunt: & ita ẽ ar. hic quod auctoritas maioris excusat ĩ illicitis, vt 63. d. Salonitanæ. & de cõse. d. 5. discipulos. 23. q. 1. qd culpat, sic Abrahã & Sãpson & alij multi fuerũt excusati auctoritate Dñi, vt 23. q. 5. si nõ licet. arg. cõtra 16. q. 1. in canonib. & 12. quæ. 2. quicumque.

Delicta excusantur auctoritate maioris.

ITEM OBIICITVR. Hæc est 3. pars quæstio. in qua q̃ritur vtrum rapina in decalogo inueniat prohibita: & ꝓbat ꝙ sic per c. seq. Io. de Fant.

CASVS. Adhuc probat Grat. ꝙ ex illicite acquisito uellat ex rapina possint eleemosynæ fieri. nã rapina nullo Dei mandato videtur esse prohibita, sed respõdet ꝙ cum furtum sit prohibitum, omnis illicita vsurpatio intelligitur esse prohibita, vt probatur seq. c.

POenale.] CASVS. Docet hic August. quod maius est peccatum rapere manifeste, quam occulte furari: & quod nomine furti in lege veteri rapina & omnis illicita vsurpatio intelligitur. A parte enim totum significatur [A parte. Furtum secundũ quod dicitur à furto, & rapina, sunt species illicitæ vsurpationis: sed secundum quod dicitur furtum cõtractio rei alienæ inuito domino, furtum non est species rapinæ, sed econtra.

c ¶ Pęnale.] i. dignum pęna. 1

d ¶ Maioris.] Magis enim delinquit raptor, quàm fur, vt inst. vi bo. rap. in prin.

1 Non mirũ cũ præcedat culpa: quia prout dicit Au. pl[9] fraudator lædit damno innocẽtiæ quam alius damno pecuniæ.

furtum pars rapinæ, eodẽ modo quo genus est pars speciei rapina enim est species furti: nam omnis raptor est fur, vt inst. vi bo. rapt. in prin.

HIS AVCTORITATIBVS. CASVS. Concludit Grat. ex omnibus supradictis c. à prin. q. quod ex rebus male acquisitis eleemosyna fieri non debet, postea probat contrarium.

SED AVG. Hæc est 4. pars q. in qua dicitur, quòd de quibusdam male acquisitis quandoque transit dominium, & tunc potest fieri eleemosyna Io. de Fant.

QVi habetis.] CASVS. Docet hic Aug. ꝙ qui habet pecuniam de malo acquisitam, conuertat illam in bonum, & ipse malus nõ remaneat absit enim ut nummi tui conuertantur in bonum, & tu remaneas malus.

g ¶ De malo.] Grat. tribus modis exponit illud verbum facite de malo bonum, & bene, &c.

SED

SED HOC MVLTIPLICITER. CASVS. Exponit Grat. hic quod dictum est supra in præcedenti c. ubi dicitur, q de malo potest quis facere bonum. & exponit illa uerba tripliciter. Primo dicitur de malo facere bonum cum reddit, quæ illicite abstulit. Secundo cum

Sed hoc multipliciter intelligitur. Facit enim de malo bonum, qui reddit[a] quod illicite abstulit. Nomine etiam mali, cura, & solicitudo mortaliũ exprimitur: De malo ergo bonum facit, qui pauperibus dispensat quod cũ labore, & solicitudine acquisiuit, iuxta illud Euangelij: [Facite vobis amicos de mammona[b] iniquitatis. Vel ex malo acquiritur, quod ex turpi causa possidetur; veluti cum mathematicus ex arte, quam docet, vel ex futuris, quæ prænunciat, nonnulla lucratur. Quæ vero de malo sic acquiruntur, in bonum possunt conuerti. De peccato etiã aliqua nonnunquam acquiruntur, quæ pauperibus iuste erogantur.

Luc. 16.

Vnde Augustinus ad Macedonium, epist. 54.

¶Quæ male acquiruntur, aliquando bene possunt expendi. C. XV.

Poly. l. 6. tit. 20.

NOn sanè, quidquid ab inuito sumitur, iniuriose aufertur[c]. Nam plerique nec medico[d] volũt reddere honorem suum, nec operario mercedem: nec tamen hęc qui ab inuito accipiunt, per iniuriam accipiũt: quę potius per iniuriam non darentur. Sed non ideo debet iudex vendere iustum iudicium, aut testis verũ testimonium: quia vendit aduocatus iustum patrocinium[e], iurisperitus verũ consilium. Illi enim inter vtramque partem ad examen † adhibentur; isti ex vna parte cõsistunt. Cũ autem iudicia, & testimonia†, quę nec iusta, nec vera vẽdenda sunt, iniqua, & falsa venduntur; multo sceleratius vtiq; pecunia sumitur, quia scelerate etiã, quamuis à volentibus datur. Ille[f] tñ solet tanquam male sibi ablatam pecuniã repetere, qui iustũ iudiciũ emit: quoniã venale esse nõ debuit. Qui vero ꝓ iniquo iudicio dedit; vellet quidem repetere, nisi timeret, vel pudere emisse. Sunt aliæ personæ inferioris loci, quę ab vtraque parte nõ insolenter accipiunt[g], sicut officialis, & qui† amouetur[h], & cui admouetur officiũ. Ab his extorta per immoderatam improbitatem, repeti[i] solent, data per tolerabilem consuetudinem non solent α, magisq;[k] reprehendimus, qui talia inusitate repetiuerunt, quàm qui ea de more sumpserunt: quoniam multæ necessariæ perso-

sup. 11. q. 3. nõ licet

† al. examina.

oncor. I. s. cum ff. de re & Bal. compa- nes. C. de instr.

† a quo] orig.

rij, aduocati, & officiales: sed officiales ab vtraque parte recipiunt: alij vero tantum ab una. Sunt & aliæ personæ, quæ uendere non possunt, ut iudices & testes, qui magis peccant si pecuniam pro falsis, & iniquis iudicijs, & testimonijs accipiunt, quàm si accipiunt pro veris In secunda parte dicitur, q illud quod officiales acquirunt ratione officij, etiã cum peccato possũt pauperib⁹ erogare: quæ uero furto, uel rapina, uel inuasione acquiruntur. nõ sunt pauperib⁹ eroganda. Secunda pars incipit ibi, [Isti si viam.] Ego B. sic credo casum ponendũ, Beneuẽ. uero breui⁹ ponit. Et scias, q H. intelligit illud uerbum, [Isti si uiam,] De omnib. supradictis, scilicet iudice, aduocato, teste, officiali, & iurisperito.

c ¶Aufertur.] Per iudicem.

d ¶Nec medico.] prę mittit enim hic medicos quasi digniores, cum tamen medici non sint maioris ualoris, quàm obstetrices, ut C. commu. deleg. si duob. 1. respon.

e ¶Patrocinium.] Hoc est cõtra G. qui dixit nihil posse recipi pro iusto patrocinio, ut no. 11. q. 3. non licet. 1

1 Addè qñ debent recipere. no. gl. & Cy. in l. 1. C. de suf.

f ¶Ille.] Arg. contra illos, qui dicunt, si dedi tibi pecuniam, ut pro me iudicares in iusta causa; quod nõ possum repetere pecuniam datam, vt ff. de condi. ob turp. cau. l. 2. ubi dicitur, q talis litem perdit, quia uidetur uelle iudicẽ corrumpere. Ego credo q possit talis repetere pecuniam, si non eo animo dat, ut iudicem corrumpat. nam si

cum pauperibus dispensat ea, quæ cum malo, idest, cura & solicitudine acquisiuit, & hoc probat auctoritate Euangelij dicentis, facite uobis amicos de mammona iniquitatis. Tertio cum bonum quis expendit, idest qđ ex arte mathematica acquisiuit.

a ¶Reddit.] Vt in furto & rapina, & in talibus omnibus, ubi nõ transfertur dominium, nec datur repetitio.

b ¶De mammona.] Mammon dicitur dæmon, qui præest diuitijs.

ADDITIO. Sub. non quòd in eis potestatem habeat, sed quia homines teneat per eas. Arch.

NOn sane.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte ostenditur quę personæ possint vendere suum patrocinium, uel laborem, ut medici, opera-

dat eo animo, ut ius & quietem sibi conseruet, tunc potest repetere, ut probatur extra de simo. dilectus, sed ibi dicitur, quòd repetit si non seruatur pactum.

g ¶Accipiunt.] Sportulas.

ADDITIO. Hoc intellige cum non recipiunt salarium de publico. 23. q. 1. militare. 86. dist. non satis. ver. in singulis. Ioan. de Fan.

h ¶Amouetur.] Videtur distinguere inter ꝑpetuos & tꝑales officiales. Tꝑalẽ vocat eũ q amouet: ꝑpetuũ uocat eũ cui perpetuo admouetur, i. traditur tale officium.

i ¶Repeti.] De facto.

K ¶Magisque.] Hic vult dicere, q officiati reprehenduntur, non ex eo, q aliqua extorquent, sed q a ea immoderate exquirunt. unde talia nõ repetuntur ab eis, nisi cer-

tum sit eis salarium cōstitutū tunc enim si aliqd.l.vltra hoc petierint,crimine concussionis tenentur,vt 13.q.1. militare.& soluent quadruplum. 18. dist. quoniam.
a ¶Necessariæ personæ.] Ad officium tale.
b ¶Tanquam sua.] Arg. ꝙ de rebus illicite acquisitis, dum tñ transferatur dominiū in accipiētē, fit eleemosyna, ut s̄.ea.qui habetis.
c ¶Donanda.] Pauperibus.
d ¶Zachæi publicani. Qui dixit:Si quē defraudaui, reddo quadruplū.& sic patet,ꝙ licite quadruplum, vel duplum peti potest, ut 12.q.2. cū deuotissimam.

re præscriptionis,vt extra de præscri.qm̄ omne. Tu dicas, ꝙ si ex omni parte præscriptionis habuit bonam fidem; tunc res illa facta est sua de beneficio iuris, unde tunc non est dicendum, ꝙ habeat cōscientiā rei alienæ, licet post tempus præscriptionis incipiat scire rē alienā fuis-

næ [a], rebus humanis, vel inuitant huiusmodi cōmodis, vel tenentur.¶Isti,si viam vitæ mutauerint,aut excellentioris conscenderint sanctitatis gradum; facilius ea,quę hoc modo acquisierūt,tanquā sua [b],pauperibus largiuntur;quàm eis a quibus accepta sunt, tanquā aliena restituant.Qui vero contra ius societatis humanæ,furtis, rapinis,calūnijs,oppressionibus, inuasionibus abstulerit; reddenda potius, quàm donanda [c] censemus †, Zachæi publicani [d] Euangelico exemplo. *Luc.19.*

† Conc... tex.in l.... est enim ... de var.& ... traord. c...

α ¶Data per tolerabilem consuetudinem non solent.] *Addita sunt hæc ex originali, sine quibus sequentia non satis constabat.*

Sequitur apud B. Aug.c. quid dicam, sup.ca.q.4.

Qvod vero.] Hæc q. diuidit in quatuor partes,i prima quarū probat per c. August. quòd non agitur pęnitentia digna si res non restituitur. Secunda ibi, [Si vero. Tertia ibi, [Pro malis. Quarta ibi, [Furtum autē.] Io.de Fan.
CASVS. Hic intitulatr̃ 6. q. in qua q̃ritur, utrū quis pęnitere possit, nisi reddat aliena: Et rñdetur ꝙ non, si potest reddere ea, uel eorū æstimationem.
e ¶Quod vero.] Siue sint raptores,siue fures, veram pœnitentiā nō possunt agere,idest, fructum ueræ pænitētiæ nō cōsequuntur, ut ĩ. ea. ca.1. tamen admitti debent ad pęnitentiam, vt ext. de pœ. & res. quod quidā. & inf.de pœ.d.3.§. ult. & dist.5. falsas.

QVAESTIO VI.



Vod vero [e] pœnitentia agi possit, nisi res aliena reddatur,testatur Augustinus ad Macedonium,epistola 54.

¶Pœnitentia non agitur, si aliena res nō restituatur. C. I.

SI res aliena,propter quā peccatum est cum reddi possit,non redditur;nō agitur pœnitentia, sed fingitur. Si autem veraciter agitur; non remittitur peccatum nisi restituatur [f] ablatum:sed,vt dixi cum restitui potest.Plerumque enim qui aufert, amittit, siue alios patiendo [g] malo, siue ipse male viuendo: nec aliud habet,vnde restituat. ¶Huic certe nō possumus dicere, redde [h] quod abstulisti;nisi cum habere credimus,& negare. Vbi quidē si aliquos sustinet cruciatus [i] a repetente α, dum existimatur habere quod reddat; nulla est iniquitas, quia etsi non est vnde reddat † ablatam pecuniam;merito tamen, dum eam per molestias corporales reddere † compellitur; peccati [k], quo male ablata est, pœnas luit.

Poly.l.6. tit.20. Iuo p.13. c.4.& p. 15.c.25.

† al luat.
† al.redhibere.

SI res.] CASVS. Macedonius de quatuor quęsiuit ab Aug.primo, an dimittatur peccatum, nisi restituat ablatum. & respon.ꝙ non,si potest restitui. Secundo, an fur possit verberari, cùm se negat habere quod reddat,putatur tamen habere. & respon.ꝙ sic. Tertio an ecclesia pro talibus uerberatis possit intercedere, & respon.ꝙ sic.non vt ablata non reddantur: qa sic socia criminis videretur. Quarto an clerici debeāt tales verberare,vel verberandos iudici tradere sæculari: & respon.ꝙ non,sed minari sibi humanum iudiciū aliqñ, diuinum vero semper:quandoq; clam, quādoq; manifeste prout peccatum est occultum, uel manifestum,uel prout exigit diuersitas personarum. Secunda responsio est ibi, [Huic certe non.] Tertia ibi. [Sed non inhumanum.] Quarta ibi. Sed nunquid. Nos,] Supple clerici.
f ¶Nisi restituatur.] Videtur hic,ꝙ quantocunq; tempore quis alienam rem possederit? ꝙ non currit in ea præscriptio,ut 34.q.2.si uirgo,nam diuturnitas temporis non minuit,sed auget peccatum,& aggrauat, 1 ut 24. q.1.schisma. vnde in præscriptione requiritur bona fides a principio,& in medio,& in fine,& ex omni tēpo-

1 Vt ext. de cōsue. c.ult. ext.de simo. cum in ecclesiæ. ex.de eo qui dux. in matr. cū haberet. iuxta finem.Arch.

fuisse:nisi velis intelligere,i.rei q̃ fuit aliena. Quidā 2 tñ dñt, ꝙ si aliquis rem pscriptam habere ex cā lucratiua,tenetur ipsam restituere, si remordet ipsū cōsciētia: qa nihil deperire credimus ecclesiæ utilitatibus, si ea q̃ sunt aliena reddantur,ut 54.distin.generalis.sed si eam habet ex causa non lucratiua,non tenetur, ut ff. de his quæ in fraud.cred.qui autem §.si quid cum pupillo.
g ¶Patiendo.] Idest,pmittendo, ꝙ alij male ei auferāt.
h ¶Redde.] Hoc intellige quando fur, vel raptor nō est soluendo,sed si esset soluendo, licet res quā abstulerit, sine culpa sua perijsset, tamen tenetur reddere æstimationem ipsius,ut C.de fur.subtracto.
i ¶Cruciatus.] Argu.ꝙ qui pauperes sunt, & non sunt soluendo,semper verberādi sunt pro debito, ut 12.q.2. fraternitas,& in l.libertus.& hoc est verū vbi cōueniūtur ex maleficio: sed si conueniuntur rōne cōtus alicuius. tunc sufficit cedere bonis,ut C.qui bon.ced. pos.l.ult.
K ¶Peccati.] Ergo adhuc non est liberatus a debito,sed tantum a pœna: vnde si postea peruenerit ad pinguiorem fortunam, æque potest conueniri sicut ille,qui ex aliquo contractu est obligatus.inst.de act.§.ult.& extra de solu.Odoardus.

2 Vt Al... quod di... no. extr... præscrip... gilanti,... conceff... c.nulla.

Pauper... quando... sufficit... nis ced...

α ¶Ia-

a ¶ Intercedere.] Vt 23.q.5.reos.17.q.4.reñ. & est hic arg.ꝙ clericus in foro sæculari potest aliquem defendere in causa sanguinis, vt 23.q.5.c.1.2.& 3.
b ¶ Subtrahimus.] Arg.sup.5.q.5.non omnis.
c ¶ Adiuuat.] Arguitur, ꝙ non debemus dominos nostros iuuare in illicitis. 11.quęst.3.si dominus.& c.non semper.
d ¶ Exigere.] Idest, pœnas corporales infligere. Sed nōne clerici possunt uel ecclesia pōt pęnas corporales infligere, ut 5.q.5.illi qui.& 23.q.5. circumcelliones? Rñdeo potest uel possunt. sed non tātas quantas sæcularis iudex. non enim potest punire quātum ad membri mutilationem, ut ext.de rap.in archiepiscopatu.
e ¶ Tradere.] Si ergo clericus cępit furem in domo, nō tradet ipsum iudici: sed si iudex furem captū ei abstulerit ui, non imputatur clerico: alioquin licite auferentur clericis sua, vt 23.q.5. vtrum solum. Item nec clericum depositum tradet episcopus iudici, extra de iu.at si clerici. Vel dic quòd clerici tales maleficos possunt tradere curiæ, non vt puniantur ad sanguinis effusionem, sed alio modo, vt extra de Iudæis. ita quorundam.& 11. quęst.1.si quis sacerdotum 1
f ¶ Clam.] Si est occultum. 2.q.1.si peccauerit.
g ¶ Palam.] Si est manifestum. 6.q.1. si omnia.
h ¶ Diuersitas.] Ar. quod secundum diuersitatem personarum diuersæ pœnæ statuuntur, vt 12.q.2.fraternitas. 24.q.3.corripiantur.

SI VERO REM ALIENAM. Hæc est 2. pars. Ioan. de Fant.

CASVS. Dictum est sup. quod res aliena domino restitui debet. Nunc vero ponit Gratia. casum, in quo nō ipsa, sed eius æstimatio est restituēda, puta cum res aliena fuerit consecrata, & ad hoc inducit seq.c.

¶ Sed inhumanum nō est, etiam pro talibus intercedere, [a] tanquam pro reis criminum, nō ad hoc, vt minime restituantur aliena; sed ne frustra homo in hominem sęuiat. *& paulo post.* ¶ Illud vero fidētissime dixerim, eū, q ꝓ homine ad hoc īteruenit, ne male ablata restituat, & qui ad se confugientem (quātum honeste pōt) ad restituēdum nō compellit, sociū esse fraudis, & criminis. Nam misericordius opem nostrā talibus subtrahimus, [b] quam impendimus. Non enim opem fert, qui ad peccādum adiuuat; [β] [c] ac nō potius subuertit, atq; opprimit. Sed nunquid ideo nos aut exigere, [d] aut ad exigēdū tradere [e] vel possumus, vel debemus? Agimus quātū episcopalis facultas dat, † & humanū quidem nōnunquā sed maxime, ac semper diuinum iudicium comminātes. Nolētes autem reddere, quos nouimus & male abstulisse, & unde reddāt, habere, arguimus, īcrepamus, obtestamur, † quosdā clam, [f] quosdā palā, [g] sicut diuersitas [h] personarū diuersam videtur posse recipere † medicinā.

† *datur*] orig.
† *& detestamur*] orig.
† *al. uel uelle accipere.*

α ¶ Repetente. *Sic est emēdatū ex codice epistolarū Vaticano, & editione Antuerpiana cum antea legeretur,* repente.

β ¶ Adiuuat. *Quæ sequuntur, emendata sunt ex codicibus epistolarum impressis, & manuscriptis. Antea legebatur,* qui ad peccandū adiuuat, ac non potius adiuuat, sed obuiat subuertendo, atque opprimēdo, *Glossa autē optime conuenit in uocem,* adiuuat. *suo loco positam.*

2 *Si uero rem alienā quis consecrauerit; non eādem, sed æstimationem eius restituere debet.*

Vnde Greg. lib. 7. indict. 2. epis. 58. Fantino defensori.

¶ Qui rem alienam consecrat, eius æstimationem restituat. C. II.

COmperimus nullam extitisse causam, ꝓ qua res Iudeorum [γ] potuissent rationabiliter occupari; atque eas esse incōsulte, ac temere cōsecratas. Idcirco experiētiæ tuæ præcipimus, vt quia, quod semel consecratū est, eis [i] nō valet ultra restitui; studij tui sit, vt ipse episcopus debeat pretium dare. †

γ ¶ Iudæorum.] *Reposita est hæc dictio ex epist. B. Gregorij, ut intelligatur facilius, quo referantur ea, quæ in hoc capite continentur, ac nonnulla etiam alia sunt emendata.*

COmperimus.] CASVS. Aliquis rapuit argētum uel aurum, episcopus hoc sciens, calices inde factos temere & īcōsulte cōsecrauit. Pręcepit ergo Greg. cuidam, ut compellat episcopū ad æstimationem rei ablatæ, & nō ad rem ipsam consecratam. Et dicit Beneuē. & etiā Hugo. hoc innuit ꝙ epīs, qui cōsecrauit, raptor fuit illius argenti & auri.

i ¶ Eis.] i. laicis: qa res semel cōsecrata non debet amodo ad profanos usus redigi, vt 12.q.2.aurū. & inf. de cōsecr. di. 1. ligna. Si autē res illa fuisset alicuius ecclesię, illi bene esset restituenda, ut 12. q̄stio 2. Apostolicos. 2 & 17.quęstio.4.questi. aliud tamē est in re animata. Nam si seruus alicuius fuit consecratus, bene restituitur domino suo, ut 54.distinctio. ex antiquis. sed hoc ideo est, quia cum seruus sit res animata, delinquit permittēdo se ordinari sed res inanimata in nullo delinquit, ut uides in simili. 7. quæstio. prima, episcopus in diœcesi. Eandem rationem assignat lex, quod si nescio ub. sit seruus meus, non ideo possessionem ipsius perdidi. sed aliud est in his, quæ anima carent, ut ff. de acquirend. poss. si rem mobilem, & l. Pomponius, in principio.

1 De hoc &t. not. 23.q.3. Maximian9 ibi uideas. & 2.q.7.laicos. Arch.

Exisito tex. infertur, ꝙ aliqñ qs rē suā uendere cogit, conc. tex. ī l. fi. ff. ad leg. Iu. de anno. Bar. in l. annonā. ff. de uar. & extraor. cri.

Pœna corporalis ab ecclesia potest infligi.

Clericus an possit furem tradere iudici.

Consecratio rei inaīatæ tollit dñiū: secus in re animata.

2 Vbi de hoc vbi loquitur de monasterio de reb9 ecclesiæ cōstructo, ꝙ dēt reddi ipsi ecclesiæ ſm Lau. & hoc ēt. not. Ray. in sum. de immu. ec. §. itē pone. Arch.

PRO MALIS AVTEM. Hæc est tertia pars q. Io. de Fan. CASVS. Adhuc probat Gratianus, quod ecclesia pro malis intercedere potest, & non eos temere defendere. & adhoc inducit sequens capitulum.

HI qui in furtis.] CASVS. Quidam nomine Romanus, Romanæ ecclesiæ defensor, latrones temere defendebat. quare Grego. præcipit ei, ne fures iniuste defendat, ne ex hoc ipsa infametur ecclesia: sed monēdo & intercedendo opē ferat inquantum decet ecclesiam. a ¶ Iniuste.] i. nimis improbe & importune, & hoc uerum est cum scit, aut credit eos iuste condemnatos. Si autē fugerint ad ecclesiam; tunc omnibus modis quibus potest tenet eos defendere: nisi sit publicus latro, uel nocturnus depopulator agrorum, ut 17. q. 4. reū, & c. sicut. & ex. de immu. eccl. inter alia. Si autem fuerit iniuste cōdemnatus: tunc ecclesia tenetur eum modis omnibus iuuare. vnde illud est præceptū: Eripe eum, qui ducitur ad mortem, ut 23. q. 3. non in inferenda.

Ecclesiæ immunitate nō oēs malefactores potiūtur.

FVRTVM AVTEM. Hæc est 4. pars q. secundum Ioan. de Fant. CASVS. Quia supra facta est mentio de furto: ideo nūc ostēdit Gratianus, quod furtum magis consideratur in effectu furātis, quàm in quantitate exteriori: & ad hoc inducit sequens cap.

FVraūt.] CASVS. ostendit Hiero. in hoc ca. quod furtum ita committitur in re parua sicut in re magna: ubi magis attenditur mens furātis, quam quantitas rei ablatæ. Et hoc probat ad instar fornicationis, quæ ita committitur in muliere pulchra, sicut in turpi: ita in ancilla sicut in ingenua: æque in paupere ut in opulenta.

a ¶ Quod furto.] Huic obuiat quod dicitur, ff. de abig. l. 1. vbi [illegible], quod magis quis punitur pro boue quā pro oue: quia pro boue dat 5. boues: pro oue 4. Sed dicas, quod ibi dicitur quod dabit 4. oues: intellige præter illam quam abstulit. Item est contra. ext. de simo. & si qōnes. ubi non cōmittitur simonia in modico, sicut in magno. sed intellige quod ita non præsumitur committi in modico sicut in magno. quæque tamen pro modico nec magis nec minus, vt de conse. dist. 2. reuera. in princ. vbi dicitur, qd oēs in deserto mortui sunt: & tamē duo ex eis non fuerunt mortui s. Caleph, & Iosue. 76. d. ieiunium. sic ergo pro minima re potest agi de furto, vt hic, & inst. de rer. diuil. §. gallinarum. licet actio de dolo non detur pro minima re, ff. de dolo. idem.

Simonia nō fit in modico

Furti agitur pro modico.

3 *Pro malis autem apud principes ecclesia debet intercedere, non eos temerario ausu defendere.*

Vnde Gregor. Romano defensori lib. 7. ind. 2. epist. 24.

¶Ecclesia pro malis intercedat, non eos temerario ausu defendat. C. III.

Poly. l. 6. tit. 16.

HI, qui in furtis publicis implicati sunt, a nobis non videantur iniuste [a] defendi: ne opinionem male agentium ex indiscretæ defensionis ausu in nos vllo modo transferamus: sed quantum decet ecclesiam, admonendo, & verbum intercessionis adhibendo, quibus valetis, succurrite: vt & illis opem feratis, & opinionem sanctæ ecclesię non inquinetis.

¶*Infra 23. q. 5. reos. refertur summa huius capitis, cum hic sint propria verba B. Gregorij.*

4 *Furtum autem non tam in quantitate rei, quam in affectu furantis consideratur.*

Vnde Hieronymus in epistolam ad Titum ad c. 2.

¶Non solum in maioribus furtum committitur, sed etiā in minoribus. C. IIII.

Poly. ibidem. Burc. l. 11. c. 55. Iuo p. 13. c. 41.

FVr † autem non solum in maioribus, sed etiam in minoribus iudicatur. Non enim, id quod furto [b] ablatū est, sed mens furantis attēditur. Quomodo in fornicatione [c], nō idcirco diuersa sit fornicatio, si mulier sit pulchra aut deformis, ancilla aut ingenua, paupercula aut opulēta, sed qualiscunque illa fuerit, vna est fornicatio; ita & in furto, quātumcunque quis abstulerit, furti crimē incurrit.

† al. furtum

¶*Referuntur verba B. Hier. nonnullis tamen omissis & mutatis quemadmodū ēt apud Burchardum. & Iuonē.*

CAVSA XV.



Vidam sacerdos † in crimen carnis lapsus esse perhibetur, antequam sacerdotalem benedictionem consequeretur. Postquam vero sacerdotium adeptus est: in furorē versus quendā interfecit. Recuperata vero sanitate, apud epm accusatur ab ea, cum qua lapsus esse dicitur. Eps autem die Domi-

† al. Clericus.

c ¶ Fornicatione.] Hu. dixit magis peccari cū pulchra [1] quam cum deformi: quia magis voluptuose cognoscit pulchram: sed in deformi quam citius potest absoluit se. Baz. dixit magis peccari cum deformi: quia plura sūt, quæ suadent commisceri pulchra quàm deformi: scilicet pulchritudo eius & libido.

1 Pulchra. Do. And. Ti raq. de le. co nubia. char ta 5. vbi late

QVidam sacerdos.] CASVS. Supra in proxima causa tractatū est de auaritia, quæ obumbrat mentem clericorum: sed quia incontinentia idē facit: ideo subnectit xv. cām, in qua de incōtinen-

tinentia tractat, & de his quæ fiunt mente alienata: & de alijs multis, quæ vt melius pateant, thema proponit de quo octo elicit quæstiones.

CASVS. thematis talis est. Quidam cum esset clericus, fornicationem commisit: postea sacerdos factus furio-

nico causam examinat. Sacerdos inficiatur crimē sibi illatum: quorundam clericorum sibi patrocinia quærit: illi vero non sine pretio sibi patrocinantur: tandem episcopus confessionem quæstionibus extorquet: demum solus, & absque synodali audiētia illum sententia ferit.

1 *Quæritur autem, an ea, quæ mente alienata fiunt, sint imputanda.*

2 *Secundo, an pro impēsis patrocinijs liceat clericis munera exigere.*

3 *Tertio, an ex mulieris confessione iste sit condemnandus.*

4 *Quarto, an die Dominico eius causa sit ventilanda.*

5 *Quinto, an sibi neganti purgatio sit deferenda.*

6 *Sexto, an eius confessio cruciatibus sit extorquenda.*

7 *Septimo, an absque synodali audientia episcopus valeat sacerdotem damnare.*

8 *Octauo, si sponte confessus, aut ab alijs conuictus fuerit, quod ante ordinationem peccauerit; an suscepti ordinis officium exequi sibi liceat.*

QVAESTIO PRIMA.

Et in l. de duabus animabus, c. 10. Sent. 2. dist. 47.

Quod autem [a] ea, quæ alienata mente fiunt, non sint [b] imputanda, facile uidetur posse probari. Peccata namque alia penes voluntatē animi, alia circa naturæ infirmitatem videntur consistere: Est autem uolūtas (vt ait Augustinus lib. 1. retractat. cap. 15.) animi motus cogente nullo α ad aliquid, vel non imitandū, [c] β vel adipiscendum. [d] Quod propterea [e] dictum est, ut hac definitione uolens a nolēte discerneretur. ¶ Ex voluntate itaque paccata procedunt, quæ libero mentis arbitrio, & delinquentis proposito committuntur. Porro infirmitas alia est animi, alia carnis. Infirmitas animi, est ignorantia. Carnis infirmitas, est concupiscentia. [f]

contrarium: & respondet allegatis: tandem dat veram solutionem, ut inf. ... §. vlt. Citēdit ergo primo G. ꝙ siue peccata procedant, ex volūtate, siue ex carnis infirmitate, semper imputantur ad penā: quod probat quatuor auctoritatib. postea probat contrarium: cū peccatū secūdū Augustinū sit adeo volūtariū, vt nullo mō sit peccatum, nisi de volūtate procedat.

a ¶ Quòd autem.] Not. ꝙ si qs est ita alienatus mente, ꝙ nescit quid faciat: nec discernit, nec intelligit: nō imputatur ei quod facit. j. e. aliquos. & c. illa. & 17. q. 2. Consald⁹. & 3. q. 9. Idicas. Quidam tñ distinguunt, ꝙ si sua culpa incidit quis in alienationē mētis, imputāt ei: si sine culpa, nō, ut inf. ead. si quis insaniēs. quā distinctionem non admitto. G. allegat ꝓ & cōtra. Et ad intelligentiā eius, qđ dixi, not. ꝙ īfirmitas alia est aīæ: alia est carnis. Infirmitas aīæ duplex est: vno dr̄ ira, vl' odiū, vel delectatio; & hęc ē peccatū: & q̄ ex tali infirmitate fiunt, imputantur. Alia est pęna, ut est obliuio, ignorātia. & quæ ex hac fiūt, quādoque imputātur, quādoque nō. Similiter īfirmitas carnis duplex est. Vna est fomes peccati, s. originale peccatū * & q̄ ex hac causa fiūt, imputātur. Alia ē pęna peccati, vt febris, & furor: & q̄ ex hac cā fiunt non imputātur, si non discernit quid agat.

Mente alienato an sit imputandū quod facit.

Animæ infirmitas est duplex.

* *Fomes non est propriè originale peccatum.*

Concilium Tri. sess. 5. in extremo quinto anathematismo.

sus quendam hominem interfecit. recuperata sanitate mulier quam cognouit, ipsum apud episcopū accusat. Die vero Dominica episcopus causam examinat: sacerdos crimen negans acquirit patronos pro pretio: tandem eps̄ ille confessionē verberib. extorquens, absque synodo episcoporum, & concilio illum condemnauit.

Quod autem.] Hæc q. diuiditur in duas partes: in quarum prima probatur, ꝙ ignorantes & pueri non peccant, si ignorantia est inuincibilis, scilicet cum nullo modo potuit scire, quamuis daret operam. Si autem scire potuit, & non dedit operam, non excusatur a toto: sed a tanto, idest, in parte. ita intelligenda est litera vsque ad c. [Merito quæritur.] Secunda ibi, [De furiosis.] Ioā. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur prima quæstio, vbi quæritur an ea quæ fiunt mente alienata, debeant imputari? Et respon. ꝙ nō, ut inf. ea. aliquos. & c. illa. & sup. 3. q. 9. Idicas. & procedit hoc ordine G. Primo probat, ꝙ ea quæ fiunt in alienatione mentis, imputantur. postea probat

b ¶ Non sint.] Melius esset sine non. quia primo probat, quòd imputantur.

c ¶ Non imitandum.] Idest, non faciendum.

d ¶ Vel adipiscendum.] Idest, faciendum.

e ¶ Quod propterea.] Idest in diffinitione volūtatis, ideo ponitur affirmatio, & negatio, vt ostendatur qua voluntate quis dicatur uolens: & qua voluntate dicatur nolens, nam voluntate ad aliquid faciendum dicitur quis volens: & uoluntate ad aliquid nō faciendum dicitur quis nolens: & sic omnis nolens dicitur volens. & eadem qualitas dici potest uoluntas, & noluntas. Nā nolle facere idem est quod non uelle facere vnde lapis non dicitur nolens, cum non habeat voluntatem non faciendi. nam secundum regulam iuris, eius est nolle cuius est velle, vt ff. de reg. iur. l. eius. Hinc patet, quòd Aug. vult ꝙ eadem vis animæ sit vis concupiscibilis, & vis irascibilis. Nam per vim cōcupiscibilem appetimus aliquid: & per vim irascibilem detestamur aliquid.

Animæ vis est duplex.

f ¶ Concupiscentia.] Idest, fomes originalis peccati.

Ex vtraque autem infirmitate quæ procedunt, imputantur ad pœnam. [a] *Vnde de quibusdã ignorantibus dictũ est: [Si quis ignorat* [b] *ignorabitur.] Tales illi erant, de quib. Christus ait Apostolis: [Extra synagogam faciẽt vos: quia arbitrabuntur obsequium se præstare Deo.]* 1. Cor. 14. Ioan. 16.

De eisdem etiam Apostolus scribit in epistola ad Romanos: Testimonium illis perhibeo, quia zelum [c] *Dei habent: sed non secundum scientiam.] Nullũ tamen eorum in sua perfidia perseuerantem hæc ignorantia excusat. Ex carnis infirmitate procedunt, quæ natura languore fiunt: quæ, nisi imputarentur ad pœnam, nequaquam Apostolus lege carnis grauatus diceret; [Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore* [d] *mortis huius? &c.] siue ergo penes volũtatem, siue penes infirmitatem peccata consistãt, semper* [e] *imputantur ad pœnã. Cui* [f] *sententiæ illud Aug. de vera religione, c. 14. contrarium videtur; [Vsque adeo peccatum, voluntarium malũ est, ut nullo modo peccatum sit, si non sit uoluntariũ; & hoc quidẽ adeo manifestum est, ut nulla hinc doctorum paucitas, nulla indoctorum turba dissentiat. Quare aut negandum est peccatum committi; aut fatendum est uolũtate committi.] Sed hoc* [g] *non generaliter de omnib. peccatis intelligendum esse idẽ Augu. in lib. 1. retract. c. 13. ostendit dicens; (Vsque adeo peccatum uoluntarium malum est, ut nullo modo* [h] *peccatum sit, si non sit voluntarium. Potest uideri falsa hæc definitio; sed si diligẽter discutiatur, inuenietur esse verissima. peccatum quippe illud cogitandum est, quod tantummodo peccatum est, non quod est etiam pœna peccati. † Quamuis & illa quæ non immerito* γ *non uoluntaria peccata dicuntur, quia uel a nescientibus, uel a coactis perpetrãtur, nõ omnino possint nõ † uoluntaria dici.) Idẽ in eod. lib. c. 15.) Definitio peccati, quam diximus; peccatum est uolũtas retinẽdi, uel consequẽdi, quod iustitia uetat, & unde liberum est abstinere, propterea uera est, quia id definitum est, quod tantummodo peccatum est, non quod est etiam pœna peccati.]*

Rom. 10.

Rom. 7.

Sent. 2. dist. 35.

Et in l. de duab. animabus c. 11.

† hic omittuntur aliquot uerba.

† *sine voluntate committ.*] orig.

α ¶ Cogente nullo.] *Hæc sunt addita ex B. Aug. ut uerba sequentia melius intelligantur.*

β ¶ Imitandum. *Apud B. Aug. in lib. de duab. animabus, & lib. 1. retractationũ legitur,* amittendum. *ob glossam tamen non est mutatum; sed sublata est priore loco uox,* imitandum, *quæ abest etiam a manuscriptis Grat. codicibus. Nam in vulgatis erat,* ad aliquid imitandũ, uel non imitandum.

γ ¶ Non immerito.] *In libris B. Augustini impressis legitur,* immerito.

a ¶ Ad pœnam.] Sed non semper puniuntur peccata, quæ proueniunt ex ignorantia. 34. q. 2. in lectum.

b ¶ Ignorat.] Idest, qui appetit ignorare, vel qui contemnit scire: vel negligit scire, cum possit quærere a peritioribus. Vnde quædam ignorantia est ex simplicitate, vt illorum q ad literam aliquid intelligunt: quædam ex culpa: quędã ex negligentia: & secundum hoc magis, vel minus punitur, 11. q. 3. excellẽtissimus c. quoniam. & cap. fina.

Ignorantia est triplex.

c ¶ Zelũ.] Quidam ex Iudæis de bono zelo mouebãtur. 1 cõtra discipulos Domini, & ipsum Dominũ: & ipse Dominus in cruce p illis orauit, cum dixit. Pater dimitte illis: qa, &c. Lucæ 23. Isti habebant zelum: sed non secundum sciẽtiam, idest, secundum fidem: quia erroneam habuerunt consciẽtiam alij autem sciẽter deliquerunt. 23. quæstio. 1. paratus.

Zelũ bonũ quidã ex iudæis habuerunt.

1 Isti erant simplices, & errabant nõ in motu ad seruiendum sed in modo seruiendi, Lau.

d ¶ De corpore.] Id est, de dominio carnis, iniqua mors ẽ. sup. dist. 5. sed pensandum. palea est.

e ¶ Semper.] Allegando dicit.

f ¶ Cui.] Hic allegat in contrarium, quòd ea quæ mente alienata fiunt, non imputantur: vnde hic ponebant antiqui notulam, Defensor.

g ¶ Sed hoc.] est notula impugnatoris.

h ¶ Nullo modo.] Quædam dicuntur simpliciter peccatum, & non pœna; & quædam pœna peccati, & non peccatum. Pœna peccati, sicut ignorantia, infirmitas, & obliuio. Illud autẽ dr̃ simpliciter peccatũ, qđ ex libera voluntate procedit. Quidam tñ dicunt, q oẽ peccatum præter peccatum primi parentis sit peccatum, & pœna peccati. peccata enim quæ quotidie facimus sunt pęna ori-

Peccatum & peccati pęna diuersa sũt.

SED HOC. CASVS. Superius dictũ est, quòd peccatum usque adeo est uolũtarium, vt nullo modo sit peccatum nisi sit uolũtarium, sed quia multum acere videbatur pro defensione sacerdotis furiosi: ideo eius impugnator dicit, q auctoritas illa Aug. intelligitur de eo q est tantũmodo peccatum: & non de eo quod est pęna peccati. & ad hoc probandũ inducit duas auctoritates Aug. quãuis quodammodo uoluntaria peccata dici possint quæ a nescientibus, & coactis perpetrantur. [Nõ immerito.] sed merito non omnimodo non voluntaria dicit, sed quodammodo voluntaria dici possunt.

originalis peccati : sed qualiter hoc stare potest, cũ omnis pœna a Deo sit : & nullum peccatum a Deo sit ergo nullum peccatum est pœna. Item omnis pœna est passio: & omne peccatum est actio. cum ergo actio non sit passio non est dicendum ꝙ peccatum sit pęna, si aũt alicubi inuenias quod peccatum est pęna, expone, idest pro quolibet peccato debetur pœna : quia est pœna & passio animæ.

Item lib. 4. quæstionum, q. 24. ad c. 15. Numerorum.

¶ Non sunt peccata nolentium, nisi nescientium. C. I.

MErito quæritur, quæ sint ipsa peccata nolentium, vtrum quæ a nescientibus committũtur; an etiã possit rectè dici peccatum esse nolentis: quod facere cõpellitur. [a] Nam & hoc contra voluntatem facere dici solet: sed vtique vult, [b] propter quod facit: tãquam si peierare nolit; quod tamen facit, *a* cum vult viuere, si. s. quisquam, nisi fecerit mortem minetur. Vult [c] ergo facere, quia vult viuere: & ideo non per se ipsum appetẽdo, vt falsum iuret; sed vt falsum iurando viuat. Quod si ita est, nescio vtrum possint dici ista peccata nolentiũ, qualia hic dicuntur expianda. Nam si diligenter cõsideratur fortè ipsum peccare nemo velit, sed propter aliud fit, quod vult qui peccat. Omnes quippe homines, qui sciẽtes faciunt; quod non licet, vellent licere. Vsq; adeo ipsum peccare nemo [d] appetit propter hoc ipsum, sed propter illud, quod ex eo consequitur. Hæc si ita se habent, non sunt peccata nolentium; nisi nescientium, [e] quę discernuntur a peccatis volentium.

a ¶ Tanquam si peierare nolit, quod tamen facit.] *Hæc non sunt in uulgatis codicibus B. Augustini.*

Digest. tit. de iniurijs, le. 3.

C. II.

Li. 47. digest. tit. 10.

ILlud relatũ peræq; est, eos qui iniuriam pati possunt, & facere posse: sane sunt quidam, qui facere non possunt, vt puta furiosus, [f] & impubes, qui doli capax [g] nõ est. Namque hi iniuriam pati solent, non facere. Cum enim iniuria ex affectu facientis cõsistat, consequẽs erit dicere hos, siue pulsent, siue conuitium dicant, iniuriam

MErito.] CASVS. Duæ sunt hic quæstiones: quarũ prima est, an peccata nescientium dicantur peccata nolentium? Et respondet quod sic: & ista responsio est in fi. cap. Secũda est, an peccatum, quod quis per metum facit, dicatur esse peccatum uolentis, uel nolentis? & respondetur ꝙ volentis. quia licet quis nolit directè ipsum peccatum ad quod compellitur indirectè tamen vult illud per aliud quod habere non potest sine illo peccato. Et ad hoc probandum inducit exemplum de peierante. Hæc si ita se habent, sequitur quod peccata coactiua sunt volentium.

a ¶ Compellitur. Refert qualis sit coactio. 1 an absoluta, vel conditionalis, ut extra quod metus cau. sacris. b ¶ Vult.] Arg. ꝙ coacta uoluntas, est uoluntas, ut hic & 23. q. 4. displicet. & q. 6. vides. & 74. dist. consuluit. & ff. quod me. cau. si mulier. §. vlt. Est ergo in istis casibus arg. ꝙ tenet matrimonium, licet coactio interueniat, vt 22. q. 4. inter cętera. & ff. de ritu nup. si patre. Sed hoc non est verum, ut extra de spon. ueniens, & c. cum locũ & 31. q. 2. c. 1. & 2. Item sicut coacta uoluntas est uoluntas, sic decepta uoluntas dicitur uoluntas, ut 20. q. 3. cõstituit. & extra quod met. cau. cum dilectus. & extra de conuer. conIU. ex parte. Arg. contra. ff. de lib. ho. exhi. l. 3. si quis volentem tamen coacta licentia non est licentia, ut arg. 33. q. 5. notificasti.

ed cõt. qa uioletia infert. 32. q. 5. §. autem. in hc. dic ut not. atrimoniũ ctè tactũ n tenet.

c ¶ Vult.] Certè argumẽtatio hæc non valet: volo hoc, ergo uolo omne qđ sequitur ex illo: ut iste vult fornicari, ergo vult dãnari: nisi intelligas indirectè, & per cõsequẽtiam, ut dist. 8. quo iure.

d ¶ Nemo.] Vnde Seneca. Et si scirem Deos ignoscituros, homines aũt nescituros adhuc dedignaret peccare.

Senecæ dictũ aureum.

e ¶ Nescientium.] Sic nesciens nõ peccat & sic est contra 32. q. 7. quemadmodũ. Sol. varijs modis dicit quis nescire. Dicitur. n. nescire q non scit id, quod facit esse peccatũ, uel non scit tantum esse peccatum quantum est : & talis nesciens punitur, licet nõ adeo grauiter, ut 8. dist. cõsuetudo & pone exemplum de tali. 14. qõ. 5. fortè. Item dr̃ nescire qui sint factum, sed nescit qualitatem facti. talis qñque punitur si errat in iure. sic ignorabat Paulus concupiscentiã esse peccatum. extr. de consti. nam concupiscentiam. qñq; non punitur, s. cum errat circa factũ ipsum, ut 34. q. 2. in lectum. Item dicitur nescire propter casum sequentẽ, ut si aliquis uolens interficere Leonem dum vult defendere hominem, casu interficit hominem, ut 50. dist. sæpè. Item dicitur nescire qui omnino nescit, ut puer, ebrius, furiosus, talis enim non peccat. infra eo. aliquos.

Nescire dr quis multipliciter.

ILlud.] CASVS. Reddit nunc Grat. ad principale propositum, & inducit legem istam ad probandũ, quòd ea quę fiunt ex ignorantia, uel mente alienata, non imputantur. Casus ergo sic ponitur. Quæsitum fuit a iurisperito, vtrum quicunq; potest pati iniuriam, possit facere iniuriam? Et rñdet ꝙ sic, nisi sit furiosus, uel impubes, qui non est doli capax. nam isti iniuriam pati pñt, facere vero nunquã, cũ iniuria non procedat nisi ex uoluntate. & probat duobus exemplis, s. exemplo iocosè aliũ percutientis, & dñi interficientis liberum hoĩem, quem putat esse seruum suum. Et no. ꝙ lex ista (ut dicit Hu. & Ioan. Bene.) malè ponitur hic, cum inducatur pro defensione ad ostendendum, ꝙ ea, quæ fiunt mente alienata, nõ imputãtur: sed dẽret legi post. §. sequentẽ, uel in sequenti §. post illud uerbũ (non processerunt.]

2 Et hoc nõ no ui lex ꝙ le. & no. eo. tit. c. 2. & de hom. exhibi ta. ĩ gl. ꝙ ei. & in gl. ex hoc Archid.

f ¶ Furiosus.] Not. quod furiosus facit, idem est, ac si casu accidisset, ut ff. de adm. tut. l. ult. in fi.

g ¶ Qui doli capax.] Si. n. est doli capax, bene punitur, ut extra de delic. pũe. c. 1. 2. & de consec. dist. 5. eos, sed in impubere minori distinguitur, an delinquat ex animo, an ex culpa, ut C. si adue. deli. lib. 1. & 2.

a ¶ Per

a ¶ Per iocum.] Dum tamen iocus ille non sit noxius, vt extra de præsumpt.c.1. nam ludus noxius est in culpa, vt ff. ad l. Aquil. nam ludus.
b ¶ Seruum suum.] Secus si alienum seruum, vel etiā aliquē liberum voluit percutere, & percussit aliū: quia tūc tenetur actione iniuriarum, illi qui patitur, vt ff. de iniur. l. q. §. si iniuria. & hoc iō, q a hic omnib. modis intendit nocere, & si non illi cui nocet: sed secus i casu priori. Et ē arg. q si aliqs credit solutā cognoscere, & cognoscat, vxoratam, vī q non puniat quasi adulter.

quæ deberet hic legi, & c. seq. scilicet, firmissimè.
c ¶ Non est reus.] Vt 34. q. 2. in lectum.
d ¶ Penitus.] Cum enim insistit quis operi illicito, tūc non excusat casus, secus si licito: quia tunc excusat, vt 50. dist. sæpe.

fecisse non videri. Itaque pati quis iniuriam etiam si nō sentiat, potest facere nemo; nisi qui scit se iniuriam facere, & si nesciat, cui faciat. Quare si quis per iocum [a] percutiat, aut dum certat; iniuriarum non tenetur. Si quis hominem liberum ceciderit, † dum putat seruum suū; [b] in ea causa est, ne iniuriarum teneatur.

† al. ceciderit.

¶ *In aliquot vetustis exemplaribus a capite* merito, *usque ad cap.* mulier, *nulla est distinctio capitulorum.*

Itaque, ut ex præmissis apparet, siue ex voluntate, siue ex infirmitate peccata procedant, palā est illa imputari. Sed carnis infirmitas dupliciter intelligitur. Est.n. languor naturæ, qui carnis cōcupiscentia appellatur: quæ uerius aīæ infirmitas dici pōt: sed ideo carnis infirmitas dicitur, quia accidit aīæ ex corruptæ † carnis cōiunctione. Porro alia est infirmitas, quæ proprie carnis dicitur: quæ elementorum, seu humorū concordia turbata, ipsa caro afficitur; & tandem dissoluitur. Similiter animi infirmitas duplex est. Vna, quæ vitium appellatur, qua aīa a Deo separatur, vt est ira, odiū, & alia huiusmodi. Alia infirmitas animi, quæ cum ipsa non sit peccatum; est tamen pœna, & causa peccati, vt est obliuio, & ignorātia. Furor aūt, cum non sit peccatum, est tamen pœna peccati: vt febris, & cæteræ passiones, quas propriè carnis dicimus esse: quarum motus, i. ea, quæ illis perturbantib. fiūt, nulli imputantur ad pœnam. ¶ *Sed obijcitur de Lamech, qui cum cæcus esset, Cain interfecit: nec eum excusauit cæcitatis infirmitas. Vnde dictum est: [Septuplum vltio dabitur de Cain: de Lamech vero septuagies septies:] Sed cæcitas ignorātiæ similis est.* ¶ *Ex utraque.n. quadā fiunt, quæ imputantur: quædam vero minimè. Cæcus namq; si debitum suæ vxori se credens reddere, alienam polluit, non est reus [c] adulterij. Si autem ludo, vel exercitatione virium, uel uenatione iaculum mittens aliquē perimat; quia ab eo penitus [d] hoc debet esse alienum, homicidij reus habetur. Mens uero alienata a furore, cum sui compos non sit, eorum, quæ admittit, reatum non contrahit: quia facultatem deliberandi non habuit. Vnde pupillo, & furioso in maleficijs subuenitur: ut non eis imputentur ad pœnam, quæ ex mentis deliberatione non processerunt. a Quod non solum humanis, sed etiam diuinis legibus noscitur approbatum.*

† al: coniunctæ carnis corruptione.

Gen. 4.

Ait enim Augustinus de paruulis, in lib. de fide ad Petrum diaconum, c. 30.

a ¶ Processerunt.] *Hoc loco in uulgatis erant interiecta hæc uerba,* ff. tit. de iniuriis, Illud relatum, require supra, *quæ absunt à manuscriptis, ideoque inducta.*

C. III.

FIrmissime tene, & nullatenus dubites, exceptis illis

Iuo p. 1. c. 30.

1 Ista fuit sñia dñi Pileci, s. q non punitur, pro hoc facit, q non cōmittitur aduìre- riū sine dolo. ff. d adu'. l. pen. ad idē facit ff. de in fur. itē apud Labeonē, §. si quis. Arc.

ITAQVE. CASVS. Cōcludit Grat. ex supradictis dicens, q peccata imputātur, siue ex volūtate, siue ex infirmitate procedant postea rūdet huic conclusioni distinguēs, q infirmitas carnis ē duplex. Alia est cōcupiscentia carnis, q imputatur, & hæc non dr̄ propriè īfirmitas carnis: quia accidit aīæ ex cōiunctione carnis. Alia ē turbatio elemētorum, & humorum, quę dr̄ propriè infirmitas carnis, vñ febris, & furor oriuntur, q non imputant. Similiter infirmitas animi duplex est. Alia est mala qualitas, ut ira & odiū, q imputantur. Alia est obliuio, vel ignorantia, quæ nō imputant, cum sint pęna peccati. Sed postea obijcitur de Lamech, quē non excusauit infirmitas cęcitatis, cū Cain interfecerit sagittādo. Et tādē soluit dicēs, q cęcitas & ignorātia similes sunt. Nā ex vtraq; quædam fiūt q imputant, & quędā quę non imputātur. nā si cęc⁹ cognoscat aliquā, quā putat esse suā vxorem, nō ē reus adulterij. Si vero cęcus aliquē pimat iactādo, reus est homicidij: q a officium alienū vsurpat. Sed furiosus cū non sit compos mētis, in occidēdo non peccat, quia delibe-rare nō potest. vn de pupillo & furioso in maleficijs subuenitur. Et ad hoc inducit legem, illam, scilicet, illud.

FIrmissimè.] CASVS. Petrus quęsiuit ab Aug. vtrum quilibet sit accepturus vitam æternam, nisi fuerit bapti-

baptizatus, & pœnitentiam egerit: & respondet quòd non, nisi fuerit baptizatus sanguine suo, uel in aqua; uel nisi habuerit cordis contritionem: & docet quod baptismus, & pęnitentia adultis sit necessaria paruulis uero baptismus solummodo sufficit, quandiu ratione uti non possunt.

a ¶ Pro nomine Christi. Dum tamen adsit charitas, aliter non sufficit alicui ad salutem pati martyrium, vt 90. dist. neque.

b ¶ Per baptismum.] Deberet addere tertium membrum, scilicet baptismum contritionis. Est enim triplex baptismus fluminis, flaminis, & sanguinis, idest, aquæ & sanguinis, & contritionis, ut de consec. d. 4. c. baptismi vicem.

EX EO AVTEM. CASVS. Concludit Grat. ex fine superioris c. scilicet quòd nec adulto, nec paruulo post baptismum peccatū imputatur nisi vtatur rōne: sicut nec brutis animalibus aliquid imputatur. Et ad hoc probandū inducit auctoritatē Augustini. reperitur tamē in scriptura animalia esse interfecta nō ratione delicti, sed quia facti memoriam refricant, ut inf. seq. cap.

c ¶ De bobus.] Scilicet quo ad vitam æternam: sed quoad vitam temporalem bene, iuxta illud Homines & iumenta saluabis Domine, scilicet pro salute temporali prouidendo eis necessaria: iuxta illud. Omnia expectant a te Domine, ut des illis escam in tēpore opportuno.

MVlier.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima ponitur auctoritas Leuitici, in qua dicitur, quod mulier quæ accesserit ad aliquod pecus, debet interfici, & pecus similiter. In secunda parte ponuntur verba Aug. exponentis illam auctoritatem: & dicit quod animalia iubentur interfici, non quia peccauerunt, sed quia refricant memoriam facti. Secunda pars incipit ibi. [Quæritur quomodo.]

d ¶ Ad omne.] i. ad aliquod ex omnibus. sic est 1. q. 7. si quis omnem.

e ¶ Memoriam.] Sic est. 81. d. valet. Alibi tamē reseruantur thuribula laminorū & publice exponuntur, vt 7. q. 1. denique & de consecr. d. 2. & dixit: sed istud ad terrorem fit, &c.

DE FVRIOSIS. est 2. pars q. in qua intendit probare quòd ignorantes ex toto, furiosi & ebrij non peccant in illo actu, sed peccant se inebriādo, & hoc probat p 9. auctoritates. Io. de Fant. CASVS. Quia facta est superius mentio de furiosis, ideo nunc euidenter ostendit Gra. quòd ea quæ fiunt tempore furoris, non imputantur: & ad hoc inducit seq. cap.

qui pro nomine Christi [a], suo sanguine baptizantur, nullum hominum accepturum vitam æternam; qui nō hic a malis suis fuerit per pœnitentiam, fidemq; conuersus & per sacramentū fidei, & pęnitētię, idest per baptismū [b] liberatus. Et maioribus quidem necessarium esse, & pœnitentiam de malis suis agere, & fidem catholicam secundum regulam veritatis tenere, & sacramētum batispmatis accipere: paruulis vero, qui nec propria voluntate credere, nec pęnitentiam pro peccato, quod originaliter trahunt, agere possunt; sacramentum fidei, quod est sanctum baptisma, quamdiu rationis ętas eorum capax esse non potest, sufficere ad salutem.

Ex eo autem, quod in fine huius auctoritatis dicitur: [Quamdiu, scilicet, rationis eorum ætas capax esse non potest] euidenter datur intelligi, nulli post baptismum peccata imputari, siue sit adultus, siue impubes, nisi rationis sit capax. Vnde etiam de brutis animalibus eadem ratio ab Augustino in eodem lib. c. 3. redditur, quare sua facta eis non imputentur. [Animalia igitur, inquit, præsentis sæculi cursum, atque ornatum secundum creatoris incomprehensibilem peragunt voluntatem: quæ de suis factis nullam rationem reddituri sunt, quia rationabilia non sunt. Nunquid enim de bobus [c] cura est Deo? 1. Corin. 9. *Homines uero, quia rationales facti sunt, & de se, & de omnibus rebus quas in usum vitæ præsentis acceperunt, rationem reddituri sunt Deo: & pro suorum actuū qualitate recipient aut pœnam, aut gloriam.] Sacræ tamen legis auctoritate animalia iubentur interfici, non propter conscientiam peccati, sed quia refricant memoriam facti.*

Vnde Augustinus super Leuiticum ad c. 20. q. 74.

¶Non propter culpam, sed propter memoriam facti pecus occiditur, ad quod mulier accesserit. C. IIII.

Leuit. 20. Iuo p. 9. c. 108.

MVlier, quę accesserit ad omne [d] pecus, & vult ascendi ab eo; interficietis mulierem, & pecus: morte moriantur: rei sunt.] ¶ Quæritur, quomodo sit reum pecus: cum sit irrationale, nec vllo modo legis capax. *& infra.* ¶Pecora inde credendum est iussa interfici; quia tali flagitio contaminata, indignam refricant facti memoriam.

2 *De furiosis autem euidentissime scribit Augustinus in libro quæstionum ueteris, & noui testamenti. q. 2. in fine, ita dicens.*

ALiquos scimus.] CASVS. Quidam furiosi quosdam interfecerunt. Quæsitum fuit ab Aug. utrum eis imputetur? Et respondetur quod non, quia non ex uoluntate fecerunt, sed impellente furore, & nescientes fecerunt.

a ¶Et iudicijs.] .i. iudicibus.

b ¶Reos.] idest, condemnatos.

c ¶Vi.] .i. furore.

d ¶Qui nescit.] Hic manifeste uides, quod ea quæ a furiosis fiunt, nõ imputãtur, 1 ut inf. c. prox. & 3. q. 9. indicas. licet quidã dicant, quod si culpa sua quis incidat in furorem, imputatur ei. inf. ea. si quis insaniens.

1 An furiosus vel prodigus alienare possit ante interdictionem, uel post, sibi factam: not. ff. de cura. fur. l. 1. & facit. ff. de test. is cui.

ILla cauenda sũt.] CASVS. Quæsitũ fuit ab Ambros. quæ sunt illa, quæ imputantur alicui, & quæ non: Et respondet quod peccata quæ procedunt ex uoluntate, imputantur, & etiã quæ procedunt ex imperitia. In his tamen locus erat refugij in ueteri testamento, quod probat auctoritate legis Mosaicę: sed ægritudo, paupertas, mors, & ignobilitas, cũ non sint mala, nõ imputantur.

e ¶Domini.] idest, auctores.

f Horum.] idest, uitiorum.

g ¶Principia.] idest, causas.

h ¶Extrinsecus.] id est, alijs non imputemus.

i ¶Agnoscamus.] .i. nobis attribuamus ea.

k ¶Voluntarios.] Quia vasis iræ, &c. ut 23. q. 4. Nabuchodonosor.

l ¶Legis.] Mosaicę. Tangit quod legitur in Exodo, & Deuteronomio, quod tres erãt ciuitates refugij vltra Iordanem, 2 & tres citra: 3 quarum talis erat vsus, quod si quis hoĩem nolens occidisset, & fugiebat ad unam illarũ: ibi de consanguineis occisi erat tutus, sed si antequam illuc peruenisset inuentus fuisset, ille qui poterat esse vltor sanguinis effusi, impune occidebat eum: sed postquam illuc venerat, si propinqui occisi uolebant eum conuincere, quod sponte occidisset eum, & hoc probabant coram ciuibus vrbis illius, tradebatur illis ad occidendum, erat autem ibi fugitiuus vsque ad recõciliationem cum propinquis occisi, vel vsque ad mortem summi pontificis, in qua omnes fugitiui secure redibant ad propria.

Ciuitates refugij erant tres.

2 Noĩa istarum ciuitatũ sunt ista Bosor, Ramoth, Gulam.

3 Scilicet Gades, Sichem, Ebron.

m ¶Hoc igitur.] idest, primo dictum.

SAne.] CASVS. Ostendit Ambros. in hoc cap. ebrietatem esse vitandam, per quam si qua mala faciũt ebrij apud sapientes impunita relinquuntur, & donantur venia: & de hoc damnantur, quia faciles fuerunt ad bibendum ultra modum.

n ¶Venia.] idest, minori pœna, quàm si ex certa scientia fecissent. 4

4 Ad hoc de re mili. delictum quijsse.

o ¶Damnantur.] Et etiam redarguunt eos, qui sunt nimis

¶ Culpa non necessitate, sed voluntate reum constringit. C. V.

ALiquos scimus subito dementes factos fuste, ferro, lapidibus, morsibus, multis nocuisse: quosdam etiã occidisse: captos autem industria, & iudicijs † [a]oblatos minime reos[b] factos; eo quod non voluntate, sed impellente vi [c]nescio qua hæc gesserint nescientes. Quomodo enim reus constitueretur, qui nescit [d] quid faciat. Iuo p. 13. c. 92.

† al. iudicibus.

Item Ambrosius in Hexameron in tractatu primi diei. Lib. 1. c. 8.

Reus voluntate, non necessitate constringitur. C. VI.

ILla cauenda sunt, quę ex nostra voluntate prodeunt, delicta iuuentutis, & irrationabiles passiones corporis. Quorũ igitur nos sumus domini [e]; horũ[f] principia[g] extrinsecus [h] nõ requiramus, nec deriuemus in alios, sed agnoscamus [i] ea, quę propriè nostra sunt. Quod.n. possumus non facere, si volumus: huius electionem mali nobis potius debemus, quàm alijs adscribere. Ideo etiã in iudicijs istis voluntarios [k] reos, nõ ex necessitate cõpulsos culpa stringit, pęna condemnat. Neq; .n. si per furorem aliquis innocentem peremerit, obnoxius morti est: quin etiam ipsius diuinę legis [l] oraculo, si quis per imprudentiam intulerit necem, accipit impunitatis spem, refugij facultatẽ, vt possit euadere. Hoc igitur [m] de eo, quod propriè malum videtur; dictum sit. Mala enim non sunt, nisi quę crimine mentem implicant, & conscientiam ligant. Cæterum pauperiem, ignobilitatem, ægritudinem, mortem nemo sapiens mala dixerit, nec in malorum sorte numerauit: quia nec contraria istis α in bonis habentur maximis: quorum alia nobis ex natura, alia ex commoditate accidere videntur. Deuter. 4. & 19.

α ¶Nec cõtraria istis.] *Emendatũ est ex originali. Nã antea legebatur:* quia necessaria ista in bonis, &c. *In multis tamen antiquis finis huius cap. est in verbo,* numerauerit.

Idem in libro de Patriarchis, c. 6. lib. de Abraham.

¶Veniam habent, quæ ignorantes ebrij committunt. C. VII.

SAne diximus vitandam ebrietatem; per quam crimina cauere non possumus. Nam quę sobrij cauemus; per ebrietatem ignorãtes committimus *& paulo post.* ¶Nesciunt quid loquantur, qui nimio vino indulgent; iacent sepulti; ideoque, si qua per vinum deliquerint; apud sapientes iudices venia [n] quidem facta donantur, sed leuitatis damnantur † [o] auctores.

† notatur] orig.

mis faciles ad inebriandum se. Alij intelligunt quòd non punitur de eo quod ebrius fecit: sed tantum pro eo quòd leuis erat ad inebriandum se.

S I cōcupiſcentia.] CASVS. Oſtendit hic Aug. ꝙ ſi homo vigilans extra mentem poſitus aliquid per concupi-

I Nebriauerunt. CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte ponuntur verba Geneſ. [Inebriauerunt, &c.] In ſecunda parte verba Auguſt. exponentis verba illa: dicit. n. quod propter inceſtum Loth, puniri non debet: ſed quia nimis fuit facilis ad inebriandum.

Item Auguſt. lib. 1 de ciuitate Dei, c. 25.

¶ Inobedientia, vel concupiſcentia non habet culpam in corpore non conſentientis. C. VIII.

S I concupiſcentia [a] vel α inobedientia, [b] quæ adhuc in membris moribundis habitat, [c] præter noſtræ voluntatis legem; quaſi lege ſua mouetur; quanto magis abſque culpa eſt in corpore non conſentientis, ſi abſque † culpa eſt in corpore dormientis? [d]

α ¶ Concupiſcentia vel.] *In originali legitur:* Quòd ſi illa concupiſcentialis inobedientia.

Idem libro 22. contra Fauſtum, c. 44.

¶ Loth non de inceſtu, ſed de ebrietate culpatur. C. IX.

I Nebriauerunt Loth filiæ eius, & ſe neſcienti miſcuerunt. ¶ Quapropter culpandus eſt [e] quidem: non tamen, quantum [f] ille inceſtus, ſed quantum illa meretur ebrietas.

Item Ambroſius libro primo de Iacob, & uita beata, cap. 3.

¶ Nemo trahitur ad culpam, niſi ductus propria voluntate. C. X.

N On eſt, ꝙ cuiquam noſtram adſcribamus ærumnam, β [g] niſi noſtræ voluntati. Nemo tenetur ad culpam, niſi voluntate propria deflexerit. Non habent crimen, quæ inferuntur reluctantib. [h] Voluntaria tantum commiſſa ſequitur delictorum inuidia, [i] quam † in alios deriuamus. [k] Voluntarium ſibi militē legit Chriſtus: voluntarium ſeruum ſibi diabolus auctionatur. [l] γ Neminem iugo ſeruitutis adſtrictum poſſidet, niſi ſe prius peccatorum ære [m] ei vendiderit.

β ¶ Aerumnam.] *Apud B. Ambroſium legitur,* culpā. *ſed ob gloſſam non eſt mutatum.*

γ ¶ Auctionatur.] *In vulgatis codicibus ſequebatur,* & acquirit iuri ſuo: *quæ ſunt expuncta, quoniam abſunt à manuſcriptis, & originali.*

Idem in libro 2. de Cain, & Abel, c. 4.

¶ Miniſter Dei eſt, qui inuitus homicidium facit. C. XI.

N Ec is, qui inui-

Secūda pars eſt ibi, [Quapropter.] Ita vt̄ caſus ponendus ad hoc, ut faciat ad propoſitum Gra. gl. tamen diuerſimodè verba illa exponūt. e ¶ Culpandus eſt.] Vt̄ ergo ꝙ peccat q̄ neſciens in ebrietate aliq̄d facit vt hic, & 35. diſt. ſexto die. Sed dic ꝙ hic non erat Loth neſciēs, na tura. n. non patit, ꝙ aliq̄s neſciēs coeat: ſed dr̄ neſciens, q̄a neſciebat eſſe filias ſuas. credebat. n. eſſe vxorem ſuam. f ¶ Quantū.] Tripliciter exponit̄ hoc. Quidā ſic exponunt ꝙ punitur pro inceſtu, & pro ebrietate. vel aliter: non punitur quantū inceſtus meretur, ſ. ſi eſſet cōmiſſus ex deliberatione. Alij dicūt, ꝙ nullo modo punit̄ pro inceſtu: ſed tantum pro ebrietate: quæ ebrietas tantū eſt veniale peccatū, vt 25. diſtin. §. criminis. Lau.

N On ē.] CASVS. Quidam peccata, q̄ committebant, in alios deriuabant: ſed probat Ambr. ꝙ crimina ex propria voluntate cōmittuntur, per quæ quis ſe diabolo ſubijcit: ſicut quis ex propria volūtate miles Chriſti efficitur.

g ¶ Aerumnam.] Id eſt, pœnam vel culpam.

h ¶ Reluctantib9.] Id eſt, ex toto diſſentientibus, ſcilicet cū ē abſoluta coactio. 50. diſtinct. presbyteros.

Loth etiam ebrius peccauit.

Adde, ꝙ ... dictio ... q; ponit exclusi... cōcordat ... inimè, & ... glo. C. de ... el.

Iuo p. 9. c. 116. *Gen. 19.*

† *quod in alios deriuemus*] orig.

cupiſcentiam, vel inobedientiam faciat, non committit mortale peccatum: & hoc ad inſtar dormientis, in quo concupiſcentia ſine culpa ſua lege mouetur.

a ¶ Si concupiſcentia.] Id eſt, fomes originalis peccati.

b ¶ Vel inobedientia.] Id eſt, originale peccatum: quod ex inobedientia proceſſit.

c ¶ Habitat.] Non enim tollitur penitus originale in baptiſmo † quo ad ſui eſſentiam: ſed eius effectum mitigat baptiſmus, ne per illud damnemur, ut ꝭ. de conſe. diſt. 4. cap. 2.

d ¶ Dormientis.] De hoc dictum eſt, an dormiens peccet, ſup. diſt. 6. teſtamentum. Io. de Fan.

† *Imò tollitur totū illud qđ veram, & propriam peccati rationem hēt. Cōc. Trid. ſeſſ. 5. in vlt. anathematiſmo.*

i ¶ Inuidia.] Id eſt, pœna.

k ¶ In alios deriuamus.] Id eſt, alijs exemplum damus.

l ¶ Auctionatur.] Id eſt, emit. Vel auctionatur, id eſt, per auctionem petit.

m ¶ Peccatorū ære.] Id eſt, peccatis delectantibus, nam ipſum peccatum dat nobis diabolus pro pretio, ut nos demus ei ius ad occidendum nos.

N Ec eis.] CASVS. Hoc capitulum diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quòd ſi quis caſu interfecit aliquem, miniſter Dei eſt: quod probat auctoritate Deuter. ſicut leuita miniſter eſt remiſſionis. In ſecunda parte dicitur, ꝙ cum interficitur aliquis impius, Chriſtus

Chriſtus diffunditur per orbem. Et hoc probat auctoritate Domini dicentis in Exodo: In ea die, &c. Secunda pars incipit ibi, [Illud quoque.] [In manus eius.] Id eſt, occidentis caſu.

a ¶Inuitus.] Hoc vult dicere, ꝙ cum aliquis caſualiter occidit, hoīem, non peccat, ut 23.q.5. ſi homicidium.

ipſo furore punit, ut 3.q.9. indicas, ff. de off. pſi. l. diu⁹.

n ¶Obeſt.] Vt 1.q.5.c.1. Ioan. de Fant.

SI quis.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ ſi quis corrigendo diſcipulum ſuum caſu eum occiderit, non imputatur ei quo ad Deum, qui voluntatē reſpicit, & non factum,

tus [a] aliquod fecerit homicidium, extra miniſterium eſt. Siquidem lex ait de eo: [Quia Deus dedit eum in manus eius [b].] Manus ergo eius, inſtrumenti modo, diuinæ vltioni miniſterium præbuerunt. Leuites [c] igitur miniſter remiſſionis [d] eſt. Percuſſor autem, qui tamen non ex diſpoſitione, ſed prçter voluntatem fecerit homicidium, diuinç miniſter eſt vltionis.

Exod. 21. Deut. 19.

¶Illud quoque ſpecta: quia cum interficitur impius, Chriſtus [e] infunditur [f]: & vbi abominatio [g] aboletur, ſanctificatio conſecratur [h] α; quia Dominus dixit: [In ea die, qua interfecero omne primogenitum [i] Aegypti, ſanctificabo mihi omne primogenitum Iſrael.] Quod non ad vnum [k] diem afflictionis Aegypti referes, ſed ad omne tempus β.

Num. 3.

a ¶Conſecratur.] *Apud B. Ambroſiū legitur, cōgregat.*

β ¶Omne tempus.] *Poſt hæc in originali ſequitur, c. cū renunciatur, infra 32.q.1.*

Cum itaque, qui inuitus hominem interfecerit miniſter Dei ſit, cum innocentem furore perimens morti nequaquam obnoxius ſit, cum ſubito dementes eorum, quæ faciunt, reatum minimè geſtent; patet hunc ſacerdotem homicidÿ reum non eſſe: vnde nec ſacerdotio priuari debet.

Obÿcitur autem illud, quod eſt in pœnitentiali Theodori.

In concilio Vormacien. c. 28.

¶In ſe reuerſus pœnitentiam agat, qui inſaniens aliquem occidit. C. XII.

j SI quis inſaniens aliquem occiderit; ſi ad ſanam mentem peruenerit, leuior ei pœnitētia [l] imponēda eſt.

Burc. l. 6. c. 25. Iuo p. 10. c. 154.

¶*In concilio Vormaciēſi, & apud Burchardum, & Iuonem hæc ſequuntur*, quàm ei, qui ſana mente tale quid commiſerit.

Sed hoc forte de eo intelligitur, quem propria [m] culpæ ad furorem perduxit. ¶*Item obÿcitur. Sunt quædam, quæ etſi non imputentur ad pœnam: tamen impediunt ſacramenti ſignaculum. Ambitio namque parentum filio non imputatur ad pœnam: cui tamen obeſt [n] ad eccleſiæ munus accipiendum. Sic quæ mente alienata fiunt etſi non imputentur ad pœnam, tamen ſacri muneris executionem impediunt.*

Vnde Hieronymus ait.

Auctor operis imperf. in Matthçum, hom. 28.

¶Innocens eſt, qui non iratus, ſed propter diſciplinam caſu aliquem interfecit. Cap. XIII.

ij SI quis non iratus, ſed propter diſciplinam [o]; pal-

b ¶Eius.] Scilicet occidentis.

c ¶Leuites.] Ideſt, ſacerdos.

d ¶Remiſſionis.] Peccatorum.

e ¶Chriſtus.] ideſt, gratia Chriſti.

f ¶Infunditur.] Alijs, alij enim ꝑ hoc emendantur.

g ¶Vbi abominatio.] ideſt, perſona abominabilis.

h ¶Conſecratur.] In alijs.

i ¶Primogenitū] Totū hoc myſticè ꝓōt legi: & ſic appellant primogenita Aegypti, vitia, quç quotidie facim⁹, primogenita Iſrael virtutes.

K ¶Non ad unum.] Ecce qualiter indiffinita exponitur uniuerſaliter. ſic 1.q.3. Saluator. circa fi. 28. q.1. idololatria.

CVM ITAQVE. CASVS. Concludit Grat. ex ſupradictis, ꝙ ſacerdos iſte non eſt reus homicidij. & ideo ſacerdotio priuari non dēt, ſed ꝯ hoc ſtatim obijcit ſeq. c. cuius patet.

l SI quis.] Pœnitentia. Iſtis imponit pçnitentia: & tñ non deliquerūt. ſed hoc fit ad cautelam, ut 50.d. presbyteros. & 34.q.2. in lectū. & ne diſciplina eccleſiç deſeratur, vt 23.q.5. excōmunicatorum. Io. de Fant.

SED HOC. CASVS. Modo ſoluit ſupradictum c. G. & dicit, quòd poteſt de eo intelligi, qui ſua culpa incidit in furorē. Poſtea obijcit ꝯ hoc, & dicit quòd quædam ſunt, quæ non deijciunt ꝓmotum, nec imputātur ad pœnā, ſed impediunt executionem. Vnde ſicut parentum ambitio impedit promouendum, etſi ad pœnam filio non imputetur: ita ea quæ fiunt mente alienata, non imputantur ad pœnam, etſi executionem impediant, & ad hoc inducit ſequens capitulum.

m ¶Propria.] Hæc opinio nō eſt approbanda, quia ſatis

ctum, ſed quantū ad legem promotionis eſt reus: in qua opus requiritur, & uoluntas. & hoc probat Hier. exemplo virginis oppreſſæ: quæ & ſi non peccauerit, inter virgines tamen conſecrari non poteſt.

o ¶Propter diſciplinam.] Leuis autem caſtigatio permittitur magiſtro, ut ff. ad leg. Aquil. ſed & ſi. §. ult.

a ¶Quan-

a ¶ Quantum autem ad legẽ.] Mosaicam, quæ permittebat ꝙ si quis casu occidisset hominem, dummodo nõ inueniretur intra ciuitates refugij, poterant parentes occisi interficere occisorem secundum quosdam: similiter ſm leges canonum impeditur a promotione, 1 secundum quosdam: quod non concedo, vt dixi 50.d. de his, vel intellige quod hic dicit, quando excessit modũ in corrigendo.

b ¶ Lege.] Canonica, quia non potest inter virgines cõsecrari, vt 33.q.5. ille.

c ¶ Voluntatem.] Sic 14.q.5. si quid inuenisti. inf. ea.q. 6.c.1. in fi.

SICVT. CASVS. Infert G. ex supradicto c. dicens, ꝙ iste sacerdos innocens est quo ad Deum: sed quantum ad executionem officij reus habetur.

d ¶ Ad gratiam.] Scilicet Dei.

HIS ITA. CASVS. Modo ponit G. verã solutionem dicens, ꝙ multa impediunt promouendum, quæ nõ deijciunt tam promotum. Vnde sacerdos iste & si promoueri non possit, non carebit sacerdotio iam suscepto: nisi forte nunquam ad sanam mẽtem rediret, & ad hoc inducit c. sup. 7.q.1. quamuis sit triste.

e ¶ Deijciũt.] Vt 68.d. sicut 89.d. Petrus, & turpius eijcit, &c. 50.d. quicũq; 2 & ext. de iureiu. quemadmodũ.

f ¶ Quamuis.] s. sup. 7.q.1. quamuis.



Ro impensis.] CASVS. Hic intitulatur secunda quæstio, vbi quæritur an clerici pro impensis patrocinijs salaria petere possint. Et respondetur clerici aut sunt religiosi, aut sunt sæculares. Religiosi exigere non possunt, vt infra ea.q. vlt. quia postulare non possunt, nisi in causa monasterij sui, & de Abbatis licentia, vt 16.q.1. monachi. Si vero sunt sæculares, corã sæculari iudice postulare non pñt, si sunt in sacris ordinibus cõstituti vel in minoribus, si hẽant beneficium vnde viuant: nisi in ꝓpria causa, vel ecclesiæ suæ, vel miserabiliũ personarum, vt dicebatur in concilio Lateran. de postulãdo. Clerici in criminali causa coram sæculari iudice non posſũt aduocare, vt 15.dist. aliquantos. sed corã ecclesiastico aduocabunt: episcopi tñ, & sacerdotes aduocare non possunt, vt 5. quæst. 3. quia episcopus.

g ¶ Pro impensis.] Hic queritur an clericis liceat recipere munera pro aduocationib. Primo ergo scias, ꝙ clericus in causa criminali corã sæculari iudice non potest allegare, vt 51 dist. aliquantos, & 23.q.8. his a quibus nisi ad hoc vt supplicet pro eis, vt 14.q. 6. si res. & 23. q.5.c. 1. & 2. & c. reos. Itẽ in ciuili causa corã sæculari iudice non aduocabit nisi ꝓ se & ecclesia sua, & ꝓ miserabilibus personis, & hoc siue sint in sacris, siue in minoribus ordinib. constituti: dummodo beneficijs ecclesiasticis sustẽtentur, & si non habent beneficium tunc si sunt in minoribus ordinibus, possunt, vt extra de postul. clerici. episcopi autem, & sacerdotes non debent indifferenter aduocare: ne vilescant dignitates ipsorum, vt 88. distin. perlatum, & 14. qõ.5. denique. sed coram ecclesiastico iudice licite possunt petere salarium, si sunt in sacris ordinibus, vt inf. ea.c.1. Derogatum tamen est huic canoni per contrariam consuetudinem, nemo enim cogitur facere de suo beneficium, vt 10. quæst. quinta, precariæ. Item dignum est eum recipere emolumentum, qui præstat obsequium, vt 12. quæst. secunda, charitatem. Item nemo cogitur suis stipendijs militare, ut ext. de si. c. cũ sit. in parte decisa. immo est expressum, extra de præscri. cum ex officij. Religiosi vero & monachi uel regulares non nisi pro sua ecclesia debent aduocare, & abbate suo præcipiente. 16. quæst. 1. monachi. Io. quod dicit de sacerdote, hodie corrigitur, vt extra de postul. capit. vlt. B.

mam alicui dederit, & euentu occiderit, sicut fieri solet; quantum ad gratiam innocens est: quia voluntatem, nõ opus requirit. Quantum autẽ ad legem, [a] reus est: quia opera requirit. ¶ Item si in persecutione virgo fuerit oppressa; repellitur lege, [b] quia opus inspicit, non voluntatem; [c] in gratia autem quasi virgo suscipitur; quia nõ opera quærit, sed voluntatem.

32.q.5. de pudicitia

¶ *Verba huius capitis vsque ad vers.* Item si in persecutione, *leguntur in homil.* 28. *operis imperfecti. ad c.* 11. *Matthæi reliqua autem, & fere eadem ibi leguntur, & simillima in com. B. Hieronymi in idem* 11. *c. Matth. Ipsa autem prorsus B. Hieronymi verba referũtur inf.* 32. *q.5. c. de pudicitia, vers. finge.*

Sicut ergo, qui propter disciplinam casu homicidium facit quantum ad regem reus est, quantum ad gratiã [d] *innocens: sic iste sacerdos, qui furore homicidium fecit, quantum ad culpam innocens est, quantum ad suscepti muneris executionem reus probatur.* ¶ *His ita respondetur. Non omnia, quæ ordinandum impediũt, ordinatum deyciũt.* [e] ¶ *Non. n. potest ad sacerdotium prouehi, qui aliquando insaniuit.* † *Veruntamen si post sacerdotiũ furere cœperit: nõ ideo sacerdotio carebit: nisi forte nunquam ad sanæ mentis officium illum redire contingat.* ¶ *Sicut de quoddam episcopo Greg. scribit in regesto ad Eleutheriũ episcopum:* [*Quamuis* [f] *triste sit nobis, &c.*] *vt sup. in causa:* [*Longa inualetudine grauatus.*]

7.q.1. quamuis.

Clerici an possint aduocare.

QVAESTIO II.



Ro impẽsis [g] *vero patrocinÿs in Tarraconẽsi cõcilio clerici exigere munera prohibẽtur: in quo sic statutum legitur, cap.* 10.

Obser-

OBseruandum.] CASVS. Quæsitum fuit in Tarraconensi concilio, utrum clerici more sæcularium aduocatorum pro patrocinijs munera exigere possent. Et resp. ꝙ non, sed spōte oblata possunt recipere, & si quis contra fecerit, tanquam vsurarius deponatur.

infra ead. nemini, & regulariter confessio vnius alteri non præiudicat, ut 2. quæst. 5. interrogandū. admittitur tamen mulier cum agitur de crimine in modū denunciationis, uel inquisitionis, ut extra de testib. quoniam, vel cum agitur in modum exceptionis, ut extr. de testi. tam

